BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — D
3

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

+ 6. 27. D. 3 A

Ill.mo et R.mo D.no
D.no meo, Cardinali Bellarmino.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROPVGNACVLA

VALIDISSIMA RELIGIONIS CHRISTIANÆ,

CONTRA OBSTINATAM PERFIDIAM Iudæorum, adhuc expectantium Primum Aduentum Mesiæ, necnon aduersus falsas Rabbinorum, circa sacram Scripturam expositiones ex multis Veteris Testamenti locis, secundùm rigorem lectionis Hebraycæ.

EXTRVCTA A DOCTORE DOMINICO Garcia, olim Hebraycæ linguæ in celeberrima Complutensi Academia Primario Moderatore, nunc verò Canonico Deiparæ Virginis Mariæ de Pilar, Augustæ Ciuitatis Cæsaraugustanæ, Sanctissimæque Inquisitionis Christianissimi Regni Aragonum Censore indigno, eiusdemq; Diputato.

AD EXCELLENTISSIMVM D. D. FRANCIScum Gomezium de Sandoual & Rojas, Maximum Ducem de Lerma.

Colleg. Rom. Soc. Jesu

Catal. Inscript.

Bibl. Card.

Anno 1606.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CÆSARAVGVSTÆ.

Apud Laurentium à Robles, Regni Aragonum, & Vniuersit. Typog.

Digitized by Google

8-27-D-3

Digitized by Google

LICENCIA.

EL Dotor Pedro de Moya Prouisor, y en lo Espiritual, y Temporal Vicario General de la Ciudad, y Diocesi de Çaragoça, por el Illustrissimo, y Reuerendissimo señor Don Thomas de Borja, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica Arçobispo de dicha Ciudad, y su Arçobispado, del Consejo de su Magestad, &c. Damos licencia al Dotor Domingo Garcia, Canonigo de la Colegial del Pilar, para que por tiempo de vn año, de la fecha desta contadero, pueda imprimir vn libro, intitulado *Propugnacula validissima Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Iudæorum, adhuc expectãtium primum aduentum Messiæ*: Por quanto por relacion del Dotor Domingo Villalua, Capellã y Examinador del dicho Arçobispo mi señor, a quien cometimos la censura de aquel, nos ha constado no hauer en el cosa que repugne a nuestra Santa Fè Catolica, ni a los buenos costumbres: con esto, que antes que lo pueda vender, trayga ante Nos dicho original, con vn libro impresso de aquel, para ver si concuerda con aquel, y con que se insiera al principio de aquel la presente nuestra licencia. Datt. en Çaragoça a 8. dias del mes de Iunio, de 1606.

El Dotor Pedro de Moya.

Por mandado del dicho señor Vicario General

Geronymo de Yturralde Notario.

Digitized by Google

CENSVRA.

POR mandamiento del Arçobispo mi señor Don Thomas de Borja, del Consejo de su Magestad, he visto este libro cõpuesto por el Dotor Domingo Garcia, cuyo titulo es, Propugnacula validissima Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Iudæorũ, adhuc expectantium primum aduentum Messiæ, y digo que no hallo en el cosa contra la Fè, o buenos costumbres. Y assi lo firmo en Caragoça a ocho de Iunio, año MDCVI.

El D. Domingo Villalua.

Digitized by Google

DON Phelippe, por la Gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, &c.

ASCANIO, Por la diuina misericordia de la santa Romana Yglesia, del titulo de Santa Pudenciana, Presbytero Cardenal Colona, grã Prior de Venecia, Protector de los Estados de Flandes, Lugarteniente y Capitan General por su Magestad en el presente Reyno de Aragon. Por quanto por parte de vos el Dotor Domingo Garcia, Canonigo de la sancta Yglesia Colegial de nuestra Señora del Pilar de la presente ciudad de Çaragoça, y Calificador del Sancto Officio, nos ha sido hecha relacion, que con mucho trabajo y estudio auiades compuesto vn libro, intitulado: *Propuguacula Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Iudæorum, adhuc expectantium primum aduentum Messiæ, &c.* suplicãdonos lo mandassemos ver, y os diessemos licencia para poderlo imprimir con particular priuilegio y facultad, por el tiempo que bien visto nos fuesse: para que persona otra alguna en el presente Reyno, no pudiesse imprimir, ni hazer imprimir aquel; ni impresso, de otros Reynos traerlo a vender a el, sin vuestra licencia y consentimiento. Y assi para que lo dicho con causa justa se os pudiesse conceder, auiendo sido todo el dicho libro visto, leydo, reconocido, y examinado con mucha diligencia y cuydado, por personas graues de letras, sciencia, y conciẽcia, y aprouado por el Ordinario desta Dioecesi, y dello auemos tenido particular y verdadera relacion: y que dicha obra es de mucha erudicion y doctrina, y prouecho vniuersal para todos: y que de sacarla a luz se seguira muy grande vtilidad. Por tanto, atendiendo al bien vniuersal, y al beneficio grande que puede resultar, de que el dicho vuestro libro se imprima, damos licencia y facultad a vos el dicho Do-

tor

tor Garcia, para que vos, o quien vuestro poder tuuiere, podays imprimir y vender el dicho libro: con que en el principio de todos los volumines del se insiera esta nuestra licencia. Concediendoos a si mesmo, por tenor de la presente os damos, y concedemos priuilegio y facultad, para que vos, o la persona que vuestro poder y consentimiento tuuiere, podays y pueda imprimir, o hazer el dicho libro por tiempo de diez años, contaderos del dia de la data de la presente licencia y priuilegio. Y mandamos, que durante el dicho tiempo, persona otra alguna no lo pueda imprimir en este Reyno sin licencia vuestra: so pena que el que lo imprimiere, vendiere, o traxere de otros impresso, aya perdido, y pierda todos y qualesquier moldes, y aparejos que del tuuiere, y los libros que védiere: y a mas desto incurra en pena de mil florines de oro de Aragon, a los Cofres Reales de su Magestad aplicaderos. Y mandamos a todas las justicias, Iurados, Bayles, Alguaziles, Sobrejunteros, y a todos otros Oficiales Reales del Rey nuestro señor en el presente Reyno, que guarden, y obseruen, guardar y obseruar hagan todas y cada vnas cosas de la parte de arriba proueydas, y mandadas: si en la sobredicha pena, y en la indignacion de su Magestad dessean no incurrir. Datt. en Çaragoça a siete dias del mes de Abril, del año del Nacimiento de nuestro Señor, de mil y seiscientos y tres.

Ascan. Car. Colo.

V. Torralua R.

Dominus Locumtenens Generalis mandauit mihi Ioanni Laurentio de Scartin visa per Torralua R.

In diuers. Locumt. gñlis. Arag. 5. Fol. clxxxij.

Digitized by Google

Facultas domini Prioris Sanctæ Maiæ Maioris & de Pilari.

DOCTOR Bartholomæus Llorente, Prior Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris & de Pilari Cæsaraugustanæ, ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini. Facultatē concedo, vt liber inscriptus: Propugnacula Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Iudæorum, adhùc expectantium primum Aduentū Messiæ: à peritissimo Theologiæ D. Dominico Garcia, eiusdē Ecclesię Canonico cōpositus, & virorū religione, & eruditione pręstantiū iudicio, ex legitima superiorum cōmissione examinatus & approbatus, Typis mandetur. In quorū fidē has litteras manu nostra subscriptas, & nostro sigillo munitas dedimus, Cæsauragustæ xxiij. Aprilis, anni MDCV.

Doctor Bartholomæus Llorente,
Prior prædictus.

Animaduersio.

CVM Varia & multiplex negotiorum moles, quã ob grauissimã Diputati Christianissimi Regni Aragonum Prouintiam, mihi impositam, dũ liber iste typis mandaretur sui distractus: & incuria librariorum in causa fuerint, vt his mendis sit vitiatus. Tibi vni, prudens Lector, maxime incumbit, sic amice perlegantur, & benebole emendentur, vt continuus, & indefesus labor, quem in his disputationibus, vt in lucem ederentur, tũ ob ista omnia, tum ob voluntarias, quorundam contraditiones patienter pertuli, & ardentissimum mei animi in te desiderium, & ad alia commentaria forsan denuo agredienda dignam conpensationem, ex nunc consequatur.

In Dedicatoria.

FOlio.1.columna.2 linea.12.ac,lege, ad. fol.eiusdem col.1.lin.3.cultorem,vltoreni. fol.4.col.1.lin 20 nebula,nebulas

In Epistola ad Lectorem.

PAgina.1 lin 18 miserere,misere. fo 2.p 1.lin.13. litrerarum,literarum. fol.3. pag.2.lin.38.Iudadice,Iudaice.

In Procœmio.

FOl 9 lin.32.resensete,recensere ibidem fol.10.pag.2.lin.19.recursa, reuersa. & lin 31.præima,præmia fo.14.li.33.capt cognoscit, caput cognoscit. lin.17. obiuare,obiare. pag.2.lin.31 barbarum,barbararum. fo.15 p.2.li.32.santimime, santimonie.fo.18.lin.26 Dionysio,Ambrosio. fol.20.lin 20.felissimis,felicissimis.pag 2.lin 18.quadrigijs quadrigis. fo.22.lin.5.naufraguim,naufragium.lin.4.scelorum, scelerum.

In Propugnaculis.

FOl.8,col.1.lin.35 capescendas,capesendas. fo.10.col.2.lin.37.peritotum,peritorum. fo.12.lin.37.ineruatas,eneruatas.fo 14 col.2.lin 38.essa,esse.fo 15.col.2.lin.4.moiniue,nomine fo.17.co.1.lin 17.in sola,deleatur sola. fo.28.co.2.li.25.quatur,quatuor.fo.33.lin 6.deu,Deus.fo.45.co.1.lin.20. sub eun,sub eundo. fo.46 co 2.lin.20 monache,monachum. & lin.39.respondidit,respondit.fo 48. co.2.lin.10.conculcarit,conculcarunt. fo.56.co.1 lin 33. adminisfrares, administratores.fo 51.co 1.lin.20.crudeliorus,crudeliores. fol.52.co.1.lin 24.nobicum, nobiscum f 61.col.2.li.10.feliter,feliciter. fo.67 co.2.li 14.omisa,misa. fo. 84. co.1.li.8.captibus.capitibus,f 85.co.1.li.16.mortẽ,martem.f.91.col.2.lin.34. hostium,ostium fo.105.co.2.lin.16.scelis,scelus.fo.129,co.2.lin 31.suboles, soboles. fo.138.cap.5.cap.4.col.2.lin.5.solum prohibebat,potissime cohibebat. fol 144. co.2 lin.31.deliuium,diluuium.fo.177.col.2.lin.vlt aoster, noster.fol 181. col 1. lin.31.cepe,cape.fo.214.col.1.lin.36.inferio,inferiori.fo.221.col.1.lin.32.Apostolum,Apostolorum.fo.245 col.2.lin.29 aliu,aliud.fol.264. lin 23. stauto statuto. fo 274.col.1.lin.5.obieni,obiectioni. fol 282.col.1.lin.21. tantum explicite.279. col.1.lin.27.porius,potius.fol.313 col.1.lin.36.ir o,imo.fo.331.col.2.lin.26.singularites,singulariter.fol.334.lin.9.contagionis,contagione. fol.361. cap.2. cap.3. cum sequentibus.fo.405.col 1.lin 23.vnifirmiter,vniformiter. fo.557.col.1.lin.4.npn,non.& lin.19.comonaent,commoneant & col.2.lin 8 solum,solem.& lin3. asumpsit,asumpserat. fo.583.col.1.est, es.fo.604 col.2.lin.34 aduenuemus, aduenienius.fol.627.col.1.lin.15 vuluptans,voluptans. fo.736.col.1.lin.1.conuintur,conuincantur.fol 750.col.2.lin.25.loaudhunando,coadunando.751.lin.13.digcere,dicere. & li.2.36.decin,decen.

AD LECTOREM.

SI ANTIQVA illa sacrarum & diuinarum litterarum monumenta aperte nobis testantur, Deum Optimum Maximum adeo prouidum parentem fuisse; sicq; tanquam euigilantissimum medicum, summa cura, & sollicitudine, saluti populi sui antiquissimi Hebræorum semper consuluisse: vt cum prospiceret innumera detrimenta, & damna ingentia, quæ ex execrandis facinorosorum hominū maleficiis, & dæmoniacis incantationibus in Israelitas quotidie redundabant (præsertim cū illorum incantamentis, præstigiisq; non solum a vera Dei cognitione, atq; debito cultu Deo vero exhibendo abducerentur; verum in tot densissimas errorum tenebras, variaq; vitiorum, & idolatriæ genera se immiscerēt, quibus quasi per manus ductū ad illas obscuras, & perpetuas inferni caligines, vbi nullus est ordo, nec aliquod lucis vestigiū reperitur, misere appellerēt)
nobis perhibeat Sacra Scriptura Exod. ipsum horribili grauis- *Exod.* 22.
simarū pœnarū cōminatione Moysi, meritissimo Duci Hebræo-
rū præcepisse, dicentē: *Maleficos non patieris viuere*, & Deut. *Quādo* *Deut.* 18.
ingressus fueris terram, quam Dominus tuus dabit tibi, caue, ne imitari velis abominationes illarum gentium: ne inueniatur in te, qui lustret filiū suū, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria: ne sit maleficus, nec incantator: nec phythones consulat, neq; diuinos: & quærat a mortuis veritatem. Omnia hæc abominabitur Dominus: & propter huiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo, vel vt Chaldeus legit. *Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus dabit tibi, non discas facere iuxta abominationes populorum illorum: non inueniatur in te transferens filium suum, aut filiam suam per ignem: aut qui diuinet diuinationes: aut qui obseruet horas & auguria: nec maleficus, neque incantator: neque qui consulat phythonem, & ariolum: neque qui requirat aliquid à mortuis. Quoniam destabilis est coram Domino omnis, qui facit hæc: & propter abominationes istas Dominus Deus tuus eiciet illos à facie tua.* AEquum est profectò iam, & cum ratione maxime coniunctum, quandoquidem ex vna parte, malo quodam fato, oculis nostris videmus non abominabilem illam augurum, & incantatorum illorū superstitionē, sed proteruam, & execrandam Iudæorum perfidiam (istorum inquā qui instar augurum illorum, somnia sua tantum obseruantes; il-

Iam dico legem Mossaicam, vmbram tantum bonorum quę nos nunc habemus, continentem: veritatemq; solum à parentibus, & maioribus eorum qui in omnibus mortui erant, continuò quęrentes, quasi per scalarum gradus, suis momentis, ad illum inextinguibilem inferni ignem deducuntur) per tot, & tam longinqua annorum curricula, absque vlla temporis intermissione tamdiu perseuerare, in diesque magis ac magis sic conualescere, & tam altas defigere radices: vt iam magnam partem Asię, Africę, imò & Europæ, ipsam occupare experiamur. In tantum, vt nouos animos sibi concipiat non fluuium illum copiosissimum Iordanis, sed donorum omnium cælestium Religionis Christianę, instar Dęmonis, suis faucibus voracissimis illam absorbere facillimè posse: vt quotidie eius protectores (vel vt clarius loquar) antiquissimi eius sectatores indies & nunc denuo nouis rabbinorum expositionibus, fabulosis Sacræ Scripturæ commentarijs: varijs & contrarijs veritati sanæ sensibus contra Religionem nostram temere insultantes pręstare id conantur. Ex altera verò parte longo experimento cognoscimus tantas, & tam magnas esse strages, & miserandas ruinas, quæ ex illorum machinamentis sophisticis in Ecclesiam nostrã Christianam quotidie redundarunt, & redũdant modò: quantas vix vlla lingua humana recensere, aut mens ipsa (quod sine lachrymis dicere non possumus) concipere valet. Æquũ inquam profectò est, & conueniens maximè, imò necessarium: vt illi, illi inquam, quibus eius curam demandatã esse per Salamonẽ Cant. legimus dicentem. *En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vnius cuiusque ensis super famur suum propter timores nocturnos:* iam veluti, ex somno illo diuturno, & graui letargo, quo fuerant, & sunt huc vsque consopiti, recenti memoria huius singularis obligationis sibi iniunctæ, tanquàm grauissimo quodam pondere expergefacti, nunc nunc nouos animos sibi faciant: armaturamque illam Dei, maximè potentem ad destructionem munitionum, ac dissipationem consiliorum & insidiarum illorum, qui nobis vltimum interitum continuò machinantur: validissima dico argumenta ex ipsa Sacra Scriptura petita viriliter dessumant: quibus furentes, & præcipites horum Iudæorum impetus sic contundant, obstinatam & execrandam illorum perfidiam sic humĩ

prostratam

prostratam relinquant: vt iam nō solùm: *Aduersus Principes, & Potestates: aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus:* honorificè eos decertare, ac resistere potuisse; verùm gloriosam victoriā de illis reportasse cæterę mundi gentes, ac nationes publicè prędicare, & acclamare valeant. *Paul. Ephes. 6.*

Et quamuis ob hanc vnam potissimam causam & rationem ab isto obligationis munere adeò me immunem, & liberum esse intuebar: quantum me longe inferiorē esse omnibus illis sapientissimis Viris, quos non sine magna ipsius gloria, ceterarumq; nationum inuidia Hispania nostra, bonarum disciplinarum & litterarum magistra, ingeniorūq; altrix feracissima copiosissime semper obtinuit, & his nostris fœlicissimis temporibus habet, quos tanquàm meritissimos magistros meos, & dignissimos pręceptores, singulari cultu & reuerentia, sum veneratus: vt publicè prædico, & ingenuè fateor. Ita vt in grauem ac iustā reprehensionis notam me certè incurrere debere, cunctis videretur: si illis præstantissimis viris, ob grauitatem & difficultatem huius prouintiæ, tacentibus, ego vnus, inermis & infirmus, meis exiguis viribus, ad ineundum bellum cum illis diris monstris, & portentosis animalibus surgere tentarem: quos enim appellem, omnes intelligunt, Iudæos dico: cùm eo nomine ab Isaia appellatos esse videmus, si Athanasio fidem adhibemus, dicenti: *Non erit transiens per eam, & possidebunt illam onocrotalus & ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea, &c. & erit cubile draconum, & pascua strutionum: & occurrent Dæmonia. Onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubabit lamia, & inueniet sibi requiem.* Præcipue verò quotiescunque memoria refricabam antiquissimos illos, & multis titulis & rationibus meritissimos Ecclesię nostrę Proceres, Cyprianum videlicet, Tertullianum, Iustinum, Chrisostomum, Clementem Alexandrinum, Gregorium Nisenum, Melchiadem, Theophilum, & alios innumeros: imò & doctorum omnium Maximum Doctorem, Paulum inquam, & in nostra tempestate nonnullos viros, suis immensis laboribus, & fortissimis argumentis adhibitis, non tantùm ad horū Iudęorum obstinatam & obduratam perfidiam funditus extirpandam potuisse: quominus illam ab eis temporibus, vsq; ad hęc nostra perpetuò sic conualuisse nos misere intueamur: vt in ipsis iā pœnam peccatorum suorum iam dudum ad impleta esse experiamur,

Esai. 34.

Athanas. li. de Pas. & cruce.

Orige in. 15. Matt. periantur, vt Orige. super Matth. refert, ea, quę ab Esai. di-
Esai. 29. cuntur. *Claudet oculos vestros: Prophetas, & Principes vestros qui vident visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istum: & respondebit, non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti litteras &c. Peribit enim sapientia à sapientibus eius: & intellectus prudentum abscondetur.*

Esai 59. Et ea, quę in signum obstinationis eorum ab eodē proferuntur. *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus: palpauimus sicut cæci parietem? & quasi absque oculis attrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris: in caliginosis quasi mortui.*

Sed quando insolita, & inaudita eorum audatia eo temere iā progressa est, vt non solum in illis gentibus barbaris, feris moribus præditis, & à cognitione veri Dei maximè alienis, & distantibus, quas ipsi misero tanquam exules, imò dura seruitute oppressi incolunt: sed in amplissima illa, & omnium sanctissima Vrbe (Romam dico) cunctarum ciuitatum merito regina, religionis nostrę Christianæ parente dignissima (proh dolor: ó facinus inexpiabile) & in nostra Hispania, quoties illis se se offert occasio eam inuisendi (vt expertus sum sæpe) suis viribus nixi, priuatim & publicè, argumentis ex ipsa Sacra Scriptura falsè & ignoranter petitis, ita in nos, & cunctā Religionem nostram liberè irruere contendunt; vt illis tanquam quibusdam validissimis præsidiis, imbecilles in fide oppugnare, immo prosternere: constantes perturbare: doctissimos verò magistros, in Sacrarum Scripturarum lectione maximè versatos, & meritissimos Theologiæ præceptores (si illis ab incorruptissimis Sanctissimę Inquisitionis Patribus, totius Religionis Christianæ grauissimis assertoribus ad disputandum aliquando concederetur locus) obnubilare se certo posse publicè prædicent, ac iactitent. Intueamurq; iam diuinum Paulum epistola illa ad Titum, licet precipuè cum Episcopis, cum omnibus Doctori-
Titū. 1. bus alloquentem, in hęc verba prorrumpere. *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores: maximè qui de Circuncisione sunt: quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Et quod magis, ac horribilius est, ipsum Christum, Redemptorem nostrum in parabola talentorum, illi
Mattha. seruo inutili, qui thesaurum, quem illi tradidit, absconditum
25. habuerat, vt Matthæus nobis testatur, dixisse. *Serue male, & piger sciebas, quia meto, vbi non semino: & congrego, vbi non sparsi: oportuit*

ergo

ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta: omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores.

Ob quę omnia tot sapientissimos viros nostrę Hispanię pręcipue, & cæterarum Prouinciarum consulto, vt aliqua ex parte huic tantæ obligationi sibi ipsis à Christo impositæ correspondere valeant, hinc in concionibus habendis ad populum, vt omnia vitiorum genera extirpentur: illinc in moderandis Sacræ Theologiæ cathedris, vt maiorem cognitionem cœlestium mysteriorum cæteri vberrime percipiant: hinc in doctissimis commentariis in publicum edēdis, vt clarius diuina secreta quę in Sacra Scriptura latent, cunctis innotescat: illinc deniq; in profligandis innumeris erroribus sic totos occupatos esse videmus: vt reliquum suæ vitę tabernaculum in hac vna re constituisse, vt commodius nauiculam hanc Diui Petri, tot procellis & tempestatibus huc & illuc agitatam, ab omnibus inimicorum incursionibus saluam, & liberam teneant: in maximis bonis habendū esse vbiq; prædicem. Quod vnum potissime adumbratum cognoscimus Iudith; vbi postquam caput Holofernis ipsam scindisse legimus, statim nobis reffert, Scriptura Sacra, cæteris militibus præcepisse, dicentem. *Suspendite caput hoc super muros nostros, & erit, cum exierit Sol, Accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu: non vt descendatis, sed quasi impetum facientes.* Sic omnia ista animum meum, vix exprimere possum, profecto quotiescumq; mecum euoluebam, penitus prostratum, aliisq; rebus deditum, tanquam quibusdam flammis adhibitis, erigere, concitare, & inflammare cœperunt: vt parum meo & Christiano honorifico nomini me consuluisse deinceps censerem: imo potius summæ ignauiæ & torpori mihi ab omnibus iuste vertēdum esse iudicarem: si postquam non caput Holofernis, sed perfidiæ ipsorum Iudæorum auctorem (Dæmonem intelligo) omnino etsi non abscisum, saltem vinctum, & superatum esse à Christo proclamante. *Princeps mundi huius iam iudicatus est,* sumus experti; tantosq; & tam splendidos cælestis Solis iustitię radios hac & illac in ipsa Sacra Scriptura irradiantes, per tot annorum curricula Hebraicæ linguæ Primariam cathedram moderatus: quibus tetras Iudeorum

Iudith. 14.

Luca. 16.

dæorum tenebras prorsus dispellere possem, non sine singulari & diuino eius dono, ego vnus vidi, ac manibus meis attrectaui, in conficiendis & collimandis iam contra eos fortissimis spiculis, & validissimis argumentis ex Veteri Testamento (vt Hebræa lectio modò habet, quam ipsi tantum venerantur) petitis quibus non solum peritissimi, verum tyrones, quotiescunque vellint, cum ipsis intrepide bellum inire, vulnera mortalia illis infligere, gloriosumque triumphum de eis agere commode possint: vt vt aliquod gratitudinis, & obligationis huius singularis specimen cunctis præberent in reliquo tempore, quo diuinis horis non sum addictus (quod quam exiguum sit, Canonicis Regularibus iudicandum relinquo) etiam cum magno vitæ meæ discrimine, me totum libenter consecrare, diuinorum eloquiorum adiutorio fisus non contendere. Et quoniam virtutis cælestis, & admirabilis harum diuinarum munitionum, Sacræ Sripturæ certos nos reddit Paul. dicens: *Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus,* mearumque exiguarũ viriũ memorem me pręcipuè faciat Dauid dicens. *Nunquid confitebitur tibi puluis: aut anuntiabit veritatem tuam?* Superest, cùm ipse met Psalmista immensam Dei liberalitatem in distributione claritatis suæ, absq; personarum acceptione, clarè ante oculos nostros proponat, dicens: *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestra non confundentur:* vt in ista ardua, & periculosa conflictatione, in qua non solùm nostra, sed totius Ecclesię, tua inquam causa iam publicè agatur, Summe & Præpotens omnium rerum Conditor, Deus, cùm sis Dominus, & illuminatio mea illumines mentis meæ lucernam, & ignorantiæ tenebras, vt nox sicut dies iam illuminetur. Et tanquam Dominus & protector vitæ meę arma & scutum apprehendas: exurgasq; in adiutorium meum. Et tanquam Bellator fortis manus meas doceas ad bellum, & digitos meos ad prælium contra Iudæos ineundem præpares. Ponas tanquam arcum æneum brachia mea: copiosissimeq; mihi largiaris protectionem salutis tuæ. Sicque dextera tua me suscipiat, & disciplina tua ipsa me præueniat, doceat, & subsequatur in omnibus, quæcumq; dixero: vt illi innixus, securè iam prorrumpere possim: aggrediar quidem aggrediar contra illos: nam Dominus defensor meus: non timebo millia populorum Iudaicæ Sygnagogæ, iam vndiq; circundantis me.

2. Ad Tim. 3.

Psal. 29.

Psal. 34.

Dominus

Ad Lectorem.

Dominus pars, & protector huius prouintię mihi libere nudę impositę: à quo trepidabo? Surgant, & apropinquẽt super me nocentes nomini meo, vt reprehendant, deforment, & obscurent: (si possint) sinceram & rectam mei animi voluntatem: nam ipsi, & si grauissimo inuidiæ liuore intus consumantur: infirmati cadent, miserandamq; ruinam patientur. Consurgant aduersum me fortissima omnium Iudeorũ castra: denuò concitentur malitiosi illorum spiritus, testimonijs Sacræ Scripturæ frustrà in mediũ adductis: nam libere proferã: non timebit vnquã cor meum, neq; quid faciat, aut moliatur mihi omnis caro. Vnam petij à Domino, & hanc iterũ atq; iterùm ab eo requiram: quòd acutissimas Iudæorũ rationes, validissima eorũ argumenta, & ingeniosas rabbinorũ suorum expositiones in Sacram Scripturã editas, ita maturè perpendere valeam: vt expugnantia quam ex antecedẽtibus, & subsequentibus secum important: ex contrarietatę quam textui originali Hebræo præseferunt: sicut Dauid, qui tulit gladiũ ex vagina illius magni, & fortissimi Philistęi Goliath, & interfecit eum, & præscidit caput ipsius: validissimis Iudęorum clypeis eorum perfidiam labefactare, contundere, & solo complanere mihi vni sic fæliciter liceat: vt deinceps numquam alibi ipsa caput amplius extollere se posse, palã fateatur: sed aduentus primus Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, cum Patre, & Spiritu Sancto (vt par est) vnanimi consensione, ab omnibus colatur & veneretur.

Interim tamen Gandide Lector maximè cautus, & admonitus sis, enixe deprecor: quod quamuis Sanctissima, nostra [vulgata lectio, quã AEcumenica, Sacrosancta, Tridetina Synodus irrefragabilis & perpetuæ veritatis esse, reuelatione Spiritus Sancti decreuit: eiusdemque ductu; his nostris temporibus, Sanctissimus Clem. PP. VIII. eandẽ omnibus errorum corruptelæ generibus liberã prorsus, purã, & incõtaminatã, antiquissima & castigatissima Sanctorum Patrũ lectione, magna nominis sui celebritate, Catholicæ verò nostræ Ecclesiæ profectu in lucẽ prodire diuinitus decreuit: tantæ sit authoritatis apud cunctos Fideles: vt illam vnã cunctis alijs lectionibus, multis rationibus, meritò anteponẽdã esse intrepidè & firmiter credamus: & tãquam cæleste numẽ ab omnibus, sũmo cultu, perpetuò venerandã fore palã prædicemus. Sed tamẽ quia inituri sumus prelium, his no-

stris

stris disceptationibus, cum ipsis impuris, & obstinatis hominibus: quibus non solùm Christianum nomen est maxime infestum, sed fere cunctæ translationes Latinæ ex ipsis fontibus Hebraicis à Nostratibus exhaustæ, semper eis vise fuerunt execrabiles: tùm quia verius, & clarius mentem Spiritus Sancti in veteri Testamento latentem, cunctis exprimant: tum quia fere cuncti Christiani, cum quibus vlla in re conuenire miserabiles isti Iudæi perpetuo recusant, ad manifestanda vniuersa mysteria Redēptionis generis humani, illis præcipue vtantur. Nunc nūc rigurosa Hebraici textus translatione, Pagninum nostrum, Iustinianum, Batablum, aliosq; Hebraicę linguæ meritissimos assertores imitatus (Deo fauente) his nostris disputationibus in Iudæorum obsequium, imò interitum me functurū esse consultò decreui: vt peritissimi Hebraici sermonis magistri facilè percipient. Cunctis aliis certissimè pollicens, me ita attente, & maturè vetustissimos, & emendatissimos Hebræorum Codices semel & iterum euoluisse: singulariū dictionum vim, energiam, proprietates, phrases, & locutiones rabbinorum inspexisse, & penetrasse: vt tantùm absit, vt nimis desidiosus in euoluendis originalibus voluminibus Sacræ Scripturæ aliquibus videri possim: quominus & si non reprehensionis, ob hoc vitium, dignus saltem nimis diligens indagator, & in præcauendis cuiuscunq; Hebraicę dictionis significationibus, in adducendis, & inuestigādis priscis rabbinorum translationibus solertissimus exquisitor ab omnibus haberi, & iudicari valeam.

Denique animaduertas, maximè vellem, numerum Psalmorum qui passim à nobis adducuntur, secundùm computationem Hebræorum numerari debere, primum & secundum librum Regum: apud Hebręos verò primo & secundo Samuelis nomine inscribi; vt sic facilè adinuenire possis cuncta testimonia, quæ in medium à nobis adhibentur.

EXCELLENTISSIMO

D.D. FRANCISCO GOMEZIO de Sandoual & Rojas, Duci de Lerma, & Cea, Marchioni de Denia, & Comiti de Ampudia: ex Supremo Magni Philippi III. Regis Conſilio de Statu Regni: & Cubiculi, & Equorum ſummo Præfecto: Equitum nobilium generali Duci, atq; Militaris Ordinis Sancti Iacobi Commendatario maximo, ſalutem & fœlicitatẽ precatur ſempiternam

Dominicus Garcia ſacræ Theologiæ Doctor.

QVOTIESCVNQVE Alta mentis cogitatione mecum tacitus contẽplabar illa Eccleſiaſtici 8. cap. verba: *Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te conſtituas litem tibi, &c. Non litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem illius ligna, &c. Ne contra faciem ſtes cõtumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo:* toties equidem (quod ſine graui dolore vix exprimere poſſum) ab incœpto hoc munere obeundo reuocari tanquam inermis ego vnus compellebar. Semel ac iterum memoria refricans, his noſtris contentionibus dudum ineundis, bellum atrox, dirum, & cruentum ſtatim concitandum fore contra tot innumeras, & potẽtes fortiſsimorũ inimicorum claſſes: quot valuerunt ferê vniuerſas totius terræ regiones, & ſemotiſsimas maris oras occupare. Quorũ potentia adeó magna, & calliditas ſic eſt inaudita: vt ferè nulla alia ſit ſuper terram, quæ cum eis aliqua ex parte poſſit conferri. Præſertim cùm intuebar

tuebar, peruersam eorum indolem, & obstinatam in malum propẽsionem, quam cum ipsomet lacte miserabiliter inbiberant, nefarias eorum cogitationes, fraudulẽtas insidias in interitum Reipublicę Christianorum perpetuò intentas, indies & indies auctas, quas Psalmista olfacere visus fuit, quando potissime de his nostris aduersarijs sermonem instituens dixit: *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, loquti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturãtis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* &

Psal. 57.

Psal. 10. Psal. 10. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde*: præcipites & venenosas illorum linguas, ac execranda maledicta, obscenas iniurias, iuxta illud Psal. *Sepulchrum patens guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorũ. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est*: celeres gressus pedum eorum ad effusionem sanguinis innocentium (vt Psalmista prædixit) arrogantem superbiam oculorum eorum, ad insidiandum cunctis Christianis: *Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua*: sanguinarias illorum manus, adhuc cruore Fidelium madentes, Isai. 1. *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*: obdurata eorum corda, ab exordio nascentis Ecclesię Christianorum in illorum ruinam diu præparata: *Dixit enim, in corde suo: Non mouebor a generatione in generationem sine malo*: peruersas illorum coniurationes, quibus à Passione Christi R. N. hucusque, & in finem mundi legi nostræ Euangelicæ audacter se opponere omnibus modis tentant, & vsq; ad vesperã contendent, Isai. acclamante: *Iniqui sunt cœtus vestri*: infimam, vilem, detestandam eorum malitiam, & execrabilẽ naturam: *Ve genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, &c. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens*: hoc, inquam vnum suo veluti iure vehementissimè à me efflagitare. Quæ omnia attentè & maturè diu contemplatus, sic me vnum denuo ad grauem & ingentem timorem, vehementem & inusitatam animi mei perturbationem, suis momentis paulatim, indies ac magis ardenter concitabant, incẽdebant, & inflãmabant: vt iam causa cadere non turpe, sed gloriosum, non mea tantum sed cunctorum amicorum meorum, & prudentiũ virorum sentẽtia, sępissimè fuerim arbitratus: & quid? imò palàm publicis clamoribus hàc & illàc acclamauerim. Sed, vt vera fatear, equidem his omnibus miserandis anguilijs vndique misere

Psal. 5. Psal. 13. Isai 1. Psal 9. Isai. 1.

fere cōstituto, Clarissime & Magnanime Dux, diuinitus (ni fallor) suauis, dulcis & iucūda vox nobilissimi tui, & inclyti nominis S. doual & Rojas auribus meis personans, sic me summo squalore & mœrore iamdudum confectum, copiosissimè intus & exterius exhilarauit, varijs cogitationibus hâc & illâc distractum abundantissime est consolatus, humi iacentem fortissime erexit, titubantē in proposito cœpto firmissimè confirmauit, eumque nouum, viuificum, & vitalem spiritum paulatim mihi largiri cœpit: vt iam immemor huius tanti & singularis beneficij, & innumerabilium aliorum (ob quę omnia me tuo obsequio omnium deditissimum esse perpetuò publice fateor) ab omnibus meritò ipse censeri possem si tuo patrocinio vndique accinctus, cuncta ista difficultatum monstra quæ principiô mihi obuersabantur, vt grauem istam prouintiam meis humeris impositam prorsus desererem, tāquam puerilia, ridicula, & apparentia tantùm arbitratus, iam huic nostræ fœlicissimæ enauigationi parata ex nunc mearum disputationum bella intrepidè ac celeriter committere omnibus modis non anhelarem. Et quid, forsan trepidandum mihi erat, vbi non est timor, nec vlla metus cuiuspiā suspicio speratur? Cúm diu experiamur, & experiantur omnes remotissimæ nationes, celeberrimum, magnanimum, & clarissimum *Sandobalis, Rojarum, Borgiarum & Aragonum* nomē Mauris perpetuò infestum, Sarracenis horribile, Hœreticis formidabile, Iudæis tremendum, Idolatris & cunctis inimicis Religionis Christianæ inexorabile: assertoribus veró Fidei maxime gratum, cuncto Christianorum populo summê iucundum, singularique veneratione dignum, vt quid cæleste eum grauissimū metum, & timorem pertimescendum antiquitus, & his nostris fœlicissimis temporibus, exteris regnis, remotissimis prouintijs, & seiunctissimis nationibus incutere potuisse: vt iam te vno fidelissimo Cōsiliario, ne dicam Comite, inuictissimo & Christianissimo Regi nostro Philippo, diuinitus adstante (qua re nihil fœlicius Reipublicæ Christianæ euenire potuit) certissime sperare cogamur, decursu temporis ob inuictam tui animi fortitudinem, singularem prudentiam, inuisam solicitudinem, & admirandam industriam in administratione Reipublicæ, innumera & oppulentissima exterarum & potentissimarum nationum regna Christianorum imperio abdicanda fore. Et subiugabuntur fœlicissimê equidem, & hisce nostris oculis certissime hoc vnum cōspiciemus: cùm incæamur, ab ipsis incunabulis non sine magna tui nominis celebritate, Hispanorum verô gloria, & summo totius populi Christiani

decore sic vnà tecum semper creuisse ingentē cōmiserationē sublenandi pauperes; eximiam curam exercendi iustitiā, singularē solicitudinē puniendi consceleratos homines; de Republica autē & literis benemeritos summis honoribus, & amplissimis præmijs afficiendi: ardentissimum desideriū tutandi res Fidei, vindicandi iniurias Religioni Christianæ ab infidelibus turpiter illatas; exterminandi à nostris finibus Iudæos, cunctosque hostes Ecclesiæ, conseruandi pacem; amplificandi Hispanorum fœlicissimam ditionem, & consulendi demique communi saluti vniuersorum: vt iam ad existimandum firmiter cuncti adducamur, imo palam fateri compellamur, te vno Heroe viro, & si non summe magnificatam fuisse potentiam Dei, at saltum maximè manifestatam & propagatam per vniuersos totius orbis angulos. Et quid nè aliud præter hoc apertè cunctis ostendunt indefessæ illæ vigiliç, assiduus labor, insomnes illæ noctes, & dies etiam, quibus perpetuò inuigilas vnà cū Christianissimo Rege nostro Philippo, vt cunctam nostram Rempublicam Christianorum, tibi vni potissimè inter alios Proceres maximê demandatam, instar illorum quæ cecinit Psalmista, Psal. 32 *Ecce oculi Domini super metuentes eum, &c. vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame*: liberes eam ab interitu, & viriliter cōserues in antiquo nitore, & pristino honore, quo antiquitus nitebat, & semper fuit habita. Hinc execrabiles inimicorum nostrorum insidias, & fraudulenta machinamenta maturè considerando: illinc fœdas hostium coniurationes in futurum prudenter præcauendo. Hinc efferuescentes & audaces quorundam spiritus fortiter compescendo: illinc præcipitum linguas effrenatas acriter reprimendo. Hinc lites incensas solicitè mitigando, nefarios populorum tumultus solerter sedando, pauperū & viduarum causas strenuê agendo: illinc afflictos amicè consolando, sermonibus blandis iniuria lacessitos leniēdo, & nobilissimos viros innumeris beneficiorum generibus ad tui amorem tāquam arctissimis funibus trahendo. Hinc deniq; prudentia admirabili simulatas aliorum voluntates patienter sustinendo: illinc cūcta huius Reipublicæ Christianorum membra vt singula suis iniunctis & debitis officijs fungantur, mira suauitate, & cælesti ordine disponendo: vt perpetua pace fruentia non solùm impleantur benedictionibus temporalibus & spiritualibus, verùm hæc nostra Respublica eadem, constans, firma, & omniū inuidiā superans perpetuò perseueret.

Quòd si ad manus tuas non plenas sanguine innocentum, sed

aureas,

aureas, tornatiles, hyacinthis, & vernis floribus vndique redũdantes, ad præclara, inquam, heroica, & inclyta facinora, non dicam maiorum tuorũ siue in bello, siue in pace gloriosissimè gesta, quibus cõmuni Religionis nostræ saluti tam sũ cõsulentes, clarissimũ, & illustrissimum, ac magnanimum nomẽ eorũ immortalitati cõsecrarũt, & adhuc modo æternitas ipsa alit, & perpetuitas intuetur: sed ad illa tua nunc nunc recẽtia, & illustria facta hâc & illâc mirificè micantia, quibus potissimè antiqua Hispaniæ nostræ gloria, hac nostra tempestate, constanter nititur, & fœliciter conseruatur, paulisper mentem nostrã conuertamus: vnà simul scrutantes summum celeritatem, gressuum pedum tuorum in patrociniũ pauperum continuò intentam, abditos cogitationũ tuarum recessus cunctorum salutem omnibus modis summè anhelãtium, instar cordis humani, quod & si exiguum sit, tamen prouidè & copiosè vniuersis alijs membris; vt singula in suo munere firmiter consistant, sine vlla exceptione perpetuò administrat: reperiemus non solùm te *omnia omnibus factum fuisse*: verùm in te vno aliqua ex parte adimpleta fuisse, quæ Paulus de se ipso 2. Corint. 11. prædicabat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* Et vt nonnulla præclara & heroica facinora tua quasi celerrimis quadrigis euecti transcurrere conemur: Ad cuius nẽ aures exterarum gentium, & remotissimarum regionum nondum peruenit, magnanimum Ducem nostrum eum semper ab ipsa pueritia hucusque extrenuum, vnicum, & admirabilem virum publicè se præbuisse: vt ex tunc illum tanquam singularem heroem, & amatorem iustitiæ, patrem pauperum, protectorem pupilorum, defensorem viduarum, coronam nobilium, equitum lumen, magnatum ornamentum, Hispaniæ magnificentiam, Europæ gloriam, pacis conseruatorem, Maiestatis Regiæ amplificatorem, inimicorum Fidei acerrimum cultorem, honoris Dei & Religionis Christianæ præexcellẽtẽ vindicẽ, benignitatis, bonitatis, lõganimitatis, mãsuetudinis, modestiæ, continentiæ, humilitatis, prudentiæ, castitatis, cũctarumq; aliarum præstantissimarum virtutum clarissimum speculum, cælesteq; ad imitandum exemplar mortalibus diuinitus cõcessum non solùm nostrates, sed finitimæ prouinciæ, & remotæ nationes summis vsq; in cælum laudibus efferendum esse vnanimi consensione palam prædicauerint? Et quid in his referendis tandiu immoramur? Quandoquidem ita hæc omnia iam luce ipsa meridiana cunctis mortalibus clarius innotescant: vt & si silentio à me contegantur, ipsa animãtia, & cuncta rationis & sensus ex-

 pertia

petriâ, loquaci suo silentio, vnâ mecum ea celebrare iam videre me videam. Et vt ad summam quandam breuem, laconico sermone fungens, admirabiles tui animi dotes quæ te mortali cõditione natum immortalem & æterna memoria dignũ efficiunt, redigam: Quis quæso aliquando summo mœrore confectus, & graui egestate oppressus, tuum suauissimum vultum conspexit, qui lætus, iucundus, varijsque consolationis & munerum generibus onustus inde non redierit? Quis supplex ad tuos pedes prouolutus, misericordiam semel implorauit, qui eximiam clementiam, & inauditã tuam liberalitatem, ô Magne Dux, non fuerit copiosissimè consequutus? Quis vnquam innumeros labores, & immensas molestias pro defensione Reipublicæ Christianæ exantlatas tibi manifestauit: qui tuũ auxilium præsentissimum, paternaque officia in Christianissimum Regem nostrum Philippum III. exibita palàm nõ fuerit expertus? Quis iniurias sibi illatas, tum â Magnatibus, tum â iudicibus, & potentibus hominibus tibi aliquando ostendit, aut significauit: qui celeriter inuisam solicitudinem tuam in earũ vindictam non fuerit periclitatus? Quis in debellãdis Sarracenis, euertendis hœreticis, & propulsandis hostibus Religionis Christianæ, innumeris mortis periculis se viriliter obiecit, vt Christianorum nomini sanctissimo, Dei & sanctorum eius honori aptius consuleret: quem non summis honoribus, inclyte Dux, condecorare ardentissime non fueris conatus? Quis vnquam consilia salutifera ad gubernationem Reipublicæ Christianæ est tibi impartitus: quem non benignè ipse exceperis, solicite coarctatus donec illum intra viscera & intima tua præcordia amicè intromitteres? Cuius nè querellas nõ mitigasti? Cuius nê saluti pauperum siue diuitum, humilium siue nobilissimorum, æqua lance & trutina absq; vlla personarum aut sexus differentia, ardentissime non inseruisti. Apud quem tandem strenui milites, bellicosi Duces, literati homines, incorrupti iudices, de Republica benè meriti viri, equites nobilissimi, expectatę vitæ homines, venerandi religiosi, præstantes Iurisperiti, consumati Thæologi, & meritissimi Religionis nostrę assertores, tanto & tam incredibili amore fuerunt prosequuti, aut tanta vnquam veneratione & cultu habiti? Quando ergo, Clarissimè & Magnanime Dux, his nostris periculosis & formidãdis temporibus, quibus cuncta Respublica Christianorum tot inimicorum classibus, varia & innumera infidelium multitudine miserè circũdatur: & quod grauius est, ô graue facinus, ô flagitium inauditum, ô scelus inexpiabile, his etiã Europę finibus ab ipsis Iudæis.

desis nunc denuo hàc & illàc fraudulēter circumuenitur, imo acriter oppugnatur: vt à tanto & tā supremo honoris fastigio, quo diuinitus per tot longinqua annorū curricula, Sūmę, Augustę, & Cæsareę Austriacę Familię potentiæ innixa, est euecta, & supra cornua cunctorum hostium nostrorum mirificé exaltata, turpiter denigrata deturbata, & humi prostrata ignominiosè iaceat: Tu vnus inter alios meritissimos Proceres Christianę Religionis (abūdat enim quamplurimis) tanquam prudentissimus & sapientissimus consiliarius, ęquitatis acerrimus vindex, veritatis firmus propugnator, pacis vniuersalis solertissimus conseruator, & Chatolicę Fidei sigularis protector cęlitus effulsisti: vt inclyto, inuictissimo, & Christianissimo Regi nostro Ppilippo, in administrando eius latissimo Imperio, prę lectissima consilia impartiaris, vota & desideria eius cælestia in communem omnium salutem, honorē ipsiusmet Dei, & sanctorum eius maximè inflammata foueas, continuò alas & sustentes. Instar sacerdotis illius magni Simeonis, Onię filij, de quo perhibet sacra Scriptura, Eccle. 4. *Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus lucet, & quasi Sol refulgēs: sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ: & quasi thus redolēs in diebus æstatis, quasi ignis effulgens, & quasi thus redolens in igne: quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso*: nunc nunc maximè tua interest, vt iam tanquam Stella lucidissima, antiquo & lucido Familię tuę splēdore, solerti industria tua, densissimę nebulę, execrabiles insidię, & fraudulenta Iudęorum arma, in interitum miserandum Fidelium parata à nostris finibus, hisce temporibus, dispellantur, proculque proiciantur à nobis tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terrę. Tanquam Luna splendidissima, diebus tuis & nostris etiam, cælestis claritas, & firma veritas Religionis Christianę amplius & fusius, tua curā, per vniuersas mundi regiones diffundatur. Vt Sol fulgentissimus in hoc munere obeundo solus mirificè splendeas. Quasi *Arcus* refulgens, fulgore tuo, tetra & tenebrosa Iudæorum caligo, & obscurata eorū iuditia funditus erradicentur. Quasi *Flos rosarum, & Lilia, quæ sunt in transitu aquæ*, varijs & admirandis virtutibus vndique stipatus ad id vnà tecum prę standum cunctos alios patronos Ecclesię Christianę, vehementer & solicitè perpetuò tanquā semper virens cōmoneas, & concites. Quasi *Thus redolens in diebus æstatis, & quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne* totus huius rei consequendę desiderio non solùm incēdaris, verùm cuncto-

cunctorum Fidelium corda ad id vnum consequendum tuo exemplo sic inflammentur: vt iam dicere valeas cum Propheta: *Zelus domus tuæ comedit me. Tāquam vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso*, religionis nostræ causam summa charitate incensus agēs, cunctis alijs tanquam recens cælestium virtutum ad imitandum exemplar cęlitus nobis datum, in hac vna potissima tibi demandata causa singulariter inter alios Proceres Fidei nostræ nitescas. Hæc vna tibi oblata est occasio, in qua, *quasi oliua pullulans, & cipressus in altitudine se præ omnibus alijs erigens*, pristinæ liberalitatis tuæ memor, mihi anxiè & ardenter imploranti dexteram tuam, altissimum refugium sis. Et qui tandiu strenuè cunctorum inimicorum potestati præualuisti, meis præcibus inclinatus, furentes Iudæorum impetus nunc nunc in me, tuo nomine audito, ardentius concitatos fortiter comprimas. Accingere fortissimè antiqua illa tua fortitudine, maiorum tuorum vestigiis infixus: vt ex nunc spurcissima istorum ora prorsus obstruantur. Eia fiat manus tua, & exaltetur potēter contra obstinatam horum perfidiam: extollatur fortitudo brachij tui, atque experiantur exnūc in posterum inuictam & summe potentem tui animi celsitudinem omnes aduersarij mei, & qui me odio capitali acriter sunt deinceps perpetuò prosequuturi. Tibi enim maximè incumbit, vt si nō tanquam salutis meæ auctor, saltem mei honoris acerrimus vindex & protector viriliter obumbres super me caput, in die belli protegas me à conuentu malignantium, & à multitudine operantium iniquitatem, & ab his qui exacuent vt gladium linguas suas, & intēdent rem amaram, vt sagittent in occultis innocētē. Vt inde non solum exaltetur tuum, & venerādum etiā Christianorum nomen super fines inimicorum nostrorum; dolorque assiduus, quo diu consumuntur, conuertatur in capita eorum, & in verticē ipsorum iniquitas descendat, & incidant in foueam quam facient mihi, vt non apponant vltra magnificare se super terrā: verùm etiam sic tibi ob hoc vnum singulare beneficium totus inde deuinctus maneam, vt pollicere iam tibi possim cum Dauid: *Obliuioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis*, si per singulos dies non benedixero tibi, & extullero nomen tuum in sæculum sæculi, annuntiauero inuisam clementiam tuam, & non meminero tui, & proposuero illam in principio lætitiæ meæ; aut in extollendis tui inclyti nominis laudibus aliquātulum defuero.

INDEX CVNCTORVM CAPITVM,

quæ in his nouem Propugnaculis comprehenduntur.

PROPVGNACVLVM PRIMVM.

¶ Innititur illis verbis Genes. 3. *Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem: & inter semen tuum & semen eius. Et ipsum conteret te in capite, & tu conteres eum in calcaneo.*

CAp. 1. Dæmonis potentia cum immensa Mesiæ nostri potestate confertur: vt inde clarius cunctis innotescant memorabiles victoriæ, quas Mesias noster de Dęmone & satellitibus eius reportauit.

Cap. 2. Ad inuicem comparantur Mesiæ nostri leges cum execrandis legibus Dæmonis.

Cap. 3. Referuntur insignes tryumphi, reportati á nostris Fidelibus de Diabolo, & execrandis Hœresiarchis ministris ęius.

Cap. 4. Dilluuntur obiectiones contra veram expositionem & intelligentiam testimonij supra allati, nempe: *Inimicitias ponam inter te, &c.*

Cap. 5. Ad summam breuem rediguntur, qui â temporibus Mesiæ nostri Religionem illius vehementer oppugnarunt: vt clarius fortitudo Mesiæ splendescat.

Cap. 6. Gloriosæ victoriæ â Sanctis Anachoritis & Martyribus consequutæ, meritis Passionis Christi, manifestantur.

Cap. 7. Soluuntur argumenta Iudæorum, huic nostro testimonio (eorum iuditio) maximè aduersantia.

PROPVGNACVLVM II.

Stabilitur illis verbis Numero. 24. *Incessit stella ex Iacob, & surget virga ex Israel. Et transiget terminos Moab, & destruet omnes filios Seht: & erit Edom possessa, & erit possessio Sehyr inimicis*

micis eius. Et Israel acquiret diuitias, & dominabitur de Iacob, & perdere faciet superstitem de Ciuitate.

Cap. 1. Nouæ expositiones huius testimonij à Rabbinis allatæ reiciuntur.

Cap. 2. Cuius momenti sint aliæ interpretationes Iudæorũ in istud testimonium excogitatæ, demonstratur.

Cap. 3. Proprietates stellæ in communi ex Philosophorum & Astrologorum sententia referuntur: eædemque Mesiæ nostro adaptantur.

Cap. 4. Firmissimæ rationes adducuntur contra Iudæos, ad ostendendum, Messiam nostrũ optimè stellæ munere functum fuisse.

Cap. 5. Quàm aptè adaptari possint verba subsequẽtia Numero. 24. *Et surget virga ex Israel, &c.* Messiæ nostro, traditur.

Cap. 6. Declaratur quàm concinè verba quæ sequuntur in eodem testimonio, nempè: *Et transfiget terminos, vel Duces, &c. conueniant Messiæ nostro.*

PROPVGNACVLVM III.

Fundatur illis verbis Gene. 22. *Per me iuraui, dixit Dominus: Quia pro eo quòd fecisti rem hãc, & non prohibuisti filium tuum: quia benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, &c.*

Cap. 1. Obiectiones Rabinorum ad obscurandum sensum intentum ab Spiritu sanctò soluuntur.

Cap. 2. Stollidæ interpretationes recentiorum Iudæorum propelluntur.

Cap. 3. Verba huius testimonij Genes. 22. adaptantur ita propriè Messiæ nostro, vt nulli alteri præter Messiam adaptari valeant.

Cap. 4. In confirmationem huius veritatis explicantur verba, quę sequuntur in eodem testimonio: *Et hæreditabit semen tuum, &c.*

Cap. 5. Ostenditur, quã aptè verba huius testimonij, quę sequuntur: *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes:* Messiam nostrũ & fideles eius preseferant.

Cap. 6. Vera intelligentia testimonij demostratur.

PROPVGNACVLVM IIII.

Confirmatur illis verbis Deut. 18. *Et dixit Dominus ad me. Bona sunt, quæ loquti sunt. Prophetam suscitabo eis de medio fratrũ, sicut tu es. Et ponam verba mea in ore eius: & loquetur ad eos omnia*

nia, quæ ego præcepero ei. Et erit: Vir qui nō obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo ego requiram ab eo.

Cap. 1. De medio tollitur fabulosa expositio quorundam Rabbinorum: vt splendidius vera intelligentia huius loci cū ctis innotescat.

Cap. 2. Conferuntur inter se Moysis & Iosue prodigia: vt inde facilius veritas huius Prophetiæ manifestetur.

Cap. 3. Iterum inter se Moyses & Iosue comparantur: vt commodius error Rabbinorū funditus extirpetur.

Cap. 4. Nouus error Rabbinorum procul expellitur: ne cęteris errandi sit occasio.

Cap. 5. Confirmatio huius erroris denuo pullulans, prorsus pręscinditur.

Cap. 6. Palàm cōuincitur error affirmantium, verba huius prophetiæ Deut. 18. *Prophetam suscitabo:* pręseferre cūctos Prophetas, qui à Mosech hucusque subsequti fuerunt.

Cap. 7. Peruersa expositio eorum qui docent, cuncta huius prophetiæ in fine mundi adimplenda fore, longe amandatur.

Cap. 8. Ostenditur, Messiam nostrum instar Moysis legislatorem extitisse.

Cap. 9. Nullatenus testimoniū istud Deuter. alteri præter Messiā nostrū applicari posse, traditur.

Cap. 10. Breuissimè cuncta quæ in isto Propugnaculo adducta fuerunt, referuntur: vt Rabbini de suo errore resipiscant.

PROPVG. V.

Fulcitur illis verbis. 2. Sam. 7. *Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis: statuam semen tuū post te, quod egredietur e ventre tuo: & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo: & firmabo solium regni eius vsque in sæculum.*

Cap. 1. Error nouus eorum qui dictitāt, cūcta huius testimonij verba adimpleta fuisse in posteris Salomonis, conuincitur.

Ca. 2. Confirmatio præcedētis erroris prorsus euertitur.

Cap. 3. Comparantur ad inuicem regnum Salomonis & eius Templum cum regno spirituali Christianorū & Ecclesia vniuersali: vt inde Ecclesię nostræ excellentia cunctis innotescat.

Cap. 4. Vt clarius malitia Iudæorū cunctis ostendatur, nunc denuo iterum maiestas Tēpli Salomonis cum magnificentia Ecclesiæ nostræ Christianorum comparatur.

Cap. 5. Procul amandatis falsis Rabbinorum expositionibus, vera intelligentia illorum verborum: *Et firmabo regnum eius, &c.* ostenditur.

(2 Cap. 6.

Cap. 6. Manifestatur sensus testimonij superius adducti: *Et ipse ædificabit domũ nomini meo:* in ostensionem præstantiæ nostræ Ecclesiæ.

Cap. 7. Demonstratur verba illa: *Et ipse ædificabit domum, &c.* nõ tantùm vniuersam Ecclesiam Christianorum, sed etiam Angelicam virginis Mariæ de Pilari præseferre.

PROPVGNACVLVM VI.

¶ Firmatur illis verbis Psal. 2. *Vt quid cõgregabũt se gẽtes, &c. Et ego constitui Regem meum super Sion, &c. Postula à me: & dabo Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Cap. 1. Nouæ expositiones denuo excogitatæ reiciuntur.

Cap. 2. Sensus verus illorum verborum: *Quare fremuerunt Gentes:* manifestatur.

Cap. 3. Vera intelligẽtia eorum quæ sequntur: *Ego autem constitui Regem meum, &c.* ostenditur.

Cap. 4. Messiam fuisse, & esse filium Dei consubstantialem & verum, ostenditur.

Cap. 5. Diuinitas Messiæ fusius declaratur.

Cap. 6. Stabilitur hæc veritas ex his, quæ Messias noster in decursu eius vitæ mortalis palam edidit.

Cap. 7. Soluuntur argumenta eorum, qui adhuc his quæ supra retulimus, se audacter opponunt.

Cap. 8. In confirmationẽ primi aduentus Messiæ exponuntur verba, quæ sequntur in eodem capite.

PROPVGNACVLVM VII.

¶ Desumitur ex illis verbis, Psal. 46. *Dominus exercituum nobiscum: eleuatio nobis Deus Iacob, Selah. Venite, videte opera Domini: qui posuit solitudines, vel prodigia in terra, cessare faciẽs bella vsque ad extremum terræ. Arcum conteret, & concidet hastam: plaustra comburet igni, &c.*

Cap. 1. Amãdatis falsis quorundam expositionibus, superscriptio huius Psalmi declaratur.

Cap. 2. Vera intelligentia illorum verborum: *Venite, & videte opera Domini:* cunctis subijcitur.

Cap. 3. Noua Rabbinorum argumenta contra veram intelligentiam huius nostri testimonij à nostris finibus ignominiose exploduntur.

Cap. 4. Quam concinè ea quæ

in

in testimonio Psalmi supra allato referuntur, Messiæ nostro conueniant, demonstratur.

Cap 5. Ex his quæ Martyres Christi virtute Passionis illius præstiterunt, corroboratur hæc eadem veritas.

Cap. 6. Ad confirmationem huius veritatis explicantur verba, quæ inferius in eodem isto Psalmo subsequuntur.

PROPVGNACVLVM VIII.

¶ Corroboratur illis verbis Psal. 40. *Multa fecisti, tu Domine, erga nos: non est qui ordinet aput te, &c. Sacrificium & oblationem noluisti, aurem fodisti mihi. Holocaustum & sacrificium pro peccato non postulasti, tunc dixi: Ecce venio, &c.*

Cap. 1. Vera intelligentia eorum verborum: *Multa fecisti, &c.* demostratur: & ex consequenti maiestas Incarnationis Verbi Diuini ostenditur.

Cap. 2. Procul amandantur recentiores expositiones iuniorum Hebræorum.

Cap. 3. Stolliditates Rabbinorum in medium adducuntur: vt cunctis innotescat, nullatenus Iudæos extra Hierusalem immolare sacrificium posse.

Cap. 4. Rabbinorum stolliditates referuntur: vt illis conuincantur, nullatenus reuelatione diuina eos à tẽpore Passionis Christi hucusque potiri, vt ob eam extra Hierusalem sacrificia Deo offerre sit illis permissum.

Cap. 5. Argumenta validiora eorundem dilluuntur: ex quorum solutione hæc eadem veritas clarius manifestatur.

Cap. 6. Hoc idem conatur: & palam, inuitis Rabbinis, consequitur.

Cap. 7. Nefariæ Iudæorum obseruationes, & execrãdi eorum errores in medium adducuntur: vt inde cuncti percipiant sacrificium laudis, confessionis, & iustitiæ nullatenus apud eos reperiri.

Cap. 8. Confirmationes errorum ipsorum dilluuntur, ad clariorem dilucidationem huius veritatis.

Cap. 9. Testimonia sacræ Scripturæ quæ ab illis adducuntur ad euersionem nostræ veritatis, exponuntur: vt inde fundamenta erroris Rabbinorum prosternantur.

PROPVGNACVLVM IX.

¶ Desumitur ex illis verbis, Ps. 43. *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsæ educ:re me facient*

cient, &c. ad montem veritatis tuæ, & ad tabernacula tua.

Cap. 1. Nouæ expositiones denuo in ista verba: *Mitte lucem tuam*: adhibitæ reiciuntur.

Cap. 2. Vera intelligentia huius testimonij docetur.

Cap. 3. Hæc eadem veritas confirmatur.

Cap. 4. Messiæ nostro tantûm hęc verba: *Mitte, &c. & veritatem tuam*: adaptanda fore demonstratur.

Cap. 5. Quâm verax extiterit Messias noster in his, quæ fuit pollicitus, fecit, & in futurum prædixit.

Cap. 6. Dilluuntur recentiorum Rabbinorum obiectiones.

Cap. 7. Messiã nomine veritatis apertissimè comprehendi, in eoque vno cuncta quæ Prophetæ prædixerunt, in integrum adimpleri manifestatur.

Cap. 8. Hæc eadem veritas ex his quę Rabbini docuerunt, confirmatur.

Cap. 9. Dilluuntur recentiorum Rabbinorum argumenta.

Cap. 10. Exponuntur clarè verba Isaię: *Habitabit lupus cum agno.* Ex quorum intelligentia non solum falsitatis arguuntur Rabbini, verum quam plurima testimonia sacræ scripturæ intelliguntur.

PRO-

Digitized by Google

Digitized by Google

PROOEMIVM AD PROPVGNACVLA, VT INIVSTIS QVÆRELLIS IVDÆORVM PRIVATIM ET PVBLICE contra Christianos concitatis opportunè respondeatur.

QVONIAM semper maximè cõducere existimaui, ad maiorẽ animorũ Christianæ Religionis quietem, nec nõ ad grauiorem Iudæorum (si dici potest) ignominiã, & confusionẽ (ne hęc vna res posteà in decursu nostrarũ disputationũ illis aliquandò multum profuisse, nobis autẽ grauiter nocuisse aliquibus videretur) si inprincipio, antequam rationibus, & argumentis cum eis decertaremus, breuissimè cunctis manifestare cõtenderemus, quã peruersè & iniuste isti miserabiles Iudæi apud omnes gentes vbique palàm, absque vlla tẽporis mora, de Christianis conquærantur, affirmantes graue facinus, immane, & execrandum, & antea nunquam visum, nec auditum, quod Christiani contrà illos tamdiu perpetrant. Quandoquidẽ illi soli inter cæteras mundi prouincias, regna, & nationes intestinis odijs, inimicitijs capitalibus eos prosequũtur: ita vt tanquã canes rabidi, sitientissimi totius vastationis legis veteris, illius sanctissimæ, insanabili æmulationis vlcere intra se cõsumpti, imo ex ossi per mil-

le,& ferè sexcentos annos post aduentum illum fictitium Mesiæ, quem falsò ipsi fingunt: hinc continuis bellorum incursionibus illos infestantes, illinc miserabili à patria sua expulsione eos exterminantes: hinc ex Hispania nostra tanquam aduenas, grauissimamque Republicæ Christianæ perniciem importantes, illos expellentes: illinc in domo, in agris, in bello, in pace priuatim, & publicè, iam gladijs acutissimis, iam verbis ignominiosis, iã scriptis maximè execrandis illos insectantes: sic eos dirè, & crudeliter continuò opugnent, insequantur, & perturbent: vt nunquã otio, & pace illis frui liceat. Idcirco id vnũ potissimè contẽdam, libentique animo præstabo; nec patiar quemquam cæterarum nationum & semotissimarum gentium, in hac vna rè ob iniustas istorum contra nos concitatas quærellas falsè decipi; vt infamiam nobis iniustè ab illis inustam longe propellentes, Christianorum honori debito, imò & nomini, quòd veneratione summa dignũ est, consulentes: deinceps cõmodius cæterarum gentium animos, & voluntates malè in nos animatas (quando non Iudæorum, quod nõ vtique piffido) non solũ pacare, verũ rationibus in decursu horũ certaminũ à nobis adducendis in nostram sententiam, ad amplectendum inquam primum aduentũ Mesiæ nostri, quasi quibusdam catenis allicere, & pertrahere valeamus.

1 Oponunt. Et quamuis, vt inde exordiamur, verum sit, minimeque illis iam contradicere possimus, legem illam suam Mosaicam, quam modò in integrum obseruant (si fas est dicere scripturam inquam sacram, cum nouis expositionibus illorum, commentarijs fictitijs, multiplici dictionum interruptione, varia punctorum, & literarum mutatione, multitudine librorum Talmudicorum interpretatione, sic fædatam, adulteratam, & corruptam omnes intueamur: vt iam vix aliquod signum illius pristini splendoris incorruptæ veritatis in ea appareat) eam fuisse, vt per manus Moysi populo

pulo illi antiquo ab ipso Deo datā fuisse legemus: tātamque & tam eximiam excellentiam, & sanctitatem præseferie, vt ob hæc & alia innumera, in excelso illo Mentis Synai vertice, summa maiestate, & regio apparatu fuerit illi data, vt demonstrant illa verba. *Et fuit dies 3. Cùm esset mane, fuerunt tonitrua, & fulgura, & nubes grauis super mōtem, & sonitus buccinæ fortis valdè: & expauit omnis populus, qui erat in castris &c. Et mons Synai fumabat totus, eô quôd descendisset super eum Dominus in igne: & ascendit fumus eius, sicut fumus fornacis, & cōmotus est omnis mons valdè: & fuit sonitus buccinæ, eunte, & fortificante se valde: Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei in voce.* Exod 19. Et illa. *& loqutus est Deus omnia verba ista, dicendo &c. Non erunt tibi Dij alieni, corā me, &c. Et omnis populus videbat tonitrua, & lampades & sonitum buccinæ, & montem fumantem: & vidit populus, & moueruut se, & steterunt procul, & dixerunt ad Moysem: loquere tu nobiscum & audiemus, & ne loquatur nobiscum Deus ne forte moriamur: &c. Sic dices ad filios Israel: vos vidistis quòd è cælo locutus sum vobiscum.* Exod. 20.

Insuper & certissimum sit, quòd si ad eam interius contemplandā nostræ mentis aciem conuertamus, siue ex ea parte, qua ordinem rectissimum, qualem tunc homines intra se, & cum proximis obseruare tenebantur, continet: siue ex ea, qua docet, & præfigit modum ad exhibendum debitum cultum Deo, & qua ratione ab immunditijs exterioribus mundari deberent homines: vel (vt breuius loquar) si præcepta decalogi, moralia, iudicialia, & cæremonialia inspiciamus: sanè adinueniemus adeò singularem, admirabilem, tantoque authore dignam priscis illis temporibus semper eam extitisse, qualem nobis illa innumera Leuitici. Exodi. Deuteron. præcepta aperte significant. Ita vt meritò cum Paulo nostro publicè de illa acclamare possimus: 2. Oponunt.

Pau.Rō.7 *Itaque lex ipsa quidem sancta, & mandatum sanctum, iustum, & bonum*: & ad hoc dicendum nos inuitare, imò cogere videatur Psal. dicens: *Beati perfecti via, qui ambu-*
Psal.118. *lant in lege Domini. Beati qui custodiunt testimonia eius, & toto corde quærunt eum.* &c. *Vtinam firmentur viæ meæ, ad custodiendum statuta tua. Tunc nō pudore afficiar, cùm perspexero ad omnia præcepta tua.* &c. *In via testimoniorum tuorum gauisus sum, sicut super omnibus diuitiis.* &c. *Viam veritatis elegi, iuditia tua possui coram me.* &c. *Portio mea Domine, dixi, vt custodirem verbum tuum.* &c. *Nisi lex tua delectationes meæ fuissent, tunc periissem in afflictione mea.* &c. *Quam dilexi legem tuam quotidie, ipsa est meditatio mea.* &c. *Pax multa diligentibus legem tuā, & non est eis offensio.* Et hęc omnia clarissimè corroborare videntur illa tremenda verba tot, tantisque comminationibus plena quæ Moyses nomine Dei populo Israelitico, ob maiorem obseruationem illius legis protulit, dicens: *Et erit, si non obedieris voci Domini Dei tui, vt custodias,*
Deut. 28. *& facias omnia præcepta eius, & statuta eius, quæ præcipio tibi hodie; venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate & maledictus eris in agro.* &c. *Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ* &c. *Mittet Dominus in te maledictionem, & perditionem, contritionem in omnibus, in quibus mittes manus tuas.*

Dilluūtur obiection.

Sed tamen, quæso, ne vlterius tantā gloriam sibi vendicantes progrediantur: sed eò cogitationes suas dirigant, quò ipsemet Regius Propheta eos publicè vocat, dicens:
Psal.118. *melior est mihi lex oris tui, quam millia auri, & argenti*: vt nos occulis nostris videamus iam, quàm apertè istis verbis, tanquam gladio ancipiti vsque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumque, & medullarum pertingēti, intima cordium illorum lethaliter transfigantur, ac trāsuerbe-

uerberentur. Illi autem ex nunc experimento cognoſcant, iam extrema gaudij luctum, vt Salomon dicebat, occupare. Attendant iſti, rogo, inter alba, dulcia, & prętioſa; & inter ea, quę ſunt optima, album, & candidius: dulce, & dulcius: pretioſum, & pretioſiſsimum; bonum, & melius: ſicut & in malis graue, & grauiſsimum reperiri. Vt iam deinceps mirari, aut de nobis conqueri ſinant, ex eo quòd legem Euangelij legi illi veteri multis, & iuſtis de cauſis anteponendam eſſe nos vbiq; prędicemus.

Vtilem, iuſtam, ac priſcis illis temporibus maximè conuenientem populo Iſraelitico, fuiſſe legem Moſaicam, publicè iam cum illis prędicamus: ſed pręſtantiam, excellẽtiam, & ſanctitatem, qua iſta noſtra Chriſtianorum lex illam veterem longò interuallo antecellit, & ſuperat: quis namq; adeò cæcus, proteruus, aut temerarius eſſe poterit, qui non clarè intueatur confiteatur, & vbiq; atteſtetur? Acclamante Dauid. *Melior eſt mibi lex oris tui, quàm millia auri, & argenti.* Vel vt Chaldaica lectio habet; *Bonum mibi lex oris tui ſuper millia talentorum auri, & argenti:* At Dauidẽ, ac populum Iſraeliticũ nuſquam ab ipſomet Deo, ſed ſolùm à Moyſe legem illam accepiſſe comperiemus. Ex quo conſequens fit, vt fateri teneamur, huius legis noſtræ Chriſtianorum, quam ab ipſo Meſsia acceperunt fideles, tantùm Dauidem tunc meminiſſe. Pſal. 118.

Perfectam, & ex omni parte conſummatam legem Moſaycam extitiſſe olim, prædicamus: tantoq; honore, & æſtimatione ſemper habitam fuiſſe; vt illam maiores veſtri, & Rabbini doctiſsimi (vt quidam ex noſtris Iuſtinianus, inquam, in expoſitione Pſalm. 118. refert ſeptuaginta nominibus, inſtar ſeptuaginta nominũ Dei, & ſeptuaginta nominũ Synagogæ, ſummis æncomiis celebrarent: appellantes illam veritatem, lucem vitarum, ſemitam, ceruam amoris, eloquia ſuauia, fidem, claram pactum, Comparatur lex Vetus, cũ Euangelica.

intellectum, fortitudinem, scientiam, mel, semitam mundi: thesaurum, aurum, coniugatam, sapientiam, regulam: lac, vitam, munditiem, bonitatem, prætiosam, vinũ, pulchritudinem: capreolam gratiæ, hæreditatem, hæredem, timorem, honorem, argentum, legem: bonam, societatem gratiæ, panem, purificatam, retinentem, aquam, redemptionem animæ: rectitudines, iustitiam, cogitabundam, dantem sapientiam, perfidem: præceptum, exemplũ, rethoricam, illuminantem oculos, lætificantem cor: fidelem, desiderium, dulcedinem, fauum mellis, nuntiam, secretum, ingenium: testamentum, torquem, diuitias, præcepta, obrizum, gratiam, iustitiam, emptionem: principium, Deum, oleum, trinitatem, perfectam, artem, subtilitatem, legem, experrectionem. Sed dicant mihi, quorsum præter illam legem, aliam denuo ipsum Dauid à Deo obnixè petentem inuenimus in eodem Psalmo, cùm dixit: *Ostendere me fac Deus viam præceptorum tuorum, & custodiam eam vsq. in finem*: idest, eam legem, quæ vniuersam perfectionem in se contineat: & Psal. *Ostendere me fac*: id est, vt textus originalis præsefert. *Omnibus modis quibus est possibile, ostendere me fac viam tuam.* nempè eam legem, quæ ob eius dignitatem, perfectionem, & sanctitatem summam, viæ nomen, & tuæ, quod magis est, meritò obtineat. *Et deducere me fac in semitam rectam propter insidiatores meos.* Ac si clarius diceret, per eam perfectionis viam, & legem, qua conculcatis carnis meæ passionibus, mundi, & diaboli insidias euadens ad portum tutissimum salutis, & quietis apellere securè valeam.

Psal. 27.

2. Collat. vtriusq; legis.

Fructuosam, omniq; bonorum temporalium genere adeo affluentem, & abundantem illam legem antiquam extitisse, illis liberè concedimus: quantùm nobis, & cunctis licet suspicari ex illis verbis, quæ Deuter. & Leuit. obseruantibus illam ipsemet Deus est pollicitus. *Si in decretis*

Deut. 28. Leuiti. 26.

meis

meis ambulaueritis, & præcepta mea seruaueritis, & feceritis ea: dabo pluuias vestras tempore suo, & dabit terra fructum suum, & arbor agri dabit fructum suũ: apprehẽdet q; apud vos tritura vindemiã, & vindemia apprehẽdet semẽtem. Et comedetis panem vestrum in saturitate, & habitabitis confidenter in terra vestra, daboq; pacem in terra: dormietis autem, & non erit exterrens. Et cessare faciam bestiam malam è terra, & gladius non transibit per terram vestram. Et persequemini inimicos vestros, & cadent coram vobis gladio &c. Sed an ista bonorum genera simul in vnum aggregata quempiam beatum efficere valuerint: sicut lex nostra, & bona, quæ in illa promituntur: illis, & ipsius met Dauidis iuditio iudicandum relinquo. Præsertim ipso proclamante: *Beatus vir, quem erudieris Domine, & legem tuam docueris: vt quietem præstes ei à diebus malis: donec fodiatur impio fouea*, vel, *interitus*. Id est, ille beatus dici potest, quem tu Domine in ea lege erudieris: qua instructus eam quietis, & beatitudinis sedem in hac vita, sed potissimè in alia, consequi mereatur: ad quam neq; aliquod malũ, aut flagelliũ appropinquare possit, quod aliqua ex parte lætitiã, & pacẽ eius perturbare valeat. Legem verò Mosaicam quẽpiã vnquã à malis liberasse, quæ habent omnẽ rationẽ mali, qualia sunt peccata: aut à pœnis pro illis debitis, quæ perpetuò sunt duraturæ, si cum illis sint copulatæ: aut apud Deum aliquando hoc eam impetrasse: in medium nobis adducant: si legi nostræ ceruices ad huc submittere, eiusq; excellentiam intueri recusant. Demonstrentq; quis vnquam ex obseruatione legis antiquæ, atq; ex operibus illius iustificatus, gratus, aut amicus Deo extiterit. *Psal. 93.*

Ingenuè illis confitemur, legem Mosaicam, dulcem, suauemq; illis antiquissimis Patriarchis, & Prophetis, cunctisque Dei amicis antiquitus extitisse: Deoque ipsi summè gratam. Sed tamen ad huc similiter Coll. 1.3.

nos reddit certos ipsa sacra scriptura, Regem Dauid legem istam nostram Christianorum delongè conspicientē, adeò ingenti desiderio illius flagrasse, vt vix se continere potuerit, quominus eius præstantia cognita, in hæc verba,
Psal.118. nulla ratione habita legis antiquæ, etiam prorruperit, Psal. *Appropinquet laus mea coram te Deus: secundum verbum tuum doce me. Veniat depræcatio mea ante vultum tuum: secundùm eloquium tuum libera me. Fundent labia mea hymnum, docebis enim me præcepta tua. Loquetur lingua mea sermonem tuum: quia omnia mandata tua iusta. Sit manus tua auxiliatrix mea: quia mādata tua elegi.* Desideraui *salutare tuum Deus: & lex tua meditatio*, vel *delectatio mea est.* Ac si diceret, concupiui Iesum tuum: hoc namq; *Iesuaghcexa.* Et litera, *tauf*, quę in toto isto octonario in principio collocatur, innuunt; cùm tanquàm vltima litera alphabeti demostret Christum: qui fuit finis legis: & vt signum (id nanq; significat) ostendat eundem Messiam.
Esai. 11. Qui, teste Esaia, *stabit in signum omnium populorum*. In cuius nouissima lege, quam ipse est laturus, noctu, dieq; mecum cogitans delector. Quæ omnia maximè consonant lectioni Chaldeæ: *Desiderauit redemptionem tuam Deus: & lex tua solatium meum.*

Libenti animo profectò affirmamus, nimium prouidam fuisse, maximeq; vnius cuiusq; saluti, absq; vlla perso-
Galat. 4. narum acceptione, consuluisse veterem illam legem: quandoquidem, ea vna, valuit cunctus populus Israeliticus vitam pacificam, & quietam intra se, & cum proximis suis continuò, si vellet, traducere. Sed ob id silentio inuoluere cogimur excellentiam legis Christianorum? cùm intueamur Esaiam Prophetam palàm de aduentu Messiæ nostri alloquentem illos, qui & si non in vmbra mortis, tamen in ea lege, quæ tantùm vmbram eorum bonorum gerebat, quibus nos fruimur, tandiu iacebant: &

eos tanquam graui mærore confectos, spe huius legis Euangelicæ, quæ per Messiam danda erat, enixè consolantem, dicere; *Ecce seruus meus, innitar ei: electus meus complacuit animæ meæ: dedi spiritum meum super eum: iuditium gentibus exire faciet in lucem: & legem eius insulares expectabunt*. Et cap. 51. in hac vna re maximè occupatum acclamare: *Audite me sequentes iustitiam, quærentes Dominum.* &c. *Quia consolatus est Dominus Sion, consolatus est omnes desolationes eius: & ponet desertum eius, tamquam delitias: & solitudinem eius, veluti hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Attendite ad me popule mi, & gens mea me audite: quia lex à me exiet, & iuditium meum in lucem populorum quiescere faciam*. Et alibi. *Consolamini, consolamini populum meum, dicet Deus vester.* &c. *Et reuelabit se gloria Domini: & videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum est.* In super adinueniamus hoc idem Hieremiam præstitisse: *Ecce dies veniunt, dixit Dominus, & feriam cum domo Israel, & cum domo Iehudah fœdus nouum: non secundùm fœdus, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua appræhendi manum eorum.* &c. *Sed hoc erit fœdus quod feriam cum filijs Israel: post dies ipsos dixit Dominus, dabo legem meam in medio eorum, & in corde ipsorum scribã eam.* ¶ Cùm ergo hæc omnia ita se habeant, quid iam in causa esse potest, vt hi miserabiles Iudæi de nobis apud cunctas gentes, & nationes ad huc palàm sic impudenter conquærantur; ex eo quòd nos, tanquam filij legis Euangelicæ amantissimi, ipsius partes pro virili agentes, illam legi veteri iustissimè præferendam acclamemus? Acclamabimus, mihi credant, sæpe ac iterum hoc ipsum. Quamuis ob has potissimas rationes à nobis adductas iam videam nonnullos, qui cùm

Esai. 42.

Esai. 40.

Hier. 31.

1. Obiect. his testimonijs palàm se vndique conuictos esse intueantur, alia via incedentes in hanc adduci sententiam: vt affirmare non erubescant, nondum istam legem nouam datam esse: sed fælicissimis illis temporibus quibus Messiã suũ venturum esse adhuc sperant, fore elargiendam. Et non quibuscunque gentibus, sed Iudæis tantùm: cùm eis solùm honorifico illo, & celebri nomine filiorum Israel, ob particulare Dei priuilegium, fælicissimè frui liceat. Sed ne, quæso, vt præcipites, & nimium insani in tantam dementiam, & temeritatem adducantur: vt iam quasi vi, & tyrannide, suis fabulosis expositionibus, & illusionibus dæmoniacis innixi, illustre, & honorificum nomen filiorum Israel ita audacter, cum tanta Christianorum iniuria sibi iam vsurpare iniuste conentur. Eia, quæso, illud in posterum relinquere illos, est necesse: cùm tamdiu illo peruersè hucusque abusi fuerint, & abutantur modò: & studia, cogitationes, mentes, operaque eorum in omnibus illi contrarientur. Et illis inquam Christianis, qui fide viua Deum, factum iam hominem, pro hominibus passum, mortuum, à dextrisque Patris sui sedentem, totiusque huius ecclesiæ militantis, & triumphantis sceptra tenentem credunt, ac fide certissimè iam intuentur: & tanquàm alter Iacob strenuè cum ipso Deo luctantur, noctu diuq; in vinea ista Domini laborantes, vt sic nõ Iacob tãtùm, *idest*, luctatores: sed Israel, hoc est qui præualẽt Deo, vel Principes cũ Deo (quorũ meminit Dauid,
Psal. 81. dicens. *Ego dixi, Dij estis vos.* &c.) ab omnibus vocari meruerint: tanquàm iure hæreditatio, multisque rationibus debitum restituere contendant. Præsertim cùm ad id vnum præstandum eos adhortari, si non cogere iam sentiam, quæ inferiùs post hæc omnia ab eodem Propheta Hieremia in eodem cap. dicuntur, quæ sic se habent: *Et ædificabitur ciuitas Domino à turre Hanamehel*

mebel, vsque ad portam Anguli : & exibit vltra filum mensuræ coràm eo , super collem Chgarèb : & circuibit Ghoboath , & omnem vallem Cadauerum, & Cineris locum , & vniuersas regiones vsque ad torrentem Cedron, vsque ad angulum portæ AEquorum ad Orientem. Sanctitas Domino non euelletur , neque destruetur vltrà in sæculum. Ac si diceret, illa ciuitas , quæ ædificanda est , scilicèt congregatio fidelium , ecclesia in quam Christianorum terminabitur *A turre Hanamebel*, id est , gratiæ, & donorum Dei : sic enim sonat dictio, *Hanamebel. Vsque ad portam Anguli* : hoc est: quàmdiu hic viuimus : *Et exibit vltra filum mensuræ coram eo super collem Chgareb*: Id est, adeo propagabitur , vt contineat in se exules , & aduenas semotissimarum gentium, & nationum: *Et circuibit Ghoboath , & omnem vallem Cadauerum , & Cineris locum, & vniuersas regiones , vsque ad torrentem Cedron*: Nempè vallem miseriarum, & afflictionum, quibus incolæ eius vndique circundabuntur in hac vita. *Vsque ad angulũ portæ Aequorũ, ad Orientẽ*: id est, donec ex hac vita discedentes eam fælicitatem consequantur, vt audire mereantur. *Ascendisti super æquos tuos, & quadrigas tuas ad salutem . Sanctitas Domino non euelletur, aut destruetur vltra: hoc est*: Coletur summè in ea Dominus, per manebitq; in æternum: quia erit fundata supra firmum fundamentum Prophetarum, Apostolorum: nempe supra Iesum. Abacu.3.

Sed quia iam illos nimiùm hilares , & ingenti lætitia vndique persusos , occasione horum verborum Hieremiæ, intueor , vt vultus exterior illorum palàm ostendit : nec me profectò fallit opinio, cùm satis, diuque eos ad intelligendum omnia , quæ in sacra scriptura adducuntur , tantùm literaliter maximè paratos 2.Obiect.

paratos ſemper eſſe nouerim: ita vt omnibus aliis ſenſibus ſpiritualibus, quæ ſub literali diuinitus latent; & ad quorum intelligentiam cunctos inſtruere contendat Spiritus Sanctus: omnem aditum intercludant. Falsò exiſtimantes, hoc vno teſtimonio nuper adducto, in integrum eis reſarcienda eſſe omnia damna, & detrimenta; quæ ex aliis teſtimoniis Sacræ Scripturæ contra ipſos ſuperius à nobis adductis, importata fuerunt. Præcipuè, cùm ita ſuam cauſam agere iam arbitrentur; vt nec Sanctorum Patrum acutiſsimis expoſitionibus, in illud editis, nec admiranda interpretatione Diui Hieronymi (quem tamdiu ipſi vehemēter pertimeſcere ſolent, cùm ab eo vno inter ceteros Proceres noſtrę Eccleſię tantum damnum ſe recepiſſe fateri iam cogantur, quanta fuerunt emolumenta, quę ex eius doctrina Religioni Chriſtianorum, fuiſſe allata nos publicè prędicamus) nos vlla ratione ab illo enodari poſſe, quominus grauem iacturam cuncta Religio Chriſtianorum patiatur: ſibi perſuadeant. Opus eſt profectò, vt repentè nouam iſtam lętitiam nunc deponant: ingens gaudium, & inuſitata eorum alacritas in luctum, & męrorem vertatur: pręcepſq; eorum lingua faucibus adhereſcens perpetuo ſilentio tabeſcat. Nec me iam, præcipiti eorum audatia, qua impiè omnes alios ſenſus præter literalem ignominioſè, tanquam ſibilis, è Sinagogis eiiciunt: ſummamq; Diui Hieronymi, & cæterorum Doctorum auctoritatem contemnentes, aliquantulum à propoſito retardare poſſe indè arbitrentur. Sed hac vna re grauiores, & acriores ſtimulos ad eos acrius inſectandos, mihi iam ſe adhibuiſſe intelligant, eſt neceſſe. Præſertim cùm lōgo experimento cognouerim, illos ita ad hæc terreſtria, & viſibilia inhiare, vt numquam (non mentior) ad exiſtimandum adduci poſsim, animos

illo-

illorum ad spirituales sensus, & cęlestia mysteria, quę in sensu literali, singulari prouidentia Spiritus Sancti latent, aliquantisper attolli posse. Atque ita non mirum esse debet, si ob hęc omnia, & quia Doctores sacros ad huius loci explicationem principiò me adducturũ esse pollicitus sum; quia sancti, quia sacri, instar eorũ, quę sunt sacra apud nos ab illis magno dedecore iam habeantur. Sed nè amplius in nos turpiter suis spurcissimis linguis debachari deinceps conētur, ex praua intelligentia huius testimonij Hieremiæ a nobis adducti, breuissimè illud interpretari nos conemur: sicquè veritatem nudam, sine vllis ambagibus, illorũ oculis subijciamus: vt nullus illis postea errandi concedatur locus. Spero namquè ex authoritate allata, tot procellas, & tempestates contra eos esse concitandas; vt iam vbi portum tutissimum, ab omni molestiarum genere liberum se iam consequtos esse liberè gloriabátur, ibi adeò triste, miserandũ (si illorũ miserijs quibus vndiquè circundantur, miserabilius quidpiam addi potest) naufragium eos passuros fore: quale peruersæ illorum cogitationes, fraudulentæ insidiæ, causæ iniquitas, quam pro virili tuentur, suo veluti iure postulant, & efflagitant.

Illis ingenuè concedimus (eia ne me tàm capitali odio deinceps tanquam inimicum acerrimum prosequantur) huiusmodi testimonium Hieremiæ adductũ tantùm intelligi debere, vt cortex nudus literæ insinuat: scilicet, ædifficãdam esse ciuitatem Domino, à turre Hanameel, vsq; ad portam Anguli: & circuire debere collem Hareb, & Hoboath, & omnem vallem Cadauerũ, & Cineris locum, & vniuersas regiones vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulũ portæ AEquorum ad Orientem: sanctitatem que Domino non euelli, aut destrui debere vltra in sæculum. Sed nunquid, si nomine ciuitatis illius congregationem tantũ Iudæorum, quam Dominus ex Iudæis, qui per vniuersas mundi

Expli-catio tes timonij. Hierẽ.

mūdi partes sparsi erant, collecturus erat in vnum, intelligi debere arbitrantur; vt apertè insinuare videntur illa verba, quæ superius in eodem testimonio dicuntur. *Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis : & congregabo eos ab extremis terræ.* Forsan ne adhuc immemores sunt eorū, quæ David nomine Gentiliū, imò & Christianorū à Deo efflagitabat, dicens: *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultu suo nos Selah. Vt sciamus in terra viā tuā, in omnibus gentibus salutem tuam. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: ipsi lætētur, & clament gentes: quoniam iudicabis populos in æquitate, & gentes in terram duces, Selah. Vel* vt Chaldæus legit. *Deus misereatur nobis, & benedicat nobis. lucere faciat splendorem faciei suæ super nos semper: vt innotescat in terra via tua, in omnibus populis redemptio tua. Confitebuntur coram te populi Deus, confitebuntur coram te populi omnes: lætabuntur, & gaudebunt gentes : quoniam iudicabis populos in æquitate; & gentes, quæ sunt in terra, duces in æternum.* Quo testimonio, tot gentes, ac populos absque vlla nationum, aut personarum exceptione reperiri est illis integrum : quot modò nobis recensere est fælicissimum?

Psal. 66.

1. Rep. Neque est, cur illos ad hæc respondere patiamur : cùm ista nobis inficiari non audeant : vt dictitent, nullibi in sacra scriptura hoc benefitium cæleste quod David à Deo postulauerat, cum illi, aut alicui Prophetarum, aut illis, pro quibus poposcerat, pollicitum esse. Sed ita nè vniuersam sacram scripturam in promptu habent, vt in hæc verba nobis audientibus prorrumpere illos iam sentiamus? Quorsumnamque præcedentes lineas eiusdem capitis Hieremiæ ne aliunde contra illos arma quæramus) consulto non perlegerunt, aut perlegentes non considerarunt? quæ sic se habent: *Ecce dies veniūt, dicit Dominus: &*

Hier. 31.

feriam

feriam cum domo Israel, & cum domo Iuda fœdus nouum. &c. Quòd si superius per *Domum Israel*, non solùm populum Israeliticum, sed omnes illos, qui fide vident Deū, & sunt Principes cum eo, intelligi debere, me interpretantem audire non recusarunt: me iterùm, quæso, patienter excipiant: vt iam proferre mihi sit integrum, similiter per *Domum Israel*, inuere Prophetam, illos omnes, qui recti sunt corde in oculis Dei; id namque, *Iasar*, a quo proficisci potest hoc nomen *Israel*, comprehendit: & per domum *Iuda*, cunctos illos populos, & nationes, qui confitentur Deo, & gratias ingentes illi agunt, deuotissimisque hymnis, & cantionibus illum continuò laudant: vt ex verbo *Iuda*, à quo oritur, licet coniectari.

Neque est cur iam alicuius momenti, & considerationis esse possint, aut debeant, ea quæ postea à propheta adduntur: vt ob ea aliquantisper, à vera intelligentia huius loci hi discedant. Nam etsi, ista verba statim addantur: *Non secundum fœdus, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: quia ipsi irritum fecerunt pactum meum.* Sed nunquid ob ista adduci iam debent, vt hanc promissionem solùm Domui Israel, & Iuda à Deo factam esse contendant? Aut ex eo, quòd Exod. solùm cum parentibus harum duarum tribuum, & domorum Deum iniisse fœdus perhibeat scriptura, dicens. *Sic dices Domui Iacob, & annuntiabis filijs Israel: Vos vidistis, quæ feci Ægyptijs: & eleuaui vos super alas aquilarū, & adduxi vos ad me. Et nunc si obaudiendo obedieritis voci meæ, & custodieritis pactum meum: eritis mihi tamquàm thesaurus dilectus præ omnibus populis: quia mea est omnis terra. Et vos eritis mihi Regnū sacerdotale, & gens sancta. Haec sunt verba quæ loqueris ad filios, Israel.* Nam licèt ex testimonio isto adducto

contra-

Exod.19.

contrarium apertè contra nos colligatur: cùm eo vno instruamur fœdus illud iniisse Deum cum vniuersis tribubus, quæ originem suam ducebant à Iacob: qui postea Israelis nomen fuit sortitus. Præsertim cùm eo tempore nondum essent inter se illæ tribus separatæ, vt intuẽti caput erit perspicuum. Aut eis tribuamus potissime promissionem istam factã fuisse illis duabus tribubus, vt ex illo Hieremię loco, & ex isto. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & confirmabo verbum bonum quod loqutus sum ad Israel, & ad domum Iuda, in diebus illis. Et in tẽpore illo germinare faciam ipsi Dauid germen Iustitiæ: & regnabit Rex, & prosperabitur.* &c. Hiere. 23.

Sed tamen nunquàm affirmare illis licuit, aut licebit diuinitus non fuisse factum, & non casu, vt tantùm nominum, *Iudæ*, & *Israel*, recordaretur Propheta: vt sic istis nominibus, *Iuda*, & *Israel*, comprehenderentur etiam omnes gentes, & nationes: quæ tanquam rectæ, iustæ, & gratę cõspectui Dei, in agendis innumeris gratijs Deo ob innumera beneficia ab illo accepta, & in celebrãdis eius laudibus, siuè ex Iudæis, siue ex Gentilibus suam prosapiam, & originem per longinquissima tempora trahunt: consecrantur Deo. Præcipuè, cùm fœdus istud nouum, quod pollicetur Propheta, non propriè diceretur nouum, si illud nõ iniret Deus cum Gentibus, & alienigenis nationibus, quarum antea meminerat Deus. Quæ omnio olfacere visus fuit Esaias, dicens. Responsio.

Et erit, in nouissimis diebus: Præparatus erit mons domus Dei in vertice montium: & eleuabit se præ collibus: & confluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicent: venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. &c. *Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos.* Si ergò ad eũ omnes gentes cõfluere Isa. 2.

debere

debere in Esaia legunt, nobiscùm: fateri iam tenentur congregationem illam, quam Hieremias nomine ciuitatis illius, loco citato, fundandam esse pollicetur: non solum ex Iudæis, sed etiam ex cunctis gentium, & nationum generibus: conflandam esse. Quòd si hoc adhuc præstare renuũt: sat nobis erit Eximium Prophetam Dauid, Religionis Christianæ partes agentem hanc eandem veritatem docuisse: quandò de fundatione huius inclitæ ciuitatis, congregationis, inquam, Christianorum sermonem instituens, ob quod insigne donum, titulum ipsi Psalmo, Canticum Cantici: imponendum esse consultò decreuit, contendens summis encomijs in cælum extollere congregationem istam fidelium, tanta varietate gentium, & nationum vndiq; circundatam: exorsus est dicere: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei Selah*, id est, in perpetuum: *vel*, vt ista audientes attentius (vt pareat) ea perpenderent, & in admirationem rapti in hymnos, & carmina laudum diffluerent cuncti vnà simùl sẽper: omnia enim ista dictio, *Selah*, innuit: vt Rabbinis illorũ doctissimis placet. *Memorare faciã AEgyptum, & Babel scientibus me. Ecce Palestina, & Tyrus, cum Ethiopia iste natus est ibi: Et propter Sion dicetur, vir & vir natus est in ea: & ipse fundabit eam altissimus. Dominus numerabit, quando scribet populos: iste natus est ibi Selah*: Ac si diceret: ideo opus est, vt hæc omnia inefabilià beneficia vestris cordibus fixa perpetuò maneant: velut siclarius expresisset innumeram illam multitudinem, & diuersitatem gentium, nationumq; vtriusq; sexus, status, & conditionis, siue Iudæorum, siuè Gentilium: siue nobilium, diuitum, sapientium: siue humilium, pauperum, & insipientum: quam intra se ista congregatio vniuersalis fidelium amplectetur: quis alius preter Deum illum qui illam est conditurus, resensere valebit? velut Chaldaica lectio tenet: *verba honorifica dicta sunt de te. Ciuitas Dei: in æternum cõmemo-* Psal. 86.

¶ ¶ *rabo*

rabo laudationes AEgyptiorum, & Babiloniorum his, qui sciunt te. Ecce Palestina, & Tyrus, cum AEthiopibus hic Rex vnctus fuit ibi. Et ad Sion dicetur, Dauid rex, & Salomon filius eius vnctus fuit in ea: & Deus ipse fundauit eam ad celsitudinem? Et Psalm. vt Chaldęus legit. *Regionum regna venient: vt suscipiant faciem tuam: & vt glorificent te* &c. Et Esaiæ. *Egredietur Virga de stirpe Isai.* &c. *Et erit in die illa radix Isai: quæ stabit vt vexillum populorum: illam gentes quærent* &c. *Et eleuabit vexillum in nationibus.* Et Malachiæ. *Ab ortu enim Solis vsq; ad Occasum eius magnum nomen meum inter gentes* &c. *Quia magnum nomen meum inter gentes, dixit Dominus exercituum.* Cùm hæc ita se habeant, qua demum ratione in sola Ciuitate illa, quã expositionibus suis falsò fingunt, hi dictitare audẽt Iudæos tantùm congregari debere: vt in ea cultum, & reuerentiam Deo prestent?

Psal. 44. *Esai. 11.* *Malac. 1.*

Quandò ergo ex dictis apertè isti conuicti manent, vt affirment nullatenus intelligi posse authoritatem superius Hierem. adductã de Ciuitate illa materiali: cùm illam non posset incolere tanta multitudo gentium, & diuersarum nationum, quanta à Propheta, & ab alijs prædicitur: nec de congregatione sola Iudæorum: cùm planè testimoniis superius allatis, & aliis quàm plurimus prophetarum hoc aduersetur. Reliqum est iam, vt saltim palam affirment illam ciuitatem quæ ædificanda erat à Domino ex Iudæis, & Gentilibus qui timent Deum, & fide viua in illum credunt, seque totos in laudibus eius celebrandis noctu diuque consecrant: conflãdam esse. Si nobiscum vnanimiter fateri adhuc recusant, iam dudum ædificatam fuisse: ex eo inquam tempore, quo post mortem Christi, admirabilemq; eius ascensionem ad cælos promulgatam fuisse legem Euangelicam

gelicam cunctis gentibus, & nationibus nos attestamur ab Apostolis in Hierusalem. Quæ adeo ædificata fuit firmissimis sanctitatis fundamentis: vt nunquam in ea sanctitatem non solùm non defuisse, verùm neque vsque in finem mundi defecturam fore Christiani certissimè credant, & assentiantur. Quæ omnia breuissime insinuare visus est Ezechi. *Ecce ego assumo filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt.* &c. *Et faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Israel.* &c. *Et non erunt vltra duæ gentes: nec diuidentur amplius in duo regna: neque polluentur vltra in idolis suis, & abominationibus suis.* &c. *Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium. In iuditiis meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea. Et habitabunt super terram quam dedi seruo meo Iacob, ipsi, & filii eorum vsque in sempiternum. Et Dauid seruus meus Princeps eorum in perpetuum. Et percutiam illis fœdus pacis: & pactum sempiternum erit eis. Et fundabo eos, & multiplicabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus: & ipsi erunt mihi populus.* Ezec. 37.

Quòd verò iste Pastor qui regnaturus erat in perpetuum, non fuerit Dauid: cùm iam diu illum præcessisse legamus: neque vllus rex temporalis, qui hoc nomine nuncuparetur: cùm dicat Dauid: quis est homo, qui viuet: & non videbit mortem: sed Messias noster, qui verus Deus, & verus homo fuit: & qui regnaturi cum ipso in perpetuum sint: & omnes filij eius qui fonte baptismatis regenerati, fidei eius assentientes, mandatisq; obedientes, in hac vita per gratiam, in alia perpetuò sine fine regnantes, illam terram beatitudinis Psal. 88.

occupant:in qua non solùm tanquàm alter Iacob ab omnibus molestiis, & laboribus immunes: non in somniis, sed clarè Deum in summitate cælorum, tot exercitibus Angelorum, & cælestiùm spirituum Præsidentem intuentur: quis ex illis adhuc dubitat, & ignorat? Et hoc idem
Ezec. 34. præseferre videntur illa verba Ezechiel: *Et sucitabo super eas pastorem vnum: & pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas: & ipse erit eis in pastorem: ego autem Dominus ero eis in Deum.* &c *Et ponam eas, & quæ sunt in circuitu collis mei, in benedictionem: & descendere faciam pluuiam in tempore suo: pluuiæ benedictionis erunt.*

Et quia iam insidiæ occultæ quas ex authoritate Hierem. superius adducta fraudulenter hi contrà nos moliebātur, non sine magna illorum confusione tanquam vanæ iamdudū euanuerunt ab oculis nostris: machinamentaq; fortissima in nos parata, funditus sic euersa intuemur: vt cum regio Vate acclamare possimus, non sinè ingenti gaudio & letitia: lacum aperuerunt, & effoderunt eum: & inciderunt in foueam, quam fecerunt: reeuersa est iniquitas
Psal. 7. eorum in capita sua. Rationi maximè consonum est, vt quę relam illorum contrà nos excitatam amplius, & exactius examinemus: vt quàm iniusta, & iniqua sit, clariùs cunctis innotescat. Neq; illis iam tanquam genti absq; consilio, & prudentia, parumq; in posterum prouidæ amplius de nobis conquęri liceat: aut affirmare, nos tantùm ob inuidiam prę stantissimæ illius legis qua illi fruuntur, opportunè, & inportunè tanquàm canes rabidi contra eos oblatrare, nullatenusque pati, vt quiete antiqua securè ipsi potiantur.

Præstantiam equidem, excellentiam, & authoritatem
Collat. 5. illius antiquę legis profectò non negamus. Sed si lex ipsa Mosaica tantorum bonorum aggregatione cumulata est, adeoq; ingentia, & cęlestia præimia in integrum eam obseruan-

obseruantibus pollicetur: quod est regnum cęlorum, quæ est vita æterna, quæ immensitas gloriæ, aut perpetua beatitudo, quam illis elargitur, aut aliquando ipsam elargitā fuisse dictitare possunt? An istis dēsissimis tenebris cum illis nos allucinari, aut suis illusionibus fabulosis fascinari nos posse arbitrantur, aut sperant: ita vt lucem splendidissimam veritatis intueri non valeamus? Bona nè temporalia, an celestia vobis cęcucientibus apparent illa, quæ Moyses nomine Dei antiquissimis parentibus vestris est pollicitus? Deuter. *Et erit: si obediendo obedieris voci domini Dei tui, vt custodias faciendo omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, ponet te dominus Deus tuus excelsum super omnes gentes terræ: & veniēt super te omnes benedictiones istæ, & apprehendent te, si obedieris voci domini Dei tui. Benedictus eris in ciuitate, & benedictus eris in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuę: & fructus animalis tui, fœtus bouum tuorū, & gregum pecudumq; tuarum. Benedictum canistrum tuum, & reliquiæ tuæ. Benedictus eris quando ingredieris. Dabit Dominus hostes tuos surgentes aduersum te, percussos coram te: per viam vnam egredientur ad te, & per septem vias fugient coram te. Præcipiet Dominus, vt sit tecum beneditio in cellariis tuis, & in omnibus, in quibus mittes manus tuas.* &c. *Et abundare te faciet Dominus in bono, in fructu ventris tui.* &c. Profectò cælestia sint illis ista bona: quando veris illis cælestibus, & diuinis bonis nunquàm frui, sicut nobis Christianis licuit. *Deut. 28.*

Cùm ergo ex omnibus, quę superius breuiter retulimus, & ex omnibus aliis, quàm plurimis locis Sacrę Scripturę, quę ne nobis ad alia grauiora aggredienda aliquo impedimento esse possint, silentio inuoluenda esse consultò duxi: apertè nobis constet legem Mosaycam, non quam modò Iudæi vndiq; ferè corruptam, & adulteratam habēt: sed quę

tantùm olim per manus Moysis à Deo data fui: eã extitisse priscis illis tẽporibus: vt si huic nostræ legi Christianorũ cõparare audacter aliqua ex parte velimus, absq; vlla eius iniuria cogamur legem illam antiquam cum Paulo nostro appellare legem carnis, legem figurę, oneris, timoris, seruitutis, mortis: legem infirmam, vacuam, imperfectam, legẽ tenebrarũ ministerii, damnationis: ita vt nõ solum aliquẽ per eam saluatum fuisse vnquam: verùm nec ad maiorem perfectionem, & sanctitatem euectum fuisse, absq; mendacio dicere valeamus. Ne, quęso, huic legi, quam secundum desideria carnis eorũ, & ad mensuram tenebrarum earũ quibus circundãtur, regulatam, in multisq; rationi ob duritiam cordis eorũ repugnãtẽ videmus: ita vt potius mostrũ quoddã ex mille capitibus maximè inter se contrariis conflatũ, interitusq; omnium virtutum, quàm norma alicuius legis Gẽtilibus visa fuerit: nos inuidere, sibi persuadeant exteræ, & remotissimę nationes: ita vt ob illam tantùm arma nunc de nuo contra Iudæos nos assumere tentemus. Somnia ista, & fabulosa deliramenta procul ab illis recedant, semel atq; iterum rogo: noua sint omnia. Dictitent iam, & prædicent nos non vt inimicos capitales ipsorum, sed tanquàm salutis eorum maximè auidos (vt Christiana charitas nos vrget, atq; impellit) hinc firmissimis rationibus, illinc validissimis argumentis: hinc variis testimoniis Sacræ Scripturæ, illinc ex contextu verborum antecedentium, & subsequentium: hinc ex pugnantia interprætationum suorum Rabbinorum, illinc ex contrarietate sensus literalis eos vndiq; oppugnare. Neq; eo animo, vt crudeli morte ęos afficiamus: sed vt densissimę ipsorum tenebræ quibus tamdiu sunt obcæcati, longè amandentur: splendidissimaq; lux aduentus pręteriti Messiæ nostri, lucidissimusq; legis eius splendor mentibns eorum resplendeat & cõmunicetur: & vt fructus copiosissimos vitæ æternæ percipere nobiscum

Matth 5. *Matth. 19* *Rom. 4.*

biscum iam valeant. Fateantur similiter est necesse, quòd
si aliquando à nobis verbis contumeliosis, aut aliis iniuriis
grauissimis lacessiti fuerunt hi miserabiles Iudæi: nõ ea mẽ
te à Christianis id factũ esse, vt gauderemus in interitu eo-
rũ: sed vt in illis afflictionibus cõstituti ad Deũ illũ patrem
misericordiarũ, tanquã filii inobedientes, ex toto corde, &
ex tota anima reuerti ardenter conarentur. Si forsan dig-
naretur, ille inquam, qui diues est in misericordia, miseratio
ne cõmotus obdurata corda illorũ sic emolliri: vt lumẽ ve-
ritatis deinceps recipere summopere contẽderent. Atq; ita
si aliquando in grauẽ admirationẽ hi rapiebantur, & rapiũ-
tur modò, inuestigãtes potissimã rationẽ, ob quã qui quõdã
Populus dilectus Dei, segregatus ab ipso, electus, gẽs sãcta,
peculiũ regale, arctissima amicitia cũ Deo copulatũ, dignita
te & veneratione lõge cæteras mũdi nationes antecellebat:
sic fœdè per tot ãnorũ curricula à nobis, & à cæteris nationi
bus, cũctisq; gentiũ generibus conculcari Deus illũ permise
rit: nũc profectò necesse est, iã admirari ob ista sinant, & tã-
quã ardentioribus flãmis concitati, & incensi, maximis præ
coniis immẽsã Dei bonitatẽ erga illos sũmè ostensam cõti-
nuò in cælũ extollere ardentius conẽtur. Quãdoquidẽ licèt
eorum scelera adeò facinorosa, & execranda fuerint, & sint
etiã modò Deo sũmè infensa, & molesta: vt pectus diuinũ ad
miserendũ maximè pronũ (si fas est dicere) obdurare, peren-
nes, & copiosos riuulos misericordiæ eius exhaurire mer-
uerint: ipsasq; creaturas rationales, & vniuersa mũdi elemẽta
in vindictã tanti, & inauditi criminis (quod dicã, ipsi opti-
mè sciũt) tanquã iniuria grauissima cũ suo Authore simul la
cessita ad tristẽ illorũ ruinã, funebre & miserãdũ interitum
cõcitauerint cõtinuò, & irritẽt mòdo: nihilominus tamẽ exi
mia adeò liberalitate clemẽtiaq; inaudita in eos õnes, potis-
simè ex eo tempore vsq; in hanc nostram ætatem, vsus est:
vt semper illũ per vicos, plateas, ciuitates & vniuersas mũdi
partes, & finitimas regiones nõ tantũ foribus eorũ astantem,

ſed anxiè illos quæritantem, quos tandiu dilligere ſolebat, vt ſuis dulciſsimis amplexibus recipiat: ſe inueniſſe apertè teſtari iam poſsint.

Obiect. 3. Et quia dum iſta à nobis proferuntur, iam corda multorum ita emolliri experior: vt veritate compulſi hæc omnia nobiſcum fateri ſentiam: illorumq; voces audiam, qui apertè dictitant non à nobis, illis miſerandis bellorum incurſionibus, afflictos fuiſſe: ſed ab Imperatoribus Romanis Titto, & Veſpaſiano: decurſuq; temporis à potentiſsimis Turcarum Monarchis duriſsima ſeruitute opprimi.
Threnor. 1. Que omnia ſatis illa verba Threnorum demoſtrarunt. *Quomodo ſedet ſolitaria Ciuitas: copioſa populo, facta eſt veluti vidua: copioſa in gentibus, domina in prouintiis facta eſt tributaria.* &c. *Tranſmigrauit* Iehudah *præafflictione, & præ multitudine ſeruitutis. Ipſa habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtas macerias.* &c. Ita vt huius criminis in nos commiſsi illos pœnitere publicè ita videam: vt quaſi iure iurando nunquam de nobis in poſterum, apud alias nationes conqueri, iam dudum nobis apertè polliceātur.

Pſal. 58. Supereſt, vt finem huic noſtro procemio imponentes, ad illos qui ab vtero, vt dixit Dauid, locuti ſunt falſa: quorum furor ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdę non audientis vocem incantantium, ſuę obſtinationi firmiter tanquàm in malo confirmati ad hæreſcunt: ſermonem noſtrum aliquantisper conuertamus. Vt in ore eorum dentes, & maxillas conterentes, illis inuitis, oſtendamus, quàm vanis, & futilibus fundamentis innixi contra nos concitentur: cùm docent (vt peruerſæ ſuæ cupiditati ſatisfaciant) eſto veriſsimum ſit, & abſq; dubitationis ſuſpitione legem iſtam quā Deus in poſterum hominibus per Prophetas ſuos dare eſt pollicitus, longo ſpatio legem

Moſaicā

Mosaicam excellere, & superare: nondum tamen datam fuisse: sed eo tempore dandam fore, quo Messias aduenerit: qua posteri eorum tantùm fruentur ob beneplacitum diuinum, & pre ordinationem inaccessibilem à Deo factam: & si illis impossibile huc vsq; fuerit, tanta fælicitate perfrui. Sed certè, si hoc vnum solatium summæ illorum miseriæ re lictum fuisse sibi falsò persuadent hi omnium miserrimi Iudæi: tanquàm vanum, & omnino frustratum exnunc intelligant. Imo certiores reddantur, ob hoc vnum crudelioribus tormentis à me cruciari deberi: & non quibusq; armis, sed illis quibus siue in pace, siue in bello contra nos sunt accincti. Nec parcam quicquam dolori eorum: vt non solùm in alia vita, sed in ista pœnas debitas, quamuis minores tanta illorum temeritate persoluant. Et quando tot, tantaq; sunt emolumenta, quę ex manifestatione huius veritatis in vniuersam religionem Christianam copiosissimè proficiscuntur: quot sunt detrimenta innumera, quæ ex ignorantia, imò falsa notitia illius, iam diu illorum capitibus grauiter impendere video, imo tamdiu omnes fideles experti sumus: non alienum à ratione erit, si aliquantulũ in eius ostensione immoremur: vt clarius quamtam veritatem ea quę nobis obiiciunt, in se habeant, cunctis innotescat. Ab illis initiò sciscitantes, forsan ne à memoria illorum dudum exciderint illa verba Esai. *Et erit, in nouissimis diebus: præparatus erit mons domus Domini in vertice montium, & eleuabit se præcollibus: & confluēt ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: venite, & ascendamus ad montem Domini ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem.* &c. *Et contundent gladios suos in ligones, & lanceas suas in falces: & non leuabit gens contra gentem gladium: & non discent vltra bellum.* Si ergo hæc omnia me- Esai. 2.

moria retinent, paulatim in intelligentia verissima illorum iam instruantur, est necesse: contẽplantes, qua ratione per, *abarith*, id est, *per finẽ*, non finis mundi, sed illorum dierum tantùm, de quibus Propheta vaticinatus fuit, demonstretur: nempè quando templum Salomonis tertia vice, & postrema solo complanandum erat: sicut hoc idem

Hier. 49. apertè insinuant illa verba Hieremiæ. *Et erit in nouissimo dierum: reuerti faciam captiuitatem Helam, dixit Dominus*. Helam autem Persidis regio erat: vbi Cyrus qui Iudæis redeundi indulgentiam concessit, habi-

Esdr. 1. tabat: vt Exdræ dicitur. & cõfirmat articulus ille, H. adhibitus illi nomini, *baiamin*, id est, *dierũ*: qui vt articulus particularis, & determinatus, & demõstratiuus appellatur ab Hebræis: ita dies determinatos tanquam digito demõstrat, eos inquam dies, quos voluntas diuina secundũ beneplacitum suum præfixerat in salutem cunctorum mortaliũ.

Deut. 31. Et hoc idem licebit ipsis intueri in illis Deuter. *Noui enim, quòd postquam mortuus fuero, quòd corrumpendo corrumpetis vos*. &c. *Et veniet vobis malum in fine dierum*. id est, in fine illorum dierum, quibus auersi fueritis iniqua agendo. Et per consequens & vna simul cum his omnibus erudiantur, est opus, illam vltimam vastationem templi Salomonis futurã esse, nõ in fine sæculi, scilicet mundi, sed quando expulso, & interfecto à maioribus eorũ vero Rege, & suo Mæssia, Titus & Vespasianus Hierusalẽ inuadentes, eã sic

Esai. 1. humi prostratã reliquerunt: qualem & verba Esai. *Et derelinquetur Filia Siõ sicut vmbraculũ in vinea*: demõstrãt: vt apertè innuũt illa verba præcedentia. *Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe domini sui: Israel autẽ me non cognouit, populus meus non intellexit*. Et quæ statim subsequuntur. *Væ genti peccatrici*. &c. *Terra vestra desolatur*.

Quod si vlterius intima istorũ penetrare contenderint, citò ad inueniẽt, iuxta Rabbinorũ suorũ expositiones, nẽpè

iuxta

iuxta Rabbi Salomonem ista verba Esai. *Erit præparatus mons in vertice montiũ*: intelligenda esse spiritualiter: ita vt per illũ montẽ Domus Dei significetur, quæ dignitate, & miraculorũ multitudine in mõte Sinay, Carmelo, & Thabor maximè eleuata fuit. Vel secundũ expositionẽ Rabbi Abrahã, & Rabbi Abenezra super Michæã, Messiã intelligi: qui meritò mons dictus fuit ex eo, quòd semper super excelsa cacumina omniũ Prophetarũ suum tabernaculũ constituerit, iuxta illud Zachariæ. *Quis tu mons magne coram Zorobabel?* Et Esai. *Ecce prudenter Aget seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.* Cùm ergo hæc ita se habeant, qua ratione moti (nobis dicant, quæso) illam legẽ dandã esse in fine dierum, id est, in fine mundi arbitrantur? quo vè tẽpore mõtẽ domus Dei eleuari debere super cacumina montiũ sperãt? Præsertim, cũ præterquãquòd Rabbinorũ suorũ antiquissimis expositionibus, hac vna re, maximè aduersentur: ipsa ratio naturalis eis obuiare conetur, cũ dictu difficile, imò impossibile iã appareat intra eãdẽ domũ õnes gentes, & nationes mũdi, ad dandũ cultũ Deo, eodẽ tẽpore, die & horis illis à Moise præfixis simul esse, & cohabitare posse. Quòd si adeò magnam, & spatiosam, & excelsam super cacumina montiũ sũmè eleuatã fingũt: quorsũ tã excelsa: si nulla de inceps subsecutura erat inundatio aquarũ: vt Sacra Scriptura testatur? quorsũ tã ampla, si in omni loco vt Malachias prædixit cap. 1. *Incensum offeretur nomini meo, & oblatio munda: quia magnum nomen meum inter gentes?* ¶ Tenui iam, quod tandiu desiderabat anima mea: nec dimittã eos, quousq; velint nolint, etiã si magno cũ rubore, & cõfusione eorũ (ne terga vertant quæso, initũ est præliũ) introducã eos in domũ genitricis eorũ, nẽpe in Scripturam Sacram: & in istam nostram Christianorũ Ecclesiã, quæ solũ summũ Pontificẽ, Vicariũ Christi, tanquam supprœmum capt congnoscit, & veneratur: oculos considerationis eorum fixos esse intelligam, cuius antea meminisse

Zach. 4.
Esai. 52.
Exortat

Psal. 74. meminisse Dauid legimus, cùm dixit Psal. *Recordare congregationis tuæ, quam acquisiuisti ab antiquo. Quòd redemisti virgam hæreditatis tuæ, montem Sion istum: in quo habitasti.* Vel vt Chaldæus: *Recordare congregationis tuæ, quam acquisiuisti ab initio: redemistiq; ex AEgypto tribus hæreditatis tuæ, montis Sion huius: quãdo quiescere feceris diuinitatem tuam in eo.* Vt perspicuè illis intueri iam liceat, sit ne ista domus Dei, illa admirabilis, de qua Esai. vaticinatus est, & quã Deus Opti. Max. per tot annos, per præsentiã corporalem, & particularem incolere, ea innumera beneficiorum genera hàc illàc cunctis fidelibus impartiendo, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, neq; in corda hominum ascenderunt: est dignatus: & cum ipso regio Dauid in vehementem admirationem rapti ob ista omnia, pro ferre conentur: *Et ad Sion ita verissimè dicetur vbiq; Vir, & vir natus est in ea, & ipse fundauit eam excelsus:* Et Psal. *Non fecit taliter omni nationi: & iuditia sua, non fecit nota eis: laudate Dominum.* Eia accedant, accedant proximius, vt clarius Deus illuminet eos vultu suo: & cognoscant iam inter cæteras mundi Respublicas, & cunctas congregationes, istam nostram Christianorum fuisse quam, tanq; scabellum pedum eius, non in vertice altissimo in accessibilium montiũ, sed tot clarissimorũ Ducum, magnanimorũ Principũ, inuictissimorũ Regũ, & potentissimorũ Imperatorũ, sic ab exordio eius cõstituit: vt dicere possimus cũ Dauid: *Qui posuit gloriã suã super cælos:* Et alibi: *magnificẽtia, & virtus eius vsq; ad cælos.* Festinẽt iam, vt intueãtur similiter adeò firmiter illã ædificatã fuisse à primo eius exordio: vt nõ solũ dictare possint, nec crudelissimorũ tyrannorũ tormenta læthalia, validissima Heresiarcharum machinamenta, immensam omnium barbarum nationum potentiam, inauditas Dæmoniorum insidias, per mille, & fere sexcentos annos continuò contra illam vna-

Psal. 147. (margin)

Psal. 8. Psal. 67. (margin)

nimiter

nimiter magno impetu & violentia, concitatas aliquid vnquam valuisse: sed etiam ea omnia illi inseruiisse: vt semper in eodem statu fixa, & immobilis perseuerans, nunc nunc illustrior, celebrior, & immortali gloria dignior cunctis videatur. Imò à multis & pene innumeris colatur, & veneretur: quorum omnium recordatus fuit Dauid dicens. *Multùm angustiis affecerunt me ab adolescentia mea: dicat nunc Israel, multùm angustiis affecerunt me ab adolescentia mea: verùm non præualuerunt mihi.* Vel, vt Chaldæus. *Multi, qui molestias intulerunt mihi à iuuentute mea: dicat nunc Israel, multi qui molestias intulerunt mihi à iuuentute mea: verùm non potuerunt inferre malum mihi.* Expergiscantur ex nunc, & illuminentur oculi, & corda eorũ: quando iam lumen eorum, & cunctarũ gentium diu venisse, & gloriam Domini super terram ortam fuisse cunctę, & remotissimę nationes prædicant, & clamant. Leuent in circuitu oculos suos, & contemplentur, quomodo lex nostra Christianorum ea semper fuerit, vt eius splendidissimo lumine tantam multitudinem gentium, prouinciarum, regnorum, & finitimarum nationum, per tot eaq. longinqua annorum curricula, ambulasse adinueniant: quantam verba illa Esai. præseferunt. *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui* &c. *Omnes ipsi congregauerunt se, venerunt ad te: filij tui de longe venient, & filiæ tuæ iuxta latus nutrientur. Tunc videbis, & inundabis, & obstupescet, & dilatabitur cor tuum: quandò cõuersa ad te fuerit multitudo maris, fortitudo gentium venerint tibi* &c. *Et sugges lac gentium, & mamilla regum lactaberis.* Et illa. *Ecce gentem quam nescies, vocabis, & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current propter Dominum Deum tuum.* Et illa Esai. *Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Et illa Genes. *Non recedet virga ex Iehuda: & Legislator de pedibus eius, donec veniat*

Psal. 128. *Esai. 60.* *Esa. 55.* *Esa. 49.* *Gene. 49.*

Siloh:

Siloh: Et ei erit aggregatio populorum. Vel vt Chaldæus legit. *Non auferetur habens Principatum à domo Iuda, neque scriba à filiis filiorum eius: donec veniat Messias, cuius est Regnum: & ei obedient populi.* &c. *Populi ædificabunt templum eius: eruntque iusti in circuitu eius.* Et Zachariæ. *Adhuc erit tempus, quo venient populi: & habitatores vrbium magnarum: & ibunt habitatores vnius vrbis ad alteram: dicendo, eamus eundo, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum. Vadam etiam ego, & venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Hierusalē, & ad deprecandum faciem Domini.* &c. *In diebus illis apprehendent quidem decē homines ex omnibus linguis gentium: apprehendent oram viri Iudæi: dicendo, ibimus vobiscum, quia audiuimus Deum vobiscum esse.* Et Agæi. *Aduc vnū pusillum est, & tremere facio cælū, & terram, ac mare, & aridam: & tremere faciam omnes gentes. Et venient, quae sunt desideratio omnium gentium.* Et Psal. *Pones me in caput gentium: populus quē non cognoui, seruiet mihi: ad auditum auris congregabunt se mihi.* Vel vt Chaldæus. *Populi qui non nouerunt me, seruient mihi: auditu auris obedient mihi.* Et illa Psal. *Vitem ex AEgypto proficisci fecisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. Euacuasti ante eam, & radicare fecisti radices eius: & impleuit terram. Operti sunt montes vmbra eius: & rami eius vt cedri altissimæ: misisti summitates eius vsque ad mare.* &c.

Zacha. 8. *Agæi. 2.* *Psal. 17.* *Psal. 80.*

Surgant iam, & excitentur à somno illo profundo, quo sunt penitus consopiti: vt clarè cognoscant, summa veneratione colant, & venerentur hanc nostram Rempublicam Christianam ob eius præstantiam, tanquam Reginam in supremo solio inter cæteras Respublicas dignissime cōsedentem: tantaq; varietate virtutū, & Sanctiminiæ vndiq; mirificè ornatam: quantam copiosa illa multitudo fortissimorum

morum Martyrum, ſplendidiſsimorum Doctorum, inſignium Confeſſorum, ſanctarum Virginum, illuſtrium pœnitentium, quibus tanquàm liliis pulcherrimis, & floribus odoriferis ſemper cingitur: publicè demoſtrat: & inſinuāt illa verba Eſai. *Omnia pecora Cedar congregabunt ſe tibi: & arietes Nebaioth miniſtrabunt tibi.* &c. *Gloria Lebanon ad te veniet: abies, & buxus, & pinus ſimul ad glorificandum locum ſanctuarij mei.* Et illa Cant. *Venter tuus vt aceruus triticorum, ſeptus liliis:* Et illa Pſal. *Et ô tu filia fortiſsimi in muneribus faciem tuam deprecabuntur diuites populi: omnis gloria eius filiæ regis intrinſecus faſciis aureis veſtita eſt in textura varij operis.* ¶ Animaduertant, & proſpiciant, qua ratione ad eam potiſsimè tot Heroes clariſsimi, magnanimi Principes, potentiſsimi Reges & Imperatores, totiusq; mundi Monarchæ ex variis orbis partibus collecti, tanquam ad ſalutis ſuæ tutiſsimum portum confugerint, & quotidie ſine vlla temporis intermiſsione ſe recipiant. Et qui quondam variis, & exquiſitis tormentorum generibus, Dæmonis conſiliis, imo & potentia funditus euertere eā conabantur, vt deinceps nullum veſtigium illius expreſſum permaneret: vehementi dolore, & pœnitentia interius poſtea ita affecti fuerint, diuino auxilio adiuti: vt diuitias, honorem, vniuerſasq; huius mundi illecebras, & voluptates contēnentes, vitam ſuam eiſdē mortis tormētis, & forſan maioribus, ob huius Religionis & legis ſanctiſsimæ teſtimoniū, exponere ardenter contenderint, imo & expoſuerint. Vt ſic illuſtriorem Religionis noſtræ famam efficerent, latiusq; inclytum eius nomen per vniuerſas mundi prouincias, & nationes propagarent; vt Eſai. docuerat antea. *Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt adferat ad te fortitudinem gentium, & reges eorum ducantur. Gentes enim, & regnum quod non ſeruierit tibi, peribunt.* &cæt. *Et pergent ad te humiliando ſe fi-*

Eſai. 60.

Cant. 7.

Pſal. 45.

Cap. 60.

se filij affligentium te: & incuruabunt se super plantas pedum tuorum omnes, qui spernebant te, & vocabunt te Ciuitatem Domini Sion sancti Israel. Pro eo quòd fuisti derelicta, & exossa, & non erat, qui transiret: ponam te in gloriam sæculi, gaudium generationis, & generationis.

Excutiant, excutiant non puluerem, sed obduratam duriciem ab auribus eorum, vt liberè iam percipiant meram illam concinnitatem, armoniam singularem, & concentum sonorum: quem ex omnibus illis, quę in nostra Republica Christiana geruntur: & ex verbis Esai. quę inferius subsecuntur: personare iam vndiquè omnes sentiunt. Et cogitatione secum euoluant, nulli alii Reipublicę, preter nostram aptius, & proprius conuenire posse illa verba. *Pro ære afferam aurum: & pro ferro afferam argentum: & pro lignis æs: & pro lapidibus ferrum. Et ponam oppræssionem tuam, pacem: & exactionem tuam, iustitiam: & non audietur vltra rapina in terra tua: vastitas, & contritio in terminis tuis: & vocabis,* Ihesuah. i. *salutem, muros tuos: & portas tuas laudem. Non erit tibi amplius Sol in lucem per diem, & splendor Lunæ non illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam* &c. *Et finientur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes erunt iusti in sæculum: hæreditate accipient terram: virgultum plantationis meæ, opus manuum mearum; vt glorificer, parua familia erit in mille: parua familia erit in gentem fortem.* Eia in medium nobis proferant omnia illa bona, quę quòndam illis, & parentibus eorum in antiqua illa lege dãda esse eis est pollicitus Deus: vt cõparatione horũ bonorum, quę legi Christianorum erat ipse impartiturus: sicut æs coram auro, ferrum coram argento, ligna coram lapidibus preciosis, viliora extitisse cunctis appareant.

Contemplentur, quę vnquam Respublica fuerit alibi, aut ex cogitari potuerit: quæ tanta, & tam continua pace

inte-

interiori in ista vita millitanti, secum & cum Deo frui valuerit: sicut hæc nostra Ecclesia? quæ non alios prætérquam pacis fines habere desiderauit. Quæ vnquam ita legibus iustissimis exculta, aut iustitia tanta ornata: vt potuerit iniquitati, malitiæ, peruersitati præualere, sicut hæc nostra vrbs fortitudinis, Ecclesia inquam Christianorum? Quæ vnquam ciuitas inexpugnabilis, aut firmissimis muris, & præsidijs fortissimis circumuallata, priscis illis temporibus: vt potuerit cum ista nostra Christianorum decertare? cùm muros eius non quoscũque, sed ipsum Iesum qui est totius veræ salutis author, in defensionem suam in perpetuum habeat. Cōsiderent, quæ vnquam Respublica, aut lætitia abundantior, aut hymnis vberior, & claritate lucidior ista nostra extiterit? cũ in ea semper personẽt iucũdæ gratiarum Deo exhibitæ cantilenæ, suauissimæ laudis Dei voces, & summa diuinæ bonitatis encomia, instar illius cælestis Hierusalem, celebrentur. Tantaq; vbertate splẽdidissimi Solis iustitiæ, illius vnquam: *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* abundet: qua, nō solùm densissimas ignorantiæ tenebras, sed terras luctus, & mœroris caligines longè propellere valeat? Insuper contẽplentur, quæ vnquam congregatio in terris sanctior illa alicubi extiterit? quę cùm maxima charitate Deo sit semper copulata sic sanctissimis viris est, & fuit vndique circundata, & florida: vt ea sola virgultum, & germen plantationis manus Dei ad præstandum Deo gloriam, cunctis apparuerit. Nam esto parua familia fuerit in initio, eaq; cōtemptissima ex vilibus piscatoribus congregata: tamẽ decursu breuissimi temporis interiecto, in mille millium prouincias, & ciuitates ipsam fuisse propagatam, & robustiorem cũctis redditam quis est, qui iam non intueatur? Ioan.1.

Auferant iam, auferant malitiam à cordibus, & cogitationibus suis: vt illas aliquantisper attentè ad ea verba

¶¶¶ Esai.

Esai. 2. Esai. *Et fluent ad eum omnes gentes*: & quæ inferius apponuntur, intendendo, non solùm ora eorum tanquam crudelissimorum leonum ad deuorandum nos semper anhelantia reprimantur, & occludantur: verùm splendidissima illorum verborum luce ipsi illustrati nobiscum deinceps fateantur, istam solam legem Christianorum, & non aliam esse, quam olim maiores sui sperabant, & quam antiquitus Deus dilecto populo suo dare promisit: vt diuinitus Prophetæ prædixerunt. Nam quamuis verissimum sit, legem nostram Christianorum numquam eam, nec per breuissimum temporis spatium fuisse, ad quam omnes gentes, & nationes remotissimas totius mundi confluxisse testari possimus, vt aliqui peruersè ex verbis Prophetæ colligere, imò tueri tentarunt: tamen vt genuino, & vero sensui, & intentioni Prophetæ & Spiritus Sancti consulamus: sat nobis est verissimè dicere nos posse, eam fuisse congregationẽ istam fidelium, ad quam tot, tantasque & tam innumeras gentes, & nationes vtriusque sexus, status, & conditionis remotissimarum prouintiarum totius mundi venisse deprehendimus: quot nullus explicare lingua, aut memoria aliqua vnquam retinere valuit.

Replic. Neque contrarium aliquod huic nostræ verissimæ intelligentiæ ex illa dictione, *Col*, significante, *omnes*, licet alicui illorum, etiam doctissimorum Rabbinorum affirmare, aut latenter suspicari. Nam præterquàm quòd testimonia Rabbi *Quimi*, & *Masoreth*, vt Pagninus in thesauro linguæ sanctæ refert, ad hoc iam dicendum nos impellant: cũ apertè testentur, istam dictionem, *Col*, non semper omnia, sed genera singulorum distributiuè significare: & per consequens innuant hoc testimonio, ex omnibus gentibus, & nationibus aliquot, & quam plurimas ad eum confluxuras fore: tamen hæc omnia confirmare videntur illa verba Sa-
1. Sam. 15 muelis: *Et ingressus est Absalon ad concubinas patri sui an*

te

te oculos omnis Israel: ac si diceret, ante oculos magnæ multitudinis, vel maioris partis Israel: nam ibi esse tunc congregatum vniuersum populum Israel, cùm alibi terras, possessiones, & domus quam plurimas Israelitici incolerent, erat impossibile. Et illa Psal. *Omnes inundationes tuæ, & fluctus tui super me transierunt*: idest, magna pars fluctuū eius: & illa Psal. *Omnes gentes circundederunt me*: idest, magna multitudo gentium: nam certum est non concitatas fuisse contra Dauid illas gentes, quæ modò à nostris in Orientalibus, aut Occidentalibus partibus mundi, vt sunt Antipodę, inuentæ fuerint. Neque multitudine ista tot testimoniorum ad id consequendum indigemus: cùm intueamur Esaiam, omnem istam difficultatem longè propellere, dicentem inferius: *Et ibunt populi multi*: at populi multi, non sunt, nec debent appellari omnes populi.

Psal. 2.

Psal. 118.

Quòd si aliquando eos ancipites, & titubantes reddiderunt illa verba Esaiæ, quæ inferius in ipsomet cap. adducuntur, nempe: *Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos. Et contendunt gladios suos in ligones, & lanceas suas in falces: & non leuabit gens contra gentem gladium: & non discent vltra bellum*: necesse est, vt scrupulum istum penitus abijciant. Imò ob ista maiori lætitia in posterum afficiantur, contemplantes hæc omnia in integrum esse completa in illis sapientissimis viris, quibus copiosè abundauit semper hæc nostra Congregatio Christianorum: nempe ex Latinis in Clemente illo Romano, Cypriano, Augustino nostro, & alijs, quos vt innumeros silentio præterire decreui. Qui sic arma sua quibus acriter initio in Religionem Christianam irruebant, linguasque suas disertas ad eius ruinam intentas, post admirabilem ipsorum conuersionem, ad euellenda omnia genera idolatriæ, ad extirpanda tot vitiorum portenta, quibus

Replic.

Isai. 2.

 hominæs

homines tamdiu, vt effæminati corrumpebantur: ad inserendum omne germen virtutis in cordibus mortalium, ad propagandum per vniuersum Orbem terrarum Christi Euangelium publicè dedicarunt: vt iam de illis, non solùm cum Psalmista acclamare possimus: *hæc mutatio dexteræ excelsi*: verum tanquam adimpleta quæ ab Esai. proferũtur, vt ab omnibus intueantur, & considerentur, in medium adducere.
Psal. 77. *Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filii alienigenæ erunt agricolæ vestri, & vinitores vestri* &c.
Isai. 61. *Opes gentium comedetis, & in gloria eorum exaltabimini.*

Resp. 2. Neq; est cur iam illa verba Esai. posita: *non discent vltra bellum*: valeant illos perturbare, & à vera intelligentia ita deuiare: vt putent nondùm adimpleta esse: nam depræhendent statim dictionem illam, *God*, idest, *vltra*, (si Rabbi Dauid in libro Serasin est adhibenda fides) non significare diuturnitatem semper temporis: sed aliquando breuissimum, & determinatum tempus, vt ex illis verbis Genesis licet colligere:
Genes. 35. *Non vocabitur nomen tuum vltra Iacob, sed erit Israel nomen tuum*: cùm hoc tamen pluribus vicibus, non tantùm in decursu aliorum capitum libri Genesis, verùm in eodem cap. reperiatur inferius vocatum esse Iacob: & illis Samuel. *Et non addiderunt God*:
1. Sam. 7. idest, *vltra Philistæi, vt venirent ad terminum Israel*: &
1. Sam 13. tamen in eod. lib. legitur, mortuo Samuele, & regnante Saule Philistæos ad terram Israel ascendisse. Quo firmissimo fundamento adhibito, facilè illis intueri licet hæc omnia tempore aduentus magni Mesiæ nostri euenisse: cùm eo tempore tanta pace homines fruerentur, vt non solùm ex nostris, verum ex Gentilibus quam plurimi perhibeant, exisse edictum à Cæsare Augusto, qui clauum Reipubli. tenebat, vt describeretur vniuersus Orbis. Similiter inuenient eademmet veritatem ita se ipsos, tanquam catenis quibus

quibusdam fortissimis, & compedibus constrictos tenere: vt non patiatur illos huc & illuc vagari, quominus palàm nobiscum acclament, certissimè illa tanquā impleta conspicere in Apostolis, & cunctis Martyribus. Præsertim cùm ipsamet Scriptura doceat Apostolos in primo nascētis Religionis nostrę exordio, & Martyres omnes, qui ipsorum vestigiis institerunt, vniuersum fere Orbem subiugasse: nō debellando, sed moriendo: non arma capiendo, vt se tuerentur, & fortiter inimicos Religionis Christianæ aggrederētur: sed hilari animo se totos crudelissimis carnificum manibus tradendo. Vt sic honorem Christi defendentes, vitā in mortē temporalē per breuissimū tēpus commutantes, perpetuam illam quę semper est cùm ipso Deo duratura, certissimè sibi compararent: & hac ratione cunctis innotesceret Legem Christianorū non armis, aut præliis, sed summa pace, & quiete à Christianis propagatam fuisse, & propagari semper. Quod insinuare videbatur antiquissimum illud Oraculum, cuius meminit. Origen. maximè celebratum antiquissimis temporibus nempe. ***Sicut vitulus ablingit in campis herbam viridem, ita ablinget Populus hic Populum, qui super terram est***: Id est, sic populus Christianorū subiugabit omnē Orbē terrarum, non vllis aliis armis præterquam lingua, & rationibus acutissimis. *Origen. in ca. 17. & 18. Exodi.*

Ostendant nobis, & demonstrent, si possunt, quā aliam Rempublicam, præter istā Fideliū, benè morigeratā, santissimis præceptis, & institutionibus vndiq; instructā ipsi sperent. Quandoquidē experiamur, & experiantur omnes, sic in hac vna, ista omnia excelsum, & supremum locum tenere: vt iā non solū confidenter iustos cū peccatoribus obduratis, sine eo quòd illis ad salutē æternā consequendā impedimēto esse possint, eā intra se retinuisse, & retinere modò, intueamur: verū etiā reperiamus eam diuinā, & admira- *Excellē. legis Euang.*

 bilem

Bilem virtutem à Christo, eius capite ipsi cõmunicatã fuisse diuinitus: vt instar illius, de quo dicitur Esai. *Et arguet in rectitudine pro mansuetis terræ, & percutiet terram virga oris sui: mortificabit impium, & erit iustitia cingulum lumborum eius.* Vel vt Legit Rabbi Salomon: *adhærebunt iusti ei, vt cingulum:* persecutores, auaros, publicanos, scortatores, inuidos, & dolosos, omni vitiorũ genere infectos, atq; ferinis moribus imbutos: modestos, liberales, castos, pacificos, pecuniæ contemptores, omnium saluti consulentes, perfectos, & immaculatos efficere, & reddere illa facillimè potuerit: vt prædixerat Esai. eodem cap. *Et habitabit lupus cum agno, & pardus cùm hædo accubabit: & vitulus & catulus leonis, & pecus pingue simul:* & optimè ex nostris Procopius in Esai. Ambrosius in illud Lucæ: *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos:* & in Psal. illis verbis, *& respondebo:* Lactant. Irineus, Euseb. & Crisost. in 2. cap. Genes. Homil. 12. insinuarunt. Præcipuè, si memoria sua retineãt illis verbis Hier. 5. *percutiet eos leo de sylua: lupus deserta incolens:* & illis Genes. 49. *Beniamin, lupus rapax: Iudas, catulus leonis: Isacar, asinus: Dan, serpens: Nephali, cerua.* Homines variis belluarum nominibus vocari, pro varietate vitiorum: ita vt canes, ob impudẽtiã & impetũ: equi insanientes, ob libidinẽ: asini, ob stupiditatẽ: leones & pardi, ob rapacitatẽ & habendi auiditatẽ: aspides, ob fraudulentiã: serpentes, & viperæ, ob latens venenum & malitiã fuerint appellati.

Esai. 11. — Procopius Ambr. Lactant. de vera Religione Cap. 5. Irineus. Lib. 5. Euseb. li. 2. Demostratione. Euang. Cap. 41. & lib. 3. Cap. 2. & lib. 7. ca. 9. Grisost. in 2. Cap. Genes. Homil. 12.

2. Excellentia.

Eia in mediũ nobis profferãt, & refferãt, quot fuerint innumerę illæ ignorantię, & errorũ tenebræ, quibus ante aduentũ Christi nostri, vniuersa Gentilitas, & ferè cunctus Orbis in cognitione veri Dei hinc, & illinc vndiq; circũdatus, tanquã cæcus vagabatur: hàc singulis mensibus singulos Deos, illàc singulis diebus particulares Deos: hàc, triginta millia, illac vnicuiq; personæ singularem Deũ excogitans: vt Esiodus, Clemens Alexandr. & August. de ciuit.

planè

planè testantur. Vt cùm eas omnes fælicissimo accessu splẽdidissimi solis iustitiæ, cælestiq; fulgore nostræ Legis Euãgelicæ procul amandatas esse, longo experimento cognouerint: ex tunc iã dictitare erubescant Legẽ hanc ipsis dandã esse in fine mundi: & palã proclament, nõ tot fuisse eos errores obscænos, tetrosq; quibus infectũ erat genus humanũ: quominus eximi⁹, cælestis & diuin⁹ ille fulgor qui aduẽtu Mesiæ cũctis mortalibus illuxit, facillimè longe propellere non valuerit: vt preseferũt ea verba Psal. *Mitte lucem tuã, & veritatẽ tuã: ipsæ ducent mè, & introducẽt me ad montẽ sanctitatis tuæ, & in tabernacula tua*: Vel vt Chaldæus Legit: *Ordinato lucẽ tuã, & veritatẽ tuã: ipsa ducent me, & introducent me in montẽ domus Sãctuarii tui, & in scholis domus Diuinitatis tuæ*: Et illa Ps. *Lux seminata est iusto, & rectis corde lætitia*. &c. Et illa Esai. *quasi mane erupet lumẽ tuũ &* Esai. *Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucẽ magnã: habitantibus in terra vmbræ mortis lux splẽduit super eos*. Et Psal. *ortũ est in tenebris lumẽ rectis, clemens, & misericors, & iustus*. ¶ Proclament, & dictitent, fælissimis tẽporibus Cæsaris Augusti quibus Legẽ nostrã Euangel. à Christo promulgari cæpisse perhibetur, innumera illa, Dæmoniorũ simulacra execrãda, alia obmutuisse: alia tanquã ingẽti metu percussa solo cõplanata, in puluerẽ redacta fuisse: ac fædissima idolatriæ genera quibus homines iã diu irretiti tenebantur, lõgè esse amandata: queãdmodũ illa verba Esai. preseferunt. *Ecce Dominus equitãs super nubẽ leuẽ, & ingredietur AEgyptũ, & mouebũt se simulacra AEgypti à facie eius: & cor AEgypti liquesiet in medio eius*. &c. *Et euacuabitur Spiritus AEgypti in medio eius: & consiliũ eius destruã*. Et cap. *Et contaminabis operimentũ sculptiliũ argenti tui, & operimentũ pretiosum conflatilis auri tui: disperges ea sicut mestruũ: egredere dices ei*. Et Esai. *& liquescet omnis exercitus cæli: & complicabunt se sicut liber celi: & omnis exercitus eorum*

Esiodus. Clemens. Alexan. Agustin. de ciuitate Dei.

Psal. 43. *Psal. 97.* *Esai. 58.* *Esai. 9.* *Psal. 112.* 3. Excelentia. *Esai. 19.* *Esai. 30.* *Esai. 34.*

 decidet,

decidet, sicut decidit folium de vite, & sicut decidit deficit.
Tàm altasq; Religionem Christianam extendisse radices, per vniuersas mundi plagas: vt iàm nulla sint ora, nullus angulus, aut locus remotissimus, in quo nōdum ipsam per sonuisse, eorumq; obstinatam duriciem acriter obiurgasse ipsi non senserint: clarè conspicientes sic Legem Euangelicā animos illorum qui eam ex toto corde receperunt, inflammasse, & in expugnabiliores reddidisse: vt filius aduersum patrem, pater contra filium, nurus aduersus socrū: amicus in amicum, ciuitas in ciuitatem, regnū in regnum, seruus in dominū pro defensione huius Sanctissimæ Legis irruere sēper, vbi se obtulerit occasio, non recusauerint. Vt
Isai. 19. prædictum erat: *Esai. Et pugnabunt vir in fratrē suum, & vir in amicum suum: & ciuitas in ciuitatem, regnum in regnum.*

Fateantur, fateantur (nè tamdiu in his immoremur: sed eò quò nos cæteræ concertationes contra illos ineundæ
4. Excellētia. vocant, quasi celerrimis quadrigiis euecti, ad breuissimam summam redigentes properemus) legem nostram eā semper fuisse, quæ valuit tantam, & infinitam gentium, & nationum multitudinem tot peccatorum generibus turpiter fædatam, sic blandè ad eius amorem, & singularem obseruantiam allicere (vt qui antea crudelissimæ tygres, sanguinisq; Christianorum sitientissimi erant, variis tormentorum generibus ipsos afficiētes, euigilantissimiq; idolatriæ propagatores: postea mansuetudinem ouinā induti, ad subeundum mille Martyriorum genera maximè inflammati extiterint) quantam innumera sacrorum Doctorum, & antiquissimorum hominum testimonia palàm ostendūt. Ipsáq; solam altissima montium cacumina, inaccessibiles rupes, latissi ma Lybiæ, Arabiæ, & AEgypti deserta, aspera loca terræ, montuosas & profundas cauernas, adhuc ipsis animantibus horribiles, in numera illa multitudine Pæni-

tentium

tentium, Confessorum, Anachoritarum, instar Angelorũ Deum laudantiũ, sic implere potuisse: qualis est immortalis gloria, qua apud homines & Deum ex tunc huc vsq; potitur. Quam intuebatur Dauid dicens: *Lex Domini perfecta, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientem efficiens paruulum.* Et Esai. insinuat. *Et posuit desertũ eius, tanquam delicias: & solitudinem eius, veluti hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.* Et idem. *Incubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci.* &c. *Pro spina alba ascendet abies: & pro vrtica ascendet myrtus.* Personentq; iam vbiq; voces illorum dicentium, gentes quæ ad istam nostram Cõgregationem Fidelium, tanquam ad portum securum se receperunt (esto anteà cognitionis Dei, participationis gratiæ, & cælestium bonorum tanquàm deserta sterilissima cunctis apparerent) eos multiplices, suaues, & odoriferos fructus in Vinea nostra edidisse: quos demonstrare videntur illa verba Esai. *Lætabuntur desertũ, & inuia: & exultabit solitudo, & florebit veluti rosa: germinando germinabit, & exultabit etiam exultatione, & laudando.* &c. *Quia scissæ sunt in deserto aquæ, & flumina in solitudine: & erit locus aridus in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.* Insuper in Congregatione nostra perpetuò scaturire illum perennem cælestium virtutũ fontem, aquasq; salientes in vitam æternam, quas innuunt alia verba Esai. *Aperiam in excelsis flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terrã solitudinis in exitus aquarum. Dabo in solitudine cedrum, & sittah genus cedri optimi, myrtum, & arborẽ oliuæ: ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum pariter.* &c. *Vt intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc.*

Psal. 18.
Esai. 51.
Cap. 55.
Esai. 35.
Esai. 35.
Esai. 41.

Audiant, & attentè percipiant hi miserabilles, nostri Iudæi clamores illorum ad inuicem prædicantiũ Ecclesiã

5. Excellẽtia.

 Christia-

PROOEMIVM.

Christianorum adeò arctissima amicitia cum Deo copulatam esse, quantùm ex illis innumeris benefficiorum generibus, quibus ab ipso deuinctam esse vident, hinc ab tot inimicorum incursionibus contra eam concitatis immunem eam tuendo, vt semper immobilis, fixa, & in eodem statu perseuerans constiterit: illinc per vniuersas mundi prouincias, & eius confines eam dilatando, tot portentorũ generibus: suspicari iã omnibus licet. Atq; adeò summe gratam oculis Dei, speciosam, pulchram, & incontami-
Cant. 4. natam apparuisse: quantùm ea verba ostendunt. *Tota tu pulchra est amica mea: & macula non est in te.* &c. *Abstulisti cor meum soror mea, sponsa abstulisti cor meum vno ex oculis tuis.* Et Esai. *Et eris corona gloriæ in manu domi-*
Esai. 62. *ni: & diadema regni in manu Dei tui. Nõ dicetur tibi vltra derelicta, & terræ tuæ non dicetur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua habitata: quia complacuit Dominus in te, & terra tua erit habitata.* Tandem publicè acclament nostri aduersarii cunctis gentibus & nationibus, in Ecclesia Catholica vberem & perennem baptismi fontem, perpetuò scaturientem omnibus absq; vlla personarum differentia tan-
Genes. 7. tùm reperiri: adumbratum in illa inundatione orbis, & in
Exod. 14. portentosa illa diuisione maris rubri: & vaticinatum Esai.
Esai. 4. *Et erit ei: qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalem, Sanctus dicetur.* &c. *Quando abluet Dominus sordem filiarum Sion & sanguinem Hierusalem, laudabit in*
Esai. 44. *medio eius in spiritu iuditii, & in spiritu ardoris. Et ne timeas serue in Iacob, & ô recte, quem elegi: quia effundam aquas super sitientẽ, & fluent super aridã. Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meã super germina tua. Et ô vos omnes sitientes venite ad aquas:*
Esai. 55. *& qui non habetis pecuniam, venite, emite, & comedite: venite inquã, emite absq; argento, & absq; pretio vinũ & lac* &
Esech. 36. Ezec. *Et spargã super vos aquã mũdã, & mũdabimini ab om-*

ab omnibus inquinamentis vestris. Et Zach. *in die illa erit vena patens Domui Dauid, & habitatoribus Hierusalem, pro expiatione peccati.* Vociferentur palàm, Congregatione Fidelium, post miserabile gratiæ & amicitiæ Dei naufraguim, ob pondus grauissimũ peccatorũ factũ; tutissimũ, & salutiferũ pœnitẽtiæ portũ fuisse à Deo cõstructũ. Quantũ spectat ad Cõtritionẽ adũbratũ in his, quæ fecit Dauid. *Laboraui in gemitu meo, fluere faciã lectũ meũ: lacbrymis meis stratum liquefaciam:* Et in Plantu Ezechiæ, *Et vertit Ezechias faciem suam ad parietem: & orauit ad Dominum dicens: obsecro Domine, memento quæso, quòd ambulauerim coràm te in veritate, & corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Et fleuit Ezechias flectu magno.* Quoad Cõfessionẽ in ostensione leprosorum coram Sacerdote Leuit. *Cùm ingressi fueritis in terram Chanaã, quam ego do vobis in possessionem, & dedero plagam lepræ in domo terræ possessionis vestræ: veniet ille, cuius est domus: & nunciabit Sacerdoti.* Respectu verò Satisfactionis in his, quæ fecerunt Niniuitæ: *Et peruenit verbum ad regem Niniue, & surrexit de solio suo, & transire fecit vestimentum suum a se* &c. *Et proclamare fecit, ac dicere.* &c. *Homines, & iumenta, boues, & pecudes non gustent quidquàm: nec pascantur, nec aquam bibant. Et operiantur saccis homines, & iumenta: & clament ad Deum fortiter.* &c. Vaticinatum deniq; ab Esai: *Spiritus Dñi Dei super me: eapropter vnxit me Dñs ad anunciandũ mansuetis: misit me, vt oblinirẽ contritos corde, vt prædicarẽ captiuis libertatẽ, & vinctis apertionẽ carceris: vt prædicarẽ annũ voluntatis Domino, & diẽ vltionis Deo nostro. Vt consolarer õmes lugẽtes, & ponerẽ lugentibus in Sion: & darẽ eis gloriã pro cinere, oleũ gaudii pro luctu, palliũ laudis pro spiritu stricto.* Dicant etiam, in ea vna inueniri Sacrosanctum, omnium Sacramentorũ Sacramentũ maximũ, nẽpe Eucharistię: expræssũ ex ea parte, qua cõstat speciebus sacramentalibus, in obla-

Zach. 13.
Psal. 6.
2. Reg. 20.
Leuit. 14.
Ion. 3.
Esai. 61.

Genes.14 in oblatione illa Melchisedech, qua obtulit panẽ & vinũ:
Exod. 16. *Et Melchisedec Rex Salem protulit panẽ & vinum.* Ex ea verò, qua dulcedinẽ celestẽ presefert, in Manna illo. *Et viderunt filii Israel: & dixerunt alter alteri, Man est: quia*
Sapiẽ.16. *ignorabãt, quid esset.* Sapient. *Pro quibus Angelorum esca nutriuisti Populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.* Ex ea verò, qua est sacrificium, in omnibus sacrificiis Veteris Legis: sed præcipuè in
Psal. 72. Agno Paschali: prędictum autèm à Dauid. *Erit pugillus frumenti in terra, sanctus in capite montium:* vel vt rabbi Ionathas legit: *Et erit sacrificium panis in terra,* & Esai. *Dabit*
Esai. 30. *tibi Dñs panẽ angustiæ, & aquam oppræsionis,* & idem.
Esai. 33. *Panis eius datus est, aqua eius stabilis.* Et Malachiæ. *Et in*
Malac. 4. *omni loco incensum offeretur nomini meo, & oblatio mũda.* Similiter Sacramentum Confirmationis pręfiguratum in vnctione Saul, cùm refert Scriptura: *Tulit autem Samuel*
1. Samuel. 10. *lenticulã olei, & effudit super caput eius, & osculatus est eum:* in vnctione Dauid: *Tulitq; Samuel cornu olei, & vn-*
1. Sam. 16. *xit eum in medio fratrum suorum: & mansit Spiritus Do-*
Psal. 29. *mini super Dauid à die ipsa:* prædictum autẽ Psal. *Vox Domini in potentia.* Sacramentum Ordinis figuratum in institutione Ordinis Leuitarum, & ministrorum Tabernaculi,
Numer. 3. Numer. *Appropinquare fac tribum Leui, & stare facies eã coram Aaron, Sacerdote: & ministrabunt ei, & custodiẽt custodiam eius, & custodiam omnis cætus côram Tabernaculo Ecclesiæ, vt seruiant seruitutem Tabernaculi: & custodient omnia vasa Tabernaculi Ecclesiæ, & custodiam Filiorũ Israel.* &c. Et in ordinatione Sacerdotum. Exod. *Et*
Exod. 18. *elegit Moses viros fortes ex omni Israel, & posuit eos capita super Populum, Tribunos, Cẽturiones, Quinquagenarios, & Decanos: & iudicabant Populum omni tem-*
Psal. 28. *pore.* &c. Et vaticinatum Psalm. *Vox Domini parturire: faciet ceruas.* Sacramentum Matrimonii adum-

bratum

bratum illis verbis Genes. *Idcirco relinquet vnusquisq; pa trem suum, & matrem suam : & adhærebit vxori suæ* : & vaticinatum Psal. *Vox Domini succidens flammas ignis*. Sacramentum extremæ vnctionis adumbratum in vnctione illa Regum, & Sacerdotum: & vaticinatum Psal. *Et exilli re faciet eas, sicut vitulum Libanum: & Sirion, sicut filium vnicorniam.* Testentur in nostra Ecclesia esse illa septem do na Spiritus Sancti, adumbrata per eas septem crines capitis Sanson, quibus rasis ablata fuit ab eo fortitudo, Iudi. *Et dormire fecit eum super genua sua, vocauitq; virum, & rasit septem cincinnos capitis eius: & cœpit affligere eũ, & recessit fortitudo eius ab eo* : prædicta autem Esai. *Et requiescet super eam Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & intelligentiae: Spiritus consilij, & fortitudinis : Spiritus scientiae, & timoris Domini.* &c. Similiter septem virtutes præcipuas, adumbratas illis septem diebus, quibus Deus cũcta creauit: & illis septem festiuitatibus legalibus vaticinatas ab Esai. *Et apprehendent septem mulieres virum vnum.* Dicant deniq; vt vno verbo concludam, in nostra Ecclesia summo & excelso gradu fuisse, & esse modò cunctas eas virtutes, quæ antiquos Patres, claros & illustres reddiderunt. Nempe Iustitiã Noe, de quo Genes. dicitur. *Noah vir iustus, perfectus fuit in generationibus suis cum Deo ambulauit.* Fidem, & obedientiã Abrahæ, de quo Genes. dicitur: *Ecce verbum Domini ad eũ dicendo.* &c. *Suspice nunc caelũ, & numera stellas, si poteris numerare eas : & dixit ei : sic erit nomen tuum: & credidit Domino: & reputatũ est illud sibi ad iustitiam.* Et Genes. *Et fuit post hæc, Deus tentauit Abrahã, & dixit ad eũ* &c. *Cape nunc filiũ tuũ, vnicũ tuũ, quem dilexisti* &c. *Et offer eum ibi in holocaustum.* &c. *Et misit Abrahã manũ suã, & accepit gladium, vt iugularet filium suum* &c. Simplicitatem Iacob, de quo Genes. fertur. *Et Iacob erat vir perfectus, manens in tabernaculis:*

Margin: Genes. 2. — Psal. 28. — Psal. 29. — Iudi. 16. — Esai. 11. — Esai. c. 4. — Genes. 6. — Genes. 15. — Genes. 22. — Genes. 25.

Humi-

Humilitatem Dauid, de quo Samuel dicitur saltasse co-
2. Sam. 6 ram arca Domini: Patientiam Iob: *Nudus egressus sum ex*
Iob 1. *vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus de-*
dit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum: Ieiu-
1. Reg. 19 nium Eliæ, de quo dicitur: *Surrexitque, & comedit, & bi-*
bit: & abijt in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Abstinentiam Iudic, Daniel, &
Num. 25. sociorum eius: Zelum Fines, Num. & Mathatiæ, Macha.
1. Mac 2. Ruth. Sedulitatem laborandi Ruth: Liberalitatem Booz: Con-
2. Macha. stantiam Machabæorum: ita vt pro vno centena millia hominum potuerit semper cunctis suppeditare. Hęc ergo omnia isti in medium proferant, testentur, clament, palàm fateantur, & prædicent: vt clarius omnibus innotescat proterua malitia eorum: & quàm temerè, & impiè hucusque dicere ausi fuerunt, nondùm nos copiosissimos fructus legis illius sanctissimæ, quam daturum esse in nouissimis temporibus est Deus pollicitus, percipere potuisse: cùm nondùm splendidissimum illud lumen super corda mortalium illuxerit. Et quàm iniustè tantam authoritatem sibi vendicent, cùm illa solùm innixi irrefragabilem veritatem quã Spiritus Sanctus, media Scriptura sacra, palam omnibus, nulla personarum habita ratione, tanquam digito intento demonstrat: obnubilare, & funditus extirpare à mentibus fidelium conentur.

Egjido*. Et quia harum omnium rerum, quas summa breuitate pręstinximus (ne nimis prolixi aliquibus videremur, illis qui nondum omnibus his quę supra adduximus, assentiuntur: si forsan illos ad meliorem vitæ frugem reducere possimus) clariorem notitiam sequentibus disputationibus ostẽdere summopere conabimur: his vt vltimã manum imponamus, est necesse. Ni fallor, hucusque cunctis nationibus ostendimus, quàm vanis fundamentis, & futilibus rationibus miserabiles Iudæi nostri de nobis apud exteras natio-

nes conquerantur: dictitantes malitiosè nos tantùm sanctissimę legis Mosaycæ inuidia concitatos, illos vndique insectari: eo animo moti, vt cæterę nationes in nos, nostrāq; legem priuatim & publicè irruāt: nulliusq; momenti & rationis apud illas habeantur firmissima argumenta, validissimę rationes, & discursus nostri, quos in confirmationem solidę nostrę veritatis deinceps excogitauerimus. Et quàm clarè cunctis innotuerit nullum hinc relictum fuisse locum Rabbinis doctissimis, vt tueri audeant, aut possint adhuc dandam esse illam legem nouam in fine mundi: nisi adeò furentes sint, & ad contradicendum veritati maximè parati: vt instar illorum qui splendidissimum solis lumen auferre conantur, Spiritui Sancto se opponere in summis, & maximis bonis habendum esse ducant. Reliquum igitur est, vt antequam ipsorum armis validissimis quibus tandiu seriò triumphantes, gloriosam victoriam de nobis se reportaturos certissimè sperant, turpiter & ignominiosè illos prorsus exuamus: eisdem hinc & illinc eos in postrema huius nostrę disputationis parte aggrediamur: vt diram, & crudelem mortem subire cogantur. Illos inquam precipuè, qui cùm intueantur, his & alijs testimonijs sacræ Scripturę nullatenus se satisfacere posse, sed adhuc magis vndique conuictos teneri: in hanc ingressi sunt sententiam, vt existiment, sine grauissimo crimine, & peccato maximo ipsos excusari apud homines, & apud Deum posse, licèt legem Mosaycam obseruent: nulla alia ratione ducti, nisi quia longo experimento iamdiu cognouerunt, eam per tot longinqua tempora, à tantis & innumerabilibus, & ferè infinitis hominibus, illisque doctissimis, & in Sacrę Scripturæ intelligentia maximè versatis, absque vlla intermisione, rigidè & in integrum fuisse obseruatam: summoque pretio, cultu, & reuerentia tanquàm legem cælestem, & diuinam semper habitam. Quod

Solutio. Replic.

Quod præstare facile poterimus vno verbo, si illis ostenderimus, hanc miserandam cæcitatem, hoc grauissimam damnum, execrandumq; flagitium in pœnam peccatorum suorum, vindictamque scælerum eorum Deum consultò permisisse. Neque nos huius sententiæ authores, sed Spiritum sanctum fuisse apertè dictitent: præsertim cùm hoc vnum potissimè Esaias insinuare vissus fuerit, illis verbis:

Isai. 42. *Quis cæcus, sic & perfectus: & cæcus, sicut seruus Domini? vidisti multa, & non obseruas: apertæ sunt aures, & nemo audit: Domino ita placuit propter iustitiam suam: Magnificauit legem, & roborauit: & ipse populus prædam passus, & direptus illaqueatur in speluncis. Omnes in domibus carcerum latitarunt, fuerunt in rapinam: & non erat, qui erueret in direptiones: & non erat, qui diceret, redde*: vel vt 70. Interpraetes legunt, *Quis cæcus, nisi pueri mei?* idest, Iudæi: quos tanquam paruulos super alas ad volitandum adduxi? *Et surdi, nisi dominantes eorũ?* ac si diceret: Principes Sacerdotum, Scribæ, & Pharisæi: *Quis cæcus, sicut qui recessit*: ac si diceret, populus Iudæorũ.

Cap. 43. Et cap. 43. *Eduxi populũ, qui erat cæcus: & nunc oculi sunt ei: & surdos, & aures eis sunt*: idest, licèt non videant, nec audiant in pœnam peccati sui: *Congregentur omnes gentes simul, & colligantur populi*: idest, in loco eorum congregentur cæteræ gentes, & nationes, & Principes gentium.

Cap. 59. Et cap. 59 secundùm 70. Interpraetum lectionem: *Et viam pacis non cognouerunt, & non est auditum in vijs eorum: semitæ eorum peruersæ, per quas ambulant, & non nouere pacem: propter hoc recessit iudicium ab eis, & non aprehendit eos iustitia: & expectantibus illis lucem facta est eis caligo: expectantes lucem in tenebris ambulauerunt: palpabunt sicut cæci parietem, & quasi non existentibus oculis attrectabunt: cadent in meridie, quasi in nocte media*.

Isai. 42. Et Esaia. 42. *Et ambulare faciam cæcos* pen

per viam, quam non nouerunt: per semitas, quas non cognouerunt: calcare faciam eos, ponam tenebras ante eos in lucem, & praua in rectum Et Psal. *Nescierunt, nec intellexerunt in tenebris ambulant, nutauerunt omnia fundamenta terræ* Vel vt Chaldæus: *Nescierunt bonum operari, & non intellexerunt legem in tenebris ambulant.* Quæ omnia obnixè Dauid à Deo impetrare contendisse in pœnam tantorum excecrabilium criminum eorum ad inueniemus. Psal. dicens. *Erit via illorum tenebræ, & lubricitates: & Angelus Domini persequens eos*: vel vt Chaldæus legit: *sint viæ illorom tenebræ, & lubricum: & Angelus Dei persequatur eos. Quoniam sine causa tetenderunt mihi laqueum retis sui: sine causa insidiati sunt animæ meæ: veniat ei dessolatio, & nō aduertat: & rete eius quod abscondit, capiat eum in laqueum, cadatq; in eum. Et anima mea gaudebit in verbo Dei, exultabit in redemptione eius, omnia ossa mea dicent: Deus quis similis tibi? Et* alibi: *In mensa eorum corā eis laqueus, & retributiones offendiculum. Contenebrentur oculi eorum, ne videant: & lumbos eorum semper tabefac. Effunde super eos indignationem tuam, ira furoris tui comprehendat eos: fiant habitacula eorum deserta: in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet* &c. *Da iniquitatē supra iniquitatem eorum, & nō veniant in iustitiam tuam: deleātur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur.* Vel vt Caldęus legit: *Sit mēsa eorum quam parauerint coram me, vt comederē coram eis, in laqueum: & sacrifitia eorum in scandalum: obtenebrentur oculi eorum ne videre possint: & lumbos eorum continuo tremore affice. Effunde super eos furorem tuum, & fortitudo furoris tui apprehēdat eos. Sit habitatio eorū deserta, & in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. Quoniam quem tu vulnerasti, persecuti sunt: & in eum qui affligitur. Propter interfectos tuos oblocuntur. Adde*

Psal. 81.
Psal. 35.
Psal. 69.

peccatum super peccatum eorum: & non mereantur intrare in Ecclesiam iustorum tuorum. Deleantur de libro memoriæ viuorum: & cum iustis nō scribantur. Et Esai. *Impingua cor Populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: nè fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat: & cōuertatur, & sanem eum. Et dixi, vsquequò Domine? & dixit, donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra desoletur desolatione.*

Esai. 6.

Vt existimò his omnibus testimonijs nuper in defensionem nostræ causæ à nobis adductis, sic peruersæ istorum miserabilium hominū perfidiæ nos satisfecisse intueor: vt iam sinè grauissima repræhensionis nota amplius in huius Veritatis discusione immorari non valeam. Solùm superest iam Perfidi Iudæi (consilium ab inimico libenter accipite) vt cum eisdem armis, nempe validissimis Sacræ Scripturæ testimonijs, vt sermo Hebraicus rigurosius patitur, concitandum sit inter nos durissimum bellum: quo summa pax & tranquillitas in cunctos deinceps oriatur & pullulet. O vtinam id nobis aliquando securè dicere sit integrum. Nuncq; dexteritatem singularē vestram, quā in nos, hastas venenatas, fortissima dico argumenta, viriliter bibrando contorquetis: palàm inconspectu cunctarum gentium, & nationum: quas ad ista nostra certamina ineunda dudum iam confluxisse sentire iam sentio: fortiter, strenue, & magnificè ostendatis. Eia fortes, constantes, inuicti in isto bello astate: & si aliquando, nunc nunc opus est, vt iam nouissimæ expositiones Sacræ Scripturæ, fabulosa cōmentaria Prophætarum, falsæ rabbinorum vestrorum sententiæ, inanes parentum traditiones, aut potius fabulæ pueriles à vobis excogitentur, oculisque omnium id vnum à vobis maximè expectantium clarè subijciantur. Nam pugnaturi estis, non cum antiquo serpente illo, sed cum

veritate: quæ eò magis fortior, & validior extitit semper: quò falsitati, & mendacio perpetuò præualuit. Et cum accerrimo hoc & veterano inimico vestro: cum quo ab ineùnte ætate, imò ab vberibus matris suæ secum creuit contrà vos concitatus furor: & ita obseruatoribus modò legis Mosaycæ est perpetuò infensus: vt & si multos æquales, neminem superiorẽ, hac vna re, tempestate nostra se habuisse iactitet. In cuius rei ostensione, nec in minima re vobis in sequentibus disputationibus me parcendum esse, quo minus vos punctim, ac crudeliter feriam, & vndique transfigam, certissimè iure iurando inde vobis polliceor.

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM PRIMVM.

OSTENDIT APERTE MESSIAM, QVEM tamdiu obcæcati Iudæi venturum expectant, iam diu venisse, verè carnem nostram assummendo: ex illis verbis Genes. 3.

Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem: & inter semen tuum & semen eius: ipsum conteret te in capite: & tu conteres eum in calcaneo.

NVnquã profectò ad existimandũ adduci potuisse, controuersiã istam eò deducendã fore, vt solum prælio nunc cõmitendam esse cuncti aperte cernerent, ac arbitrarẽtur. Præsertim, cũ satis vnicuiq; vestrũ, ex his quę superius (vt vestris importunis quęrellis, satisfaceremus) retulimus, clare constare liceat, in ea non tã nostrã, quàm vestram causam agere nos sollicite contendisse. Sed quando insitã istam vestram indolem, innatamque naturã ad bella & dissensiones, adeò propensam esse sentio, vt his audacter se opponere, quæ saluti vestræ spirituali sunt præsertissima & maximè salutifera, in summis bonis habendum esse semper duxerit, & ducat modò: ex alia verò parte ardentissimum desiderium, quo in vos vestrãque salutem totus flagor: causæque æquitas, quã meis humeris libenter inponendã decreui: ingens iste armorum & tormentorum, argumentorum inquam strepitus vester, contra nos diu concitatus, quem tanto ante præsentire vissus fuit Dauid, dicens: *Deus ne taceas tibi, ne sileas, ne quiescas Deus; Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & odio habentes extulerunt caput super populum tuum. Callidè egerunt consilium, & consiliati sunt super absconditos tuos: dixerunt, venite, & succindamus eos de gente.* Vel vt Caldeus legit: *Deus ne taceas tibi, & ne graueris, neve quiescas Deus:* *Psal. 83.*

quoniam ecce patroni inimicitiæ tuæ infremuerunt, & odientes te extulerunt caput super populum tuum: in quē tractauerunt secretū, & consuluerunt super absconditâ in thesauris suis: dixerunt, venite disperdamus eos, ne sint Populus. Verbaq; illa testimonij superius adducti: *inimicitias ponā inter te &c.* ne oneri me subcūbere, aut animo prosterni cunctis videar: sic tamquàm flāmis quibusdā adhibitis, ad arma capescenda, me commouerunt, & inflammarunt, vt vix sine magno dedecore ab illis susci piēdis me abstinere posse existimauerim. Libenter equidē illa desumam, vt cuncti iam intelligant, nos tamquam filios huius cęlestis seminis, vel (vt proprius loquar) vt bellicosissimos filios illius magni ducis Christi (de qua re maxime gloriamur) Dęmonis insidijs, cunctisque exercitibus innumerabilibus filiorum eius, aduentum Christi primum iam, iam nobis perturbare contendentibus, viriliter & prudenter in ōnibus nos opposuisse: & quod magis est, vt gloriosum triumphum de illo, & cū cunctis asseclis & discipulis eius fæliciter egisse apperte percipiant: vt illa verba testimonij adducti: *ipsum conteret te in capite:* significaret iam videtur. Ea tantùm conditione internos statuta, vt in interpretatione tàm huius testimonij, quàm aliorū, quæ cæteris certaminibus paulatim à nobis sunt adducenda; non patiamini vestras cogitationes hâc & illâc aliquantisper tanquā peregrinas diuagari: Sed eò propriores deinceps ad me audiendū, & penetrandam intelligentiam veram eorum omniū locorum Sacræ Scripturę, quæ tamquam ad hoc vnum valdè spectantia à nobis adducentur: habeantur: quo meas aures benignas & attētas, vt vestris acutissimis expositionibus, & ingeniosis responsis satisfacere sit mihi integrum: hinc inde vt quantam veritatem in se cōtineant, cuncti videant: futuras esse certissime mecum statui.

Audistis iam verba ista, scilicet: *Et inimicitias ponam.* &c. nunc superest, vt intima eorum penetrare, singula ista mature perpendere, altiusq; scrutari paulatim cōtendamus: vt cunctis prospicere sit concessum, istis verbis, non solùm aduentum Mesiæ nostri, verùm signa particularia ad cognitionem eius singulariter ab Spiritu Sancto esse adhibita. Quibus homines aliquantulū ab illis innumeris molestiis & miseriis quibus ob peccatum grauissimum nostrorum primorum Parentum erant circundati, recrearentur: expræssamq;

Explicatio huius testimonij

ſamq; notitiam primi aduentus Meſsiæ ita deinceps haberēt: vt nullatenus in hac re cecutire poſſent: ſi ad hæc omnia animum eorum, & cogitationē attētê (vt par eſt) applicare tētarent. Et omnia iſta profectó apperte præſeferre videtur, nō ſolùm exterius, ſed etiam interius ea verba: Et *dixit* Dominus *ad ſerpentē: quia feciſti hoc, maledictus eris præ omni animali, & pre omni beſtia agri: ſuper ventrem tuum gradieris: & puluerem comedes omnibus diebus vitæ tuæ.* Et *inimicitias ponam inter te & mulierem: & inter ſemen tuum & ſemen eius. Ipſum conteret te in capite: & tu conteres eū in calcaneo*: ſiue vt Chaldęus legit. *Et dixit* Dominus Deus *ſerpenti: quia feciſti hoc, maledictus tu præomnibus iumentis, & præomnibus beſtijs agri. Super ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes omnibus diebus vitæ tuæ.* Et *inimiciciam po*[n]*am inter filium tuū, & inter filiū eius. Ipſe obſeruabit tibi, quod feciſti ei: & tu obſeruabis ei in finem.* Præſertim cùm ambæ lectiones eò tendant, vt illis cuncti inſtruamur Meſsiā in præſertiſsimū remedium tātorum malorum, quæ in vniuerſum genus humanum, ex ſuggeſtione dæmonis, & peccato Adæ redundarunt: venturum fore, carnem noſtram aſſumendo ex ſtirpe Adæ: & potiſsimę ex muliere, nō quacunque, ſed illa benedicta & ſingulari inter mulieres, vt litera, H. in dictione illa, *Haiſa, mulier*, tanquam demonſtratiua præſefert. Cuius eximia ſāctitas, ad mirandæ & cæleſtes virtutes omnium corda in admirationem maximam ſui ad huc rapiunt. Et ex illa inquam omnium inclita, celeberrima & inuincibili muliere, & virgine: cuius præſtantiam, & diuinam excellentiam attentè contemplabantur, imò colebant, & venerabantur antiquiſsimi illi Prophæte: ex tunc nempe Hierem. *dicens.* *Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas: vſquequò vertes te huc illùc filia rebelis: quia creauit Dominus nouum in terra.* Hiere.31. Vel vt Hebræus *legit*, *Hadáſa* illud nouū: qua dictione non ſolum articulus demonſtratibus ille. H. verùm litera, *ſin*, quæ eſt nominis, *Ieſu Chriſti* diuinitus continetur: vt ſic nomen Virginis Marię, & Meſsię apperte inſinuaret. *Fœmina circundabit virum*: vel vt Hebręus, *fœmina illa*, ideſt, quę ob eius excellentiam ineffabilis eſt: *circundabit omni modo, quo eſt poſsibile*: hoc eſt, ſumme perfectiſsimę abſque vlla virginitatis leſsione: ita vt excedat omnem captum humanū, & ſine vlla libidinis *nota.* Et *Iſai.* cùm dixit: Ecce Iſai. 7.

virgo Hagalma *concipiens est, & pariens est Filium: & vocabitur nomen eius Emanuel.* Quo testimonio, nomine, *Hagalma,* vnà simul nomen Mariæ per literam, M: & nomen Saluatoris litera, *Gaim:* & inuisa, & admiranda horum duorum virtus apertissimè demõstrantur. Vel tum etiam, vt illis verbis perlectis statim erudiamur, manifestissima signa aduentus illius constituta esse in eo: quòd illæ inimicitiæ capitales & intestina bella, quibus Hostis humani generis, & Messias inuicẽ inter se ardebãt, nũquã sedanda aliqua ex parte forent: donec Messias noster serpentẽ illum, idest Dæmonẽ, antiquũ seductorem (vt ex illis quæ dixit mulier: *serpẽs decepit me:* & Ioan. *quoniam ab initio Diabolus peccat:* & ex illis Isai. *In die illa visitabit Dominus in gladio suo, duro, & grãdi, & forti Leuiathã serpentem transeuntem mare, instar vectis: & Leuiathan serpentem tortuosum: & occidet cetum, qui est in mari.* Et Apocalip. colligitur) cõtereret, cõquasaret, & conculcaret Omnia namq; ista dictio, *Iesu pexa,* quæ est in textu originali, loco citato, compræhendit.

Ioan. 3.
Isai. 27.
Apoca. 12. & 20.

Sed queso (his auditis) statim vnà mecum progrediamini: donec oculis vestris claris sinè intueamini ista Genes. verba, aduentum Christi potissimè ad vmbrãtia, iam dudũ cõpletã fuisse, fœlicissimis illis temporibus, quibus Christum per triginta trium annorũ curricula, tanquam verum hominẽ, cum hominibus cohabitantẽ tot victorias celebres, & memorabiles triũphos reportasse de Dęmone & satellitibus eius perhibent nostra Euangelia, & Gẽtilium monumenta: quot recensere modò fœlicitati summæ est nobis vertendum. Nec temerè hæc à nobis dicta esse deinceps arbitremini. Nã si aliquantulũ mentes vestras, & cogitationes ad leges nostras sanctissimas, sanctiones rectissimas, præcepta iustissima, cõsillia suauia & salutifera quibus istã Rempublicã Christianorũ vndiq; stabilire & cõdecorarè diuinitus ipsemet dignatus est, cõuertatis: quis quęso tã mentis, aut consilij inops, aut à ratione ita alienus reperiri poterit, qui hęc omnia nobiscũ interius sẽtire, imò publicè predicare, eisdẽ rebus & rationibus conuictus non iam compellatur? Neque immeritò, prę sertim cùm in omnibus illis nil aliud præter id, quod ad vniuersalem omniũ generũ vitiorum extirpationem (quę ita latè per vniuersas orbis regiones ab initio seculi à Dæmone prosẽminata erant, vt cunctas ipsius partes occupare viderẽtur) maximè erat necessarium. Nihil

prater

prętet id; quod ad cõsequtionem perfectionis, & sanctitatis exuuię summè erat conducens: nihil deniq; pręter quam quod celeste, aut diuinum liceat alicui intueri, aut olfacere. Vt hęc omnia considerantes, caputque iniquitatis, Dęmonem dico serpentinum, non solùm à Messia, sed legibus illius in salutem mortalium in lucem editis comminutum, & conquassatum contemplantes, summa alacritate, & ingenti lętitia affecti, quasi tripudiantes in illa verba lętissima cum Mose prorumpere nobis deinceps iam summè liceret. *Cantabo Domino, quia magnificando magnificatus est: equum, & ascensorem eius proiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & fuit mihi in* Iesuacah. Idest, *in salutem.* Vel vt Chaldęus legit. *Cantemus, & laudemus coram Domino: quia magnificatus est super magnificos: & magnificentia illius est: equum, & ascensorem eius proiecit in mare. Fortitudo mea, & canticum meum Dominus terribilis, dixit in verbo suo: & fuit mihi in Redemptorem.* Hic est Deus, Deus meus est: *& ædificabo ei santuarium.* Exod. 15.

CAP. I.

Dæmonis potentia cum immensa Messiæ nostri potestate cõfertur: vt inde clarius cunctis inotescant memorabiles victoriæ, quas Messias noster de Dæmone, & satellitibus eius reportauit.

NAm esto certissimũ sit, Dęmonẽ adeò excelsos, & ingentes animos sibi cõcepisse, intantũq; solũ potentia sua enixũ efferri cõtendisse: vt ipsũ Deo in aliquibus assimilari volluisse legamus, vt nos docẽt illa verba Isai. *Tu autẽ dixisti in corde tuo, cælũ ascẽdã: super stellas Dei exaltabo soliũ meũ: & sedebo in mõte Ecclesiæ, in lateribus aquilonis. Ascendã super altitudinẽ nubis: & similis ero altissimo.* Adeoq; sũmè potentẽ extitisse ad decipiẽdos primos nostros Parentes, & deturbandos eos ex illo supremo gratię fastigio, in quo erãt fæliciter cõstituti (quorũ grauissimo peccato, & execrãdo scelere cõmisso in Deũ, tam tristẽ, funestã & lamẽtabilẽ ruinã incũctã eorũ prosapiã redũdasse est certũ: quantã crudelis illa mors nõ tãtùm corporis, sed animę, quę tãquàm homini pedisequa, ac naturalis vniuersos mortales inde cõmitata est sẽper, preter Christũ & Deiparã virginẽ Mariã, & cõmitatur huc vsq; palam manifestat, & testatur. Et qualem illa verba Genes. *Et dixit Dñs Deus ad mulierẽ, quare fecisti: & ait* Esai. 14.

 mulier

mulier, serpens errare fecit me: apertè demõstrant. Sed tamẽ immensam Messiæ nostri potentiã quis iam adhuc ignorat? aut non est expertus? Cùm eò illã sic extendi, & maniffestari potuisse adinueniamus, vt valuerit ille idem, qui est constitutus Hęres omniũ bonorum à Deo Patre suo, per quem facta sunt sæcula: & est spledor gloriæ, & impræssa imago substãtiæ illius, ferensq; omnia verbo potẽtiæ suæ: sedens ad dexteram Patris, æqualis Deo per omnia: fieri hominem, vt homo fieret Deus. Sed quid? imò exinanire semetipsum, formam serui accipiens, vt seruus esset liber. in similitudinem hominũ factus, habitu inuentus vt homo, humilians semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, morte autẽ crucis. Adeoq; singulari amore ipsum desiderio hominũ teneri: vt cùm adhuc ei inimici essemus, iustus pro iniustis mori iam nõ dedignaretur: tradẽs se pro nobis in oblationẽ, ac victimã Deo in odorẽ bonę flagrãtiæ. Quæ omnia nec mens humana, aut Angelicæ supremæ illę naturæ excogitare, aut vt possibile concipere valuerunt. Esto diuinitus Isaiæ reuelatum fuisse intueamur illis

Isai. 53. verbis: *Quis credidit auditui nostro, & brachium* Domini *cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultũ coram eo, & sicut radix de terra deserti.* Non *est forma ei, neq; decor: & vidimus eum, & nõ erat aspectus, vt desideraremus eũ. Despectus est, & abiectus inter viros Vir dolorũ, & expertus infirmitatẽ: & quasi abscondebamus faciẽ ab eo. Despectus erat, & nõ reputauimus eum: verè lãgores nostros ipse tulit, & dolores nostros portauit. Et nos reputauimus eum plagatũ, percussũ à* Deo, *& humiliatum.* &c. *Castigatio pro pace nostra super eum, & liuor eius sanitas fuit nobis.* Quo præclaro, & inaudito facto eũ celebrẽ, & inclitũ triũphũ de ipso Dæmone Messiã consecutũ fuisse, incorruptibilẽ iã & immortalẽ resurgentẽ palàm reperiemus: vt proferre possimus non solum: at nõ vt peccatũ primorũ nostrorũ Parentum insidijs, & suggestione Demonis ab ipsis perpetratũ: ita & donũ D.N. Iesu Christi. *Nam si vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia* Dei, & *donũ per gratiam quæ fuit vnius hominis Iesu Christi, in multos exuberauit. Et nõ sicut per vnum qui peccauit, ita fuit donũ: nam condẽnatio quidẽ ex vno delicto ad condẽnationẽ: donũ autẽ ex multis delictis ad iustificationẽ. Etenim si per vnius delictũ mors regnauit: per vnũ multò magis ij qui exuberãtiã gratiæ & doni iustitiæ accipiũt, per vitã regnabunt, per vnũ* Iesũ *Christũ.* &c. *Vbi verò abũdauit peccatũ ad nodũ, superabũdauit & gratia.* Verũ in integrũ adimpleta esse, quæ superius Deũ est Dæmoni cõminatus. *Et ipsũ cõteret te in capite:* Quẽadmodum iã clare cõtẽplabatur

Paul. Rom. 5. secundũ Pagnin.

tur

tur Isai. dicẽs. *Quomodo cecidisti*
Isai. 14. *de cælo Lucifer fili auroræ? prostratus es ad terram, qui debilitabas gẽtes. Tu autẽ dixisti in corde tuo, cælũ ascendã super stellas Dei exaltabo soliũ meũ* &c. *Verũtamẽ ad infernũ detraheris: ad latera sepulchri vidẽtes te, te prospiciẽt, & te cõtẽplabũtur dicẽtes: Nũ hic est vir ille, qui cõturbabat terrã, & cõcutiebat regna: posuit orbẽ sicut desertum, & vrbes eius destruxit, nec vinctis eius aperuit alicubi? Omnes reges gentiũ, vniuersi ipsi dormierũt in gloria, vir in domo sua: tu autẽ proiectus est de sepulchro tuo, tãquã surculus abominabilis, & vestimẽtũ occisorũ, qui cõfossi sunt gladio.* Postea verò decursu tẽporis tanquã testes oculati ex maioribus vestris Iosephus, ex Gẽtilibus Pilatus fuerũt hæc omnia testati: quando eos diuinitus, ni fallor, in vnũ cõuenisse referũt annaliũ monumẽta, ad prædicãdã Resurrectionẽ Christi (ex qua tam graue, & lætale vulnus ipsi Dæmoni est inflictũ, quãtũ recensere est nobis impossibile) vt satis demõstrãt illa verba Iosephi antiquitatũ: *Fuit autẽ eisdẽ tẽporibus Iesus, sapiẽs vir, si tamẽ*
Ioseph. li. 3. Antiq. *eum virum nominari fas est.* &c. *Christus hic erat, hũc accusatione primorũ nostræ gentis virorũ cùm Pilatus in crucẽ agendũ decreuisset, nõ deseruit eos, qui ab initio eũ dilexerãt. Apparuit enim eis tertio die iterũ viuus. Secũdũ quod diuinitus inspirati Prophetæ hæc, & alia de eo innumera miracula futura prædixerũt.* Et illa verba, quę in Epistola illa, quã Pilatus Tiberio Augusto scripsit, habẽtur: *Nuper accidit, quod ipse probaui, Iudæos per inuidiã se, suosq; posteros crudeli dãnatione peremisse. Cũ enim promissũ haberẽt patres eorũ, quòd Deus mitteret illis per virginẽ sanctã, qui rex ipsorũ merito diceretur: hũc me presẽte misit in Iudæã. Quę cũ vidisset, cæcos illuminasse, leprosos mũdasse, vẽtis imperasse, pedibusq; siccis super vndas maris ambulasse, & alia multa miracula fecisse: & omnis populus Iudæorũ diceret, eũ esse Dei filiũ: Principes sacerdotũ inuidia cõtra eũ moti mihi tradiderũt: & alij pro alijs mẽtiẽtes, hũc magũ esse, & cõtra legẽ eorũ agere dixerũt.* Ego *autẽ ita esse credidi, ipsũq; flagellatũ eorũ arbitrio tradidi: qui eum crucifixerũt: & sepulchro custodes adhibuerũt.* Ille *quoq; militibus meis custodiẽtibus, die tertia resurrexit. In tãtũ verò nequitia Iudæorũ cõtra eũ exarsit, vt ipsis custodiẽtibus pecuniã darẽt, quatenus discipulos eius corpus rapuisse dicerẽt. Sed illi quod factũ fuerat tacere nõ valẽtes, testati sũt eũ resurrexisse, seq; visionẽ Angelorũ vidisse, & à Iudæis pecuniã accepisse.*

Vnicuiq; absq; vlla temeritatis, aut repræhensionis nota publicè fateri iã licet, Dæmonẽ illũ serpẽtinũ nõ quascũq; vires, aut potẽtiam habuisse: 2. Arg.
sed eã, qua nõ solùm tot millia hominũ ab exhibendo Deo debitũ cultũ omnino retardare: verũ ipsius Dęmonis obsequio

& miniſterio mãcipatos efficere valuit: quot innumera illa multitudo eorũ, qui obſcuras & lugubres inferni cauernas incolũt, crudeliſsimiſq; tormentorũ generibus afficiũtur: modò publice demõſtrat, & teſtatur. Sed quis modò in tantis ignorantię tenebris adhuc verſatur, qui nondũ clare conſpiciat, & fateri publicè teneatur ſupremã illam, & admirabilẽ Meſsię noſtri vim, & potentiã, tàm in cõfrigendis & euertendis idolis, quàm in reprimẽdis venenoſis eorũ verbis, & in labefactandis Dęmonũ reſponſis (vt poſtea homines omnibus erroribus, & impedimẽtis de medio ſublatis, cõmodius in agnitionem veri Dei, ſũmiq; opificis venientes illũ ſũmè colerẽt, & venerarẽtur) ſingulariter cũctis nationibus manifeſtatã fuiſſe? Quãdoquidẽ nõ ſolùm Meſsię pręſentia Dęmones tãquàm ingẽti timore percuſſos, eneruatos infernis, & mutos conticuiſſe: humanaq; corpora obſidẽtes, ſtatim illius voce audita, ab illis àmãdatos eſſe: verùm eius ſanctiſsimo nomine à Chriſtianis, imò ſępè ab infidelibus inuocato, hęc eadẽ illos pręſtitiſſe, cuctãq; Dęmonũ vim pauperculis Chriſtianis ſubditã cõſpexiſſe cũctę ferè gentes & nationes vnanimi cõfeſsione ex tunc huc vſq; palam teſtentur, & vbique acclament.

Inficiari minimè poſſumus, veriſsima eſſe illa verba, quę Iob. in oſtenſionem veſtigij fortitudinis Dęmonis, protulit dicẽs: *Ecce nũc Behemoth, quem feci tecũ, herbam veluti bos comedet. Ecce nunc potentia eius in lũbis eius eſt: & fortitudo eius in vmbilico ventris eius. Velociter mouebit caudã ſuam, quæ eſt ſicut cedrus: nerui teſticulorũ eius perplexi sũt: Oſſa eius maiora, fortia ſunt vt baculi æreı: minora oſſa eius, ſicut virga ferrea. Ipſe principiũ viarũ Dei, qui fecit eum, applicauit ei gladiũ ſuũ: quia germen mõtis afferent ei: & omnes beſtiæ agri ludent ibi ſub arboribus vmbriferis. Dormiet in ſecreto calami, & limo tegent eum arbores vmbriferæ vt ſint vmbra eius; circundabunt eum ſalices torrentis.* Ac ſi clarius diceret, *ecce nunc Behemoth*, ideſt, conuerte oculos tuos in illum Dęmonẽ, in quo vno omniũ beſtiarũ crudeliſsimarũ dira crudelitas, ira incenſa, venenũ letale, & inſidię mortales ſũt ſũmè vnitę, & copulatę. Hęc nãq; omnia *Behemoth* inſinuat, ſi peritiſsimis rabbinis fides eſt adhibenda. *Quem feci tecum, herbã veluti bos comedet*, id eſt, cõſpice quẽ feci proprijs manibus, ſicut te ad imaginem meam, eò malorũ & miſeriarũ culmine perueniſſe poſt peccatũ eius: vt omnem vitam ſpiritualem deuorare & deglutire, tanquàm ſi carnalis ſolùm

3. Arg.

Iob. cap. 40.

ſolùm eſſet, contendat: cũctos mortales ad deſideria carnalia vehementibus ſtimulis adhibitis concitans. *Ecce nunc potentia eius in lumbis eſt, & fortitudo eius in vmbilico.* id eſt, intuere, quàm potens ſit ad excitandas libidines tàm in viris, quàm in fęminis: vt illis verbis
Ezeq. 16. ſimiliter Ezequi. colligitur: *ac ſi in die qua natus eſt, non fuiſſet*
Pſal. 37. *præciſus vmbilicus tuus:* Et Pſal. *Quoniam illia mea plena ſunt ardore, & non eſt perfectio in carne mea.* Cõſidera, quomodo, *mouebit caudam ſuam, quæ eſt ſicut cedrus:* id eſt, ad dilacãnda facinoroſorum hominum potentiam ſeũdum illud Pſal. V ox
Pſal. 28. *Domini confringens cedros.* Et quomodo: *nerui teſticulorũ eius perplexi ſunt:* ideſt, machinamẽta, & argumenta eius, quibus illaqueat, & corrumpit fluxa mortaliũ corda, ad eius ſuggeſtionem eſſe vndiq; perplexa: ita vt vnum peccatum alterũ tangat. Cõſpice inquam: *Oſſa eius maiora fortia eſſe vt baculi ærei. minora oſſa eius, ſicut virga ferrea.* Id eſt tantam illi ineſſe virtutem, & fortitudinem ad alios decipiẽdos, vt ſemper inuictus maneat: & hoc illi ineſt *quia ipſe qui eſt principiũ viarum Dei, qui fecit eum, applicauit gladium:* id eſt, quia in natura rerum hunc, creando per ſubſtantiã, conditor primum fecit. Cõtemplare, *quomodo germen montes afferrent ei, & omnes beſtiæ agri ludent ibi:* id eſt, tantam ineſſe cùm ſuperbis huius mundi amicitiam, vt illi offerant ſuas lubricas, & fluxas voluntates: vt ex illis verbis Pſal. colligitur: *Montes ſicut cera fluxerunt a facie Domini:* Tantamq; illi ineſſe poten- Pſal. 96.
tiam: vt omnes maligni ſpiritus huius mundi ludant cùm eo, illudendo tot millia hominum: vt illa verba Oſeæ demoſtrare videntur. *Beſtia agri* Oſea. 13.
ſcindet eos. Animaduerte quomodo iam, ſub arboribus vmbriferis dormiet ſecurè: vt ſint vmbra eius, *circumdabunt eum ſalices torrentis. Vim faciet flumini, & non feſtinabit, confidet, quod educat iardan in os ſuum:* Ideſt, tantam illi ineſſe audatiam, vt tã in ſanctis viris, qui aliis quondam vmbram pręſtabant; quorum doctrina, & cõmentaria librorũ alios illuſtrabant, ſic dormire faciet: vt ob hoc vnum cęterę arbores in fructuoſę peccatorũ illũ tãquã caput ſuũ vndiq; circundet, & ei in õnibus quecũq; iuſſerit, obediãt. Tã inexplebiliq; cupiditate erga ruinam totius generis humani iam illũ ſtuare: vt non ſolùm eos, qui pręceſſerunt aduentũ Chriſti, ſed eos qui in Baptiſmo Chriſti in Iordane ab ipſo inſtituto regeneratos videt, abſorbere ſuis faucibus crudeliſsimis certiſsi-

mẽ

Iob. 41. mē credat. Quę omnia firmiter corroborare viſus fuit Iob, quandó, vt cunctos imago, & vmbra eius horribilis à peccatō retardaret, imò grauē metū incuteret in poſterū, illis dixit: *Non ſilebo mēbra eius.* &c. *Quis detexit faciem indumenti eius cū duplici freno ſuo? quis veniet ad apariendū os eius? portas faciei eius quis aperuit? per gyrū dentiū eius eſt formido: ſquamæ fortes ſūt vt ſcuta: clauſa eſt ſingula clauſura arcta: vna alteri apropinquat: & ventus nō ingreditur inter eas.* V*naqueq; alteri iungitur: capiūt ſe, & non ſeparantur.* S*ternutationibus eius accendetur ignis, & oculi eius vt ſplendores auroræ.* D*e ore eius lampades ibunt, ſcintille ignis proiicientur.* E *naribus eius egredietur fumus, ſicut ab olla ſuccenſa: & ab heno hallitus eius prunas ardere faciet, & flāma de ore eius egredietur.* I*n collo eius morabitur fortitudo: & āte eū vertetur in lætitiā dolor.* P*articulæ carnis eius cohærēt: fortis eſt vnaqueq; in eo.* N*on mouebitur cor eius, forte eſt ſicut lapis: & fortis eſt ſicut lapis molaris inferior.* A *magnitudine eius timebunt fortes: à contritionibus purgabūt ſe.* Q*ui attigerit eum gladio, non ſtabit gladius: lapis manu iaculatus, & lorica non ſtabunt.* R*eputabit vt paleam ferrum: vt lignum putridum æs.* N*on fugabit eum ſagitta: in ſtipulā verſi ſunt ei lapides fundæ: ſicut ſtipula reputata ſunt tela. & derridebit vibrationem haſtæ.* &c. *Feruere faciet velut ollā profundum mare: ponet vt vas vnguentarium:* &c. N*ō eſt ſuper terram ei comparabile: qui factus eſt, vt non timeat.* O*mne ſublime deſpiciet: ipſe eſt rex ſuper omnes cætus magnos, & fortes.* Quod idē eſt, ac ſi clarius diceret. Nūquid conſideraſti quomodo, tāta calliditate, aſtutia & potentia eſt accinctus Dæmon, vt valeat ſub ſpecie ſanctitatis perfectos, ac religioſos viros decipere: electorum mentes ſuggeſtionibus ſuis illaqueare: & per iniquos ſuos miniſtros virus malitiæ ſuæ in cęteros infundere. Ita vt aditus mortis æternæ cunctis pateat, impediēdo reprobis ſuis obſtinatis, ne verba ſalutifera ad vitā ęternā recipiant: ſed adinuicem iniquitatibus ſuis veritati ſummæ ſe opponāt, & tyrannidi ſe cōſecrētur. Et quàm plurimis cōſiliariis, & fautoribus abundat, qui mentes fidelium ad amorem perfidiæ incendant: & potens ſit ad inficiendum interius corda mortalium, & illicita deſideria inflammandum. Et tanta malitia vigeat, vt ſine illius diminutione in alios eam deriuare poſſit: ita vt quàm plurimos tamquam membra carnium eius ſibi copulet, nullatenusq; ab obſtinatione eius dimoueri valeāt, cunctaq; arma iuſtitiæ, æquitatis, & religionis ab imis fundamentis euertere

conetur:

conetur: cùm poteſtati eius nulla ſit in terra, quæ ei comparari valeat.

Sollutio arg. Sed tamen non eſt cur his omnibus auditis, tanquam effęminati, & ingenti timore affecti terreamur: quominus magis ac magis, iterùm atq; iterùm inuicto, & infracto animo publicé fateri cogamur, non ſolùm illa verba Geneſ. *Inimicitias ponam inter ſemen tuum, & ſemen eius: & ipſum conteret te in capite*: verumetiam tamquam iam præterita, & adimpleta intuentes prædicare non ſinamus, Meſsian noſtrum fuiſſe eum, qui tam letale vulnus Dæmoni inflixit, & quotidie per miniſtros ſuos ei infligere eſt ſolitus: vt ferè extincta prorſus Dęmonis potentia ex tunc omnibus videatur. Neq; immeritò; cùm adinueniamus Meſsiam extitiſse, qui non ſolùm portas æreas contriuit, & vectes ferreos, educẽdo ſuauiſſima eius lege homines quos ipſe Dæmon deceperat, de tenebris, & vmbra mortis: rumpendo inſuper vincula duriſſima eorum, qui in ſubterraneis limbi cauernis diu ab ipſo detinebantur Dæmone, vt Zacharias cõtẽplabatur, cũ dixit: Zach. 9. Et *tu Hieruſalẽ exulta in ſanguine fœderis tui: Emiſſi vinctos tuos de ciſterna, de qua nõ erat aqua*: verùm etiam reperiamus, nunquam tantùm Dęmonem, his õnibusmachinamentis ſuis, aſtutia, malitia, obſtinatione, & fautoribus ſuis contra gregem Domini, & potiſsimè contra electos eius valuiſſe: quominus ſemel, ac iterũ nobis hæc eadem verba repetere non ſit integrum, nempè: admirandam potentiam Meſsiæ noſtri ſingulariter prę Dęmone elluxiſſe. Quandoquidem ſic grauiter percuſsit ſuperbum illũ Draconem, qui eleuabatur ſupra omne id, quod colitur, & contra Deum Deorum loquebatur blaſphemias execrandas: capitaq; fortiſsima Leuiathan cõminuit, & dedit eum in eſcam populo deſerta incolenti: vt ſecure nos õnes vt mẽbra ipſius capitis noſtri, qui eſt Chriſtus, eiq; coniuncta, ex eo tempore proferre audacter poſſimus cùm Dauid: *Super leonẽ, & baſiliſcum calcabis, conculcabis catulum leonis, & draconem. Non timebis à timore noctis, à ſagita, quæ volauerit per diem, à morte in caligine ambulanti: à morſu, qui vaſtat meridie*. Psal. 91. Neq; pertimeſcamus aſtutias õnes & fortiſsima machinamẽta Dæmonis vndiq; circũdãtis nos, miſerandũ exitiũ nobis molientis. Pręſertim cũ non ſolũ certiores redactiſimus, quòd certiſsimè cadẽt, verũ quòd ceciderũt nõ tantũ mille, ſed fere innumeri: neq; valebũt iã decẽ millia ad nos appropinquare, vt aliquod malum nobis inferant.

Nam

Replica.

Nam quamuis hæc omnia ita difficilia visa fuerint Iob ante aduentum Mesiæ nostri: vt illa consequi viribus naturæ, tanquam impossibile cunctis subiicere non erubuerit: cùm dixit: *Num extrahes Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? nunquid pones hamũ in naribus eius, & spina perforabis maxillam eius? nunquid multiplicabit ad te preces? nunquid loquetur ad te mollia? nunquid feriet fœdus tecum, accipies eum in seruum perpetuum? nunquid ludes cum eo, sicut cùm aue, & ligabis eum pro puellis tuis? Nunquid cenabũt super eum socii, diuident illum inter se negociatores? nunquid succides cultris pellẽ eius, & cultro piscatorio caput eius?* Sed tamen post aduentum Mesiæ nostri nullus est ita à ratione alienus, aut veritati infensus, qui ista hæc omnia non solùm tanquam possibilia, auxilio particulari Dei, verùm iam executioni mandata non intueatur, & manibus eius non contrectauerit. Cùm nusquam aliquis ex nostris, his fælicissimis nostris temporibus, quibus Deus hominem fieri dignatus est, vt iam arctiori vinculo, & maiori cognatione cùm hominibus esset copulatus: adeo imbecillis, & ineruatus extiterit; qui si corde interius legem Euangelicam firmiter amplexus fuerit, eiusq; obseruationi totus dedicatus: antiquam Dæmonis potentiam, assiduas eius insidias, continuas tentationes, cunctaq; eius machinamenta vnquam pertimescere valuerit. Cùm apertè eam virtutem à capite suo, inquam, Christo, illi communicatã iam persentire, atq; experiri intra se agnoscat. Qua non solùm Dęmonẽ exquocunq; loco vi extrahere, & fune fortissimo Sacræ Scripturę linguã eius pręcipitẽ & venęnosã cõprimere; & hamũ, & circulũ in naribus eius tanquã vilissimo seruo adhibere: verũ eius bafrã calliditatẽ Christi cõsiliis salutiferis, cõpescere, pretiosũq; eius doctrina Euãgelica maculare potẽter possit, ac facillime valeat. Ostendant nobis eius sectatores obseruantissimi (si possũt) quem ex nostris perpetuo feruore Dei interius noctu diuq; instructũ, & vallatũ Dęmonis arma penetrare, et sic prosternere valuerint: vt cũ Dæmone arctissimũ amicitię tędus postea inire conatus fuerit? Ostendent, mihi credant, iam non paucos, sed fere infinitos extitisse: qui nõ semel, sed sępe sępius cùm ipso Dęmone, sicut cum aue infirma, cui nulla adest virtus nocęndi, luserunt: & ita illum vndiq; irretitum tenuerũt, & tenent modò, cęlesti sapientia: vt securè super eũ festiuos

Iob. Cap. 40.

feſtiuos dies agere, & gladio illo piſcatorio Petri, ideſt, doctrina Euágelica quæ penetrabilior eſt omni gladio bicipiti, pellē eius, miniſtros inquam Dæmonis, & ipſum etiam Dæmonem qui tantorum malorum eſt caput, ſcindere, & in minutiſsimas partes cōminuere ſe poſſe publicè prædicauerint, & iactitauerint. Oſtentabunt ſimiliter, & palàm dictitare cogentur, ſi ad vtriuſq; Legis Authores, inſtituta, ac leges, non in illa lance Critolay, ſed in rectiſsima Scripturę Sãctæ ſtatera prudenter, ac iuſtè metiãtur: adeo in omnibus Legem noſtram Chriſtianorum Dæmoni, & præceptis eius iniuſtis, & nefariis conſiliis ſumè aduerſari: vt iam non minor repugnantia, & oppoſitio inter eas cunctis innoteſcat: quãta eſt ea, quæ inter lucem & tenebras, æquitatem & iniuſtitiã, falſum & verum, ſummum malum & perfectum bonum apparet. Quanta deniq; eſt neceſſaria ad euerſionem omniũ vitiorum: vt ſolùm ſumma rectitudo, perfectio, & ſanctitas ſupremum faſtigium deinceps occupent. Quæ omnia breuiſsimè complexus fuit Eſaias. *Eſai. 55.* quando nomine Meſsiæ, meo videri, cùm eis qui ſunt malicia filii Dæmonis (vt ſunt omnes peccatores) alloquens, dixit: *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: nec viæ veſtræ, viæ meæ: dixit Dominus: Quia ſicut altiores ſunt cæli, quã terra, ſic altiores ſunt viæ meæ, quàm viæ veſtræ: & cogitationes meæ, quàm cogitationes veſtræ:* Imo & ipſi fautores Dæmonis hæc omnia iam dudũ atteſtatos fuiſſe reperiemus; ſi ad illa verba Sapiẽt. oculos attẽtè conuertamus: quæ ſic ſe habent. *Sapie. 2.* *Circumueniamus ergo iuſtum: quoniam inutilis eſt nobis, & cõtrarius eſt operibus noſtris: & improperat nobis peccata legis, & diſamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiam Dei habere: & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarũ. Grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſsimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Tãquam nugaces eſtimati ſumus ab illo: & abſtinet ſe à viis noſtris, tamquam ab immunditiis:* Quo vno & aliis apertiſsimis teſtimoniis adductis, non mirũm, ſi liberè iam abſq; vlla reprehẽſionis nota, vtraſq; leges, Chriſti inquàm & Dæmonis, inter ſe conferentes, dicere cogamur. Quæ enim participatio iuſtitię cũ iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quę autẽ cõuentio Chriſti ad Bellial? Cũ in omnibus ſic inter ſe aduerſentur, & maximè pugnent: vt nunquàm illas nec in minima re conuenire, imò aſsimilari experiamur.

periamur. Quæ omnia vt ſecurius deinceps vnà nobiſcum cuncti affirmare valeant, veritaſq; horum clarius cunctis innoteſcat: ſingula vtriuſq; legis inter ſe conferri à nobis eſt ſummè neceſſarium: antequam ad victorias illas, glorioſas & innumeras, quas ſæpe Meſsias noſter, & legis eius obſeruantiſsimi filii, & diſcipuli de Dæmone & miniſtris eius hûc vſq; abſq; vlla intermiſsione reportarunt, & reportant modò: deueniamus.

CAPVT. II.

Ad inuicem comparãtur Meſsiæ noſtri leges cùm execrãdis legibus Dæmonis.

ET vt iſta clarius cunctis pateſiãt: & quidnã aliud præſeferre videantur, dicant nobis aſſeclæ eius, illa verba, quæ Chriſtũ Redẽptorẽ noſtrũ in doctrina & lege eius Euãgelica fertur dixiſſe, Matthæi: *Et diſc te à me: quia mitis ſũ, & humil s corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.* Et illa. *Amen amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini, ſicut paruuli: non intrabitis in regnum cælorũ* &c. Et Marci *qui cumq; ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte*: hic eſt *maior in regno cælorũ*: Et Lucę. *qui ſe humiliat, exaltabitur.* Quorum excellentiã preſentire videbatur
Math. 11.
Matt. 18.
Marci. 9.
Luca. 14.

Pſal. *Humiliatus ſum: & liberauit me.* Et Pſ. *Cor contritũ, & humiliatũ non deſpicies.* Et Pſ. *Quoniã tu populũ humilẽ ſeruabis, & oculos excelſos humiliabis.* Et Pſ. *Propè eſt Deus contritis corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.* Et Pſal. *Quis ſicut Deus noſter, qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cælo, & in terra?* Et Pſal. Vt Chaldæus legit: *Quoniam excelſus Deus: & humilem reſpicit ad bonũ, & ſuperos lõge à cælo propellit.* Niſi vt cũcti Chriſti diſcipuli, inſtar illius, ea validiſsima arma humilitatis in poſterũ aduerſus ſuperbiã Dæmonis, legiſq; eius arrogantiam deinceps aſſumere conaremur? Quibus vndiq; accincti, fortiter cũ ipſomet Duce noſtro, inuictiſſimo Chriſto, dicere poſſemus cum Iſaia, ſcilicet: *Nunquid tu non percuſiſti ſuperbum?* qui vt Iob dicebat: *conſtitutus Rex erat ſuper õnes filios ſuperbiæ:* Aut cũ Pſalmiſta acclamare: *Humiliauimus equidẽ vt vulneratũ ſuperbũ. In brachio fortitudinis tuæ diſperſimus inimicos tuos.* Et quid namq; aliud manifeſtare videntur illa verba, quæ in lege Chriſtianorũ in futura ſęcula, & tãquàm in perpetuas æternitates, nõ in tabulis lapideis, in ære, aut in celte: ſed in cordibus hominũ fideliũ Chriſtus Redẽptor noſter exarãda eſſa voluit: cùm dixit: *Audiſtis, quia dictũ eſt antiquis, non Mechaberis:*
Pſal. 118.
Pſal. 51.
Pſal. 18.
Pſal. 34.
Pſal. 112.
Pſal. 137.
Eſai. 51.
Iob. 41.
Pſal. 88.

chaberis: Ego autẽ *dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad cõcupiſcendũ illã, iã mechatus eſt in corde ſuo*: & quæ Paul. nomine ipſius Chriſti Coloſ. dixit: Colosſ.3. *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terrã, fornicationẽ & immunditiã, libidinẽ, concupiſcentiã malã*. &c. Que omnia adũbrata intuemur, Eccleſi: Non Eccle.26. *eſt digna ponderatio cõtinẽtis animæ*. Et Sapien. *ò quàm pulchra* Sapiẽ.4. *eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius: quoniã & apud Deum nota eſt, & apud homines*. Et Iudit. Et Iud.15. *cõfortatũ eſt cor tuũ, eò quòd caſtitatẽ amaueris*. Forſan nẽ aliò tẽdunt, niſi vt Dæmonis vires validiſsimas, quibus homines ad tot nefandos luxuriæ concubitus hàc & illàc cõcitabat: quot triſtes illæ & miſerabiles ciuitates Sodoma, Gomorra, Datan & Abiron teſtãtur: Sapien.2. & illa verba Sap nomine impiorũ prolata: *Venite ergo fruamur bonis, quæ ſunt: & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioſo, & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra: nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ. Vbiq; relinquamus ſigna letitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors noſtra*: demonſtrant: hac vna potiſsima caſtitatis virtute facillimè à nobis eneruari poſſe inſtrueremur?

Et quid aliud Meſsiam noſtrum contendiſſe ſuſpicari iã poſſumus, quando toties in hac noſtra tantùm lege Chriſtianorum, odia inteſtina à nobis funditus reſtringenda, inimicos autem ſummo amore & benefitiis à nobis eſſe proſſequendos ipſum pręcepiſſe nos legimus: vt illa Mat. Matth.5. inſinuant: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iuditio*. Ego *autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iuditio: qui autem dixerit fratri ſuo, racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit geennæ ignis*. &cęt. *Audiſtis, quia dictum eſt, oculum pro oculo, & dentem prodente. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſiquis te percuſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*. &c. *Audiſtis, quia dictũ eſt dilliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuũ. Ego autẽ dico vobis, dilligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: vt ſitis filii Patris veſtri, qui in cælis eſt. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Et illa quæ Paul. Ephe. Paul. Ephe.4. momine Chriſti dixit: *Sol non*

occidat

occidat ſuper iracundiam veſtram: [*Roma.12.*] Roman. Et *ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum.* Quæ maximè coherent cùm illis verbis. [*Pſal.108.*] Pſal. *Deus laudis meæ ne taceas: quia os impii, & doloſi ſuper me aperuerunt ſe.* &c. *Pro dilectione mea aduerſati ſunt mihi: & ego vir orationis eram.* Et illis [*Pſal.120.*] Pſa. *Multum habitauit ſibi anima mea cum odio habente pacem. Ego eram vir pacis, & non loquebar: ipſi loquebantur ad bellum.* Niſi vt iſtis omnibus, eam doctrinæ perfectionem mentibus Chriſtianorũ ipſe inſerere conaretur, qua zizaniam illam tot diſcordiarum & contentionum, quam Dæmon ipſe per vniuerſas mundi regiones, tãquàm author primus diſenſionis totius proſſeminauerat, docens amicum eſſe diligendum, inimicum odio habendũ: prorſus à primis ſuis fundamentis eradicare facilimo negocio valeremus?

Quorſum lege Euangelica Meſsias noſter cunctos homines ad perferendos patienter quoſcunq; labores, ad ſubeundam mortem, vt Dei honori conſulerent: ad macerandas indomitas carnis paſsiones, ad liberalitatem eximiã toties hortaretur: vt illa [*Math.10.*] Mathæi. *Et nolite timere eos, qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere:* Et [*Luc.21.*] Lucæ. *Cum autem audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri.* &c. *Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis.* &c. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Et [*Math.6.*] Math. *Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis: & corpori veſtro, quid induamini: non nè anima plus eſt, quam eſca?* [*Galat.5.*] Galat. *Qui autem ſunt Chriſti, carnẽ ſuam crucifixerunt.* [*Math.6.*] Math. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi erugo, & tinea demollitur.* &c. *Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo.* &c. [*Lucæ.11.*] Lucæ. *Verum tamẽ quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis.* [*Lucæ.12.*] Lucæ. *vendite, quæ poſſidetis: date elemoſinam.* Quorum excellentiam olfacere viſus fuit Dauid, cùm Pſalm. dixit: [*Pſal.69.*] *Quoniam propter te ſuſtinui opprobriũ, operuit confuſio faciem meam: alienus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ: quoniam zelus domus tuæ comedit me:* Et Pſalm. [*Pſal.18.*] vt Chaldæus: *Circundedit me anguſtia ſicut mulieris, quæ ſedit in partu, nec vis eſt ei pariendi, ipſaq; periclitatur ad mortem. Adiutorium peritotum: quæſiui mihi: cohors iniquorum circũdedit me.* &c. *Quando moleſtant me, ego oro apud Deum, & coram Deo meo committo me.* [*Pſal.36.*] Et Pſalm. *Ego ægrotantibus ipſis veſtimentũ habebam, è ſaco affligebam in ieiunio animam meam: & oratio mea* ad

Prou. 11. ad sinū meū reuertetur. Et Pro.
Benefaciet animæ suæ vir miseri-
Prou. 14. cors. Et Prou. Misericordia &
veritas præparant bona. Nisi, vt
his tanquam validissimis mu-
nicipiis iam milites veterani
Christi Dęmonis machinamen
ta, quibus homines ad incēsam
iracundiā in laboribus, & an-
gustiis cōstitutos, ad carnis blā
dimēta, ad bona ista terrena so
lùm consequenda, tanquā ius-
tissimis legibus suis, persuade-
bat, & continuò inflamabat: lō
gè à cōmercio Fideliū propel-
lerent, & amandarent? Dicant
quęso, quorsum in sola nostra
lege Christianorū non tantùm
actus exteriores malos, verùm
etiam interiores à Messia nos-
tro, legis ipsius authore, omni-
nò prohibitos esse depręhen-
Matth. 5. deremus: vt illa verba Matth.
præseferunt: Audistis, quia dic-
tum est antiquis: non mæchaberis.
Ego autem dico vobis, quia ōmnis
qui viderit mulierem ad concupis
Math. 15. cendum eā, iam mæchatus est eam
in corde suo: Et Matthęi. Quæ au
tē procedūt de ore, de corde exeūt,
& coinquinant hominē. De corde
enim exeunt cogitationes malæ,
homicidia adulteria, & fornica-
tiones, furta, falsa testimonia, &
blasphemiæ: Quę ōnia adhūbra-
Psal. 24. ta fuisse legimus, Psal. Quis as-
cendet in montē Domini? aut quis
stabit in loco sanctitatis eius? mun
dus manibus, & mundo corde: Et
Psal. 51. Psal. Cor mūdū crea in me Deus,

& spiritū rectū innoua in visceri
bus meis. Et Psal. & pauit eos Psal. 77.
in simplicitate cordis sui. Et illis.
Beati perfecti in via, qui ambulāt Psal. 118.
in lege Dñi: beati qui custodiunt
testimonia eius, & toto corde quæ
runt eā. Quorsū, in lege nostra
Mat. perhibetur Attēdite, nè ius Matth. 6.
titiā vestram faciatis corā homi-
nibus, vt videamini illis: alioqui
mercedem non habebitis apud Pa
trē vestrum, qui in cælis est. Cum
ergo facis elemosynam, noli tuba
canere ante te: sicut hippochritæ
faciunt in sinagogis, & in vicis, vt
honorifficēturab hominibus. Amē
dico vobis, receperunt mercedem
suam. Te autē faciente elemosy-
nā nesciat sinistra tua, quid faciat
dextera tua: vt sit elemosyna in
abscondito. & cæt. Tu autem
cum oraueris, intra in cubicu
lum tuū, & clauso ostio, ora patrē Psal. 4.
tuum in abscondito. Quę expres-
sa videntur Psal. Filii viri vsq; Psal 31.
quò gloriā meā vertetis in igno-
miniam? diligetis inane? Et Psal. Psal. 40.
Odisti obseruantes vanitates frus Psal. 118.
tra. Et Psal. Beatus vir qui po-
suit Dominum spem suam, & non
respexit ad vanitates. Et Psal.
Transire fac oculos meos, ne vide
ant vanitatē: in viis tuis viuifica
me. Quorsum tot saluberrima
beatitudinum genera, in illa so
la diuinitus esplendescerent, &
micarēt: qualia illa verba Mat. Matth. 1.
cunctis insinuare vidētur. Bea-
ti pauperes spiritu: quoniā ipsa-
rū est regnū cælorum. Beati qui

 lugent:

lugent: quoniam ipsi cõsolabūtur. Beati mites. quoniā ipsi possidebunt terram. Beati qui esuriūt, & sitiūt iustitiā. quoniā ipsi saturabūtur. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiā cõsequētur. Beati mundo corde: quoniā ipsi Deū videbunt. Beati pacifici: quoniā filii Dei vocabūtur. Beati qui persecutionē patiūtur propter iustitiā, quoniā ipsorū est regnū cælorū. Beati estis, cū maledixerint vobis, & persequti vos fuerint, & dixerint õne malū aduersus vos, mētiētes propter me: gaudete, & exultate: quoniā merces vestra copiosa est in cælis Quæ õnia regiū Dauid expræsiile intuemur illis verbis,
Psal. 21. Ps. *Quia nō spreuit, nec abominatus est humilitatē pauperis*, &
Psal. 6. Psal. *Laboraui in gemitu meo, natare feci õni nocte lectū meū, in lachrimis meis stratū meū liquefeci.* Et Psal.
Psal. 3. *Et mansueti hæreditate capient terrā, & delectabuntur in multitudine pacis.* Et Ecclesias.
Eccles. 4. *Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortē certa pro iustitia.* Psal.
Psal. 112. *Bonus vir donat, & cõmodat* Et Psal.
Psal. 24. *Quis ascendet in montē Dñi, aut quis stabit in loco sanctitatis eius? mundus manibus, & mundo corde.* Et Psal.
Psal. 34. *Quære pacē, & sequere eā.* Et Salomō Sapient.
Sapiens. 3. *Et si coram hominibus tormēta passi sunt, spes illorū immortalitate plena est*, & Ps.
Psal. 33. *Multa sunt mala iusti: & a cūctis ipsis eruet eū Dñs, custodiens omnia ossa eius, vnū ex his non est cōtritū.* Et Ecclesi: *vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio.*
Eccles. 27 Forsan nē, hæc õnia non casu aut fato quodā lege nostra Euāgelica, sed diuino cõsilio expresa extare: & illis omnibus nos fæliciter frui ab aduentu Mesiæ, dicere quispiā ex vobis adhuc recusat? Præsertim cū intueamur iā clarê, in eū scopū õnia ista, à nostro Mesia dirigi, & collimari, nō solū, vt illis tāquā instrumētis bellicis cõsilia fraudulenta Dæmonis; illius, inquā, de quo Psal. alloquens dicit:
Psal. 9. *Manebit in insidiis villarū,* idest, in incolis earū, potissima cõsilia præbēdo in latibulis: *vt occidant innocentem. Oculi eius super pauperē aspiciēt: insidiabitur in latibulo, sicut leo in cubili suo, insidiabitur ad rapiendū pauperē. Rapiet pauperē cùm traxerit eū in retē suū*: à nobis valide destruātur: verū vt prauę eius suggestiones, quibus homines ad omniū voluptatū genera alliciebat, hinc voluntates eorū ad capitales inimicitias in proximos inflāmando, illinc iudicū mentes tot tetris caliginibus, nē iustitiā contēplari valerēt, obfuscādo: ita vt nullus esset, aut reperiretur qui eius cõsilis acquiescēs, faceret bonū, nō esset vsq; ad vnū: disiparētur, & à nobis lōgè extermīnarentur. Facileq; eis qui rationalē hominis naturā, vndiq; à prima eius cõstitutione benignā, clementem,

clementem, & misericordē ab imis fundamētis subuertere cōtēdētes, in crudelissimā leonū, tigriū & sæuissimarū bestiarū naturā transmutare, suis nouis cōstitutionibus, & legibus conātes nos indè opponere, & letaliter illos, vt vellemus, transfigere, & trāsuerberare valeremus.

Quorsum tandē ad aures vestras peruenisse putatis, Messiā in lege nostra in hęc verba prorupisse: *Si vis perfectus esse, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus*: & illa: *Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me*, acsi clarius dixisset, āplissimas diuitias, vniuersos populi, ac Principū applausus, immēsas voluptatū illecebras, ad quæ appetitus effrenatus homines inclinat tanquam momentanea, & citò peritura procul à nobis esse amandanda. Quæ omnia breuius cōplexū fuisse legimus illis verbis: *Quid verò prodest homini, si vniuersū mundū lucretur, animæ vero suæ detrimētū patiatur*. Et adūbrata Ecclesi. *cuncta subiacent vanitati*. Insuper ipsū deniq; tot, tāta, & salutifera cōsilia ad summā perfectionē cōsequendā cunctis hominibus reliquisse, forsan ne ad aliquid aliud derigitur: nisi, vt certiores redderemur, ea ōnia diuinitus nobis à Messia nostro esse concessa: vt illis homines quos Dæmō tādiu huc & illuc illusos, obcęcatos, & irretitos tenebat, vt nec aliquantulū preteritę vitę suę, grauissimorūq; peccatorū suorū, nec mortis æternę infinitatis, nec inferni tormētorū, & cruciatū crudelissimorū, nec recuperādę salutis eorū perpetuę memores esse paterentur, iā deinceps à durissima illa seruitute Dęmonis liberi respirare, eorūq; saluti in posterū absq; vllo impedimēto sic cōsulere possent, vt iā de Dęmone, & ministris eius insignē triūphū reportantes, publicè cum Psal. aclamare valerent, vt Paraphrastes Chaldęus legit: *Nisi Deus fuisset in adiutoriū nostrū: cùm insurrexissent aduersus nos homines: nisi verbū Dei fuisset in adiutoriū nostrū, cū insurrexisset aduersus nos homo. tūc viuos deglutissent nos. Cū irascebatur furor eorū aduersus nos: tūc aqua absorbuisset nos. Torrēs per transiuit super animā nostrā: tunc pertransisset super animā nostrā rex similis voragini aquarū. Benedictū nomē Dei, qui nō dedit nós tāquā in prædā dētibus eorū. Anima nostra sicut auis elapsa est de laqueo venantiū: laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus. Adiutoriū in nomine verbi Dei nostri, qui fecit cælū & terrā*. Quādo ergo hęc ōnia tanquā testis oculatus, de lōginquo tamē testabatur Esa. dicēs: *Nisi Dñs reliquisset nobis semē, quasi Sodoma essemus, & Gomorræ assimilaremur*. Et in nouo test. tam inclitā altā victoriā de Dæmone

Matt. 16.

Eccles. 30

Psal. 123.

ne à nostro Messia consequutā ipsi Dæmones publicè iā diu acclamarunt, dicentes. Matth. *Quid nobis & tibi* IESV *Fili Dei venisti huc ante tempus torquere nos:* Et Pharisei vestri, tot tantisq; miraculis à Messia editis conuicti vndiq; id vnum confirmarunt Matth. quando vnanimi consensione dixerūt de Christo, eius inuictam fortitudinem contemplantes: *Hic non eiicit* Dæmones,*nisi in* Belze*bu principe* Dæmoniorum? Et quod magis est, id vnum confessus est, imo publicè prædicauit Messias noster, Ioan. dicens: *Venit Princeps mundi huius,& in me non habet quicquam.* Et Ioan. *Et cū venerit ille, arguet mundum.* &cęt. *de iuditio autem, quia* Princeps *huius mundi iam iudicatus est.* Quid amplius immoramini vos miserrimi Iudei, vt hęc ōnia simul, et sinō cū Messia nostro, cui tādiu aduersamini: at saltim cū ipsismet Dęmonibus, quibus tādiu ministratis, & arctissimo amicitię vinculo cū illis estis copulati, non palā iam predicetis? Acclamantes Messiā nostrū fuisse, qui caput illud serpentinū Dęmonis, confractū & cōminutū nobis reliquit: ita vt cū illo, tāquā cū aue, aut bestia mansuetissima, vnicuiq; nostrū religionis Christianę præceptis, & consilijs salutiferis Euangelicæ doctrinę armatus ludere liceat. Pręsertim cū longo experimento cūcti periclitati sumus, non solū Messiā, verū discipulos eius ab initio nascētis Ecclesię nostrę, inuictis Dęmonibus, hinc tātā idolatriæ pestē, quā ipsi propagauerant, funditus extirpasse: illinc tot Gentilitatis errores quos ipsi seminauerant, longè propulsasse. hinc tot hominum & nationū genera à dura illa seruitute, qua à Dęmonibus opprimebantur, liberasse: illinc deniq; tantos ad fidē Christi cōuertisse, quot religionē nostrā Christianā mirificè illustrare, tot tantisq; tropheis de Dæmone reportatis, vndiq; cinctā diuinitus sic nobilitare, & cōdecorare valuerunt: vt inde illi vni cunctas Respublicas fasces submitere sit summopere necessarium.

Matth. 8.
Matt. 12.
Ioann. 14.
Ioan. 16.

CAP. III.

Refferūtur insignes triūphi reportati à nostris Fidelibus *de* Dia*bolo, & execrandis* H*æresiarchis, ministris eius.*

AVdistis, vt arbitror inimicitias capitales huc vsque à primo nascentis nostræ Ecclesiæ initio initas, & continuatas per tot annorū sæcula, inter Messiam nostrum, & dæmonem: quas præseferebant illa verba Genes. *Inimicitias ponam inter te, & semen tuum, &c.* Vidistis contrarie-

contrarietatem ſummam, quæ inter præcepta, conſilia, & cũctas doctrinas legis vtriuſq; verſatur. Experimento cognouiſtis præſtantiam, & munitionem legis Chriſtianorũ: qua vndiq; armati milites eius fideles de Dæmone, & miniſtris, & ſatellitibus eius ſemper ſic triumphare valuerunt: vt conſultò prolatum fuiſſe legamus ab Spiritu Sancto. Et *ipſum conteret te in capite.* Quãdoquidem hoc ſingulare, & vnicum priuilegium non ſolum Meſsiæ noſtro, verùm poſteris cunctis eius, ſacramento Baptiſmatis regeneratis, in vnumq; tanquam membra cũ ipſo veriſsimo capite ſuo coadunatis, atq; media gratia, & charitate copulatis diuinitus conceſſum fuiſſe palã intueamur Nunc ſupereſt, an id cõſequti fuerint milites Chriſtiani, oſtendamus: vt cuncti Dæmonis ruinam in ſe ipſos, & in affectis, & miniſtris eius contemplantes, inuictam Meſsiæ noſtri fortitudinem in fidelibus, ac militibus Chriſtianis ſummè micantem intuentes, inde maiori applauſu, & acclamatione in cælum vſq; extollere illum vna nobiſcum ardẽtiſsimè conentur.

Et facillimè hæc omnia à nobis præſtari poſſunt, ſi pauliſper memoria noſtra repetere vellemus prælia illa immania, & validiſsima machinamenta, quibus Demon in malo perſeuerans, inuidiæ tantum liuore commotus, Eccleſiam noſtram, & cunctos milites Chriſti, vndiq; à tempore Aſcenſionis eius admirabilis in cælum, oppugnare ardẽtiſsimè eſt conatus: vt hac ratione commodiùs tantum damnum à Chriſto noſtro illi illatum reſarcire poſſet. Atq; ita vt inde exordiamur, eſto veriſsimum ſit, & literarum priſca monumenta apertè nobis teſtantur, ſtatim ab illo aureo ſæculo, ſuggeſtione Dæmonis, innumeros inimicos Eccleſię contra illam ſuſcitatos fuiſſe: qui arma fortiſsima deſumpſerunt, quibus validè admirabili incremento religionis Chriſtianæ non ſolùm obuiarent, ne amplius in cunctas nationes propagaretur; verùm ſic funditus illam deſtruere, euertere, & diſsipare conati fuerint: vt nullum deinceps glorioſiſsimi eius nominis, & honorificentiſsimorum triumphorum, quos inuictiſsimus Meſsias noſter, vna cum ſuis diſcipulis de Dæmone glorioſè conſequtus fuerat, veſtigium extare poſſet: ſed prorſus tamquam à memoria hominũ euulſum & extinctum cunctis maneret. Et ita ut confirmationem horum omnium adinueniamus, hinc oppugnatam eſſe à Simone Ma-

Argum.

Simon.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

go tenente, Deum non feciſſe mundum, nec futuram eſſe carnis reſurrectionẽ: Chriſtũ nequaquã tunc veniſſe, nec à Iudæis quidquã pertuliſſe. A Menandro dicente, mundũ non à Deo, ſed ab Angelis factũ eſſe. A Saturniano atteſtante, mũdũ præter ſcientiam Dei Patris per ſeptem Angelos conditũ eſſe. A Baſilide acclamãte, Chriſtum non crucifixum eſſe; ſed ſolùm Simonẽ Cirenenſem. A Nicolao vſum indifferentẽ fœminarũ docẽte. Ab Agnoſticis affirmantibus, duos eſſe Deos, bonũ, & malũ. A Carpocrate approbante omnia peccata: Ieſum verò tantùm hominẽ cognoſcente. A Cherintho, reſurrectionẽ Chriſti adhuc futurã ſperãte; milleq; annos poſt Reſurrectionem eius, in terreno regno Chriſti, ſecundũ carnalis ventris & libidinis voluptates cunctos cohabitaturos. A Nazareis, adhuc omnia veteris legis, & ſi diu Chriſtum veniſſe confiteantur, obſeruantibus. Ab Hebionis, mandata carnalia legis in integrũ obſeruanda docentibus, Chriſtũ hominem ſolùm eſſe annuctibus. Illinc circumuentam fuiſſe ab Elceſaitis affirmantibus, fidem in perſecutionibus negandã eſſe, interius tamen retinẽdam. A Valente acclamante, cæleſte corpus ſecum Chriſtum attuliſſe, nihilq; de virgine Maria aſſũpſiſſe: animam autem, & ſpiritũ ſolum à Chriſto ſaluari debere. A Secuudianis opera turpia approbantibus. A Marco aſſeuerante, Chriſtum non verè, ſed putatiuè paſſum eſſe. A Colarbaſo aſſentiente, vitam cunctorum hominum, & generationũ in ſeptem ſideribus eſſe conſtitutam. Ab Heraclione cognoſcẽte, duo eſſe principia, vnũq; ex altero: & ex his duobus alia plurima proficiſci. Ab Ophitha, cultum vero colubro adhibente. A Caianis, Caim, & Iudam, cunctoſq; Sciſmaticos venerantibus. A Sethianis docentibus, ipſos de ſuperna matre & patre natos. Ab Archõticis, carnis reſurrectionem negantibus, A Cerdonianis, duo principia contraria adhibentibus: Chriſtum vero non veram carnem aſſumpſiſſe affirmantibus. A Marcioniſtis, tria principia, bonum nempe, iuſtum, & prauum conſtituentibus: ſimulque affirmantibus Chriſtũ carnem ex elementis accepiſſe: eumq; ſine carne reſurgentem in cælum aſcendiſſe. Inſuper reperiamus infeſtatam à Seuerianis, vetus teſtamentum reſpuentibus: à Tacianis, matrimonia damnantibus: & à Montanis affirmantibus, aduentum Spiritus ſancti à Domino promiſſum, ipſis potiùs, quàm Apoſtolis fuiſſe datum. A Pepuzianis arbitrantibus, mulieribus

ribus

ribus tantùm ſacerdotij manus eſſe imponendam: à Trotitis affirmantibus, nullas alias oblationes Deo, præter panem & caſeum, eſſe offerendas. Ab Alogianis, verbum Domini recipere nolentibus: & ab Adamianis, nuptias auerſantibus: paradiſumque primorum noſtrorum Parentum Eccleſiam ſuam eſſe dicentibus. A Theodoſio credente, Chriſtum purum hominem fuiſſe. A Melchiſedechianis, Chriſtum non hominem ſed virtutem Dei eſſe perhibentibus: & à Noecianis tenentibus, Chriſtum eundem eſſe Patrem & Spiritum Sanctum. A Catharijs ſecundas nuptias, & pœnitentiam negantibus. Illinc etiam inſuper afflictam eſſe à Manicheis ponentibus, duas naturas diuinas inter ſe contrarias: ab Hierachitis tuentibus, regnorum cælorum nulla ratione participes fore paruulos: cum ſint experſtes omnium meritorum: Ab Arrianis reſpuentibus, Patrem, Filiũ, & Spiritum ſanctum eſſe eiuſdẽ naturæ. A Macædonianis, Spiritũ Sanctum creaturam eſſe atteſtantibus: & ab Aerianis dictitantibus, non eſſe offerenda ſacrificia pro defunctis. Ab Eunomianis, in omnibus diſsimilem Filium a Patre, & Spiritu Sancto, confitentibus: & ab Apolinarijs prędicãtibus, Chriſtum carnem abſq; anima aſſumpſiſſe: verbumq; in carne fuiſſe conuerſum, eiuſdẽq; naturæ extitiſſe. Hinc deniq; experiamur exagitatã ab Antidicomarianitis, virginitati Deiparæ Virginis cõtradicẽtibus: à Pſalianis intendentibus, perpetuò orationi eſſe vacandũ: à Metangiſmonitis, patrẽ & filium corporeos efficientibus. A Seleucianis, materiã primã Deo coęternã fuiſſe aſſerentibus: à Prochianitis annuentibus, ſubſtãtiã carnis humanæ à Diabolo conditã fuiſſe: à Florianis tenẽtibus Deum feciſſe mala. A Donatiſtis defendẽtibus, Filiũ minorẽ Patre, Spiritum inferiorẽ Filio extare: à Priſcilianiſtis docentibus, animas eiuſdem eſſe ſubſtãtiæ cũ Deo: à Luciferianis docentibus, animã eſſe ſubſtantiã carnis. A Iouinianis aſſerentibus, omnia peccata eſſe ęqualia hominẽq; ſemel lauacro baptiſmi regeneratum nõ poſſe peccare. Illinc etiã laceſsitam ab Heluidianis, virginitati virginis Mariæ ita obuiantibus, vt alios filios ex Ioſeph præter Chriſtũ habuiſſe affirment. A Paternianis proclamantibus, inferiores partes humani corporis à Dæmonibus eſſe factas. A Tertulianis tenentibus, animas per traducem propagari, poſt mortem in Dæmones verti. A Pelagianis defendentibus, vitã iuſtorũ eſſe abſq; vllo peccato: & par-

& paruulos non infici peccato originali. A Nestorianis tenētibus, naturā humanā Chisti conuersam fuisse in diuinam: ab Euthicchianis, veram naturam humanam à Christo auferentibus. Et etiā adinueniamus alijs quàm plurimis errorum generibus, ab innumeris hœresiarchis preter istos, quos Epiphanius, Eusebius, Augustinus, & 6 tom. lib. 1. Filaster referunt, vt aperte, & fusius Yrineus, nouissimè autem Illustrissimus Cardinalis Belarminus omnes illos prossequntur; esse circundatam religionem nostram Christianam, & vniuersos eius ciues, & incolas, vnà simul cum capite suo Christo. Quos silentio preterire decreui, ne magnum volumen me congerere tentasse, aut temporis occasione iam dudum abuti cunctis videar. Sed tamen gloriari possumus cuncti Christi milites, & asseclę eius, cum his omnibus obsidionibus, & perturbationibus à Dęmone contra semen Christi (filios eius dico per gratiā denuo regeneratos) malitiose excogitatis: nunquam ita illā oppugnatam, circumuentam, infestatam, afflictam, exagitatā, & lacessitam vnquam inimicos eius vidisse, quominus immobilem, constantem, semperque eandem, instar inuictissimi eius ducis Christi, qui eam gubernabat, ducebat, & tuebatur: & gubernat, & ducit, & tuetur modo: in dieīq; de ipsis sępe, & sæpissime triumphantem non conspexerint. Ita vt in integrum adimpleta esse conspicimus ab illis, vsq; in hęc nostra tempora, quę Deus antiquitus Dęmoni fuerat cōminatus, dicens: Inimicitias ponam inter te, & inter mulierē, & inter semen tuum, & semen illius, & ipsum conteret te in capite.

Quòd si vlterius in nos, & religionem nostram vehementius inuadere solicite nitimini, tanquam extra chorum saltantes: vt iam hœreticorum partes simul, ac vestras agentes in nos irruatis, affirmantes, vt cūcta huius testimonij verba à vobis inique peruertantur: nullatenus hucusq; Dęmonis, & fautorum illius potentiam esse comminutam: sed potius à tēpore aduentus Messię, quem nos venisse falso fingimus, firmius per vniuersas mundi partes, & quod magis est, potissime contra religionem Christianorum fuisse munitam, roboratam, ac vndiq; inexpugnabilem extitisse. Id vnum iam viriliter contendite, si forsan consequamini: atq; ita clamate iā (quippe vobis est à nobis reseratus locus) potentes maxime fuisse post Christi resurrectionem Pseudosapostolos, Argu. 2

ad

ad proſſeminandum per vniuerſas Aſię prouincias, Circũciſsionis obſeruationem in perpetuum permanſuram. & Euãgelicã gratiã meritis Iudæorũ maxime debitam fuiſſe, eo quod Iudęi cognominarentur; ſola fide homines iuſtificari: nullibi reſurrectionem mortuorum futuram eſſe: ac denique bona hominum temporalia, ac cœleſtia tantum ab ipſis hominibus proficiſci. Nullus enim eſt, qui iam non intueatur vires, & argumenta validiſsima veſtra prorſus confracta extitiſſe ab Apoſtolis, affirmantibus legis iugum non eſſe imponendum credẽtibus in Chriſtum: & à Paulo Rom. illis verbis: *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur, ex fide in fidem.* Et Galat. *Nam in Chriſto Ieſu, neq; circunciſsio aliquid valet, neque præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur.* Et Galat. *Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra.* Et Iacob. *Nolite errare: omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.* Acclamate iam, auſos fuiſſe, eſto temere, & impudenter, Hymineum, & Philetum affirmare, reſurrectionem iam factã fuiſſe: Cherintum, impoſsibile fuiſſe Ieſum ex virgine naſci: & Chiliaſtas, mille annos poſt reſurrectionem ſecundum ventris voluptates homines eſſe poti-

Acto. 5.
Pau. Roman. 1.
Galat. 5.
Galat. 1.
Iacob. 1.

turos. Sacramentarios, in Euchariſtia nullatenus eandem carnem Chriſti quæ pro nobis paſſa eſt, contineri: Saturninum, illicitum eſſe nubere: & Valentinianos, á quodã chaos intellectum, & veritatem ortã fuiſſe. Bardeſanem, omnia ex fato eueniſſe. Tacianum, carnium comeſtionem omninò eſſe prohibitam. Allogos, verbum Dei non eſſe æternum. Eſchinem, Chriſtum eſſe eundem filium & patrem. Prodicos, nullatenus eſſe orandum. Florinum, Deum auctorẽ eſſe mali. Melchiſedecianos, Chriſtum fuiſſe Melchiſedec inferiorem. Valleſios, neceſſarium eſſe ad ſeruiendum Deo, vt prius quis ſe caſtrauerit.

Sed nũquid cõuicti nõ fuerũt à Paulo? dicente: *Circa fidem naufragauerũt: ex quibus eſt Hymineus, & Alexander: quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare.* Et à Luca. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrauit tibi.* Et Rom. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus.* A Marcia: epiſt. ad Burdegal. *Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, &c. Nos ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus.* Et in epiſtol. ad Tholoſan. *Coniugium honeſtum conſtitutum eſt à Deo, in tantum, vt Chriſtus quaſdam nuptias præſentia ſua ſanctificauerit.* A Iuan. *Omnia per ipſum facta ſunt &*

1. Ad. Thimot. 1.
Luc. 1.
Rom. 14.
Marcia. epiſt. ad Burdeg.
Epiſt. ad Tholoſa.
Ioa. c. 1.

sine ipso factum est nihil à Iustino in Apologia.1. *Non vt Estoicis placet, fato, sed iudicio, aut voluntate vnusquisq; benè agit, & peccat.* Et a Christo. *Non quod intrat per os, coinquinat hominē.* Et ab Yrineo lib. 4. cap. 34. *Semper ad est Deo verbum, & sapientia filius.* Et à Clemente, in li. 5. Stromatū. *Nō est pater sine filio, simul enim cum eo quod est pater, est filii pater:* Et ab eodē Stromatū. li. 7. At is qui cognitione est præditus per totā vitā orat. & li. 3. Stromatū. Non ergo carnales, sed spirituales eunuchi debemus esse, vt Deo placeamus. Nūc nunc dicite, aut fautores Dæmonis dicant, Apostolici inquam (qui eo nomine appellabantur, & nunc etiam) ad consortium eorum, & Ecclesiæ Romanæ nullatenus coniugatos admitēdos esse; vt Augustinus reffert Hœresi. 40. Verilus affirmet Christum ante incarnationem non habuisse propriam exse diuinitatem: vt Eusebius. lib. 6. cap. 14. Origenistæ acclament, non posse filium videre patrē, nec Spiritum Sanctum videre filiū: vt Augusti. hæresi. 43. Doceat Nouacianus, remissionem peccatorum à solo Deo fieri, nullatenusq; esse necessarium Sacrament insensibile pœnitentiæ: vt Ciprianus. 4. Epistolarum Epist. 2. Dicat Sabellius tres diuinas personas in vnam esse confundendas: vt refert Hilarius. 4. li. de Trinitate. Dictitet Hierarcha pueros ante cognitionem & merita morientes nullatenus consequi regnum celorum: vt refert Hilarius lib. 6. de Trinitate. Prædicet Samosatensis Christum solam humanitatem habuisse: vt Eusebius. Lib. 7. Dictitet Manes Deum malorū esse inuentorem: vt Eusebius lib. 7. cap. 25. Asterius Christum esse Dei virtutem, sicut locusta, & quæcunq; alia res: vt refert Socrates. lib. 1. cap. 24. Euphra as Christū nō esse Deū: vt Philaster refert in cathalogo hœreseon. Methangis monitę Filium in Patre esse, vt vas minus in maiori: vt Rufinus lib. 10. historiæ. cap. 25. narrat. Eunomius Filium per omnia dissimilē Patri: vt Epiphanius Hœresi. 71. Fotinus tantùm esse personam Patris: vt Isidorus. lib. 8. Ethymolo. cap. 5. Bonosius Christum esse Filium adoptiuum: vt refert Augusti. hœresi. 53. Dicat Aerius nullam oblationem offerendā esse pro mortuis: vt Augusti. hœresi. 61. Patriciani proclament, carnem non à Deo, sed à Dæmone cōditam esse: vt August. hœresi. 55. Apollinaris Christū suscepisse carnem sine anima: vt August. hœresi. 59. Seleuciani materiam Elementorū Deo cooeternā fuisse: vt August. hœresi. 60. Proclianitæ Christum

Chriſtum nullatenus in carne veniſſe: vt Theod. reffert Meſaliani Baptiſmũ nihil iuuare ad remiſsionẽ peccati, nec gratiã dare: vt Auguſt, hœreſi. 87. Buzerus puriſsimã Virginem Mariã fuiſſe corruptã: vt Nicephorus. lib. 16. cap. 27. Gloriẽtur Abeliani nullatenus viuere licere abſq; mulieribus: vt Damacenus hœreſi. 93. meminit. Yconomacus Chriſti & S. imagines non eſſe adorandas. Teſtẽtur impudenter Chryſtoliti Chriſtũ aſcendiſſe ad cælos cũ ſola diuinitate, animã ſimul cum corpore relictis in inferno; vt Niceph. teſtatur: affirment. Agnoiti Chriſtũ ignorare diẽ iudicii: vt Damaſcen. l. de cẽtũ hœreſibus & Ber. Luceburg referũt. Aphrhartodocitæ corpus Chriſti in iſta vita non fuiſſe obnoxiũ internectioni: vt Guido Carmelita. Monofiſitę naturã Chriſti cõpoſitã fuiſſe ex humanitate & diuinitate: vt Damaſcenus hœreſi. 99. Iacobitæ auricularẽ Cõfeſſionẽ delendam fore: vt Damaſcenus hœreſi. 100. Armenii proferant nullũ eſſe peccatum originale. Monothelite in Chriſto ſolã vnã fuiſſe opperationẽ. Mahomethãni Deũ neq; genitũ eſſe, neq; generare. Bertramus in Euchariſtia nihil præter ſubſtantiã panis, aut vini reperiri. Nam eſto hos, & alios in numeros errores quos Sanderus noſter in libro ſuo de viſibili Monarchia làtiſsimè refert, nunc vos in medium contra nos adducatis: mihi credite nullatenus his, & aliis quam plurimis nos metu, aut terrore aliquò deinceps à vobis afficiendos fore. Præſertim cùm iſtorum omnium miniſtrorum Dæmonis audatiam, temeritatem proteruam, & execrandam ſic compręſſam à militibus veteranis Eccleſiæ noſtræ diu viderimus: vt ex tunc amplius abominabiles illorũ errores renaſci, aut pullulare difficiliter poſſe adinueniamus. Et hęc omnia quidem (vt ſingulis iſtorũ erroribus ſatisfaciamus) præſtitiſſe illos Patres priſca annaliũ monummenta nobis teſtantur. Quandoquidem iam cunctorum aures perſonare dudum ſentiam illa verba Clemẽtis 3. Stromatum: ſceleratum dicentes coitũ, qui ipſi quoque vt conſiſterent, ex coitu accepere: quomodo nõ fuerint ſcelerati? & Euſebii dicentis, Originẽ Verillũ ad ſanã de Chriſto diuinitatẽ reſtituiſſe. Pãphylii in ſua Apologia: coæternã, & coequalẽ eſſe Trinitatẽ. Cipriani li. 3. Epiſtolarũ Epiſtol. 14. Peccatores pœnitẽ ia iuſto tẽpore acta, ſecũdũ diſciplinę ordinẽ ad confeſsionẽ veniãt: & per manus impoſitionẽ Epiſcopi & cleri ius cõmunicationis accipiant. Athanaſii lib. 5. de ſententia Dioniſii nõ Patrem,

ſed

Sanctorum Patruum, Simonem adeò Romæ celebratum fuiſſe, vt in officinarum omniũ veſtibulis ei paruas poſuerint imagines. Vigilij contra Eutichen: ad demonſtrãdam ſui corporis veritatem, & commedijt, & bibit, & contrectandum ſe ſuis Diſcipulis obtulit. Gregorij. lib. octauo, indictione 3. Epiſt. 42. Nã qui ipſam Dei ſapiẽtiã fatetur incarnatã, qua mẽte valet dicere eſſe aliquid, quod Dei ſapiẽtia ignoret? Fulgẽtij, in ſermone de duplici Natiuitate Chriſti vnigenitus Deus: ſicut pro nobis dignatus eſt naſci, ſic pro nobis ſecũdùm carnẽ dignatus eſt mori. Caſsiodorij in Pſal. 138. dicẽtis Chriſtũ fuiſſe perfectum Deũ, & perfectũ hominẽ. Gregor. hom. 26. Diſcipuli principatũ ſuperni iudicij ſortiũtur: vt Vicedei quibuſdã peccata retineant, quibuſdã relaxent. Horũ nũc in Eccleſia Epiſcopi locũ tenẽt. Gregorij in Iob l. 4. c. 3. Quẽ ſalutis vnda nõ diluit, originalis culpæ ſupplicia nõ amittit. Maximi in Epiſt. ad Nicãdrũ, vt refertur ab Euthimio, p. 2. Panopliæ ti. 18. Neq; diuinam, increatamq; naturam ſinè eſſentia & voluntate, aut actione conſideramus: neque naturam noſtram humanam, creatamq; ſine eſſentia, & voluntate, aut actione cognoſcimus. Et Athanaſij in ſuo ſymbolo: Filius à Patre eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Damaſceni de orthodoxa fide lib. 4. cap. 14. Panis hic, & hoc vinum non eſt figura corporis, & ſanguinis Chriſti: abſit enim hoc: ſed eſt ipſum corpus Domini, Deificatum: ipſo Domino dicente: *hoc eſt meũ*: non figura corporis, ſed ipſum corpus: non figura ſanguinis, ſed ipſe ſanguis. Tãdemque vt ad breuiſsimã quandam ſummam iſta omnia redigentes, expectantium oculis cunctas victorias de Dæmone à fidelibus reportatas breuiter ſubijciamus: dicite, quæſo, vos miſerauiles Iudæi, qui tamdiu veſtra obſtinatione fixi, aduentum Meſsię noſtri negantes, maximè ſoliciti eſtis: vt religionem noſtram non tantùm veſtris, ſed exterorum conſceleratorũ hominũ armis oppugnetis: quid ne aliud præter hoc conſequi tentarunt, imò & fęliciter aſſecuti fuerunt? Philon Iudæus libro illo, quem miſsit ad Eccleſiam Alexandrinã ad huc Iudaizantem. Diuus Ioan. Euangelio ſuo, quo Cherinti & Ebionitarum dogmata labefactauit: Policarpus Ioannis Apoſtoli diſcipulus, libro contra Martionem & Valentinum: Agrippa, cognomento Caſtor lib. ſuo quem aduerſum viginti quatuor Baſilidis errores ſcripſit: AEgeſi-

Confir. huius veritatis.

AEgesipus aduersus cultores idolorum: Iustinus Philosophus lib. contra Gẽtes: & dialogo contra Triphonem Iudeum: Theophilus Sixtus, Antiochensis Ecclesiæ Episcopus lib. cõtra hæresim Hermogenis. Appollinaris Hyerapolitanus Episcopus illis quinque libris cõtra Gẽtes, & lib. contra Cataphrygas: Tacianus lib. illo singulari contra Gentes: Irineus quinque lib. aduersus hæreses. Clemens Alexandrinus octo libris contra Gentes, & libro aduersus Iudæos, & de Dæmone & asseclis eius. Quid namq; aliud præseferunt insignes illæ victoriæ quas Milciades, Apollonius, & Serapiõ libris aduersus Montanũ, Priscillã & Maximillã. Hyppolitus lib. contra Marcionem, & aduersus omnes hæreses: Malchion Antiochænę Ecclesiæ præsbiter, dialogo aduersus Paulum Samosatensem. Archelaus Episcopus Mæsopotaniæ libro aduersus Manichæum. Arnobius libro aduersus Gẽtes. Rethicus Augustudensis Episcopus libro contra Nouacianum. Eusthacius, Marcellus, & Ancirinus Episcopus aduersus Arrianorum dogmata. Athanasius aduersus Gentes, & contra Valentem & Vrsicium. Eusebius Emisenus aduersus Iudæos, Gentes & Nouacianos. Serapion AEgiptius aduersus Manichæum: Hilarius duodecim libris contra Arrianos, & aduersus Valentem & Vrsatium. Victorinus Afer libris cõtra Arrium. Apollinarius Sirię Episcopus triginta libris aduersus errores Porphirij. Patianus Barchinonæ Episcopus contra Nouatianos. Didimus duobus libris contra Arrianos. Optatus Afer libris sex contra Donatistas. Epiphanius Cipri Episcopus aduersus omnes hæreses. Basilius Capadociæ Episcopus, & Gregorius Nacianzenus contra Eunomium. Ambrosius contra Apollinarium: Maximus philosophus, Constantinopolitanus Episcopus contra Arrianos. Diuus Hyeronimus contra Eluidium, & Iouinianum? Quid ne aliud apertè proclamant percelebres illi triumphi, quos (vt reffert Gennadius) Iacobus cognomento sapiens viginti sex libris aduersus omnes hæreses. Iulius Romanus Episcopus lib. contra Eutichiani, & Thimotheani impietatẽ: Euagrius lib. aduersus octo viciorum principales suggestiones. Theodorus Anthiochenus libris contra Apollinaristas & Anomeos: Faustinus presbiter septem libris aduersus Arrianos, & Macedonianos. Sabatius, Gallicanę Prouin-

tię

tiæ Episcopus libro contra Marcionem, Valentinum, Eunomium, & AEtium. Teophilus disputatione illa longinqua contra Antropomorphitas. Innocentius, vrbis Romanæ Episcopus decreto suo contra Pelagianos. Samuel, Edisenę Ecclesiæ Presbiter contra Nęstorianos, Eutichianos & Timotheanos. Faustus, Galliæ Episcopus contra Arrianos, & Macędonianos diuinitus fuerunt consequti? Tandem non ne hoc idem palam testantur, & prędicant innumerabiles illæ disputationes, & publica in lucem edita certamina à nostris Fidelibus, ab illis temporibus vsque in hanc nostram ætatem, contra cunctos istos hæresiarctas & alios quamplurimos, qui semine diabolico in dies pullularunt, & pullulant, vt semen Christianæ Religionis suffocarent? Pręsertim, cùm non solùm omnibus illis instruamur, tot, tantas victorias, & insigna trophæa milites Christi fuisse adeptos de Dęmone: quot recensere, ne cùm hæc extollimus, alia silentio inuoluentes, summam iniuriam illis irrogemus, consulto mecum prætereunda statui: verùm cerciores reddamur, eisdemmet tanquam silentio quodam muto & digito intento, promissionem istam ab Spiritu Sancto Christo Homini & posteris eius Christianis factam, nempe, *&* *ipsum conteret te in capite*, iam pridem à temporibus Mesiæ nostri huc vsq; adimpletam cunctis manifestari, ac palàm ostendi.

CAP. IIII.

Diluuntur obietiones contra veram expositionē & intelligentiam testimonii supra allati, nempe, inimicicias ponam inter te. &c.

QVòd si denuo contra nos concitantur fautores eorum, vt veritatem istam nostrā, diu stabilitam, publiceq; manifestatam à nobis prorsus euellere conentur: dictitantes statim post cōminationem illā à Deo factam serpēti, nempe, *inimicicias ponam inter te & inter mulierem, & inter semen tuum & semen illius.* &c. adeò ingentes ex tunc subsequtas & incensas fuisse inter eos dissensiones: vt ab illis temporibus huc vsq; absq; vlla temporis intermisione, easdem constanter semper perseuerasse, imò indies viguisse Maiores nostri & illorum cōspexerint, longaq; experientia experti fuerint, & vsq; infinem mundi cuncti conspicient, & experientur. Quod vnum satis innuere videtur dictio

dictio illa testimonij adducti, nempe, *Et ab inimicitiam*: ac si diceret, inimicitiam eam ponam inter te & inter mulierẽ, quæ vt talis omnes alias inimicitias in malicia & perseuerantia longè excedat, imò cunctas comprȩhendat: ita vt per anthonomasiam illa sola inimicitia appelletur, & appellari debeat. Cuius memor extitit Iob, quandò omnia ista contemplatus, secum dixit: *Malicia est vita hominis super terram*: innuens his verbis ad hoc vnũ potissimè mortales omnes in istam lucem editos esse, & indies edi à Deo nostro: vt bella illa sanguinaria inter homines & Dæmones, ob peccatum primorum nostrorum Parentuum crudeliter inita & incensa fouentes, eam victoriam de Dęmone & satellitibus eius reportare conarentur cõtinuo: quibus coronam iustitiæ, & gloriæ nunquã interituræ consequerentur. Et ita in cõfirmatione erroris eorũ nobis opponãt id vnũ: quòd sacra eloquia palàm cunctis ostendũt, nempe vniuersas illas & antiquas ætates, & status quàm plurimos, eosquè strenuos milites, imò bellicosissimos Duces extitisse, originem & prosapiam suam à primis nostris Parentibus ducentes: qui Dæmonis caput, & satellitum eius viin conquassarunt, imò viriliter sic comminuerunt: vt damnum suggestione Dæmonis cuncto generi humano illatum, palam illos vindicasse omnibus appareat.

Hinc est, vt in medium nobis adducãt, statim in lege naturę innocentem illum Abel sacrificio suo, quod primus Deo obtulit, tanquã suo primo conditori: superbiam Dæmonis qui se Deo adæquari tentauerat, cõfregisse. Et Enos hoc idem pręstitisse, summis laudibus venerabile Dei nomen celebrando: vt dicitur Genes. *Iste cœpit inuocare nomen* Domini. Vel vt Chaldæus: Et *Seth quoque natus est filius, & vocauit nomen eius* Enos: *tunc cæperunt filij hominum orare in nomine* Domini. Et Noe, quando primus erigens altare Deo, vt illic ei immolans ipsum Deũ constitueret supra omnes creaturas etiam Angelicas (quod supremus Dęmon annuere recusauit) vt illa verba. Genes. præseferunt: Et *ædificauit* Nohach *altare Domino, & tulit ex omni iumento mundo, & ex omni volatili mundo, & obtulit holocausta in altari: & odoratus est Dominus odorẽ quietis*. Ob quod singulare obsequium Deo exhibitũ, cõsequtum fuisse ab eo legimus, quæ sequuntur: *Et dixit Dominus in corde suo, non addam, vt*

Genes. 4.

Genes. 8.

maledicam

maledicam vltra terræ, propter hominem: Et quòd inſtar primi noſtri Parentis manui eius iterum omnia animalia eſſent ſubdita, Geneſ. *Et benedixit Deus Nobach, & filijs eius, & dixit, &c. Et timor veſter, & pauor veſter erit ſuper omnem beſtiam terræ, & ſuper omne volatile cæli cum omnibus, quæ mouere ſaciet terra, & omnibus piſcibus maris: quæ omnia manui veſtræ tradita ſunt.* Obedientiſſimum etiam Abraham, obedientia ſua particulari, qua paruit Deo, vt illa verba Geneſ. præſeferunt: *Et dixit Dominus ad Abraham: vade tibi è terra tua, & cognatione tua, & è domo patris tui ad terram quam videre faciam te, &c. Et abijt Abrahā, quemadmodum locutus eſt ad eum Dominus.* Libertatem & arrogantiam execrandam Dæmonis qui Deo annuere renuit, comminuiſſe. Ob quā glorioſam victoriam de Dæmone partam, conſequtus fuit à Deo benedictionem illam Geneſ. *Et ponam ſemen tuum ſicut puluerem terræ: quia ſi poterit quiſpiam numerare puluerem terræ, etiam ſemen tuum numerabit.* Eſpectatiſsimum Loth, humilitate, & hoſpitalitate illa ſua, quando ſurgens in occurſum duorum Angelorum incuruauit ſe in faciem ſuper terram, & dixit: *Ecce nunc Domini mei declinate nunc admodū ſerui veſtri, & pernoctate, &c. Et vim fecit eis valde, & declinauerūt ad eum.* Dęmonis extollentiam & inuidiā quibus in Deum & in cunctos prædeſtinatos eſtuabat, compreſiiſſe. Et reperiamus ſimiliter venerabilem Iſac ſpe illa ſua, qua aſſenſus fuit promiſsioni ei factę à Deo, Gen. *Et viſus eſt ei Dominus nocte ipſa, & dixit: Ego ſum Deus, &c. Et benedicam tibi, & multiplicare faciam ſemen tuum.* Et pietate ſua, qua ędificauit ibi altare Domino, & inuocauit nomē Domini: incredulitatem Dæmonis ſuperaſſe. Fidelisſimū Iacob, honoris Dei maximè ſitientiſsimū, fide illa viua in Deū verū, quā viguit, quando Geneſ. dixit familiæ ſuæ, & reliquis, qui erāt ſecum: *Remouete Deos alienigenarum, qui ſunt in medio veſtri: & mundate vos, & mundate veſtimenta veſtra: & aſcendamus in Bethel, & faciā ibi altare Deo, qui exaudiuit in die anguſtiæ meæ.* Dæmonis perfidiam condemnaſſe. Caſtiſsimū Ioſeph, caſtitate ſua, qua honori Domini ſui cōſuluit: & benignitate, qua fratres ſuos, qui illum AEgyptijs vendiderant, poſtea cùm fere vniuerſum AEgyptū gubernaret, excepit: carnis illecebras, & immoderatas iræ paſsiones, ad quas Dæmon homines cōcitare ſemper cōtēdit, extinxiſſe.

Gen. 9. Geneſ. 12. Gene. 13. Gene. 19. Gene. 26. Geneſ. 35. Gene. 45.

Inuictiſsimum Moſem; reue-lationi diuinę aſſentientem in omnibus, quæcunq; Deus illi manifeſtauerat: Dęmonis in obedientiam, & incantatorum eius inſidias viciſſe. Bellicoſiſsimum Ioſue, eius fide & cõfeſsione publica, facta de Deo: vt illa præſeferũt verba Ioſuę: *Et erit: cum requieuerint plantæ pedum Sacerdotum portantiũ Arcam Domini, Dominatoris omnis terræ in aquis Iarden: aquæ Iarden deſſicent, aquæ deſcendentes deſuper ſtabunt aceruo vno*: eius vero ſingulari gratitudine in Deũ, vt illa verba Ioſuæ. *Eruntque lapides iſti in memoriam filijs Iſrael vſq; in ſæculum*. Dęmonis blaſphemiam in Deum cõmiſſam, eiuſq; ingratitudinem cõuiciſſe, & obſcuraſſe. Tandemq; adinueniamus quam plurimos Gedeones, Sãſones, Ieptes, Dauides, Samueles, & Veteranos Duces, qui fide ſua, innumeriſq; alijs virtutũ generibus vndiq; armati expugnauerunt inacceſsibiles Dęmonis vires: occluſiſſe malitiam infernorũ ſpirituum, cunctaq; eorũ machinamenta validiſsima cõminuta & cõquaſſata iterum ac ſepe reliquiſſe: omnium eius ſuggeſtionum caſtra, & munitiſsima pręſidia ſolo complanãtes. Ita vt tempus nobis & illis deſſiceret, ſi omnes Heroes, & prope diuinos viros ad ſummam

Ioſue. 3.

Ioſue. 4.

quandam redigere conaremur.

Sed tamen his omnibus facilè reſpondere poterimus, vt dicam libere quod ſentio, & ſentiunt eorum fautores, & fateri palam compelluntur: vſq; ad aduentum Meſsię noſtri, poſteros omnes noſtrorum primorum Parentum, illa promiſsione Dei adhuc firma ſtante, nẽpe, *ipſum conteret te in capite*, cunctas illas victorias, virtute meritorum Paſsionis Meſsię noſtri in futurum tempus exibendę, conſequtos fuiſſe. Inſuper eos non tot triumphos aſſequtos fuiſſe á Dęmone, quo minus, numero, multitudine, magnitudine, varietate multo plures maiores & celebriores, induſtria, & cauillationibus ſuis, Demon tanquam nociuus ſerpens ſanguinis mortaliũ, & damnationis ipſorum omnium ſitientiſsimus, per cũctas orbis partes indies de innumeris hominibus fraudulenter nõ fuerit adeptus. Sicut nos palã fateamur, eſt iã ſummè neceſſarium, poſt aduentum fælicciſsimum Meſsię noſtri, ita abũdantius, & copioſius inuictam eius vim & fortitudinem, paſſione, morte & cunctis meritis eius intercedentibus fuiſſe cõmunicatam miniſtris Chriſtianis ad debellandum, imo & vincendum Dæmonem, illique lætalia vulnera infligenda: adeoq;

adeoq; plures victorias de ipſo Dæmone, milites Chriſti ab eo tempore vſq; in hanc noſtram ætatem, fuiſſe reportatos: vt vix animo comprænhendi, aut inſtar ſtellarum cęli & arenę maris recenſeri à cunctis mortalibus valeant. Quæ omnia optime inſinuare videtur illa verba Esai. *De clauſura & iuditio ſublatus eſt: generationē eius quis enarrabit?* ac ſi diceret multitudinem bellicoſiſsimorum filiorum Meſsię noſtri, quos meritó Paſsionis eius ſibi adoptauit, vt deinceps perpetuò inſtar patris eorum, de Dęmoniacis poteſtatibus triumphum agerent: quis enarrare iam erit idoneus, aut potens?

Esai. 53.

Neque temerê profectò hęc à nobis dicuntur, aut nimis arroganter ſunt nunc prolata: cùm intueamur dudum verba illa ſuperius adducta, nempe, *inimicitias* (aut vt proprius loquar) *inimicitiam ponam inter te & inter mulierem iſtam: & inter ſemen tuum & ſemen illius, & ipſum conteret te in capite*: apperte innuere, hęc omnia aduentu Meſsię noſtri pręſtanda eſſe potiſsime. Qui eò cunctos illos Hęroes, & Semideos viros qui illum natiuitate carnali pręceſſerunt, & ſubſequentur: longe vi, fortitudine, potentia & magnitudine excelluit: quanto glorioſius nomen pre omnibus iuſtiſsime hęreditauit. Ita vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, ſiue cęleſtium, ſiue infernorum: cui namque Angelorum dictum eſt? *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: vt antiquitus Regius vates demōſtrauit, dicens: *Attollite portas Principes veſtras, & introibit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus fortis in bello*. Et hoc idem nomen, *Zarga*, ideſt, ſemen, ſatis aperte demonſtrat: cū in ipſo diuinitus iſtæ literæ quatuor in originali reperiantur: inſtar quatuor literarum nominis ineffabilis, *Iehoua*: ſignificātia ſi ſeorſum à nobis exponātur, ipſum qui eſt caput populorum viuentium, futurū eſſe, qui caput Dęmonis erat percuſurus. Quæ omnia nulli alteri pręter Chriſtum noſtrum conuenire poſſe nullus iam dubitare poterit. Et id ſatis demōſtrauit Dauid, quādo nomine ipſiuſmet Chriſti, ſummis laudibus celebrans magnificentiam illam inuictę fortitudinis, quam illi vni, ideſt, humanitati ſuę Deus magnificè cōmunicauerat, ad reſiſtendum, imo ad proſternendam omnem Dęmoniorum potentiam, funditusq; illum euertendam: poſtquam in hęc verba prorrumpens dixit, Pſalm. *Quoniā quis Deus præter Dominum: & quis fortis*

Hebr. 1.

Pſal. 24.

Pſal. 18.

tis præter Deum nostrum? Deus qui accingit me fortitudine, & posuit perfectam viam meam, ponens pedes meos sicut ceruarũ: & super excelsa mea stare faciet me. Qui docet manus meas ad bellũ, & cōte retur arcus æreus brachijs meis, & dedisti mihi scutum salutis tuæ, & dextera tua sulciet me, &c. Persequar inimicos meos, & compræhendam eos: & non reuertar, donec cōsumem eos. Trāsfigam eos, & non poterunt surgere: cadent subtus pedes meos, & accingisti me fortitudine ad bellum, incuruabis inimicos meos subtus me: & inimicorum meorum dedisti mihi ceruicem, &c. Inferius addidit: *Pones me in caput gentium: populus quem non cognoui, seruiet mihi, &c. Propterea confitebor tibi in gentibus, &c.* Quæ omnia breuissime complexus fuit Christus, Lucæ cum dixit: *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Et Ioann: *Non enim misit Deus Filiũ suũ in mũdũ, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum.* Ac si diceret, non enim qui constitutus fuit caput mortalium, & vt gratiam quam primus Parens sibi, & cunctis posteris eius peccato suo amisit, recuperaret, & abundantius illa potiretur: venit in mundum, vt destruat mortales: sed vt vitam habeant, & abundantius. Quæ omnia maximè congruunt illis verbis, quæ inferius ab ipso met Christo apponuntur. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam: & in iuditium non venit, sed transiet à morte in vitam.

Luc. 9.

Ioan. 3.

Atque ita non est, cur in admirationem tantam rapiantur, hæc omnia contemplantes: intuentesque malitiam execrandam Dæmonis, tempore fælicissimo aduentus Messiæ nostri, cunctos cancellos & limites callidè trāsgressam fuisse: diram & crudelem mortem, ministerio Iudæorum, illi vni machinando: quo nihil grauius & execrabilius fingi potest. Cum experiantur, & ipsorum met oculis conspexerint, in pœnam tanti criminis, eò tunc grauius lætale vulnus à Messia nostro illi esse potenter inflictum: quantum & præceps eius temeritas, & grauis iniuria à Dæmone ipsi Christo illata, suo veluti iure, postulabant: vt prędictum erat Oseæ: *A potestate inferni redimam eos, à morte redimam eos: ero mors tua, ò mors: ero morsus tuus inferne.* Et Christus prædixerat, dicens: *si exaltatus fuero à terra, omnia ad me trahã.* Cuius rei testimoniũ validissimum præbere valent *Osee. 3.*

cunctæ

cunctæ illæ nationes, quę olim Dæmonis imperio ſubditæ, à poteſtate tenebrarum liberè à Meſsia noſtro in Regnum delectionis & delectationis fuerunt tranſlatæ. Neq; eſt cur hæc vna res maximè ſolicitos & ſuſpenſos eorũ animos diu teneat: ex eo ſcilicet, quod eorũ manibus contrectauerint, etiã ab eiſdem met temporibus huc vſq; Chriſti Fideles tot tantaſque victorias magnificentiſsimè ab ipſo Dæmone, & veteranis militibus eius fuiſſe conſecutos: quot ad extinguendam eius ſæuitiam, in tyrannis illis crudelibus & perſecutoribus diris Eccleſiæ maxime incenſam: ad euertenda validiſsima eius machinamenta, in hæreſiarchis, & falſis prophetis, in ruinam miſerandam militum Chriſti fraudulenter excogitata: ad diſsipanda tot errorum, & ſectarum varia genera, per vniuerſas mundi partes vndique ab ipſo & aſſeclis eius proſeminata: ad obuiandum peruerſis eius ſuggeſtionibus obduratæ eius malitiæ, in interitum omnium Chriſtianorum ſemper intentæ: ad oſtenſionem omnipotentiæ Chriſti: & vt veritas huius promiſsionis à Spiritu ſancto Chriſto & poſteris eius promiſſa, ſcilicet, *& ipſum conteret te in capite*: cunctis clarius innoteſceret, erant ſummę neceſſariæ. Vt illis tanquam vexillis victorioſis Eccleſiam noſtram vndiq; exornatam, & nobilitatam cunctę & remotiſſimæ nationes contemplantes, palam cum ipſo Dauid, abſq; vlla repræhenſionis nota, liberè illa verba prorũpere poſ- Pſal. 45.
ſent: *Aſtitit coniux ad dexteram tuam in diademate aureo, &c.* Po*limitis aureis induta cum veſtibus phrigionicis adducetur* Regi, *&c. Pro patribus tuis erunt filij tui: pones eos principes ſuper omnem terram*. Et merito hæc acclamare iam omnes poſſumus: cùm omnibus etiam diu innotuerit, Eccleſiam Chriſtianorum non tyrannidè, aut potentia humana, ſicut Aſsiriorum Rempublicam illam antiquã: non eloquentia, aut dicendi ſuauitate, inſtar Athenienſiũ: non armorum fortitudine, ac Carthaginenſium: non aſtutijs aut fraudibus, vt Romanorum: ſed tribulationibus continuis, aduerſitatibus miſerãdis, diris perſequutionibus, crudeliſsimis mortis generibus (quod vnum mens humana concipere non valet) tam altas radices defigiſſe: vt iam ſupra firmiſsimam petram, nempe Chriſtũ conſtituta & fixa, ab omni moleſtiarum genere libera, eadem, inuicta, quam plurimis tropheis cincta, & ornata conſiſtere, & in perpetuum ex tunc perſe-

norare vſq; ad conſumationem mundi valuerit.

CAPVT. V.

Ad ſummam breuem rediguntur, qui à tẽporibus Meſsiæ Noſtri religionem illius vehementer oppugnarunt: vt clarius fortitudo Meſsiæ ſplendeſcat.

ET ne fabuloſa iſta vobis aliquando videantur, memoria veſtra, quæſo, prefricate: quid potuerint, aut conſequtę fuerint illæ congregationes Sacerdotum, Magiſtratuum templi, & Sadduceorum; quando poſt Reſurrectionem Christi grauiter perferentes, quod Apoſtoli palam eius reſurrectionem à mortuis, & Aſcenſionem ad cælũ cunctis populis annuntiarent: eò malitioſè proceſſerunt: vt eos carceribus detrudi tentantes, poſteaq; tamquam pœna mortis reos eſſe iudicãtes: cùm intuerentur miracula ab illis quotidie edita, eos interrogarũt dicentes: in qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc? Conſequti ne fuerunt Principes eorum, ſcribæ, & ſeniores Hieruſalẽ Annas, Caiphas & Alexander, & quòt quòt erant de genere ſacerdotali: vt ora Apoſtolorum, militũ horũ Christi aliquatenus cõprimere potuerint: etiam ſi Dęmonis auxilio, induſtria & ferocitate eius vndiq; ipſi fulcirẽtur? Nequaquã profectò. Sed potius ocaſionẽ Petro dederũt, vt virtutẽ diuinã qua interius ipſe vna cũ alijs Apoſtolis vigebat, exterius in honorem ipſius Dei, & contumeliam Dæmoniorum manifeſtaret, in hæc verba infracto animo nomine omnium erumpens: *Principes populi, & ſeniores Iſrael audite: Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt: notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael: quia in nomine Domini Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus.* Potuerunt equidem omnes Principes & Magiſtratus Hieruſalem Apoſtolos in iudicio conſtituere, & præcipere eis, ne deinceps docerẽt in nomine Chriſti quidquam: ne repleretur cuncta ciuitas Hieruſalẽ doctrina Chriſti: vt ſic laus & gloria illius perpetuo ſilẽtio inuolueretur, Dæmoniſq; malitia iterum reſpirare valeret, & caput iterũ extollere poſſet. Sed nõ conſequti fuerunt, quominus Petrus vices cunctorũ Apoſtolorum agens potuerit ſe abſtinere, vt intrepidè illis reſponderet, dicẽs: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus: Deus Patrũ noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quẽ vos* Actor. 5.

Actor. 4.

interę

interemiſtis, ſuſpendẽtes in ligno. Hunc Principem, & Saluatorem Deus exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitẽtiam Iſrael, & remiſſionem peccatorum. Et nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus Sanctus, quem dedit omnibus obedientibus ſibi: vt his verbis Dæmonis miniſtros, imo, & Dæmonẽ ipſum iterum vincerent, vna cũ nomine Ieſu Chriſti prolato: victoriamq; illius audientium cordibus in perpetuum fixam relinquerẽt. Neq; mandatum Magiſtratuum, vnquã tantùm impetrare ab Apoſtolis valuit: quo minus nõ dictitet nobis ſacra Scriptura, eos maxima lætitia vndiq; affectos fuiſſe, intuentes ſecum ex tunc dignos habitos eſſe, pro nomine I E S V contumeliam pati. In cuius rei teſtimoniũ legimus, omni die non ceſſaſſe in templo, & circa domos docere & euãgelizare Ieſum Chriſtũ. *Actor. 5.*

Potentem maximè illis meo tẽporibus adinuenietis extitiſſe Hærodem Regem; quando tamquã leo, imo Dęmonis miniſter feraciſsimus ſic ſęuijt furenter in Iacobum, fratrem Ioannis; vt eum crudeliſsimè occidiſſe nobis teſtetur Scriptura, dicens: *Eodem autem tempore miſsit Herodes Rex manus, vt affligeret quoſdam occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, &c. Et appoſuit, vt apprehenderet Petrum, &c. Et tradens quatuor Quaternionibus militum ad cuſtodiendum illum, volens poſt Paſcha producere eum Populo.* *Actor. 12.*

Sed an fidem Ieſu Chriſti quã Iacobus profitebatur, aliquãtulũ obſcurare potuerit Rex; quo minus ſemel & iterũ, palã illam prædicando, glorioſum triumphũ de Rege, & de Dęmone, qui interius illius furorem in Religionem Chriſtianam cõcitabat, ageret: vobis iudicandum relinquo. Illud a vobis efflagitans patiamini in medium proferre, quid ex illa incarceratione Petri fuerit conſequtus Rex; victoriam ne inſignem? An quòd dum Petrus ſeruabatur in carcere, fieret ſinè intermiſsione ab Eccleſia talis oratio ad Deũ pro eo; qua potuerit ab ipſo impetrare; vt inſtar illius Dæmonis qui per manus Hærodis Petrum affligere conabatur, Angelus fortiſsimus Domini ei in adiutorium ſtatim adeſſet? Et ea miracula tũc virtute diuina ad mirãda fierẽt, quę perhibentur in eodem capite: *Et ecce Angelus Domini adſtitit, & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoq; latere Petri excitauit eũ dicẽs: ſurge velociter: & ceciderunt catenæ de manibus eius, &c. Trãſeuntes autẽ primã & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferreã, quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltrò apperta eſt eis.*

Vt his omnibus Dæmonis potentia & temeritas poſtrata, victa & ſuperata cunctis appareret.

Auxilio Dęmonis validi fuerunt Macedones, vt apprehenderent Paulum, & Sillam, ſeminis Euangelij ſeminatores euigilantiſsimos: & vt conquererentur de his coram omni Populo, & Magiſtratibus, dicentes: Hi *homines conturbant Ciuitatem noſtram, cùm ſint Iudæi: & annuntiant nobis morem, quem nobis non licet ſuſcipere, neque facere, cùm ſimus Romani.* Ex quibus quærellis conſequutum fuit, vt cucurreret Plebs aduerſus eos, & Magiſtratus, ſciſsis tunicis eorum, iuſſerint eos virgis cędi: & cum multas plagas eis impoſuiſſent, mitterent eos in carcerem. Sed nullatenus impedire potuerunt, quominus deinceps Dęmonis potentia appertius à militibus Chriſti conquaſſata & commi nuta cunctis nationibus oſtenderetur. Quando quidem eadē nocte adeo ingens terræmotus concitatus fuit, vt mouerentur fundamenta carceris: & ſtatim apperta fuerint omnia oſtia, & vniuerſorum vincula dirupta fuerint. Quibus portentis auditis, cuncti Magiſtratus venerūt, ſuppliciter illos deprecātes, vt dignarentur ex carcere egredi.

Act. 16.

Valuerunt poſtea ſucceſſu temporis immaniſsimi illi, Imperatores Romani, Nero inquam, Domicianus, Traianus, Antoninus, Seuerus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Dioclecianus, beſtiarum crudeliſsimarum naturam, ſi nō Dæmoniorum malitiam, & ſeruitiam induti, tanquam potentiſsimi Duces Dæmonis, Meſſiam noſtrum in planta eius, id eſt, in ſuis fidelibus grauiter percutere: vt teſtimonium ſuperius adductum inſinuauerat: *Et ipſum conteret te in capite: & tu conteres eum in calcaneo*: vel in planta, vel in extremitate, vel in fide (hęc omnia namque ſignificat *Gaqueb*, ſi Euſebio, Trāquillo & Tacito eſt adhibēda fides) vniuerſam Religionū Chriſtianam, cunctaſq; plantas teneras, quas cæleſtis Pater familias Chriſtus, tanquam diligentiſsimus agricola in vinea iſta ſua tanto ſudore plantauerat, & copioſiſsimo ac prætioſiſsimo, ſanguine ſuo eſfuſo irrigauerat, ita perturbarent, vt prorſus vna ſimul cum illis, ſemen Chriſti eradicare ſe poſſe arbitrarentur, imo diſtinherent. Quæ omnia ſatis confirmare videntur, quæ Tacitus teſtatur, dicens: *Ergo abolendo rumore, Nero ſubdidit reos, & exquiſitiſsimis pœnis affecit: quos per flagitia inuiſos vulgus Chriſtianos appellabat.* Anthor

Euſebius. Tacitus. Suetonius Trāquil.

Cornel. Tac. li. 15.

thor nominis eius Chriſtus qui Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum ſuplicio affectus erat, repreſſaq; in præſẽs exitiabilis ſuperſtitio rurſus erũpebat,non modo per Iudeam originem eius mali, ſed per vrbem etiam quo cuncta vndiq; atrocia, aut pudenda confluunt, celebranturq;. Igitur primo correpti, qui fatebantur: deinde juditio eorum multitudo ingens,haud perinde in crimine incendij ad quam odio humani generis coniuncti ſunt: & pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti laniatum canum interirent,aut crucibus afixi,aut flammandi. At vbi defuiſſet dies in vſum nocturni luminis vterentur: hortis eum ſuis tale ſpectaculum Nero obtulerat. Et quæ Eſpartianus Euſebius lib. 4 Eccleſiaſticę hiſtorię,& Plinius Iunior Epiſtola ad Traianum,& Oroſius lib. 7. periben. Ita vt conſulto dicere poſſimus inſtar Pauli innumeros militẽs Chriſti diſtentos eſſe, alios verô ludibrijs & flagris, vinculis & carceribus expoſitos:hos lapidibus obrutos,illos occiſsione gladij occubuiſſe,illos carbonibus ignitis combuſtos eſſe,hos varijs tormentorum generibus nocti diuq; afflictos: alios vero tortorum voluntati ſic fuiſſe expoſitos, vt illis tanquam beſtijs ferinis libere,prout vellent, vterentur. Sed tamen nũquam illis concedemus,de illis victoriam reportaſſe. Nã & ſi corpora occidere,& animas à corpore ſeparare: amorem verô quo in Deum verum,in Meſsiam inquam noſtrum interius flagrabant,fidemq; Chriſti qua interius induti erant, minime vnquam extinguere,aut aliquantulum auellere potuerunt. Imô potius hæc omnia perferentes patienter,in teſtimonium Religionis Chriſtianę, conſequti fuerunt eam victoriam, quam Paul. in eodem cap. ſupra de alijs Sãctis refert; nẽpe quod: *Per fidem ſuam expugnauerunt Regna:operati ſunt iuſtitiam:aſſequti ſunt promiſsiones:obdurauerunt ora leonum:extinxerunt vim ignis. Fugerunt acies: gladij potentes facti ſunt ex imbecillitate.*

Eſpartia.
Euſebius.
Plinius.
Oroſ.lib.7
Hebræ.11.

Valuerunt equidem truculentæ & ſanguinariæ beſtię illæ cadaueribus Chriſtianorum ferè cuncta Europæ,Aſsiæ,& Africæ ciuitates,vicos,& plateas,carceres, vniuerſoſq; angulos copioſiſsimè replere: preçioſiſsimoq; ſanguine Martyrum magnam templorum, agrorum & prediorum partẽ tanquam abundantiſsimis fluuijs inundare: vt ſic, ob ſęuitiam & crudelitatem in Chriſtianos ab illis concitatam, cæteris nationibus deinceps Chriſtianum nomen, vt quid exe-

 cran-

crandum & abominabile haberetur: ſed nunquam valuerunt, vt illis innumeris cruciatibus, & variis mortis generibus Eccleſiam hanc militantẽ, quaſi nouis triumphis in dies exornatam, illuſtriorem: illam vero triumphantem, tanquam clarioribus victoriis nobilitatam, ſplendidiorem, maioriq; multitudine illorum inuictiſſimorum Ducum cõtinuò in ipſam, inſtar agminum cæleſtiũ ſpirituum aſcendentium multo inſigniorem non redderent. Vt hac ratione ex vtraq; parte iam dudum adimpletà eſſe cuncti acclamare cogantur, quę Spiritus Sanctus illis verbis eſt pollicitus: *Inimicicias ponam inter te & inter mulierem: & inter ſementuũm & ſemẽ eius: ipſum conteret te in capite: & tu conteres eum in calcaneo.* Quorũ perſequtiones, & Dęmonis machinamenta in cũctum Religionem intẽta ſatis adumbrata apparent, Exod. illis verbis: *Et ſurrexit Rex nouus ſuper Ægyptum, qui non cognouit Ioſeph: & dixit ad Populum ſuum: ecce populus Filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Agite, ſapiẽtes ſimus propter eum: ne forte multiplicetur, & ſit, cum euenerit bellum: addatur etiam ipſe inimicis noſtris, & pugnet contra nos, & aſcendat è terra. Et poſuerunt ſuper eum Principes tributorum, vt affligerent eum oneribus ſuis.* Sed diminutus factum eſt, vt quanto magis affligerent eũ, tanto magis multiplicaretur, & creſceret. Exod. 1.

Victorias verò à Fidelibus de Dęmone conſequtas ſatis demonſtratũt illa verba Ezec. Ezech. 26
Ecce venio ad te Pharao, Rex Ægipti, Draco magnus, qui cubat in medio fluminum ſuorum, qui dixit, meus eſt fluuius meus. Et ego feci me, & dabo hamum in maxillis tuis: & aglutinare faciã piſces fluminum tuorum, ſquamis tuis: & aſcendere faciam te de medium fluminum tuorum: & omnes piſces fluminum tuorum ſquamis tuis adhærebunt. Et derelinquam te in deſerto, te & omnes piſces fluminum tuorum: in ſuperficie agri cades: non colligeris, neq; congregaueris. Beſtiis terræ, & volatilibus cæli dedi te pro eſca. Et ſcient omnes habitatores Ægypti quod ſum Dominus: Et Pſal. Pſal. 94.
Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina ſonum ſuũ. Eleuabunt flumina eliſionem ſuã. magiſquã ſonitus aquarũ fortium fluctuum maris. Fortis eſt in excelſo Dominus: teſtimonia tua fidelia ſunt valde: Et Pſal. Pſal. 92.
Quoniam ecce inimici tui Domine, ecce inimici tui peribunt: diſperdentur omnes operarii iniquitatis, & exaltabitur ſicut Monocerontis cornu meũ, cõſperſus ſum oleo viridi: & reſpexit oculus meus in boſ-

in hoſtibus meis, in conſurgẽtibus aduerſũ me malignis audiẽt aures meæ. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus in Libano multiplicabitur. Plantati in domo Dñi, in atriis Dei noſtri florebunt. Adhuc frutificabunt in ſenectute: pingues & virides erunt, ad anunciãdũ quòd rectus eſt Dñs, & fortitudo mea: & nõ eſt iniquitas in eo. Et conſultò Dauid non ſolũ nomine Meſsiæ noſtri, cui vnii maximè debentur cunctæ victoriæ, quas ab initio mundi huc vſq; conſequuti fuerunt Fideles eius: verũ etiã perſonam omniũ militum Chriſti agentẽ, in ea verba prorupiſſe, dicere poſſumus. Cùm non ſolùm hæc omnia in Diſcipulis eius, & in Martiribus bellicoſiſsimis, quibus ſemper abundauit copioſiſsime Eccleſia noſtra, ſicut acies caſtrorũ optime ordinata, longo rerũ vſu ſimus experti, & ipſis met noſtris oculis ſæpè viderimus, & videamus modo: verũ in aliis Sãctis, qui vitam ſolitariam in deſertis montiũ cauernis traducentes, quotidie cũ Dæmone qui illos noctu diuq; callide variis tentationum generibus oppugnabat, prælhantes, ſemper vt palma fixa & conſtans, innumeris victoriis floruerunt, maioribusq; incrementis in dies auti vberiores ſanctitatis fructus Deo dederunt, quotidie cernamus.

CAP. VI.

Glorioſæ victoriæ à Sanctis Anachoritis & Martiribus conſequutæ meritis Paſsionis Chriſti, manifeſtantur.

ET nunquid, exaltatum non fuit (attendite vos Iudæi, & patienter iſta à vobis dum audiantur) ſicut Monocerontis cornu, fortitudo illa inuicta Antonii: quando, vt refert Beatus Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus, ✝ inuadẽs ei Dęmon, eò quod ęgre & impacienter ſuſtineret, tot in adoleſcente virtutes mirificè inicare: veteranis ſuis fraudibus, vt ab incepto viuendi inſtituto detraheret, memoriam poſeſſionũ, ſororis ſuæ defenſionem, generis nobilitatẽ, amorem rerum, ſæculi gloriam, varias delectationes, virtutis arduum finem, corporis fragilitatem continuo ei proponens. Antonius verò ſecum cogitans omnia iſta caduca, fluxa, breuiq; peritura: aduenienteq; vltimo die, cunctis mortalibus maximẽ tremendo, etſi per multa annorũ curricula iucundè & pacificè ab hominibus poſsideantur, ſtatim quaſi nõ fuiſſe, & tãquam memoriã hoſpitis vno die

✝ *S. Athan.*

dile apud nos manentes, cunctis certiſsime videri debere. Imo eum qui his omnibus rebus teneretur, fœliciſsima beatitudinis patria orbandũ fore: in qua deliciæ, delectationes, diuitiæ, & gaudia ſic ſemper inchoant, vt terminum ignorent: ſic principium capiunt, vt finiri prorſus non queant. Cuius vita manet iugiter, annis labentibus pullulat, & inde renouationis ſumit initium, vnde finis accipitur. Pertimeſcens caſum mortis perpetuæ, in qua eſt ingis flamma perſeuerans, tribulatio, & pœna indeſficiens: in qua atroces ſpiritus commorantur, quorum brachia capita draconum ſunt: quorum oculi igneas ex ſe ſagitas iaculantur: quorum dentes ſicut Elephantes prominent, & ſtimulant ad tormentum velut caudę ſcorpionum. Quorũ voces velut leonũ fremitus ſonant: quorum aſpectus timorem incutit pariter & dolorem, & mortem. In cuius infœliciſsima manſione ad hoc viuitur, vt cruciatibus ſubdantur: ad hoc redintegrantur, vt excelsa ſerpentum morſibus membra, iteratis ſubinde, & iterum reparatis morſibus dilacerentur. Ita profecto hęc omnia conſiderans, firmus ſemper, & in propoſito perſeuerans ſtetit Antonius: vt nulla tentatione ab illo perfectiſsimo viuendi inſtituto dimoueri à Dęmone potuerit. Et quid dimoueri? imò ſemper de illo triũphum Antonium egiſſe quam plurimis ſit certiſsimum. Nam ello Demon cogitationes ſordidas illi inſerere conaretur in vigilia: Antonius tamen ſummouebat ſtatim oratione. Ille titillabat ſenſus naturali carnis ardore: iſte vero fide, vigilijs, & ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchrę mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta laſciuię: hic vltrices gehennę flammas, & dolorem vermium recordans, ingeſtæ ſibi libidini opponebat. Ille lubricum adoleſcentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat: hic æterna incendij tormenta conſiderans, illęſam animę puritatem ita per tentamenta ſeruabat: vt victor perſeuerans, Dæmonem confuſsione magna affectum longè ab illo deſcedere cogeret, & compelleret.

Inferni tormenta

Conſperſus nè fuit oleo viridi, victoriarum inquam quàm plurimarum Santus Sulpitius, Bituricenſis Archiepiſcopus? Qui cùm, vt perhibent vetuſtiſsima annalium monumenta, inter alios pernoctaret in Ecclesia deuotiſsimis precibus: contemplareturq; ibi ſtatim adeſſe tortuoſum ſerpentem,

Surius. 1. tom.

tē, tenuī sibillo demulcentē lenes aures: deinde verò in ipsis tranquillæ noctis silentiis, cum magno impetu intra tēpli parietes se inferentem testudinē, aras, lucernas, cunctaq; omnia adeò fortiter concutientem: vt Ecclesiam abimis fundamentis iam euerti cępisse putarēt eius socij: ita in diuinis canticis, floci pendendo nequissimi serpētis præstigia, permansit: vt nec in prosperis successibus constantior vnquam cunctis fuisse videretur.

Victa nē fuit Iuliana virgo & Martir ab aduersario maligno, illam aggrediente specie Angeli Dei, vt à martirio subeundo ipsam dimoueret, vel prorsus vinceret, ac debellaret fortiter? Quādo, & vt refert Simeon Metaphrastes, † simulans se esse Angelū Dei, virgini apparens dixit: O Iuliana, grauia & valdè grauia, & planè intollerabilia aduersus te Pręfectus parauit supplicia: tu autem solummodò, cùm te eduxerint è custodia, accurre, & statim sacrifica: neq; enim fusti nebis suppliciorum nimiam acerbitatem. Illa autem rogauit: & quisnam tu es? malignus vero inquit: Dei Angelus. Et quoniam is magnam tui ducit rationem, mittit me ad te: magnifaciens, vt tu parcas, & non intereat corpus tuum multis tormentis. Ignoscet enim tibi, si parueris: cùm sit benignus; propter multā carnis imbecillitatem. Illa verò cùm grauiter deplorans, in hęc verba proruppisset: Domine mi, omnium rerum effector, quem solum quidem laudant virtutes cęlestiū, & pertimescit æreorum multitudo Dęmonum: ne me despexeris, quæ propter te sum passa. Nec mihi prætextu salutis malignus aliquod amarum tēperet poculū: sed ostēde mihi, quis nam sit, qui hæc dicit, & simulat esse famulum tuū. Statim vt perhibetur, exaudiuit cælitus vocem, sibi alloquentē & dicentem: Confide Iuliana, ego enim sum tecum: eum autem apprehende: do enim tibi aduersus eum vires, & ex eo disce, quis nam sit. Statimq; apprehendens Dęmonem Iuliana, non solum coegit dicere, quisnam esset: verùm ita illum vinculis fortissimis ligatum tenens, acriter torquere cępit: vt compullerit Dęmonem in hęc verba palam acclamare. Hei mihi, quid de me fiet? quo fugiam? multos quidem decepi, multis intuli afflictiones, & multorum fui causa malorum, carcerum, plagarum, & conflagrationum, exiliorum & mortis acerbissimę: & modò in eā miseriam deueni, vt dura serui tute, & grauissimis tormentis

istis

iſtis opprimar, & afficiar ab iſta muliere?

Diſperdit ne operararium iniquitatis Beatus Vincentius? De quo perhibet Pannormitanus, + quod cùm obnixè à Christo quadam nocte donum perſeuerantiæ poſtularet, coram imagine Beatiſsimæ Mariæ: eiq; viſus eſſet Diabolus ſpecie ſenis valdè venerabilis, cuius erat barba vſq; ad genua prolixa, & nigra: & diceret Vincentio. Ego ſum vnus ex veteribus illis Patribus, qui multis annis magna cum corporis continentia, ac incredibili potus cibiq; parcitate AEgipti ſolitudinem incolui. Et cùm eſſem iuuenis, omnem corporis voluptatem experiri volui: poſtquam verò tempora iuuentutis meæ in variis delitiis conſumpſi, in me reuerſus pænitentiam egi: & ſic Clementiſsimus Deus dedit mihi veniam peccatorũ. Nunc igitur, ſi mihi ſeni credendum eſt, harum multarum rerum vſum tibi ſuadeo: vt floridæ ętati tuæ compatiaris, & hanc corporis macerationem nunc omittas, & vſq; ad ſenectam reſerues. Nec dubites, paratus eſt enim Deus sẽper ſuſcipere pęnitentiam. Statim à Vincentio victus, & ſuperatus fuit, illi reſpondenti: vade, inquit, peſtifer ſerpens: namq; ex fabuloſis verbis & dictis tuis non vnum ex AEgypti Patribus, ſed ex inferni Dæmonibus vnus eſſe conuinceris. Credidiſti nouũ militẽ Chriſti tuis inſidijs poſſe ſuperari? ſed licet nouus ſim in hac militia, tamen gratia Chriſti cuius amore laboribus me, tẽtationibusq; expono, me ſic vndiq; armatũ reddet: vt cõtra te dimicare non metuam. Quo reſponſo audito, magno emiſſo eiulatu, ac tetro fætore relicto, protinus Demon euanuit.

Panormit.

Floruerunt ne vt palma, innũmeras victorias de Dęmone reportãtes Benedictus? + quando, vt Gregorius Pont. Roma. alapa percutiens monacho, Dęmonem qui intus illũ vexabat, ſic abeo exterminauit, vt ad eũ redire non auſus fuerit. Et S. Macharius? quãdo, vt Paladius reffert, cũ ſeptuaginta Dęmones ipſi occurrerent: vt eũ impedirẽt, ne ingrederetur in hortũ, inquo Iãnes & Mãbres malefici ſepulti erãt: vt ſic maleficia illorũ nulli innoteſcerent: acclamantes, quid vis Machari? quid vis tẽtator monache? quid ad noſtra loca veniſti? in quibus manere nõ poteris. Quid noſtras regiones ingrederis? ſi habitator eſt heremi: tua tibi ſolitudo ſufficiat, quid hãc poſeſſionẽ quęris? erũpere. Quibus omnibus pro nihilo ductis, reſpondidit:

+ *Gre. lib. 2. Dialog.*

Paladius.

pondidit:ingrediar tantùm, vt videam:continuoq; Dęmones ab eius oculis receſſerunt: S. Amandus,qui, vt reffert Melo monachus,intuens Dęmonem quendã paruulũ Chriſtianum ſubmergere iã contendentem: paruulus autem diceret: Chriſte adiuua me: Dęmonq; illi inſultans reſpondiſſet, qualis Chriſtus?dixiſſe fertur Amandũ:dic illi, fili, Chriſtus filius Dei viui crucifixus. Qua ſentẽtia prolata, ſtatim inimicũ vt fumum euaneſcere coegit: S. Parthenius,vt Methapraſtes recenſet,quando, Dęmone renuente egredi de corpore quodã humano,promiſſit,vt egrederetur:nã ipſe paraturus erat habitaculũ humanũ,in quo diu pacificè requieſcere poſſet. Cũq;Dęmon illã promiſſionẽ acceptatet,apperiens os S. dixiſſet Dęmoni:Ecce ego ſum homo,ingredere,& in me inhabita. Dęmon autẽ tanquam igne vſtus exclamauit, dicens: hei mihi,quomodo in domum Dei ingrediar?Ob quæ omnia in deſerta loca,& inacceſſa inde abire Demon eſt coactus. Sanctus Theodorus Archimandrita, vt Simeon Methaphraſtes narrat, quando ita in ſpiritum immundum, hominem quemdam obſidentẽ eſt concitatus: vt vix ſe abſtinere potuerit, quominus Demonem grauiter ita torquere Sanctus conatus fuerit: vt illum prohibuerit, nè egrederetur. In tantùm, vt cum Dæmon diceret, ſerue Dei veni, ſolue me, & egrrediar: neq; enim ſuplicium hoc ferre poſſum: illum reſpondiſſe Dæmoni feratur: nolo immunde, vt nunc exeas: ſed ibi grauiter torquearis,& crudeliter crucieris. Neq;inde tibi aditus egrediendi erit reſeratus, donec tibi fuerit imperatum à me.

Melo, Monac. — *Metrap.* — *Metapr.*

Floruerunt ne triumphis innumeris, de Dæmonibus reportatis, tanquam qui plantati erant in vinea iſta Domini? Sancta Acoleta, vt Surius reffert: † Quandò non ſolúm Dæmones, qui ſpeciem & figuram modò ſerpentum, modô bufonum, araneatum, draconum & animantium venenatorum aſſumentes, vt illam ab orationis munere retardarent: ſtatim vt volebat, longe à conſpectu eius exterminabat: verum etiam Dęmones iſtos impios, qui cadauera hominum in patibulis ſuſpenſorum conſpectui eius obijciebant: ad ea loca vnde abſtulerant, reducere eos compellębat.

† Suri.

Aut

Aut Sanctus Dominicus, quãdo Dæmonem modò ſpecie lacerti mirè deformis, cũ duobus capitibus horribilibus ad ſe venientem, coegit illum demergi in aquã: & modò ſpecie paſſeris, modò ſimiæ eidẽ apparẽti, ſic cum eo illuſit: vt Dæmonis poteſtas prorſus in conſpectu eius enervata cunctis aſtantibus appareret.

Sicut cedri altiſsimę, in mõte Libani conſtitutę malitiam, & inacceſsibiles Dæmonis inſidias non né excelluerunt, gloriamq; Chriſti, Magni Ducis eorum vbiq; propagantes, Secundellus: quando, vt Grego. Turo. tradit, Dęmonem in ſpecie Domini: S. Marina, vt Methaphraſtes, in ſpecie horribilis draconis: Narciſus, vt reffertur in vita S. Citrę, in ſpecie hominis cuiuſdam AEthiopis: S. Albertus, Carmelita, vt Baptiſta Mantuanus, in ſpecié pulcherrimę mulieris: S. Clara, in figura, vt Alexander. IIII. reffert, nigri pueri: S. Brigida, vt in bulla canonizationis eius per Bonifacium. IX. facta perhibetur, in forma cẽtimanuum & centipedum: S. Oſualdus in ſpecie Angeli lucis: Iuſtina Martyr, vt Simeon Methaphraſtes, in habitu muliebri: S. Godoffredus, vt reffert Nicolaus monachus Sueſonénſis, in effigie cuiusdam monachi, nuper admodũ defuncti: S. Martinus Turonẽſis, vt Seuerus Sulpitius, in ſpecie cuiuſdam peregrini: S. Matrona, vt Simeon Metaphraſtes, in ſpecie peritiſſimorũ cantorum: illis hinc & illinc opportuné & importune ſe obijcientẽ, ſic eum, & vafra eius conſilia, aſtutias, & machinamenta glorioſè conculcarũt, vicerunt, & ſuperarunt: vt cũctis iam innoteſceret, eò maiorẽ & validiorem potentiam militum Chriſti cęteris Dæmenũ ſatellitibus fortiſsimis extitiſſe: quantum ex illis verbis ſuſpicari nobis licet: Et *ipſum conteret te in capite: tu autem conteres eum in planta.*

Gre. Tur. li. de Vita Pat. c. 10.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta Iudæorum, huic noſtro teſtimonio, eorum iuditio, maxime aduerſantia.

NEC hypperbolicè, aut nimis arroganter hæc omnia militibus Chriſtianæ noſtræ Religionis equidem tribui hi aduerſarij noſtri iam ex nunc arbitrentur: cûm intueamur tantos, eosq; inſignes & claros viros in ea ſemper extitiſſe: qui inſtar ſplẽdidiſsimarum ſtellarum, non tantum firmamentum ſupremum cęli, ſed firmam hãc Eccleſiam militantem, celeſtemq; illam & glorio-

gloriosam & triumphantem (eo illo splendidior es, quò copiosius cęlestis solis iustitiæ radijs fulgentissimis prę cunctis abundat) illustrare, & nobilitare potuerant. Nam quamuis verum sit, minimeq; illis inficiari possimus, Demonem crudeliter absq; vllo delectu potentiam suam, imò sęuitiam sic cōtinuò exercuisse in innumerabiles milites Christi: vt eam non modò extinctam, sed in dies maioribus incrementis auctā fuerimus experti. Ex quo factum fuit, vt inhumanissimè ab illo, vel ab eius satellitibus tractarentur: hàc varijs cruciatibus, & suplicijs illos excruciando, illàc capitali morte plectēdo: hàc ignis tormentū illis adhibēdo, illàc rogo imenso includēdo: hàc craticulis torrēdo illàc plūbatis cruciatibus occidēdo: hàc, equleo suspēdēdo, illàc dire vapulādo: hàc feris obiiciēdo, illàc loris cęsos thermis ardētibus immittēdo: hàc virgis ferreis fustibusq; vapulādo, illàc præacutis sudibus viscera eorum transfodiendo: hàc obtruncando, in fossas coniiciendo, terra lapidibusq; obruēdo, illàc bestijs denique discerpendos tradendo, gladijs cædēdo, in flumina præcipitando; membratim eorū mēbra intercidendo, vnguibus ferreis lacerando, viscera eorū manibus auellendo, & ipsis Martiribus manducanda præbendo. Sed nunquam profectò eius potentia eò processit, vt cuncta ista & alia innumera tormentorū genera inaudita valuerint Martyrum constantiam auferre: inuictam animi fortitudinem, in fixamq; Christi fidē, & amorem interius semper viuentem & virentem minuere: rationē illorum obscurare, & testimonium veritatis nostræ aliqua ex parte dimouere. Sed potius tāquam bellicosissimi Duces, & cęlestes milites, clarā & nobilissimam prosapiā suam ducentes, non ab illis, quos colūna nubis ducebat in via, & columna ignis, lucebat in nocte: & quibus mare diuisū fuit, & fluuius substitit, & Sol stetit, & panis & pluuia descendit de cælo: quorum manuum extensiones orationis gratia factę, multa millia in fugam conuerterunt: à quibus ferè cūctæ gentes superabantur: & quos ignis nontāgebat: & à quibus reges alienigeni generositatē eorum mirantes, se abstinebāt. Sed ab illo magno Duce Christo, qui tanquam solatium suauissimum, & lux splendid. prima cunctis mortalibus diuinitùs illuxit. Cui vni mare, venti, cunctaq; elementa, vniuersa animantia, & quæ consistentiam habent, & quæ non existant,

Obiect.

Tormētorum varietas

Exod 14.
Iosue. 10.
Exod. 16.

Dan. 14.

D suis

parati: & quid namque minis veſtris nobis nocere poteſtis? Numquid perſuadebitis? at nihil fortius eſt his, qui omnia ferre sũt parati. Cur minamini lictores? cur cunctamini? cur mandatũ tam egregium expectatis? vbi enſes? vbi vincula? vbi craticulæ incenſæ? vbinam beſtię? vbinã cruciatuũ apparatus? æculeorum & tormentorum multitudo? Vbinam virgæ ferreæ? vbinam lamina plumbea candentia? vbinam ſudes acutiſsimę? vbinã gladij ancipites? & vbi denique rogus ardens? Celeritatem exoptamus: eia maior ignis accendatur, beſtiæ afferantur, tormenta augeantur, crudeliorus cruciatus præparentur: nam Dominus eſt protector noſter, à quo trepidabimus? Dominus refugium noſtrum, non timebimus, quid faciat nobis caro.

2. obiectio. Tandem & quamuis ingenuè vobis fatear, inferrimi Iudæi, non ita funditus euerſam fuiſſe potentiã Dęmonis, neq; vires illius adhuc eſſe eneruatas: quominus etiam poſt aduentum Meſsię noſtri, non publicè acclament cunctæ & remotę gẽtes, & nationes, Dęmonis imperiũ esse longe lateq; propagatum eſſe per vniuerſas mundi regiones, & orã ita vt ferè maiorem partem Aſiæ, Africæ, & Europæ, varijs hœreſum, & ſectarum generibus, & innumeris Gẽtilitatis erroribus: vt palam nunc hœreſes, & ſectæ recentes indies contra Eccleſiam Chriſtianorum pullulantes, & inaudita tormẽtorũ genera cõtra fidei Protectores admuẽta teſtatur, occupare intueamur. Ob quę omnia multis creditu difficile ſemper apparet, aliquod vulnus mortale à Chriſto Dęmoni eſſe inflictũ. Et ſatis id corroborare videntur tot illæ innumeræ victoriæ, quas non ſolum de infidelibus populis, verum de innumeris Chriſti filijs ex eo tempore huc vſq; Dęmon reportat: quòt ſunt vitiorum genera, quibus illos ſæpè ingurgitatos fuiſſè ſumus experti, & indies ingurgitari intuẽtur omnes. Vaticinata quidẽ à Chriſto Redemptore noſtro, illis verbis, *multi ſunt vocati, pauci vero electi*: adumbrata vero in parabola illa: *Exijt, qui ſeminat ſemi..are: & dum ſeminat quędam ceciderunt ſecus viam: & venerũt volucres, & comederunt ea. Alia autẽ ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terrã multã.* &c. *Sole autem orto æſtuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam.* Iaſ..perq; manifeſtiua fuerunt expreſsiſsimè Mat. 20. Mat. 13.

hęc omnia illis verbis testimonij superius allati: *Et ipsum conteret te in capite: tu autem conteres eum in calcaneo*. Sed non est profecto cur iam ob ea, tanquã pusillanimes, & vecordes terreamini vos, vos infœlicissimi Iudęi: ita vt aduentum primũ Messiæ diu appropinquasse intrepide affirmare recusetis. Et quid mirũ alicui vestrũ esse iam debet? si post quam attẽte & maturè legistis, & contẽplati estis verba illa: *ipsum conteret te in capite*, apperte exprimentia victoriam, quam Christus, & sancti eius tanquam membra viua corporis sui (Ecclesiam dico) de Dęmone erant consequturi à tempore aduentus Messiæ nostri hucusque: adimpleta esse nunc nunc palam in conspectu omnium vnà simul, nobicũ acclametis Dæmonis semen, & ministros eius, strenuos milites Christi tãtum in calcaneo, idest in infima eorum parte percusisse, morte crudelissima illos afficiendo: animas autem eorum immunes, intactas, & tanquam inexpugnabiles relinquẽdo: vt verba illa testimonij superiùs allati demostrabãt, *& tu conteres eum in calcaneo*. cæteros autem effęminatos, qui Dæmonis sugestioni assentientes, instar beluarum, per varios errores, & sectarum multitudinẽ diuagantes, per varia vitiorũ genera libere voluptantur: letaliter ab illo vulneratos esse, mortẽ æternã illis inferẽdo predicetis. Presertim, cũ intueamur, nõ fortuito quodã casu, sed cõsultò Deo id permitẽte, tot persecutionũ tempestates periculosas cõtra Ecclesiam, & cõciues eius a Dæmone concitatas esse, & indies concitari: vt nõ tantùm hi qui fideles sunt, probati reperiantur, clariusq; admirabilis religionis Christianæ virtus omnibus illucescat (nã virtus in infirmitate perficitur) verum etiam certiores dudũ reddamur eam vim, medijs Sacramentis à Messia nostro institutis, tanquã quibusdã perennibus fontibus continuo scaturientem, cunctis fidelibus copiosissime cõmunicari, qua non solùm Dæmonis caput cõminuere, verum etiam cunctas eius tentationes, ne illis aliquãtulũ inficientur, longe exterminare valeant. Quam virtutẽ cælestẽ & si nondũ experti fuerunt, qui statim mundo, carni, & Dæmoni temerè tãquàm pręcipites, & vesani acquiescũt; sed mihi credite, eam semel ac iterum, imo & perpetuo experiẽtur, qui tanquã filij obedientissimi Christi in omnibus eius voluntati tantum paruerint, in signum huius celestis pro-

promiſsionis, quam Spiritus Sanctus licet potiſsimè Christo, illis etiam fuit pollicitus, prædictis verbis: *Inimicitias ponam inter te.*&c. *Et ipſum conteret te in capite.*&c.

Cùm ergo hæc omnia ita ſe habeant: multitudoq; victoriarum cæleſtium, quas Chriſtiani de Dęmone, à tempore aduentus Meſsię huc vſq; fæliciter abſq; vlla intermiſsione, compararunt, & comparant modò, vt illis tanquam apertiſsimis quibuſdam ſignis, ab Spiritu Sancto teſtimonio ſuperius allato, notitia clara aduentus Meſsiæ noſtri, efficatiaq; virtutis eius admirabilis apertius omnibus oſtenderetur: ſic fuerit manifeſtata, vt nullus iam offenſionis locus fuerit vobis relictus. Clareq; conſpiciatis, verba teſtimonii adducti eã vim cęleſtẽ in cordibus veſtris iã imprimere, qua fructus dulciſsimos pacis, quos Spiritus Sãctus à vobis cõſequi ardenter exoptat, deinceps interius percipere facillime poſſitis. Quid eſt in cauſa, vt qui quondam filij Abrahæ per repromiſsionem potiſsimè vobis factam, ſecundum illud:
Galat. 3. *Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones.*
Matth. 15. Et Matt. *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierant domus Iſrael*: de vobis maximè conquęratur Spiritus Santus:
Cant. 1. *Filii matris meæ pugnauerunt contra me.* Si filii Abrahę modo eſtis, opera Abrahę cur nõ facitis? Fidẽ illius qui credidit in ſpem cõtra ſpem, clariſsima aduentus Meſsiæ noſtri, ſigna manibus veſtris dudum contrectitantes, nondum amplectimini? Filii Belial vſq; quo graui corde diligitis vanum, quęritis mendacium ſemper: & obliti eſtis miraculorum Meſsię noſtri, & omnium operum mirabilium eius, quę pro redemptione animarum veſtrarum corã patribus veſtris, in terra iſta AEgypti, ferè cunctarum virtutũ genere deſerta, & in regione mortis, eſt manifeſtiſsimè cum tanto ſuæ vitæ diſcrimine operatus? Oſculamini Meſsiã illum veſtrum, tanquam Regem verum, nunc nunc vt animarum veſtrarum ſaluti maximè medeatur. Veneramini illum, ne forte iraſcatur, & pereatis de via, cũ exarſerit poſt paululum cõtra vos furor eius. Filii Effrain armati, emittẽtes arcum, lanceas, & ſagittas linguis veſtris, tanquam gladiis accutiſsimis cõtra religionem 1. Pet. 5.
noſtram Chriſtianam, ex eô quod illa ſola aduentum Meſſiæ noſtri vno ore confiteatur, palam prędicet, & vnicè veneretur. Humiliamini igitur ſub potenti manu Meſsiæ noſtri: colla veſtra aduẽtui primo eius iandu-

iam dudum pręterito voluntarie submittite: vt vos exaltet in tempore visitationis futuræ, & nouissimę. Ei vos subicite, quem Dęmones tremunt, cui elementa obediunt: maiores verò vestri confessi fuerunt, cùm acclamarunt: *Non potest hic homo signa ista facere, quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo.* Et deniq; qui vestræ saluti est consulens, qui omnium vestrorum operum Iudex rectissimus est futurus: qui potens est opere, & sermone, in cælo & in terra: ei inquam vos totos intus ac exterius consecrari ex nunc ardenter contendite. Nam sic Dæmonem qui huius vestrę diuturnę obstinationis est author, vos conculcabitis. Et

Ian. 3.

esto sic à Christo nunc victi sitis, credite mihi, illius similiter victores perpetuô eritis in hac vita, & omniū inimicorū vestrorum, qui salutem vestrā spiritualem ardenter impedire conantur: in alia vero fælicissimum pacis ęternæ fructum, vnà cúm cęteris Christi militibus, & cum ipsomet Duce Magno, Messia Nostro consequemini: quo Beati in æternum absq; vlla animi perturbatione eritis, & nūcupabimini.

(?)

PROPV-

PROPVGNACVLVM SECVNDVM.

MESSIAM IAM DVDVM VEnisse, illo testimonio Numero. 24.

Incessit stella ex Iacob, & surget virga ex Israel: et transfiget terminos Moab, & destruet omnes filios Seth. Et erit Edom possessa: & erit possessio Sehir inimicis eius. Et Israel acquiret diuitias, & dominabitur de Iacob: & perdere faciet superstitem de Ciuitate: breuiter demonstrabitur.

SI forsan animus nõ me fallit (quod nõ vtiq; credo) non adeò leue, & exiguum fuit vulnus, quod nuper ipsismet vestris armis fortissimis, testimonio inquam à nobis adducto ex ipsa Sacra Scriptura, vobis fuit inflictum: vt modò ad propulsandum graue istud, & vt arbitror maximé letale, quod dudum vestris capitibus certissime iam immi nere intueor: nouas vires vos adinuestigare, aut saltim à Rabbinis vestris opportunum, & salutiferum auxilium obnixê implorare, quasi vrgenti necessitate compulsos, sit vobis summê necessarium. Sed quando obstinata pertinatia vestra, maliciaq; obdurata ita callum obduxit, eoq; summo malorum & miseriarum fastigio est miserabiliter euecta: vt infallibili & irreffragabili veritati Sacræ Scripturę oculos vestros consultò iterũ atq; iterũ claudentes, assiduê & fraudulẽter illa tantũ cõcitati in nos, & in Religionẽ nostrã vndiq; irruere conemini: vt postremũ & calamitosũ exitiũ nobis ardenter moliamini, õne vrbanitatis ac pietatis genus tanquã ferocissimæ bestiæ omnino abhorrẽtes: mihi credite, persoluã vobis tãtũ in nos collatũ beneficiũ. Omneq; benignitatis & misericordiæ spẽ, etquòd magis est, meã insitã naturã, & innatã propẽsionẽ deinceps exuẽs, validissimisq; rationũ momẽtis tantũ contra vos vndiq; armatus, accingar iã, & insurgã: vt viriliter, sed iustê, vos õnes, singulosq; vestrũ feriã, cõcidã & trucidẽ. Cuius rei certiores factos nũc si quãdo maximê paratos & peruigiles vos adstare, est opus, nouiq; spiritus (si cõceditur locus) à vobis denuo cõcipiãtur. Nã sinedubio his & alijs forsã maioribus pręsidiis indigebitis: vt bellũ istud fortissimũ nobiscũ inire nõ recusetis Neq; paruũ emolumẽtũ ex his omnibus me perceptură

 esse

esse sentire iam sentio: vt illis, & accutissimis respõsis vestris tanquam quibusdam & maioribus acculeis concitatus, vehementius in ostensione clarissima primi aduentus Messiæ nostri totus incumbam.

Dudũ audistis, & adhuc vos memoria retinere iam teneo illa verba superius à nobis adducta: *Incesit stella.* &c. quibus SacramScripturam cunctis perhibere intuemini: nempe quòd cùm anxie & velociter impius Ptopheta Balam progredi festinaret, vt malediceret Populo Israelitico, hac tantùm ratione commotus, vt gratũ obsequiũ conscelerato & nefario Balac, Regi Mohabitarum præstaret: diuinitus factum fuisse, vt lingua Prophetæ ad male dicendum maximè prompta, ita subitò mutata fuerit, vel (vt proprius loquamur) ita mota fuerit à Deo: vt loco maledictionis illius execrandæ, illa verba benedictionis plenissima profferre tantum potuerit, dicens. *Dixit Bilbam filius Behor, dixit vir apertum habens oculum, dixit audiens eloquia* Dei, *& sciens scientiam altissimi: vissionem Omnipotentis videbit cadens, & discopertos habens occulos videbo eum: & non nunc intuebor eum, & non prope incesit stella.* &c. Vel vt Paraphrastes Chaldęus legit. *Dicit Balam filius Behor, & dicit vir, qui pulchre videt: dicit ille, qui audit verbum à facie* Dei, *& sciens scientiam à conspectu excelsi: qui videt visionem à facie Omnipotentis, qui cadit, & reuelatur ei: video eum, & non modò: intueor eum, sed non est prope.* Sed an profunda, & intima cęlestium misteriorum arcana, que diuinitus sub eis continentur, quibus iam clarè & certissimè in cognitionem primi aduentus Messię nostri duceremini: nunc vos, aut antiquitus doctissimi Rabbini vestri percaluerint: minime eis, nec vobis equidem concedemus. Esto certiores reddamur, quòd si aliquantulum radiis splendidissimis lucis illius cælestis, qua ista verba prolata copiose vndiq; abundant, per breuissimum tempus illustrati essetis: nullum ex vobis, aut ex illis fore adeò pręcipitem, & ad audendum ita procacem, aut excogitari posse: qui non solùm dicere, verùm nec animo concipere auderet ista verba: *Incessit stella ex Iacob.* &cæt. sic literaliter vt sonant, inttelligi debere: existimans, ac falsò sibi persuadens iam diu ortam fuisse stellam illam: eo tempore, quo Propheta prædixit fælicitatem illam summam Populo Isrraelitico.

Num. 24.

1. Obiec.

Præfer-

Præſertim cùm palam intueamur omnes,ea ſi attetè à nobis conſiderentur, propheticæ & verbis quæ inferius à Propheta apponuntur,maximè repugnare.

Solu. 1. Nam eſto libenter vobis,& illis cõcedamus verbum illud, *Darac*,quod ſignificat, incedere, ambulare,ire,viam facere: eſſe præteriti temporis: & ſic abſolutè nullatenus interpretari poſſe de futuro. Tamen progrediantur vlterius,vt ſcrutentur hi fæneratores ſubſtantiam ſuam,myſteria dico, quæ in illa dictione latitant: nempe vt intueantur,qua ratione ſtatim litera, V*af*, quæ conuerſiua eſt præteriti in futurum, & ſimiliter copulatiua (ſi priſcis Rabbinis veſtris eſt adhibẽda fides)reperiatur illis verbis: *Et ſurget, & transfiget, & deſtruet, & erit* Edom *poſſeſsio eius*. Quæ licèt ſint præteriti temporis,vt intuenti facillimè patebit in textu originali: tamen exponuntur, imò debent neceſſariò exponi de futuro: niſi doctiſsimorum Hebræorũ dignam repræhenſionem ſubterfugere ex nunc omnino negligant. Cùm ergo, V*af*, illa & copulandi & conuertendi præteritum in futurum munere tunc fungatur: quid mirum, iam? cùm verba quæ ſubſequuntur verbo, D*araç*,ideſt,*inceſit*, interpretentur ipſi de futuro: nempè, *Surget,& tranſiget, & deſtruet*: ſimiliter nos verbum precedens,ſcilicet,*inceſit*,eodẽ modo interpretari debere inſtruamur,cunctis occaſionem errandi hac ratione innixi procul amãdantes? Licet intueantur in textu Hebræo reperiri, *inceſit*. Quæ omnia inſinuare videtur noſtra editio ſanta vulgata, legens: *& orietur*: & lectio Septuaginta Interpretum: quæ ſic ſe habet: *Oſtendam ei, & non nunc: beatificabo, & non appropinquat. Orietur ſtella ex* Iacob, *& exurget homo de Iſrael, & cõfringet* Duces Moab. Et Paraphraſtes Chaldæus: *Conſurget* Rex *de domo* Iacob. Et præter iſtas omnes lectiones, lectio Complutenſis omnium quot quot ſunt, excepta noſtra ſanctiſsima Vulgata,caſtigatiſsima, energia & proprietate ſermonis omnium accuratiſsima & lucidiſsima:ab Illuſtriſsimo Domino ac Domino meo, Dõ Franciſco Eximinij,Archiepiſcopo Toletano glorioſiſsimo, & omnium ſeculorum memoria digniſsimo in lucem edita, quã vna re & ſibi,& vniuerſæ Eccleſię Catholicæ immortale, & perpetuum nomen comparauit, ea arma & Præſidia inexpugnabilia ad deſtruendas cunctas inimicorum illius acies glorioſè

relinquẽdo: ita vt nõ minus ei, ob hoc etiam vnum, quã cũctis Ecclesię Proceribus meo iuditio sibi deberi iactitare possit. Quę inquam sic legit: *Orietur stella ex Iacob: & consurget virga de Israel, &c.* Insuper etiam, cum reperiamus istud verbum, *Darac, incessit*, adiungendũ esse illis verbis, quæ immediatè ei pręcedunt: quæ omnia in futurum palam rei euentum prædicunt: quæ sic se habent: *Videbo eum: & non nunc intuebor eũ, & non prope: incesit stella ex Iacob.* Si autem visurus erat Balam, aut saltem Populus Israeliticus cui facta erat à Deo promissio in futurum, quæ sub verbis huius Prophetiæ latitabãt, & comprehendebantur: quomodo interpretari illi audent? *Incessit stella.* Si incessit: qua ratione Propheta dixit: *intuebor eum, & non propè*: si ergo non propè: ergo neq; tunc incessera: sed oriunda erat stella, quę vt visibilis & maximè micans, & enitens cunctis mortalibus apparitura erat.

Solut. 2 Sed eia mecum agite, nę tam diu in hac re immoremur, libenter doctissimę expositioni Rabbinorum vestrorum, & vobis etiam tamquam importunis, maximeq; molestis concedimus: ne terga ob hoc vnum vertere, ante quam manus vobiscum conseramus, aut feruentem impetum disputationis incœptę retardare cõtendatis: stellam illam iam diu temporibus antiquissimis, tamquam per quosdam aquæ ductus, à semine Patriarchę Abrahæ & Iacob, per tot illustriũ virorum nobilissimam prossapiam, secundùm carnem, ex tunc incedere, cœpisse: vt verba illa Genes. demonstrant: *Et benedicent sibi in semine tuo omnes gentes terræ: eò quod obediuisti voci meæ.* Sed quid, imo à primis nostris Parentibus: vt illa verba præseferunt Genesis: *Et inimicitias ponam inter te, & inter mulierem: & inter semen tuum & semen eius. Ipsum conteret te in capite, &c.* Ac perconsequens iam quasi in seminibus illis tamquam Gigantem ad currendam viam suam, vt cum hominibus postea visibilis appareret, cursum suum inchoasse, originem suam ducentem ex Abraham, Isac, & Iacob: qui postea Israel fuit appellatus à Deo: vt illa Genes. docent: *Et dixit ad eum: quod est nomen tuum? Et ait Iacob, & dixit, non Iacob dicetur vltra nomen tuum, sed Israel: quia Princeps fuisti cum Deo, &c.* antequam prophetia Balam Populo Israelitico annũtiaretur. Sed quid adhuc aduersus nos, quæso, vos cæci Iudæi, inde

Genes. 22.

Genes. 3.

inde consequtos fuisse iam arbitramini? Incedere cœpit stella illa à lumbis Adæ, id fatemur. Sed nondum visibilis, nondum, inquam, factus homo apparuit ille: qui lucem habitat inaccessibilem, quē nullus hominum vidit, & qui erat lux, quæ illuminat omnen hominem venientem in hunc mū dum, & qui cum hominibus conuersatus erat. Donec illa fœlicissima tempora appropinquarent: quibus lucidissimæ huius stellæ ortus à Prophetis prædictus erat.

2. Obiectio. Quod si vlterius contra nos progredi Maiores vestri adhuc conantur: vt eò quô intestinū aduersus nos concitatum odium eos vocat, festinanter properent: nempe, vt signa apertissima præteriti aduentus primi Messiæ nostri funditus euertere, aut saltim obscurare valeant. Prorumpant iam, & temerarius conatus eorum cūctis manifestetur: illorum inquam, qui palam dictitare audent, ista verba: *Incessit, vel orietur stella ex Iacob*: tantum nude, vt cortex literæ apertè insinuat, à nobis intelligi debere: non autem mystice, & spiritualiter: vt Ecclesiæ Proceribus placuit semper.

1. Responsio. Nam esto verissimum sit, illa verba Genesis. *Et fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, ad dominium noctis*: ita literaliter intelligenda esse primariô: vt nullatenus (licet primo isto sensu literali quammulti alij sensus spirituales comprehendantur) metaphorice exponi valeant. Alias namque Solis aut Lunæ quæ nomine illorum duorum luminarium intelliguntur, nunquam Deum conditorem extitisse dicere possemus: cûm nullibi creationis eorum extra istum locum mentionem in toto Genesis fieri cernamus. Quod vnum maximè contrariatur illi testimonio Dauid: *Et qui fecit luminaria magna: quoniam in sæculum misericordia eius. Solem ad dominium in die: quoniam in sæculum misericordia eius: Lunam & stellas ad dominia in nocte: quoniam in sæculum misericordia eius, &c.* Psal. 136. Et rationi naturali: cûm ipsa ostendat, vt creaturæ sunt, à Deo in esse, fieri, & conseruari omnino dependere. Et hæc omnia dicere ac fateri palam compellamur similiter de vniuersa illa cælorum, stellarum, elementorum, firmamenti, cunctorumque animantium, ac rerum insensibilium admirabili creatione: quarum omnium

Genes. 1. nium rerum summam breuissimam expressam Genesis reperiemus. Sed tamen non est profecto, cur ob ista omnia similiter fateri cogamur his verbis: *Incessit stella ex Iacob*, vel: *Orietur stella ex Iacob*. significari proprie, & in rigore oriundam fore stellam de Iacob. Nam quamuis nomen illud, *Cocab*, tantùm significet stellam, & sidus cæleste: sed queso paulisper nobis refferāt, natiuam ne stellarum sedem, an aliam præter cælum, illis vnquā adinuenire fuerit permissum? Si ergo hoc minime illis conceditur: cùm contrarium Genes. dicatur: *Et posuit eas Deus in firmamento cæli: vt illuminarent terram*. Et Eccl. *Species cæli gloria stellarum*. Et Esai. *Quoniam stellæ cælorum, & oriens eorum non lucere facient lumen suum.* Et Genes. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi*. Et Daniel. *Benedicite stellæ cæli Domino*. Et ex Philosophis Aristoteles, Macrobius, Ptholomeus, Plato, Auicena, Albumazar, Hyppocrates, & ferè cuncta clasis illorum in hanc eandem ingressi fuerunt sententiam: Tum etiā cùm corpori cælesti, quale est stella, locus cęlestis vt correspondeat, sit maxime necessarium: qua ratione commoti vnquàm dicere ausi fuerunt, stellam oriundam esse ex Iacob: ita vt cortex nudus literę pręsefert? Sed ab imis fundamētis eorum peruerso erore insita & innata stellarū natura euertatur: funditusq; peruertatur cælestis, & admirandus ordo illarum, quem in prima earum cōditione, & creatione Deus statuendum esse mature & prudentissime secum decreuit; & confundantur omnia, vt suam malitiā clarius cūctis ostendāt.

Genes. 1. — Eccl. 43. — Esai. 13. — Genes. 36.

Resp. 2. Quęso, mihi dicant, qua ratione ea quæ sequuntur statim, huic stellæ applicari possint tanquam synonyma? *Et surget virga ex Israel: & transfiget terminos Moab*, &c. *Et dominabitur de Iacob: & perdere faciet superstitem de ciuitate*, &c. Si stella: qua ratione virga? Si virga & stella simul: qua ratione dominabitur. Nàm dominari propriè nullę alij naturę, præterquam naturę intellectuali & diuinę aptari potest: cùm absolutum dominium vtendi aliqua re, aut fruendi illa absolutam & plenam libertatem requirat, & postulet. Ergo cùm impossibile sit naturę insensibili (vt insensibilis est) naturam intellectualem, aut proprietates eius illi diuinitus cōmunicari: ex repugnantia & contradictione, quam naturæ istæ inter se ipsas præseferunt. Consequens fit, vt iam tanquā

error

error manifeſtus, maximeque teſtimonio diuino, & rationi naturali contrarius: expoſitio execrabilis & deteſtanda maiorum veſtrorum à conſpectu noſtro procul amandetur. Et vt talis antiquitus amandata fuit: quando Paraphraſtes Chaldæus, vbi nos legimus: *Incedet ſtella ex Iacob:* conſulto, vt vna nobiſcum, vos inſenſati Iudæi, ſi nõ legere, ſaltem tamen interius hæc eadem nobiſcum ſentire conaremini, legat: *Video eum, & non modo intueor eum, ſed non eſt prope. Cùm conſurget Rex de domo Iacob, & vngetur Chriſtus de domo Iſrael: & occidet Principes Moab & dominabitur omnium filiorum hominum, &c.* Et quando Rabbi Salomon, vt hunc errorem funditus euertere conaretur, apertè teſtatum fuiſſe reperimus: cuncta iſta quæ retulimus, de nullo alio præterquam de Meſsia intelligi poſſe. De quo Pſal: dictum eſt: *Et dominabitur à mari vſq; ad mare. & à flumine vſq; ad terminos terræ. Ante eum procident populi. & inimici eius puluerem lingent, &c. Et adorabunt eum omnes Reges: omnes gentes ſeruiẽt ei:* vel vt Chaldæus legit: *Et dominabitur ab angulo maris magni, ad angulũ maris magni, &c. Coram eo humiliabuntur* Proceres: *& patroni inimicitiæ eius puluerem lingent, &c. Et adorabunt eum omnes Reges: omnes populi ſubditi erunt ei.* Pſal. 72.

CAP. I.

Nouæ expoſitiones huius teſtimonij à Rabbinis allatæ reijciuntur.

DIfficiles ſyrtes, periculoſas cautes, pertimeſcẽdas ſcillas, & caribdes fœliciter, Deo auſpicante pertranſiuimus: quibus naufragium miſerandum palam cunctis Chriſtianis minabatur Maiores veſtri. Sed ecce iterum pertimeſcenda dira monſtra, horribilia portenta nobis occurrũt (iniquitatem & mendatium dico) quæ tanquam ceraſtes in via vt mordeant calcaneos æqui, æquitantẽq; retrorſum cadere cogant, nobis ſe opponunt. Illi inquam, qui vt veritati tantum calide inuidientur, eiuſque protectores interficiant: in aliam ſententiam ſunt ingreſsi: dictitantes, quôd eſto illis verbis: *Orietur ſtella de Iacob:* Princeps magnus intelligatur: qui inſtar lucidiſsimæ ſtellæ & virgę fortiſsimæ, ampliſsimarum ſuarum diuitiarũ ſplendore, inuicta animi & potentię ſuę vi, & immenſa imperij ſui magnitudine, omnes Duces Moab ſit grauiter percuſſurus, glorioſaſq; victorias de innumeris gentibus reportaturus Geneſ. 49 Noua expoſitio.

rus: sed tamen hæc omnia solum potentissimum illũ Dauid apertè demonstrare, certissimeq; in integrum cuncta ista in illo vno adimpleta fuisse. Præsertim cùm intueantur, Samuel. nobis perhibere sacram Scripturam. *Tulitq; Dauid frenum aquæductus de manu Pelisthin: & percussit Moab: & mensus est eos, funiculo coæquando terræ, &c. Et fuerunt Moabitæ ipsi Dauid serui, portantes munus, &c. Etiam ea sanctificauit Rex Dauid Domino cum argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat: de Aram, & de Moab, &c. Et posuit in Edom Præsides: In omni Edom posuit Præsides: Et fuerunt omnes Edomæi serui Dauid.* Sed maiori impetu, & vehementius vt his omnibus occurramus, est necesse. Neque ob istud testimonium est, cur iam fugam quærere tanquam effœminati cogamur. Nam licet hæc omnia illis minime inficiari possimus: & quod magis est Dauid ex stirpe illa generosissima Iacob suam prosapiam, illustrem & regiam traxisse: quod vnum maximè cohæret verbis illis prophetæ Balaam: *Orietur stella ex Iacob.* Sed vt cuncta de illo necessariò exponenda esse omnibus clarius ostendant: demonstrent etiam nobis, est opus: quo loco sacræ Scripturæ adinueniăt, Regem Dauid destruxisse omnes filios Seth: vt vaticinium Balaam palam innuit: *Et distruet omnes filios Seth.* Aut perdidisse superstitem de ciuitate: & montem Sehyr occupasse. Cùm nō solum filios Sem per mille & fere quingentos annos tunc desideratos, tempore huius prophetiæ, reperiamus: quando illa generali inundatione Diluuij fuerant submersi: vt illa verba Genes. ostēdunt: *Et fuerunt filij Noach qui egressi sunt de archa, Sem, Cham, & Iepheth. Et Cham est pater Chenaan. Tres isti filij Noach. Et ab istis dispersa est omnis terra.* verum etiam sit certissimum, nunquam montē Sehyr quem Iosuæ Esau in possessionem dedisse perhibetur, Dauid occupasse: neq; superstitem ciuitatis destruxisse, & dissipasse. Cū planè intueamur eo tempore, quam plurimos Reges per vniuersas mūdi regiones esse dispersos: quos eum & si non superasse, at saltem populorum numero, imperij magnitudine, & subditorum multitudine illum adequasse antiqua veteris testamenti monumenta acclamare experimur.

2 Sam. 8.

Gene∫. 9.

Io∫. 24.

Re∫pōnsio ex po∫itio.

2. Exp.

Neq; minus falsa & ridicula haberi debet aliorum Rabbinorum vestrorum expositio; qui cùm intueantur Regem Salomonem magnificatum esse

præ

præ omnibus Regibus Iſrael, & præ omnibus Regibus terræ in diuitijs, & ſapientia: ita 1.Reg.10. vt Reg. dicatur: *Quod quærebant omnes habitatores terræ faciem Salomonis: vt audirent ſapientiam eius, quam poſuerat Deus in corde ſuo. Et afferebant vnuſquiſq; munus ſuum, vaſſa argentea, & vaſſa aurea, & veſtes, & arma, & aromata æquos, & mulos:* arbitrantur omnia iſta verba prophetiæ Balam, in eo vno completa eiſſe. Nam eſto hæc omnia ve- Reſpõ. riſsima ſint: & adeo diuitijs prę omnibus regibus abundauerit, vt illa verba prę ſe ferunt, in eodem capite. *Non erat argentum, nec reputabatur in diebus Salomon quidquam:* ſtatim tamen falſitatem huius interpretationis abſq; vllis ambagibus eadem met Scriptura cũctis oſtendit dicẽs: *Et iratus eſt Dominus cõtra Salomonem quia* 1.Reg.11. *declinauerat cor eius à Domino Deo Iſrael. Qui conſpectus fuerat ei duabus vicibus, & præceperat ei ſuper verbo hoc: vt non iret poſt Deos alienos: & non cuſtodiuit, quod præcepit Dominus. Dixit autem Dominus ad Salomonem: pro eo quod fuit hoc, & non cuſtodiſti pactum meum, & decreta mea, quæ præcipio tibi: ſcindendo ſcindam Regnũ tuum à te: & dabo illud ſeruo tuo.*

Neq; aliquid cõtra nos mouẽtur, ſi in medium adducant verba, quæ ſubſequntur: *Veruntamen in diebus tuis non faciam hoc* Replic. *propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui ſcindam illud.* nam quamuis toto decurſu vitæ Salomonis, nunquam ei ablatum fuerit ſceptrum Regni eius: aut aliqua ex parte magnificentia, & amplitudo Imperij ſui fuerit diminuta: ſed hoc vnum ſubſequtum fuerit in filio eius Ieroboam: cui tantùm duę tribus ex illis duodecim quas poſſidebat eius pater, fuerunt datę: vt, 1.Reg.12. Reg. perhibetur. Sed tãtũ abeſt, vt diſsipauerit Salomon Moabitas, & mõtẽ Sehyr occupauerit, & perdere fecerit ſu- Reſpõ. perſtitem de ciuitate: vt cogamur iam dicere cum ipſa ſacra Scriptura, nunquam illum alibi arma deſumpſiſſe, aut claſſes validiſsimas militum cõtra inimicos ſuos paraſſe. Quę omnia ſatis demonſtrant & illa, quę in 1. lib. Reg. habentur, 1. l.Re. cunctaq; vitę ipſius hiſtoria, & nomen eius, nempe Salomõ, qui pacificus nuncupatur.

Quam vero ſumme ſit contraria veritati expoſitio Rab- 3.Expoſitio. bi Salomonis; qui vna nobiſcũ affirmans verba illa: *Incedit ſtella ex Iacob, & ſurget virga ex Iſrael & trãſfiget &c.* palã oſtẽdere aduentum primum Meſſię non ſolùm dicebat in vnum

prę-

Deo pati poſsint:ad eius amorem,armorũ ſtrepitu , aut violentia quadam , adducere valeret ? Quomodo homines ob peccata ipſorũ à Deo maximè auerſos,ad creaturas autem cõuerſos , iterum in priſtinã ſuã amicitiam reuocare poſſet : ſi inuictam ſuam fortitudinẽ, varijs prælıorum & ſupliciorum generibus in illos oſtentaret,ac exerceret? Qua ratione præmio beatitudinis dignisſimi ob merita ſua : vt innituntur Paſſioni & meritis capitis eorum, nẽpe Chriſti: homines fieri,& vocari mererentur : ſi metu & non libere ea omnia præſtarẽt? Venturus erat Meſsias,vt oues quæ diſperſę erant â grege Domini,congregaret , & infirmas ſanaret: contractas conſolidaret,lãguidas roboraret, ad eruẽdum eas de omnibus locis , in quibus diuagabantur : nè amplius eſſent in direptionem,& deuorationẽ omni beſtiæ agri. Et vt induceret eas in terram ſuam,& paſceret eas in montibus Iſrael,in riuis , in paſcuis bonis & pinguibus. Et vt perditas requireret,abiectas reduceret:vt Ezechi. dicitur. Et tãdem,vt in funiculis Adam , traheret homines funibus charitatis : & eſſet eis tanquam exaltãs iugum in maxillis eorũ,declinans ad eos cibum. Et audetis vos modò, impiam & cõſceleratã iſtam interpretationẽ Rabbini conſcelerati veſtri in medium adducere? ſed quid adducere? imo palam tueri. Teſtatur Eſaias,Meſsiã noſtrũ mittendum eſſe à Deo, ad annunciandum manſuetis. *Vt oblimiret contritos corde, & prædicaret captiuis libertatẽ, & vinctis apertionẽ carceris. Vt prædicaret annum voluntatis Domino, & diem vltionis Deo noſtro. Vt cõſolaretur omnes lugentes, vt poneret lugentibus in Sion: & daret eis gloriam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu ſtricto. Vt vocaret eos arbores iuſtitiæ,plantationẽ* Domini *ad glorificationem.* Et c. 53. expectantium oculis,vt cunctos mortales ad magnam cõmiſerationẽ, & peccatorum ſuorum grauisſimam cõpuntionem,ex eo tẽpore iam excitaret : ſpeciẽ illam,& figuram Meſsiæ noſtri ſubijcit,admiratione ingẽti ſtupefactus,dicens: *Quis credidit auditui noſtro? & brachium* Dominẽ *cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo , & ſicut radix de terra deſerti. Nõ eſt forma ei,neq; decor. Et vidimus eum, & non erat aſpectus, vt deſideraremus eum. Deſpectus eſt, & abiectus inter viros Vir dolorum. Et expertus infirmitatẽ, & quaſi abſcondebamus faciem ab eo. Deſpectus erat, & non reputauimus eũ. Verè langores noſtros ipſe tulit,*

Ezech.34

Oſea.11.

Eſai. 61.

Eſai 53.

& dolores nostros portauit: & nos reputauimus eum plagatum, percussum à Deo, & humiliatum &c. Opressus est, & afflictus est: & non aperuit os suũ. Sicut agnus ad occisionẽ ductus, & sicut ouis corã tõdẽtibus eã, obmutuit, & nõ aperuit os suũ, &c. Quoniã abscissus est de terra viuentium propter præuaricationẽ populi, &c. Ideo pactum dabo ei cum multis, & cũ fortibus diuidet spolia: pro eo quod effudit in mortẽ animã suã, & cũ præuaricatoribus numeratus est. Regiusq; Dauid in hac vna re est totus intentus: quãdo in persona Mesiæ nostri in hæc verba prorrũpens dixit: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me elongatus à salute mea, & verbis rugitus mei. Deus meus clamo in die, & nõ exaudis: & nocte, & non est silentium mihi, &c. Et ego sum vt vermis, & non vir: opprobrium hominũ, & contẽptus populi. Omnes vidẽtes me subsanabunt me. Emittent per labiũ, mouebunt caput dicendo: deuoluit se ad Dominum, eruat eum: eripiat eum, quoniam cõplacuit in eo, &c. Circundederunt me vituli multi: tauri Basam instar coronæ circundederunt me. Aperuerũt super me os suum vt leo rapiens, & rugiẽs: sicut aqua effussus sum. Separauerunt se omnia ossa mea: fuit cor meũ sicut cera, liquæfecit se in medio viscerum meorum. Aruit tanquam testa fortitudo mea: & lingua mea adhæsit faucibus meis. Et in pulue rem mortis pones me: quoniam circundederunt me canes, cõgregatio malignantium circundederunt me. Foderunt manus meas & pedes meos: numerabo omnia ossa mea, &c. Diuident vestiméta mea sibi ipsis: & super vestem meam proijcient sortem. Et tu Domine, ne elõges te fortitudo mea: ad auxilium meum festina. Quæ omnia vnicuiq; vestrum intueri licebit copiosius. Psal. Tandem vociferatur, & exclamat adhuc Esai. Mesiam nostrum ad hoc tantum carnẽ humanã assumpturum fore: vt saluet vniuersos mortales, dicens: Et nunc dixit Dominus, formans me ex vtero seruũ sibi, &c. Et dixit: leue est, vt sis mihi seruus ad suscitandum tribus Iacob, & dessolatos Israel ad conuertendum. Et dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Et adhuc vos, omnium istorũ immemores cũ vestro Rabbi Salomone dictitare conamini, primũ aduẽtum Mesiæ futurum esse cum magna armorũ classe, cum ingenti munitionũ apparatu ad dissipandũ vniuersum genus humanum: ob prauam & stultam istorum verborum: Orietur stella de Iacob: & trãsfiget Duces Moab, & destruet omnes filios Seth, &c. intelligentiam: Appropinquabit equidẽ (mihi credite) in nouissimis die-

Psal. 21.

Psal. 2. 6. 17. 20. 31. 32. 35. 38. 55. 59. 69. 88. 109. & 140.

Esai. 49.

diebus,& eo armorũ ſtrepitu, qualẽ illa verba Eſa. pręſeferũt: *Vlulate, quia prope eſt dies Domini: veluti præda ab omnipotẽte veniet. Idcirco omnes manus debiles erunt, & omne cor hominis liqueſcet: & terrebuntur. Anguſtiæ & dolores tenebunt eos: & veluti parturiẽs dolebũt. Vnuſquiſq; ad proximum ſuum ſtupebunt. facies flãmarũ facies eorũ. Ecce dies Domini venit crudelis, & indignatio, & ira furoris: vt ponat terram in ſolitudinem, & peccatores eius diſperdat ex ea. Quoniã ſtellæ cælorum, & oriones eorum non lucere facient lumẽ ſuũ. Obſcurabitur Sol, quando egredietur: & Luna non ſplendere faciet lumen ſuum. Et viſitabo ſuper orbem malũ, & ſuper impios iniquitatẽ eorũ.* Et illa Soph. *Iuxta eſt dies Domini magnus, &c. dies iræ dies illa: dies anguſtiæ & afflictionis, dies tumultus & deſſolationis, dies tenebrarum & caliginis: dies nubis, & caliginis, dies tubæ & tarãtaræ ſuper ciuitates munitas, & ſuper turres excelſas. Et anguſtijs affi-ciam homines, & ambulabunt vt cæci: quia Domino peccauerũt. Et effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & caro eorũ ſicut ſordes.* Et illa Malac. *Et quis ferre poterit diem, quando veniet? & quis poterit ſtare, cum apparuerit? &c. Et ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui: & conflabit eos ſicut aurũ, & ſicut argentum.* Et vt veſtrã obſtinatã perfidiam in conſpectu cunctarum gentium, nationum, Angelorum, & Dæmoniorum, publico iuditio, oſtendat, iudicet, & publico ſupplicio puniat: niſi palinodiam modò recantare conemini.

Eſai. 13.
Sophon. 1.
Malach. 3

CAP. II.

Cuius momenti ſint aliæ interpretationes Iudæorum, in iſtud teſtimonium excogitatæ, demoſtratur.

SEd hæc modo omiſſa faciẽtes, opus eſt, vt ſtatim exactius examinemus, cuius momenti & ſtimationis ſit expoſitio eorum Rabbinorum veſtrorum: qui intuentes cũcta iſta minime cõtextui & intẽtioni prophetiæ Balam adaptari poſſe; arbitrãtur, dicẽtes intrepidè tenendũ eſſe verba prophetiæ huius, vni Iorã, Regi inuictiſsimo populi Iſraelit. eſſe applicãda: ex eo quòd Reg. referat Scriptura: *Et trãſiuit Iorã in Sehyr, & omnes currus cũ eo. Et fuit ipſe, & ſurrexit nocte, & percuſsit Edõ, qui circũdederat eũ & principes curruũ: fuit'ꝑ populus in tabernacula ſua.* Sed certẽ meo iudicio, & doctiſsimorũ virorũ, non minus veritati & ſenſui Spiritus ſancti, illis verbis Balã. *Orietur ſtella*, &c. intẽto aduerſatur expoſitio iſta. Nã prę terquã quod ſtatim adinueniemus, ipſum Regẽ Iorã nunquã

4. Exp.
2. Reg. 3.
Reſp.

 Idu-

Idumęum populum ita subiugasse, vt illum in seruum suum excepisse, aut Regni Israelitici ditioni abdicasse legatur: cùm potius contrarium ex verbis eiusdē capitis inferius propè subsequtis liceat nobis colligere: quæ sic se habēt: *Et defecit Edom à potestate Iehuda vsque ad diem hāc*. Quæ omnia maximè pugnant cum illis verbis prophetiæ Balam, nempe: *Et erit Edom possessa*: Vel vt Complutensis lectio habet: *Et erit Idumæa possessio eius*: Vel vt Chaldæus: *Et erit Idumæa hæreditas*. Similiter certiores non reddidit ipsa sacra Scriptura in eodē cap. nunquā Regē Iorā, aut Populū eius Israeliticū illis tēporibus diuitijs Idumæorum ditatum fuisse, aut dominatum esse cæterarum nationū & gētium: quominus nō solū grauissimis bellorum incēdijs, ex eo tēpore Populū Israeliticū ab Arameis vndiq; circūuētū: verū Regē Iehoachaz durissima seruitute ab eisdē similiter oppressum fuisse intueamur: vt
2. Reg. 13. Reg. nobis reffert Scriptura.

Quod si ad expositionē aliā
5. Exp. doctissimorū Rabbinorum vestrorū palā dicentiū: ista verba Prophetę Balā: *Orietur stella de Iacob, &c.* in illo bellicosissimo Duce Ehud iā diu adimpleta esse, mentē nostrā conuertamus: quis quęso, tam parū in lectione sacrę Scripturæ est ita versatus, qui istorū interpretationem, tanquā ridiculam & fabulosam non irrideat, & palā detestetur? Nā quāmuis verissimū sit, magnanimū illū Ducē interfecisse Eglom Regē Mohabitarum: ex quo factū fuit, vt Populus Israeliticus octoginta annis dominatus fuerit omniū Mohabitarū: vt illa verba præseferunt: *Dixitq; Ehud: verbum* Iudic. 3.
Dei mihi est ad te. Et surrexit de solio: misitq; Ehud manū sinistram suam, & tulit gladium à fæmore dextero suo, & infixit eum in ventrem eius, &c. Et fuit dum ingrederetur, clanxit tuba in monte Ephraim, descenderuntq; cum eo filij Israel de monte, & ipse ante eos: dixitq; ad eos. Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicus vestros Moab in manu vestra. Et descenderunt post eum, & cæperunt vassa a Iarden ipsi Moab, & non permisserunt quemquā transire. Percusseruntq; Moab in tēpore illo circiter decē millia virorū, virum omnem pinguem, & omnem virū fortem: & nō euasit quisquā, humiliatusq; est Moab in die illa sub manu Israel: & quieuit terra octoginta annis. Quæ omnia maximè cohærent cū illis verbis superius allatis, nēpe: *& percutiet Duces Moab, &c.* Sed vlterius progrediantur hi cum Rabbinorum suorum vana interpretatione: vt ostendant

etiam

etiam nobis locũ illum Sacræ Scripturæ, quo nobis perhibeatur, Ducẽ illum Ehud, aut populũ Israeliticum ex tunc cũctarũ gentium imperiũ sibi applicuisse: vt illa verba prophetiæ Balã præseferunt: *Et perdere faciet superstitem è ciuitate*, vel, *euasorem*: vel vt Chaldæus legit: *Qui euaserit de ciuitate populorũ*. Præsertim cum statim Iudic. adinueniamus hæc, quę sequuntur: *Addiderunt autem filij Israel, vt facerent in oculis Domini, & Ehud mortuus erat: & tradidit eos Dominus in manu Iabin Regis Chenaham, qui regnauit in Chasor*. Et demonstrent similiter nobis, quãdo ex eo tẽpore Edom, licet per breuissimum tempus, ab illo fuerit occupata, vel à Populo Israelitico, aut ab illis interfecti fuerint alij Seth: illis liberè à nobis conceditur locus: dũmodo iam cæteri dicere pertimescãt, hæc omnia simul adimpleta esse in his duobus clarissimis viris, nempe in Iorã, & in Ehud, quos nuper superius retulimus. Qua execranda blasphemia nuper prolata, cogamur omnes cũ Baruc de illis dicere: *Abierũt vnusquisq; in sensum cordis nostri maligni: tradiditq; eos Deus in reprobũ sensum*. Et quis quęso adeo veritati est infestus qui hæc omnia fateri audeat? audeat equidẽ: vt iam tanquã vesanus, parũq; de sacra Scriptura benemeritus cunctis appareat: & de illo cũ Dauid palam acclamare possimus: *Mentita est iniquitas*, vel vt alij legunt: *mendaciũ sibi*. Fieri ne potest, vt nondũ considerauerit insignes victorias, & memorabiles triũphos, qui illis tẽporibus reportandi erãt: vt ex prophetia Balã aperte colligitur: vni potissimo Duci, & Regi inuictissimo: & non duobus referẽdas esse? nobis id insinuante Scriptura, illis verbis: *Orietur stella de Iacob, & surget virga ex Israel: & transfiget terminos*, vel, *Duces Moab: & perdere faciet superstitem de Ciuitate*. Si plures ergo futuri essẽt Duces, qui illa præclara, & heroica facinora in ostensionem omnipotẽtiæ Dei præstare debebant: cur Spiritus sanctus attestatur: orietur, & non orientur: surget, & non surgent: transfiget, & nõ trãsfigẽt: perdere faciet, & nõ perdere facient? Superest ergo, vt cũcta ista prophetię verba, authoritate vestra, quæ summa est: à vobis denuo immutẽtur, & Spiritus sancti verba corrigantur: vt vestrã interpretationẽ recipiamus libenter. Quido quidẽ eõ iam arrogantia vestra & libertas insolens est præter uecta: vt omnia facere sibi licere existimet, quæ & veritati, & Religioni nostræ maximè ad-

Margin notes: Resp. — Iudic. 4. — 6. Expositio. — Baruc. 1. — Psal. 27.

re, sed quid penetrare, imo per breuissimum tẽpus occulis intentis conspicere tẽtauerit: nõ statim ob immensum huius cęlestis sideris fulgorem, quẽ ex se diuinitus vndequaq; effudit, totus quasi eneruatus, obfuscatus, ac ferè uidendi potentia orbatus, & prorsus destitutus nõ permaneat? Neq; id mirum iam alicui esse debet: cum non solũ apertissimè intueatur, Messiã Nostrũ siue ex ea parte, qua originẽ suam clarissimã secundum naturã humanam ex Patriarcha Iacob ducebat, vt Mattheus noster illis verbis perhibet: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid: filij Abrahã: Abrabam genuit Isac: Isac autẽ genuit Iacob &c.* siue ex ea, qua Deus erat, vt Ioã. ostẽdit: *In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ, &c. Et lux in tenebris lucet.* vel vt clarius loquamur; provt homo, aut in quantũ Deus erat: adeo sidus magnę & immensę magnitudinis, ob immẽsitatẽ luminis ex vtraq; parte mirifice micantis, ipsoq; Sole corporali tanto splendidiorem extitisse: quãtũ ex verbis Ioã. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & tenebræ eam non comprehenderunt, &c, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hũc mũdũ.* cõiectari licet vnicuiq; : verũ etiã apertè cognoscat, ac

Matth. 1.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

experiatur illũ etiam potentẽ maximè fuisse ad dissipandas cunctas densissimas ignorantię tenebras, quę fere vniuersas mentes mortaliũ occupauerãt, Dauid acclamante, Psal. vt Paraphr. Chal. legit: *Alieni facti sunt ab vtero peccatores, errauerunt à ventre: loquntur mẽdaciũ, &c Sicut limax tabefactus qui cõsumitur itinere suo: sicut sorex & talpa cæcus, qui nõ vidẽt solẽ.* Sed quid dissipandas? imo ad conuertendas tenebras in lucẽ: barbaras inquam illas gentes, quę instar beluarum hàc & illàc secundũ desideria carnis in omnibus que gerebant, gradiebãtur: in cognitionem veri & summi Dei: vt verba Psal. apertè demonstrant: *Domine Deus exercituum, quis sicut tu fortis Domine? & veritas tua in circuitibus tuis, &c. Beatus Populus, qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, in nomine tuo exultabunt omni die: & in iustitia sua exaltabunt se.* Vel vt Chaldęus legit: *Domine in lumine splẽdoris faciei tuæ ambulabũt, & liberabuntur in iudicio.* Et illa Psal. *Volue vel Deum viam tuã, & confide in eo: & ipse opperabitur, & educet sicut lumen iustitiã tuam, & iudicium sicut meridiem.* Et Psal. *Resplenduit in tenebris lumen: rectis clemens, & miserator, & iustus.* Et Psal. vt Paraphr. legit: *Deus in cælis cælorũ: boni-*

Psal. 57.

Psal. 89.

Psal. 36.

Psal. 111.

Psal. 36.

bonitas tua, fides tua vsq; ad æthera: iustitia tua excelsa sicut montis fortis: & iudicia tua profunda sicut abyssi magnæ. Homines & iumenta saluabis Deus: quàm prætiossa misericordia tua Deus. Homines autem in vmbra diuinitatis tuæ expectabunt, satiabuntur à pinguedine benedictionis domus tuæ: & à torrente delitiarum tuarum potabis eos, quoniam apud te sunt stillicidia aquæ viuentis. In splendore gloriæ tuæ videbimus lumen: impartire bonitatem tuam cognoscentibus te, &c. Et illa Esai. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in terra vmbræ mortis lux splenduit super eos.* Et eiusdem: *Tunc erumpet quasi aurora lumen tuũ, & sanitas tua cito germinabit, &c. Orietur in tenebris lux tua, & caligo tua erit sicut meridies.* Et etiam: *Ego Dominus vocaui te in iustitia: & appræhendam manum tuam, & custodiam te. Et dabo te in fœdus Populi, in lucem Gentibus: vt aperias oculos cæcos, vt educas è carcere vinctum, è domo carceris sedentes in tenebris.* Et expositio illa Rabbi Hadarsan in lib. Midraste hilim, vt reffertur ab Augustino Iustiniano Psalterio suo, Psalm. 36. Euenit autem, vt quispiam nitteretur accendere lucernam nocte. Lucerna verò frequenter extinguebatur: dixit itaq; vsq; quo fatigabor in opere hoc, expectabo ortũ Solis, & ambulabo in lumine Solis. Ita Israel oppræssi sunt in AEgypto: surrexerũt Moyses & Aarõ, & liberauerũt eos. Oppræssi sunt in Babilonia, & liberati sunt per manus Ananiæ, Misaelis & Azariæ. Iterũ oppręssi sunt seruitute in Edõ, & dixerũt: vsq; quo grauamur seruitute, & modó liberamur? Non quærimus amodo quòd elucescat nobis caro, & sãguis: sed Deus sanctus & benedictus in substantia sua: sicut dictũ est, *Deus & eluce, cet nobis.* Quo munere quã præclarè functus fuerit Messias noster, satis demonstrãt illa verba, quæ à Ioã. reffe runtur prolata à Christo Redẽptore nostro: *Hoc autẽ iudicium: quia lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras quàm lucẽ.* Et illa eiusdẽ Ioan. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulabit in tenebris: sed habebit lumẽ vitæ.* Et Ioan: *Quã diu sum in mundo, lux sum mundi,* Et Ioan. *Ego lux in mundo veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Et apertè similiter ostẽdũt ea, quæ in eius Natiuitate gesta fuisse nobis perhibent Euangelistæ. Cũ adinuẽniamus Messiam nostrũ tanquã stellã splendidissimã, cuius sedes fixa, immobilis, & stabilis nõ in firmamẽto cæli, sed in si-

Esai. 9. *Esai. 58.* *Esai. 42.* *Psal. 118.* *Ioan. 3.* *Ioan. 8.* *Ioan. 9.* *Ioan. 12.*

nu Patris ęterni erat, illi in omnibus quæ ad essentiā eius spectant, eiusdem naturę & æqualis: vt Ioan. dixit: *Vnigenitus Filius qui in sinu Patris, ipse enarrabit*: non solum ortu suo humano eam claritatem, & inauditam lucem vniuersis mundi partibus, etiam semotissimis copiosè cōmunicasse: quā illustrati Reges illi Magi tanquā primitiæ totius Gētilitatis patriā suam libere relinquere, iter dificillimum aggredi, opulentissimam Ciuitatem Hierusalem ingredi, tāto ipsorū vitæ discrimine, vt Messiam dudum ortum, Iudæorumque Regem meritissimum esse palam atestarentur, vt deinceps nullus eorum tanta luce orbatus esse posset: in maximis & summis bonis habendum esse ducerent: verum etiam vniuerso decursu suæ vitæ mortalis, absque vlla temporis intermissione, instar huius nostri Solis visibilis & corporalis, cunctosq; mortales eo splendore illustrasse diuino: vt iam cum Regio Dauid acclamare possimus, tenebras nullatenus appropinquasse tabernaculo eius: sed cunctas & obscuras ignorantię noctes tanquam dies, præsentia huius
2. propietas stellarū. cælestis stellæ nostrę, statim illuminari cæpisse. Quod si paulisper stellarum naturas, & proprietates, earum inquam, quæ in cælo stellato suam sedem, à prima huius tantæ machinæ creatione, diuinitus obtinent, indagare exoptamus: vt illas huic nostrę stellæ, (Messiæ inquā nostro) adaptare contendamus: quis quæso Messiæ Nostro excelsum stellæ nomen multis & iustissimis de caussis illi iam diu debitum violenter denegarę erit ausus? Nisi tenebrarum amore ita teneatur: vt luci & splendori tanquam talpa innumeris ignorantiæ generibus immersus, sit summo opere infestus: lucemq; ipsam intueri omnino recuset, aut non valeat. Nam si in eam potissimam stellarum admirandam virtutem, qua elementa interse contraria recōciliari valent, vt ab acutissimis Philosophis accepimus: nostram oculorum aciem conuertamus: quis statim abstinere poterit, quo minus eam, summo & heroico gradu, in vno Messia nostro singulariter eluxisse palam non acclamet, & fateatur? Pręsertim, cùm longo experimento cognoscat, clarissimeq; experiatur, hac singulari Messiæ Nostri virtute & pręstantia, non tantùm elementa, sed duos illos Populos Israeliticum & Gentilicum iam olim figuratos. Genes. *Et concepit Rebeca vxor* Genes. 25.

 eius;

eius: & collidebant se filij in vtero eius. &c. *& dixit* Dominus *ad eam: duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo Populi à visceribus tuis separabunt se: & Populus Populo robustior erit, & maior seruiet minori*: adeo interse legibus, moribus, cęremonijs, religione & pręceptis inter se cõtrarios, & repugnantes: quantum ex illis verbis
Exod. 23. Exod. *Et ponam terminũ tuum à mari Suph vsque ad mare Philistim, & à deserto vsq; ad flumen: quia dabo in manu vestra habitatores terræ: & eiicies eos à facie tua. Nõ percuties cum eis & Dijs eorum fœdus: non habitabunt in terra tua, ne forte faciant te peccare mihi.* Et illis Deutero.
Deut. 7. *Cùm introduxerit te* Dominus Deus *tuus in terram, ad quam tu ingredieris, vt possideas eam: & euulserit gẽtes multas à facie tua,* Geteũ, Hergaseum *&* Hemoreum, *&* Chenaneum, *&* Perizeum *&* Heueum, *&* Iebuseum, *septem gentes multas, & robustiores te: & tradiderit* Dominus Deus *tuus coram te, & percuseris eas: perdendo perdes eas, non panges cum eis pactum, neque misereberis earum, neq; coniunges te affinitate cum eis*: colligere & suspicari nobis licet: sic diuinitus in vnum coadunatos esse à temporibus aduentus eius: vt iam non duo, sed vnus tantùm cũctis appareant. Et non tantùm appareant, verùm certissimè sint, & in vnum consistant: vt satis demostrãt illa verba Paul. *Paul. Eph. 2.* *Propter quod memores estote: quod aliquando vos, qui Gentes eratis in carne, qui dicebamini Prepucium ab ea, quæ dicitur Circuncisio in carne manufacta: qui eratis illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine* Deo *in hoc mundo: nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope, in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra: qui fecit vtraq; vnum & medium parietem macerie, soluẽs inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans: vt duos condat in semetipso in vno nouo homine. Faciens pacem: vt reconciliet ambos in duo, corpore* Deo *per crucem. Interficiens inimicitias in semetipso, & veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis: & pacem his, qui prope: quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad* Patrem. Et
Rom. 10. illa Rom. *Non enim est distinctio* Iudæi, *&* Græci: *nam idem* Dominus *omnium, diues in omnes, qui inuocant illum: Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen* Domini, *saluus erit.* Sed quid duos illos populos? imò cunctos mortales, maximè à Christo

ſto diſtantes ſimiliter illum reconcilliaſſe: vt clariſsimè oſten dunt illa. 2. ad Corint. 5. *Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt: Ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, & non reputans illis de licta ipſorum: & poſſuit in nobis verbũ reconciliationis.* Et Coloſ. Colos. 1. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum. Pacificans per ſanguinẽ Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu, in operibus malis: nunc autẽ reconciliauit in corpore carnis eius, per mortem exibere vos ſanctos, & immaculatos, & irrepræhenſibiles corã ipſo.* Ob quæ omnia non mirum ſi Meſsias noſter tanquam ille qui nõ Iudæorum tantùm, ſed Gentium Deus reconciliationis: non ſolum duorum populorum, ſed cunctorum: & tanquam verus inter homines & Deum mediator: & qui diues eſt in miſericordia, Deus totius conſolationis, Deus pacis & delectationis: qui eſt vnus Deus, & pater omnium, vt ſit omnia in omnibus: cunctis fidelibus ſuis cuiuſcunq; cõditionis, ſtatus gentis, nationis, ac ſexus eaſdem leges, eadem præcepta, eadẽ Sacramenta, eandẽ fidẽ, eadem Scripturã & doctrinã, eadem conſilia, eaſdem virtutes, eundem potum, eandem æſcam, eandem Eccleſiã, idem caput in iſta ſua Eccleſia Militanti, vt reconciliationis virtus ſummè in eo, inſtar ſtellæ nitidiſsimæ, eniteret cõſultò: cunctis inquam mortalibus relinquere decreuerit: in illa verò Triumphanti eandem eſſentiã diuinam beatis cõmunicandam polliceatur, imò liberaliter impertiatur.

Quòd ſi ad illam ſtellarum propritatem admirandam men tem reuocamus: qua illis tanquam igneæ naturæ maximè participantibus, & ob radiorum immobilitatem, & variam & multiplicem earum confractionem ineſt ac conuenit ſingularem vim caloris (ſi Platonicis adhibemus fidem, vt doctiſsime Beda noſter præſefert) in hæc inferiora imprimere: qua terra fructifera maxime reddatur. Quis adhuc tam tepidus erit, qui huius noſtræ ſtellæ ardore ignitus, in oſtenſione cæleſtis ignis, quo ſemper in ſalutem 2. Prop.

& dolores nostros portauit: & nos reputauimus eum plagatum, percussum à Deo, & humiliatum &c. Opressus est, & afflictus est: & non aperuit os suũ. Sicut agnus ad occisionẽ ductus, & sicut ouis corã tõdẽtibus eã, obmutuit, & nõ aperuit os suũ, &c. Quoniã abscissus est de terra viuentium propter præuaricationẽ populi, &c. Ideo *pactum dabo ei cum multis, & cũ fortibus diuidet spolia*: pro eo *quod effudit in mortẽ animã suã, & cũ præuaricatoribus numeratus est.* Regiusq; Dauid in hac vna re est totus intentus: quãdo in persona Mesiæ nostri in hæc verba prorrũpens dixit: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me elongatus à salute mea, & verbis rugitus mei. Deus meus clamo in die, & nõ exaudis: & nocte, & non est silentium mihi, &c. Et ego sum vt vermis, & non vir: opprobrium hominũ, & contẽptus populi. Omnes vidẽtes me subsanabunt me. Emittent per labiũ, mouebunt caput dicendo: deuoluit se ad Dominum, eruat eum: eripiat eum, quoniam cõplacuit in eo, &c. Circundederunt me vituli multi: tauri Basam instar coronæ circundederunt me. Aperuerũt super me os suum vt leo rapiens, & rugiẽs: sicut aqua effussus sum. Separauerunt se omnia ossa mea: fuit cor meũ sicut cera, liquæfecit se in medio viscerum meorum.* Aruit tanquam *testa fortitudo mea: & lingua mea adhæsit faucibus meis. Et in pulverem mortis pones me: quoniam circundederunt me canes, cõgregatio malignantium circundederunt me. Foderunt manus meas & pedes meos: numerabo omnia ossa mea, &c. Diuident vestimẽta mea sibi ipsis: & super vestem meam proijcient sortem. Et tu Domine, ne elõges te fortitudo mea: ad auxilium meum festina.* Quæ omnia vnicuiq; vestrum intueri licebit copiosius. Psal. Tandem vociferatur, & exclamat adhuc Esai. Mesiam nostrum ad hoc tantum carnẽ humanã assumpturum fore: vt saluet vniuersos mortales, dicens: *Et nunc dixit Dominus, formans me ex vtero seruũ sibi, &c. Et dixit: leue est, vt sis mihi seruus ad suscitandum tribus Iacob, & dessolatos Israel ad conuertendum. Et dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Et adhuc vos, omnium istorũ immemores cũ vestro Rabbi Salomone dictitare conamini, primũ aduẽtum Mesiæ futurum esse cum magna armorũ classe, cum ingenti munitionũ apparatu ad dissipandũ vniuersum genus humanum: ob prauam & stultam istorum verborum: *Orietur stella de Iacob: & trãsfiget Duces Moab, & destruet omnes filios Seth, &c.* intelligentiam: Appropinquabit equidẽ (mihi credite) in nouissimis die-

Psal. 21.

Psal. 2. 6. 17. 20. 31. 32. 35. 38. 55. 59. 69. 88. 109. & 140.
Esai. 49.

diebus,& eo armorũ ſtrepitu,
Eſai. 13. qualẽ illa verba Eſa. pręſeferũt:
Vlulate, quia propè eſt dies Domini: veluti præda ab omnipotẽte veniet. Idcirco omnes manus debiles erunt, & omne cor hominis liqueſcet: & terrebuntur. Anguſtiæ & dolores tenebunt eos: & veluti parturiẽs dolebũt. Vnuſquiſq; ad proximum ſuum ſtupebunt. facies flãmarũ facies eorũ. Ecce dies Domini venit crudelis, & indignatio, & ira furoris: vt ponat terram in ſolitudinem, & peccatores eius diſperdat ex ea. Quoniã ſtellæ cælorum, & oriones eorum non lucere facient lumẽ ſuũ. Obſcurabitur Sol, quando egredietur: & Luna non ſplendere faciet lumen ſuum. Et viſitabo ſuper orbem malũ, & ſuper impios iniquitatẽ eorũ. Et
Sophon.1. illa Soph. *Iuxta autẽ eſt dies Domini magnus, &c. dies iræ dies illa: dies anguſtiæ & afflictionis, dies tumultus & deſſolationis, dies tenebrarum & caliginis: dies nubis, & caliginis, dies tubæ & tarũtaræ ſuper ciuitates munitas, & ſuper turres excelſas. Et anguſtijs afficiam homines; & ambulabunt vt cæci: quia Domino peccauerũt. Et effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & caro eorũ ſicut ſordes.* Et
Malach.3 illa Malac. *Et quis ferre poterit diem, quando veniet? & quis poterit ſtare, cum apparuerit? &c. Et ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui: & conflabit eos ſicut aurũ, & ſicut argentum.* Et vt veſtrã obſtinatã perfidiam in conſpectu cunctarum gentium, nationum, Angelorum, & Dæmoniorum, publico iuditio, oſtendat, iudicet, & publico ſupplicio puniat: niſi palinodiam modò recantare conemini.

CAP. II.

Cuius momenti ſint aliæ interpretationes Iudæorum, in iſtud teſtimonium excogitatæ, demoſtratur.

Sed hæc modo omiſſa faciẽtes, opus eſt, vt ſtatim exactius examinemus, cuius momenti & ſtimationis ſit 4. Exp.
expoſitio eorum Rabbinorum veſtrorum: qui intuentes cũcta iſta minime cõtextui & intẽtioni prophetiæ Balam adaptari poſſe: arbitrãtur, dicẽtes intrepidè tenendũ eſſe verba prophetiæ huius, vni Iorã, Regi inuictiſsimo populi Iſraelit. eſſe
applicãda: ex eo quód Reg. ref 2. Reg. 3.
ferat Scriptura: *Et trãſiuit Iorã in Sehyr, & omnes currus cũ eo. Et fuit ipſe, & ſurrexit nocte, & percuſsit Edõ, qui circũdederat eũ & principes curruũ: fuit q̃ populus*
in tabernacula ſua. Sed certè meo Reſp.
iudicio, & doctiſsimorũ virorũ, non minus veritati & ſenſui Spiritus ſancti, illis verbis Balã. *Orietur ſtella*, &c. intẽto aduerſatur expoſitio iſta. Nã pręterquã quod ſtatim adinueniemus, ipſum Regẽ Iorã nunquã

E 2 Idu-

Idumęum populum ita subiugasse, vt illum in seruum suum excepisse, aut Regni Israelitici ditioni abdicasse legatur: cùm potius contrarium ex verbis eiusdē capitis inferius propè subsequtis liceat nobis colligere: quæ sic se habēt: *Et defecit Edom à potestate Iehuda vsque ad diem hāc.* Quæ omnia maximè pugnant cum illis verbis prophetiæ Balam, nempe: *Et erit Edom possessa*: Vel vt Complutensis lectio habet: *Et erit Idumæa possessio eius*: Vel vt Chaldæus: *Et erit Idumæa hæreditas.* Similiter certiores non reddidit ipsa sacra Scriptura in eodē cap. nunquā Regē Iorā, aut Populū eius Israeliticū illis tēporibus diuitijs Idumæorum ditatum fuisse, aut dominatum esse cæterarum nationū & gētium: quominus nō solū grauissimis bellorum incēdijs, ex eo tēpore Populū Israeliticū ab Arameis vndiq; circūuētū: verū Regē Iehoachaz durissima seruitute ab eisdē similiter oppressum fuisse intueamur: vt
2.Reg. 13. Reg. nobis reffert Scrriptura.

Quod si ad expositionē aliā
5. Exp. doctissimorū Rabbinorum vestrorū palā dicentiū: ista verba Prophetę Balā: *Orietur stella de Iacob, &c.* in illo bellicosissimo Duce Ehud iā diu adimpleta esse, mentē nostrā conuertamus: quis quęso, tam parū in lectione sacrę Scripturæ est ita versatus, qui istorū interpretationem, tanquā ridiculam & fabulosam non irrideat, & palā detestetur? Nā quāmuis verissimū sit, magnanimū illū Ducē interfecisse Eglom Regē Mohabitarum: ex quo factū fuit, vt Populus Israeliticus octoginta annis dominatus fuerit omniū Mohabitarū: vt illa verba præseferunt: *Dixitq; Ehud: verbum* Iudic.3. *Dei mihi est ad te. Et surrexit de solio misitq; Ehud manū sinistram suam, & tulit gladium à fæmore dextero suo, & infixit eum in ventrem eius, &c. Et fuit dum ingrederetur, clanxit tuba in monte Ephraim, descenderuntq; cum eo filij Israel de monte, & ipse ante eos: dixitq; ad eos. Sequimini me, tradidit enim Dominus inimicos vestros Moab in manu vestra. Et descenderunt post eum, & ceperunt vassa a Iarden ipsi Moab. & non permisserunt quemquā transire. Percusseruntq; Moab in tēpore illo circiter decē millia virorū, virum omnem pinguem, & omnem virū fortem: & nō euasit quisquā, humiliatusq; est Moab in die illa sub manu Israel: & quieuit terra octoginta annis.* Quæ omnia maximè cohærent cū illis verbis superius allatis, nēpe: *& percutiet Duces Moab, &c.* Sed vlterius progrediantur hi cum Rabbinorum suorum vana interpretatione: vt ostendant

etiam

etiam nobis locū illum Sacræ Scripturæ, quo nobis perhibeatur, Ducē illum Ehud, aut populū Israeliticum ex tunc cūctarū gentium imperiū sibi applicuisse: vt illa verba prophetiæ Balā præseferunt: *Et perdere faciet superstitem è ciuitate*, vel, *euasorem*: vel vt Chaldæus legit: *Qui euaserit de ciuitate populorū*. Præsertim cum statim Iudic. adinueniamus hæc, quę sequuntur: *Addiderunt autem filij Israel, vt facerent in oculis Domini, & Ehud mortuus erat: & tradidit eos Dominus in manu Iabin Regis Chenaham, qui regnauit in Chasor.* Et demonstrent similiter nobis, quādo ex eo tēpore Edom, licet per breuissimum tempus, ab illo fuerit occupata, vel à Populo Israelitico, aut ab illis interfecti fuerint alij Seth: illis liberè à nobis conceditur locus: dūmodo iam cæteri dicere pertimescāt, hæc omnia simul adimpleta esse in his duobus clarissimis viris, nempe in Iorā, & in Ehud, quos nuper superius retulimus. Quia execranda blasphemia nuper prolata, cogamur omnes cū Baruc de illis dicere: *Abierūt vnusquisq; in sensum cordis nostri maligni: tradiditq; eos Deus in reprobū sensum.* Et quis quęso adeo veritati est infestus qui hæc omnia fateri audeat? audeat equidē: vt iam tanquā vesanus, parūq; de sacra Scriptura benemeritus cunctis appareat: & de illo cū Dauid palam acclamare possimus: *Mentita est iniquitas*, vel vt alij legunt: *mendaciū sibi*. Fieri ne potest, vt nondū considerauerit insignes victorias, & memorabiles triūphos, qui illis tēporibus reportandi erāt: vt ex prophetia Balā aperte colligitur: vni potissimo Duci, & Regi inuictissimo: & non duobus referēdas esse? nobis id insinuante scriptura, illis verbis: *Orietur stella de Iacob, & surget virga ex Israel: & transfiget terminos*, vel, *Duces Moab. & perdere faciet superstitem de Ciuitate.* Si plures ergo futuri essēt Duces, qui illa præclara, & heroica facinora in ostensionem omnipotētiæ Dei præstare debebant: cur Spiritus sanctus attestatur: orietur, & non orientur: surget, & non surgent: transfiget, & nō trāsfigēt: perdere faciet, & nō perdere facient? Superest ergo, vt cūcta ista prophetię verba, authoritate vestra, quæ summa est: à vobis denuo immutētur, & Spiritus sancti verba corrigantur: vt vestrā interpretationē recipiamus libenter. Quido quidē eò iam arrogantia vestra & libertas insolens est præter recta: vt omnia facere sibi licere existimet, quæ & veritati, & Religioni nostræ maximè ad-

Resp.

Indic. 4.

6. Expositio.

Baruc. 1.

Psal. 27.

re, sed quid penetrare, imo per breuissimum tẽpus occulis intentis conspicere tẽtauerit: nõ statim ob immensum huius cęlestis sideris fulgorem, quẽ ex se diuinitus vndequaq; effudit, totus quasi eneruatus, obfuscatus, ac ferè uidendi potentia orbatus, & prorsus destitutus nõ permaneat? Neq; id mirum iam alicui esse debet: cum non solũ apertissimè intueatur, Messiã Nostrũ siue ex ea parte, qua originẽ suam clarissimã secundum naturã humanam ex Patriarcha Iacob ducebat, vt Mattheus noster illis verbis perhibet: *Liber generationis* Iesu Christi: *filij* David: *filij Abrahã: Abraham genuit Isac: Isac autẽ genuit* Iacob. *&c.* siue ex ea, qua Deus erat, vt Ioã. ostẽdit: *In principio erat verbũ, & verbum erat apud* Deum, *&* Deus *erat verbũ, &c.* *Et lux in tenebris lucet.* vel vt clarius loquamur; provt homo, aut in quantũ Deus erat: adeo sidus magnę & inmensę magnitudinis, ob immẽsitatẽ luminis ex vtraq; parte mirifice micantis, ipsoq; Sole corporali tanto splendidiorem extitisse: quãtũ ex verbis Ioã. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & tenebræ eam non comprehenderunt, &c, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hũc mũdũ.* cõiectari licet vnicuiq; : verũ etiã apertè cognoscat, ac experiatur illũ etiam potentẽ maximè fuisse ad dissipandas cunctas densissimas ignorantię tenebras, quę fere vniuersas mentes mortaliũ occupauerãt, Dauid acclamante, Psal. vt Paraphr. Chal. legit: *Alieni facti sunt ab vtero peccatores, errauerunt à ventre: loquntur mẽdaciũ, &c Sicut limax tabefactus qui cõsumitur itinere suo: sicut sorex & talpa cæcus, qui nõ videt solẽ.* Sed quid dissipandas? imo ad conuertendas tenebras in lucẽ: barbaras inquam illas gentes, quę instar beluarum hàc & illàc secundũ desideria carnis in omnibus que gerebant, gradiebãtur: in cognitionem veri & summi Dei: vt verba Psal. apertè demonstrant: *Domine Deus exercituum, quis sicut tu fortis* Domine? *& veritas tua in circuitibus tuis, &c.* Beatus Populus, *qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, in nomine tuo exultabunt omni die: & in iustitia sua exaltabunt se.* Vel vt Chaldęus legit: *Domine in lumine splẽdoris faciei tuæ ambulabũt, & liberabuntur in iudicio.* Et illa Psal. *Volue vel Deum viam tuã, & confide in eo: & ipse opperabitur, & educet sicut lumen iustitiã tuam, & iudicium sicut meridiem.* Et Psal. *Resplendiut in tenebris lumen: rectis clemens, & miserator, & iustus.* Et Psal. vt Paraphr. legit: *Deus in cælis cælorũ:*

Matth. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 1.
Psal. 57.
Psal. 89.
Psal. 36.
Psal. 111.
Psal. 36.

bonitas tua, fides tua vsq; ad æthera: iustitia tua excelsa sicut montis fortis: & iudicia tua profunda sicut abyssi magnæ. Homines & iumenta saluabis Deus: quàm pratiossa misericordia tua Deus. Homines autem in vmbra diuinitatis tuæ expectabunt, satiabuntur à pinguedine benedictionis domus tuæ: & à torrente delitiarum tuarum potabis eos, quoniam apud te sunt stillicidia aquæ viuentis. In splendore gloriæ tuæ videbimus lumen: impartire bonitatem tuam cognoscentibus te, &c. Et illa Esai. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in terra vmbræ mortis lux splenduit super eos.* Et eiusdem: *Tunc erumpet quasi aurora lumen tuũ, & sanitas tua cito germinabit, &c. Orietur in tenebris lux tua, & caligo tua erit sicut meridies.* Et etiam: *Ego Dominus vocaui te in iustitia: & apprehendam manum tuam, & custodiam te. Et dabo te in fœdus Populi, in lucem Gentibus: vt aperias oculos cæcos, vt educas è carcere vinctum, è domo carceris sedentes in tenebris.* Et expositio illa Rabbi Hadarsan in lib. Midrastehilim, vt refertur ab Augustino Iustiniano Psalterio suo, Psalm. 36. Euenit autem, vt quispiam nitteretur accendere lucernam nocte. Lucerna verò frequenter extinguebatur: dixit itaq; vsq; quo fatigabor in opere hoc, expectabo ortũ Solis, & ambulabo in lumine Solis. Ita Israel oppræssi sunt in AEgypto: surrexerũt Moyses & Aarõ, & liberauerũt eos. Oppræssi sunt in Babilonia, & liberati sunt per manus Ananiæ, Misaelis & Azariæ. Iterũ opprẹssi sunt seruitute in Edõ, & dixerũt: vsq; quo grauamur seruitute, & modò liberamur? Non quærimus amodo quòd elucescat nobis caro, & sãguis: sed Deus sanctus & benedictus in substantia sua: sicut dictũ est, *Deus & eluce, cet nobis.* Quo munere quã præclarè functus fuerit Messias noster, satis demonstrãt illa verba, quæ à Ioã. refferuntur prolata à Christo Redẽptore nostro: *Hoc autẽ iudicium: quia lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras quàm lucẽ.* Et illa eiusdẽ Ioan. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulabit in tenebris: sed habebit lumẽ vitæ.* Et Ioan: *Quã diu sum in mundo, lux sum mundi.* Et Ioan. *Ego lux in mundo veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Et apertè similiter ostẽdũt ea, quæ in eius Natiuitate gesta fuisse nobis perhibent Euangelistæ. Cũ adinueniamus Messiã nostrũ tanquã stellã splendidissimã, cuius sedes fixa, immobilis, & stabilis nõ in firmamẽto cæli, sed in si-

Marginal notes: *Esai. 9.* — *Esai. 58.* — *Esai. 42.* — *Psal. 118.* — *Ioan. 3.* — *Ioan. 8.* — *Ioan. 9.* — *Ioan. 12.*

nu Patris ęterni erat, illi in omnibus quæ ad essentiã eius spectant, eiusdem naturę & æqualis: vt Ioan. dixit: *Vnigenitus Filius qui in sinu Patris, ipse enarrabit*: non solum ortu suo humano eam claritatem, & inauditam lucem vniuersis mundi partibus, etiam semotissimis copiose cõmunicasse: quã illustrati Reges illi Magi tanquã primitiæ totius Gẽtilitatis patriã suam libere relinquere, iter dificillimum aggredi, opulentissimam Ciuitatem Hierusalem ingredi, tãto ipsorũ vitæ discrimine, vt Messiam dudum ortum, Iudæorumque Regem meritissimum esse palam atestarentur, vt deinceps nullus eorum tanta luce orbatus esse posset: in maximis & summis bonis habendum esse ducerent: verum etiam vniuerso decursu suæ vitæ mortalis, absque vlla temporis intermissione, instar huius nostri Solis visibilis & corporalis, cunctos mortales eo splendore illustrasse diuino: vt iam cum Regio Dauid acclamare possimus, tenebras nullatenus appropinquasse tabernaculo eius: sed cunctas & obscuras ignoran tię noctes tanquam dies, præsentia huius
2. propietas stellarũ. cælestis stellæ nostrę, statim illuminari cæpisse. Quod si paulisper stellarum naturas, & proprietates, earum inquam, quæ in cælo stellato suam sedem, à prima huius tantæ machinæ creatione, diuinitus obtinent, indagare exoptamus: vt illas huic nostrę stellæ, (Messiæ inquã nostro) adaptare contendamus: quis quæso Messiæ Nostro excelsum stellæ nomen multis & iustissimis de caussis illi iam diu debitum violenter denegare erit ausus? Nisi tenebrarum amore ita teneatur: vt luci & splendori tanquam talpa innumeris ignorantiæ generibus immersus, sit summo opere infestus: lucemq; ipsam intueri omnino recuset, aut non valeat. Nam si in eam potissimam stellarum admirandam virtutem, qua elementa interse contraria recõciliari valent, vt ab acutissimis Philosophis accepimus: nostram oculorum aciem conuertamus: quis statim abstinere poterit, quo minus eam, summo & heroico gradu, in vno Messia nostro singulariter eluxisse palam non acclamet, & fateatur? Pręsertim, cùm longo experimento cognoscat, clarissimeq; experiatur, hac singulari Messiæ Nostri virtute & prętantia, non tantùm elementa, sed duos illos Populos Israeliticum & Gentilicum iam olim figuratos. Genes. *Et concepit Rebeca vxor* Genes. 35.

 eius:

ſto diſtantes ſimiliter illum reconcilliaſſe: vt clariſsimè oſtendunt illa. *Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt: Ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, & non reputans illis delicta ipſorum: & poſſuit in nobis verbũ reconciliationis.* Et Coloſ. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum. Pacificans per ſanguinẽ Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu, in operibus malis: nunc autẽ reconciliauit in corpore carnis eius, per mortem exibere vos ſanctos, & immaculatos, & irrepræhenſibiles corã ipſo.* Ob quæ omnia non mirum ſi Meſsias noſter tanquam ille qui nõ Iudæorum tantùm, ſed Gentium Deus reconciliationis: non ſolum duorum populorum, ſed cunctorum: & tanquam verus inter homines & Deum mediator: & qui diues eſt in miſericordia, Deus totius conſolationis, Deus pacis & delectationis: qui eſt vnus Deus, & pater omnium, vt ſit omnia in omnibus: cunctis fidelibus ſuis cuiuſcunq; cõditionis, ſtatus gentis, nationis, ac ſexus eaſdem leges, eadem præcepta, eadẽ Sacramenta, eandẽ fidẽ, eadem Scripturã & doctrinã, eadem conſilia, eaſdem virtutes, eundem potum, eandem æſcam, eandem Eccleſiã, idem caput in iſta ſua Eccleſia Militanti, vt reconciliationis virtus ſummè in eo, inſtar ſtellæ nitidiſsimæ, eniteret cõſultò: cunctis inquam mortalibus relinquere decreuerit: in illa verò Triumphanti eandem eſſentiã diuinam beatis cõmunicandam polliceatur, imò liberaliter impertiatur.

2. ad Corint. 5. — *Coloſ. 1.*

2. Prop. Quòd ſi ad illam ſtellarum propritatem admirandam mentem reuocamus: qua illis tanquam igneæ naturæ maxime participantibus, & ob radiorum immobilitatem, & variam & multiplicem earum confractionem ineſt ac conuenit ſingularem vim caloris (ſi Platonicis adhibemus fidem, vt doctiſsime Beda noſter præfefert) in hæc inferiora imprimere: qua terra fructifera maxime reddatur. Quis adhuc tam tepidus erit, qui huius noſtræ ſtellæ ardore ignitus, in oſtenſione cæleſtis ignis, quo ſemper in ſalutem

1. Pet. 3. Pet. *Quia Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offeret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu.* Quę adumbrata fuerunt Deutero. Deut. 4. illis verbis. *Dominus Deus tuus ignis consumens est.* Et Esai. *Et* Esai. 10. *erit lux Israel in ignem, & sanctus eius in flammam: & ardebit: & deuorabit spinam eius, & vepres eius in die vna, &c.*

2. Proprietas. Quod si stellarum naturas, & proprietates vlterius prosequi conamur, Philosophorum antiquorum doctrinis innitentes: ex ea inquam parte, qua purissimæ, simplices & incorruptæ secundū suā naturam sunt: quo ad verò formam earū lucidissimæ, quo ad substantiā solidę, quo ad superficiem planę, quo ad situ̅ altissimę, quo ad motum velocissimę, quo ad quantitatem maximæ, vniformiter completiuę sui cursus, in suis orbibus constitutæ, luminisque sui ocultatiuæ in pręsentia Solis, à quo splendorem suum recipiunt. Modo serenitatis procreatrices, modò tempestatum concitatiuæ, directiuæ nauigantibus, nunc tristium, nunc lætorum euentuum sunt annunciantes, armoniaceq; in suis circulis pro cessiuæ. Quis quęso tā hebeti ingenio pręditus est, qui his omnibus nuper auditis, pronus in clarissimam cognitionē huius nostrę stellę lucidissimę, Messiæ inquam nostri non adducatur? animumq; suum ad illum conspiciendum ardenter applicare non cogatur? Cùm statim adinueniat Sacrā Scripturam palam acclamantem, Messiam nostrum ex ea parte qua Deus erat, adeò purissimę & simplicis naturæ extitisse: vt æternus, immortalis, & incorruptibilis meritò nuncupari potuerit à Paulo. *Regi autem sæculorum immortali, & inuisibili.* & alibi *Rex Regum, Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem.* Quatenus verò homo: adeò immunis ab omni imperfectione peccati: vt Esai. ostendit dicens. *Qui nec peccatum fecit, nec est inuentus dolus in ore eius.* Et Ioan. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Et Lucę. *Ideoque quod nascetur ex te, sanctum vocabitur, filius Dei.* Quo ad eius essentiam, & substantiam: adeò lucidissimum, & solidum, & firmum, veracem in omnibus quęcunque dixit, docuit & est pollicitus: quantum ex illis verbis cunctis intueri iam licet, Hebręo. *Multifarie, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissime diebus illis loquutus est nobis in filio, quem* costituit

1. ad Timot. 1.
1. ad Timot. 6.
Ioan. 1.
Luca. 1.
Habre. 1.

opus Redēptionis secundū beneplacitū voluntatis diuinæ,& decretū, & propositū Dei, vniformiter in curriculo huius vitę mortalis exhibitā nō nē satis ostendunt illa verba Matth? Et *circuibat Iesus omnes Ciuitates, & Castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni, & curans omnem langorem, & omnem infirmitatem.* Et illa quæ in decursu totius vitæ eius mortalis ab illo gesta fuisse perhibent cuncti Euangelistæ: quorū omniū summā facere contendens Paul. dixit: *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: Qui cùm in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinē hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Et Corint. *Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Is qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit:* id est obtulit se Patri suo in hostiā pro peccatis, *vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* Et Petr. hęc eadē conatus dixit: *scientes quod nō corruptibilibus, auro, & argēto redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi Agni incontaminati, & immaculati Christi: cogniti quidem ante mundi constitutionē, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in Deo.* Cōformitatem voluntatis Messiæ nostri cum voluntate & beneplacito Patris æterni sui, satis aperte demonstrant illa verba Ioan. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Et Ioan. *Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit.* Et Ioan. *Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius, qui missit me.* Et Ioan. *Et qui me missit, mecum est, & no reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.*

Mat. 19. Phi. 2. 2. Corint. 5. 1. Petri. 1. Ioan. 4. Ioan. 5. Ioan. 6. Ioan. 8.

Iam vero quā intentus fuerit Messias noster, vt splendorem diuinitatis eius, qua vndiq; abūdabat, occultaret: vt sic Patris eius magestas maiori reuerentia, ob portentosa miracula â Christo nomine ipsius edita, â cunctis coleretur, & suspiceretur: quis iam nondū cōsiderat? Cûm non solū adinueniamus, ipsum cum peccatoribus particularē amicitiā iniise Lucæ: *Hic peccatores recipit, & māducat cū illis.* Adeo vt Matt. â multis homo vorax, potator vini, publicanorū & peccatorū amicus apellaretur, imo & peccator, Ioan. *Alij vero dicebant, quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Et Ioā. *Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus*

Lucæ. 15. Mat. 11. Ioan. 9. Ioan. 8.

cem vitæ æternæ, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Et illa: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei, &c. Non homicidium facies, &c.* Vt his omnibus instruantur, quàm mirificè, & perfectissimè cunctæ illę proprietates stellarum in stella nostra splēdidissima, in Messia inquam, cuius meminit Balam propheta illis verbis. *Orietur stella de Iacob, &c.* splenduerint, & diuinitus illuxerint.

Math. 19.

CAP. IIII. FIRMISSIMÆ *rationes adducuntur cōtra Iudæos, ad ostēdendum Messiā nostrum optimæ stellæ munere functum fuisse.*

CVm ergo hęc ita se habeant, quæso, dicatis nobis miserrimi Iudæi: quidnam sit in causa, cur tamdiu proteruè cœleste nomen stellæ Messiæ nostro iustissimè denegandum esse arbitremini, & palā prędicetis? Forsan, quia adeò lucidissimus stetit semper, vt in conspectu eius cunctæ aliæ stellæ cęlorum, vt Iob indicauerat, nō fuerint mūdę? & in Angelis reperit prauitatem? Aut quia ipse vnus immensos errores, qui cognitionem veri Dei, & immortalitatis animæ, cunctamque salutem mortalium maximè impediebant: sic procul fulgentissima doctrina sua dissipauit, & ad nihilum redegit: vt iam homines solum splendidissimis armis lucis induerentur: & filij deinceps non tenebrarum, sed lucis; vt Paulus docebat, ab omnibus appellari possent? maximeque illis iam liceret in hæc verba prorumpere: Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate: aut quę societas luci ad tenebras: quę autem conuētio Christi ad Bellial? Si ob ista ergo, Messiam nostrum stellam appellare erubescitis: arbitrantes illum nō quamcunque stellam, sed omnium splendidissimam, imo Solem ipsum fulgentissimum iustitiæ, & intelligentiæ: qui soluens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem, dedit nobis vitam sempiternam: meritò nuncupari debere: equidem ab omni repræhensionis nota estis maxime liberi. Præsertim, cùm non solum iamdiu auribus vestris personuerint clamores dānatorum, iniquè & prauè cōtra Deum acclamantium eorū nomine. Sapien. *Ergo errauimus &c. Sol iustitiæ non illuxit nobis: & Sol intelligētiæ nō est ortus nobis:* verùm etiam nobiscum, & si renuatis, eadem attestari cogamini, cùm longo experimen-

Prima Ratio.

2. Cor. 6.

Sapien. 5.

mẽto iamdiu cognoueritis *Messiam nostrum, tanquam solem* fulgentissimum & diuinum viam salutis æternæ, multis ante aduentum eius incognitam, aut saltem inaccessibilem & difficilem: iam claram, tractabilem & facilem demonstrasse. Dæmonis opera & occultas eius insidias in nostram ruinam miserandam paratas reuelasse: cœlestique eius ardore, omnia vitiorum genera quę in cordibus ferè omniũmortaliũ fixa altas defixerãt radices, funditus dissipasse, singularique eius influxu, nẽpe prętiosissimo sanguinis sui imbre, quem ex suppremo crucis fastigio, pro reparatione generis humani, & peccatorum emundatione, copiosissime omnibus absque vlla personarum exceptione effudit: obstinata hominum corda, tanquam ceram in ardentissimum Dei amorem liquefecisse. Sic denique diuina influentia doctrinę suæ, terram istam mortalium salsuginosam quondam aridam, sterilem & infructiferam humectasse: adeoque fertilem & frugiferam; ad ędendos copiosissimos & varios sanctorum viroru sum partus, admirabiles virtutum fructus, ipsique Deo gratissimos, diuinitus reddidisse. Qualem præseferunt, & demonstrant verba illa Psal. *Visitasti terram, & potum dedisti ei: multùm ditabis eam. Riuus Dei plenus aqua, præparabis segetem eorum: quia talis præparatio eius, sulcos eius satia: depone ariolas eius, pluuijs irriga eam, gemini eius benedic. Coronasti annum benignitatis tuæ, & nubes tuæ stillabunt pinguedinem: pinguescent pascuæ deserti, & exultatione colles accingentur. Vestitæ sunt planities ouibus, & valles opperientur frumento: iubilabunt, & canent.* Vel vt Caldæus legit: *Recordatus est terræ, & potum dedisti ei: vbertate segetum ditasti eam. Ex fonticulo Dei, qui est in cœlis, qui plenus est pluuia: præparabis segetes eorum. Quando talis preparatio eius. Irrigationes germinum eius satia: compesces acies eius, stilicidijs liquefacies eam, germinationibus eius benedices. Coronasti annum bonitate benedictionis tuæ: & conculcatio nes itineris tui stillabunt pinguedinem, stillabit laudem desertum, & exultatione colles accingentur ei, &c.* & illa Psalm. *Ponet desertum in paludes, & terram aridam fontes aquarum: & collocabit ibi esurientes, & formabunt vrbem ad habitandum. Et serent agros, & plantabunt vineas*

Psalm. 65.

Psal. 106.

vineis: & facient fruges & germina, & benedicentur eis: & multiplicabuntur nimis. Et illa
Esai. 41. Esai. *Aperiam in excelsis flumina, & in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagnum aquarum, & terram solitudinis in exitus aquarum. Dabo in solitudine Cedrum, &c. Mirtum, & arborem oliuæ, &c. Vt scilicet videant, & sciant, & reponant, & intelligant pariter: quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud.* Et idem: *& po*
Esai. 51. *nam desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius veluti hortum Domini: gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Obquè omnia non mirum profecto iam, si Paulus in memoriam tantorum beneficiorum Ephes. in hæc verba
Ephes. 1. prorruperit: *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus in Christo. Quemadmodum elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, &c. vt essemus sancti, & irrepræhensibiles, in quo habemus redemptionẽ per sanguinem ipsius remissionem peccatorum iuxta diuitias gratiæ*
Secũda *suæ, &c.*
Ratio. Quod si ex ea parte, qua Messias noster Deus erat, & lucẽ habitat inaccessibilẽ, vt illa verba præseferunt: *nemo Deum vidit vnquã*: Ita vt nec oculus vllus vnquam illum viderit, neque auris audiuerit, neque in cor hominis illius effigies adæquata vnquam extiterit; non Stellam quamcumquè Messiam Nostrum appellari existimatis: sed omnium fulgentissimam & supremam earum, quæ in perpetuas æternitates sunt in Regno Cœlorum constitutæ, & in æternum sunt duraturæ: tantoquè ipso Sole materiali, & cunctis beatis splendidiorem: quantùm illa verba Sapient. docent: *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Ex ea autem parte, qua terrenus & mortalis erat: Erraticam stellam, instar earum, quę per septem orbes distinctæ, excellentissimum Planetarum nomen sunt assecutæ: vt Ptolomeo, Albumaçar, Marciano & alijs peritissimis Astrologis placuit, eundem vocari arbitramini. Id agite, & dicere vlterius prossequimini, non vobis inficiabimur: neque equidem multum ab scopo aberrare putetis. Quandoquidem instar primi orbis cælestis Planetæ Lunæ inquam: de qua sermonem instituens Macrobius.

Ioan. 1.

Sapien. 7.

Ioan.11. Mesſias,noſter , Ioan. dixit: *Pater gratias ago tibi: quia au-* Ioan.4. *diſti me?* & illa Ioan. *Meus cibus eſt,vt faciã voluntatẽ eius,qui* Ioan.5. *me miſit*:& illa Ioã. *quia nõ quæro voluntatem meam:ſed eius, qui me* Luc. 22. *miſit*. & illa Lucæ. *Pater ſi vis transfer calicem iſtum a me:verum tamen non mea voluntas, ſed tua* Matt.11. *fiat*. & illa Matth. *Confiteor tibi Domine, Pater cæli & terræ*. Et illa. *Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum*: coactus fuerit dicere de Meſsia noſtro, quod factus fuerit obediens vſque ad mortem, autem cru- Phili .2. cis.

Progredimini iam vlterius, & acclamate Meſsiam noſtrũ, ſtellam non quamcunque, ſed ſummè micantem. Cum iamdiu intueamini ad modũ ſtellæ erraticæ ſcilicet, Martis, Mercurij, & Veneris: de quibus mentionem facientes Alfragranus Miſſael, Ptholomæus, Marcianus, & Macrobius: ex noſtris vero Beda, & Iſiodorus affirmant, primã ſic hominum complexiones, ad audatiam, fortitudinem, & animi conſtantiam diſponere, & concitare: vt Deus bellorum ab omnibus vocari meruerit: alteram, nẽpe Mercurium, ad ſapientiam & varias diſciplinas capeſcendas cunctos cõmouere, qui ei ſubduntur: Venerem autem ingentis amoris, ſummæque amicitiæ eſſe excitatiuam: ex hac parte Apoſtolis & vniuerſis Martyribus hucuſque eam cæleſtem vim, & admirandam fortitudinem ad perferendos duriſsimos labores, obſcuras carceres, miſeranda exilia, ad ſubeunda tormentorum & mortis varia & crudeliſsima genera, vt idolorum nomina execranda funditus ab hominum memoria delerentur, veruſque Deus coleretur, diuinitus impreſſiſſe: qualem illa verba demonſtrant Lucę. *Cum autem audieritis* Luc.21. *prælia, & ſeditiones, nolite terreri: opportet enim hæc fieri: ſed nondum ſtatim finis. Tunc dicebat illis: ſurget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, &c. Sed ante hæc omnia, inijcient vobis manus ſuas, & perſequentur, tradentes vos in Synagogas, & cuſtodias: trahentes ad Reges & Præſides, propter nomen meum: continget autem vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam: cui non poterunt contradicere, & reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autẽ à parẽtibus, & amicis & fratribus, & cognatis: & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus propter nomen meum. Et capillus de capite ve-*

stro nõ periibit: in patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. & illa Lucæ: *Dico autem vobis amicis meis: ne terreanini ab his, qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius, quid faciant:* & Matth. *Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Siquis enim voluerit animam suã saluam facere, perdet eam: qui perdiderit animam suã propter me, inueniet eam.* & Matth. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animã autem nõ possunt occidere.* & Mat. *Beati estis, cũ maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint: gaudete & exultate: quia merces vestra copiosa est in cœlis.* Ita vt iã tanquã Mars Bellorũ spiritualiũ Dux appellari possit: vt illa verba Matt. innuũt. *Nolite arbitrari, quia veni pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladiũ.* Ex altera vero parte, non solum experiamur omnes, Messiam nostrum tanq. cœlestem Mercurium, in quo sunt reconditi omnes thesauri sapiẽtię, & scientiæ Dei: sic fideles cunctos ad cognitionem cœlestium mysteriorum continuô inflammasse: vt illa prefeferunt: *Scrutanini scripturas. & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* & illa Matth. *Qui autẽ fecerit: & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorũ.* Verumetiã instar Veneris cœlestis, adeò amoris casti, singularis dilectionis erga proximos fuisse incentorem, quãtum ex illis preceptis sanctissimis, & consiliis salutaribus eius: quibus non solùm amicos diligere iubemur, verùm inimicis benefacere exhortamur, suspicari omnibus iam licet: quæ sic se habent. *Hoc est præceptum meum, vt dilligatis inuicem, sicut dilexi vos.* & illa Matth. *Audistis, quia dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico vobis: diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderũt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Appellate, quæso, iterum atq. sæpè Messiam nostrum stellam, & sidus cunctorum astrorũ cœlestium orbium splendidissimũ: cùm intuemini, ad modum solis, cui est connaturale viuificare, cunctisq. rebus vitã, formam, & speciem, quibus res interse distinguantur: administrare eam cœlestem viuendi normam, & admirabilem ordinem: quo religiosi castè, vxorati sobriè, cælibati honestê, Episcopi sanctè, Reges iustè, cæteriq. mortales in suo statu, sine offensione alterius, perfectissimê reliquum suæ vitæ cursum, consultò Messiam nostrum in omnibus imitan-

Margin notes: Lucæ. 12. — Matth. 16. — Matth. 10. — Matth. 5. — Matth. 10. — Ioan. 5. — Matth. 5. — Ioan. 15. — Matth. 5. Luca. 6. — 4. Ratio.

tantes, traducere valeant. Vt iam non solùm liceat nobis illum, tanquam visibilem solem istum, qui claritate, virtute, & præstantia cūctos alios orbes cœlestes longo interuallo superat, acclamare: verùm vt solem diuinum, supremos orbes, & nobelissimos incolas cœlorum maxime excedentē, eū debemus sume colere ac venerari. Pręsertim, cū percipiamus ipsum, tanquam oculum non solum huius mundi visibilis, sed etiam animarum, & spirituum cœlestium, eam iucunditatem cunctis mortalibus: eam pulchritudinem, non tantum cœlis, sed supremis eorum ciuibus: eam virtutem & vigorem, non tātum in lucem editis, sed renascentibus in fide Deo: & eū decorem & venustatem, non tantùm stellis & fundamento, sed cūctis Beatis copiose communicare: vt iam non solum vt naturæ Regem, sed & gratię auctorem: non mentem huius tantum mundi visibilis, sed cœli Empirei, mortaliumq. omnium, & sanctarum animarum moderatorem: atq. perennem, non tantum huius vitæ temporalis, sed vitę æternæ fontem: ac deniquê, non tantum temporum, sed æternitatis mensuram, summa reuerentia & cultu, cogātur omnes eū perpetuo suspicere. Tandē ipsum appellate sidus præ omnibus sideribus excellentissimū: quandoquidem instar fulgentissimę stellę Iouis, qui pulchritudinis, honestatis, & honoris est cooperator, vt superius retuli: eā perfectam Messias noster, non tàm corporis, quàm animæ elegantiam, & pulchritudinem interius fidelibus impartiatur: qua occulos Dei, & diuinarum personarum singulariter ad se allicere valeant: vt illa Ioan. *Siquis me diliget, sermonem meū seruauit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mā sionem apud eum faciemus:* & ad ea honorifica præmia assequenda ciues suos excitet, quæ nū quam sunt defectura, Matth. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo, et tinea demolitur: & vbi fures effodiūt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: vbi nec erugo, nec tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furantur:* Matth: *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram* Patre *meo, qui in cœlis est.* & Ioa. *Qui credit in Filiū, habet vitā æternā.* & Ioā. *Et qui odit animā suā in hoc mūdo, in vitā æternā custodit illā:* & Mat. *Et ibūt hi in suplicium æternū: iusti autē in vitā æternā.* Insuper instar Saturni, qui diuitiis, & doctrinæ pręest: eā cœlestē do-

Ioan. 14. *Matth. 6.* *Matth. 10.* *Ioan. 3.* *Ioan. 12.* *Matth. 25.*

ctrinam apertè cunctis docuit, quę homines non tantùm diuites, sed beatos, vitæq; ętern nę participes efficere valuit, & valet modò: vt illa Matth. insinuant: *Et aperiens os suũ, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorum, &c. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt, &c. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est Regnum cælorum, &c. Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Matt. 5.

CAP. V.

Quàm aptè adaptari possint verba subsequẽtia Num. 24. & surget virga ex Israel, &c. Messiæ nostro traditur.

HVc vsque satis apertè à nobis manifestatum esse existimo, illa verba, quibus Propheta Balam prę dixit incessisse stellam ex Iacob: vel vt nos interpretati sumus, oriundam esse stellam ex Iacob, in integrum adimpleta fuisse in Messia nostro. Qui ex ea parte, qua homo erat, carnemq; humanam ex visceribus purissimę Virginis Marię assumpserat, secundũ illud Matt. *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*: stirpe in suam Regiam à Patriarcha illo Iacob traxerat: vt satis testantur Euangelistæ nostri, & vetustissima veteris testamenti monumenta. Superest ne nauseam aliquibus iam parere videar, breuiter ostendere contendamus, quàm conuenientissimè ac proprijssime verba eiusdem prophetiæ, quę statim in eodem testimonio subsequuntur, nempe: *Et surget virga ex Israel:* adaptentur Messię nostro. Neque equidem illud aggredi, aut consequi erit iam nobis difficile. Pręsertim, cùm non sint minus euidentes, & verissimę rationes, quę nos vndique cogunt, & cõpellunt: vt palam affirmemus, absq; alicuius offensione aut reprąhensione, Messiam nostrũ verissimè nuncupari posse, imo & debere virgam non qualem cunq; : sed eã, quæ surrexit ex Israel, id est ex domo & tribu Israel: sicut prædixit similiter postea Esai. *Et egredietur virga de stirpe Esai. & germen de radicibus eius fructificabit.* Quandoquidẽ si attentè ea omnia, quæ Messias noster, decursu huius vitę mortalis, pro reparatione generis humani gessit, à nobis perpendantur, & maturè considerentur: inspiciamus equidem facillimè, ipsum à primo suæ natiuitatis exordio virgam nõ quamcunque, sed æquitatis exti-

Matth. 1.

Messias dicitur virg. iust.

Esai. 11.

Psal. 44. extitisse. Cuius meminit Psal. loquens de Christo, vt ex inscriptione & contextu eius colligitur: *Virga æquitatis est virga Regni tui Dilexisti iustitiam, & odisti impietatem: propterea vnxit te Dominus Deus tuus oleo lætitiæ præparticipibus tuis.* Vel vt Paraphrastes Chaldæus legit: *Regnum rectitudinis sceptrum Regni tui. At ô tu Rex Messias quoniam dilexisti iustitiam, & odisti impietatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus.* Quæ maximè cohærent illis
Psalm. 9. verbis Psal. *Stabiliuit ad iudicandum solium suum: & ipse iudicabit orbem in iustitia. Iudicabit Populos in æquitatibus, &c. Propterea narrabo laudes tuas in portis Filiæ Sion: exultabo in Iesu tuo.* & illis Esai. *Non secun-*
Esai. 11. *dum visionem oculorum iudicabit, nec secundum auditum aurium suarum arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in rectitudine, pro mansuetis terræ.* Præsertim, cùm omnibus sit iam diu perspicuum, vt palam perhibet sacra Scriptura: Messiam nostrum, absq; vlla personarũ acceptione, non solum abiectos & humiles homines, sed etiam Pharisæos, Scribas, Principes & Seniores Populi Israelitici acerbissimè & acriter repræhendisse: quoties illi se obtulit ocasio: imo grauiter in posterum illis cõminatũ fuisse: vt in viam rectam, nempè quæ ducit ad salutem & vitam æternam, ingredi deinceps ardenter contenderent. Quod satis innuere videntur ea verba Matth. *Ve vobis Scribæ, & Pha-* Matt. 23.
risæi. quia decimatis mentham, & anethum, &c. Et reliquistis, quæ grauiora sunt legis, &c. Ve vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia mundatis, quod foris est calicis, & paropsidis: intus autem pleni estis rapina, & immũditia Ve vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ. quia similes estis sepulchris Luc. 6.
dealbatis. & illa Lucæ *Verumtamen ve vobis diuitibus: qui habetis consolationem vestram. Ve qui saturati, estis. quia esurietis. Ve vobis, qui ridetis nunc: quia* Luc. 11.
lugebitis, &c. Et illa Lucæ. *Et ve vobis legisperitis: ve qui oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt.*

Neque profectò hoc Messiam præstitisse est vobis mirandum. Nam præterquam quod hoc significare visus fuit Esai. Esai. 11.
dicens: *Et erit iustitia cingulum lumborum eius, &c.* similiter certiores ex ipsis Euangelistis reddamur, vt perfectius ac exactius hoc munere ille vnicè fungeretur: scrutandi corda, & Psal. 7.
renes (vt Psalmista dixit) potestatem summam illi vni inesse: id est penetrandi intimos cogitationum recessus: qui cunctis alijs creaturis sunt penitus abscon-

Luci 6. & 11. absconditi: vt id probant illa verba Lucæ. *Ipse sciebat cogitationes eorum*: & illa eiusdem: *Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum*: & alibi: *vt cognouit autē*
Luc. 5. *Iesus cogitationes eorum, respōdens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris?* Intuebimur ipsum virgam (vt alij legunt) stitisse amenitatis: vt omnium saluti consuleret: vt
Ioan. 6. illa verba Ioan. demonstrant. *Post hæc abijt Iesus trans mare Galileæ, quod est Tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur,*
Matt. 4. & illa Matth. *Et abijt opinio eius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes male habentes, varijs langoribus & tormentis compræhensos: & qui Dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos. Et sequtæ sunt eū turbæ multæ de Galilæa, & de Capoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trās Iordanē*; & illa
Marc. 3. Marc. *Et multa turba à Galilæa, & Iudæa sequta est eū. Et ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sydonem multitudo magna audientes quæ faciebat, venerunt ad eum, &c. Multos enim sanabat: vt irruerent in eum, vt eum tangerent*:
Luc. 6. & Lucæ. *Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes*. Tū etiam; quia illam doctrinā suauem, & rationi naturali maximè consonam, Mesiiam nostrū benigne suauiterq; docuisse reperiemus; qualem ea verba Dauid. *Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti*: & Psal. 118.
illa Psal. *Iuditia Domini veritas iustificata sunt, pariter desiderabilia magis quam aurum, & aurum mundum: dultiora mele, & fauo: placenti melle confecta*: præseferebant: & ostendunt modo in nouo Testamento illa Ioan. *Dixit ergo Iesus ad duodecim: nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*: Psalm. 18 / Ioan. 6.
& Luc. *Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius*. Quæ omnia breuissime sponsam comprehendisse depræhendemus, Cantic. dicens: *Labia eius lilia, distillantia myrrham primam, &c. Guttur illius suauissimum*. Et Psal. *Difusa est gratia in labijs tuis, eò quod benedixit tibi Deus, &c.* Luc. 4. / Cant. 5. / Psal. 45.

Quod si lectionem Rabbi Qui mi & 70. & sāctissimæ nostræ Vulgatæ, quæ sic se habet: *Virga directionis virga Regni tui*: amplectamur, vt cōpellimur: vt sic aptius illa verba. Numer. *Surget virga ex Israel*: quæ superius explicanda proposuimus, a nobis intelligātur: Mesias dicit. Virga directio / Num. 24.

tur. Non equidem ab scopo aberrabimus aliquantulum: neque minus hoc directionis munus in Messia nostro ad dirigendos cunctos in viam salutis æternæ, emicuisse reperiemus. Nam præterquam quod antiquitus Prophetæ hoc munus illi iniungendum esse prędixerunt, Psal. *Bonus & rectus Dominus: ideo docebit peccatores in via. Ambulare faciet humiles in iudicio: & docebit humiles viam suam. Omnes semitæ Dei misericordia & veritas his, qui custodiant pactum eius.* vel vt nostra lectio habet: *Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legē dabit delinquentibus in via: diriget mansuetos in iudicio, &c. Et docebit mites vias suas, &c.* Et Psal. vt Chaldæus legit: *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: lucere faciat splendorem faciei suæ super nos semper; vt innotescat in terra via tua, in omnibus populis redēptio tua, &c. Lætabuntur, & gaudebunt gentes: quoniā iudicabis populos in æquitate, & gentes quæ sunt in terra, duces eos in æternum;* vel diriges eos, id est, quasi per manus duces eos in ęternam vitā: & Esai. *Et ibunt populi multi, & dicent. Venite, ascendamus ad montem Domini, ad domū Dei Iacob, & docebit nos vias suas. & ambulabimus in semitis eius. Quia de Sion exibit lex, & verbū Domini de Hierusalē:* & Esai. *Et erunt oculi tui, videntes Doctorē tuū, & aures tuæ audient verbū eius, qui est post te, dicēdo. Hæc via, ambulate in ea, &c.* & Esai. *Ecce testē, Populis dedi eum Ducē, & Præceptorē Populis.* Et in nouo Testamēto hoc idem prædixit Lucæ, Zachar. *Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viā pacis.* Similiter hoc idē munus Mes. nost. perfectē & cumulatē iā præstitisse acclamant Euāgelistæ: vt illa verba Marci præseferunt: *Venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium Regni Dei, dicens: Quoniā impletum est tempus, & appropinquauit Regnum Dei pœnitemini, & credite Euangelio.* Et illa Matt. *Intrate per augustam portā: quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionē: & multi sunt, qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam.* Et illa Matt. *Dico autem vobis: quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum: non intrabitis in Regnum cælorum.* & illa Ioann. *Ego sum ostium; per me si quis introierit saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.* & Lucæ. *Sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis:* & Luc.

Hæc

Psal. 25. Psal. 67. Esai. 2. Esai. 30. Esai. 55. Luc. 1. Mar. 1. Matth. 7. Matth. 5. Ioan. 10. Luc. 13. Luc. 24.

Hæc ſunt verba,quæ loqutus ſum ad vos,cùm adhuc eſſem vobiſcũ: quoniam neceſſe eſt impleri omnia,quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi,& Prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas,& dixit. *Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic opportebat chriſtum pati,& reſurgere a mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam,& remiſsionem peccatorum in omnes gentes, &c.*

Neq; tantùm ob iſta omnia
Meſsias Virg. euigilan. Meſsiam noſtrum virgam illam ex Iſrael ortam appellare cogimur:ſed etiam ex eo,quod adinueniamus: non ſolũ ad inſtar virgæ euigilantiſsimæ, cu-
Hiere.1. ius meminit Hiere. cùm dixit: *Virgam vigilantem ego video,* adeo ſalutis hominum maximè peruigilem illum extitiſſe, noctu diuq; ſolicitè euigilantem:vt homines à peccatis eorum retraheret,& in priſtinam amiciciam cum Deo reſtitue-
Pſal. 101. ret:vt prædixerat Pſal. *Vigilaui:& factus ſum ſicut paſſer ſoli-*
Cant.5. *tarius ſuper tectum.* Et Cantic. *Aperi mihi ſoror mea, &c. quia caput meum plenum eſt rore: cincin mei guttis noctis:* & perhi-
Luc.6. bent illa verba Lucæ. *Factum eſt autem in illis diebus: exiit in montem orare, & erat pernoctãs*
Mat.9. *in oratione Dei:*& illa Matth. *Circuibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella, prædicans Euangeliũ* Regni: & illa Lucæ. *Et factum* Luc.17.
eſt,dum iret in Hieruſalem:tranſibat per mediam Samariam; &
illa Ioan. *Rabbi manduca:ille au-* Ioan.14.
tem dixit eis: ego cibum habeo manducare,quem vos neſcitis,& c. meus cibus eſt,vt faciam voluntatem eius,qui miſit me: vt perficiã opus eius. Verum etiam reperiamus,inſtar virgæ fortiſsimæ & validiſsimæ,maximeq; potentis cõtra inimicos ſuos: quã
conſpiciebat Dauid Pſal. di- Pſal.109.
cens: *Virgam fortitudinis tuæ* Meſsias Virg fort.
mittet Dominus ex Syon, dominare inimicorum tuorum: vel vt Chaldæus legit: *& dominaberis in medio patronorum inimicitiæ tuæ*: tot miraculorum genera in conſpectu Maiorum veſtrorum, in confirmationem primi aduentus eius,& doctrinæ,quam ipſis & cunctis populis Gentilium deinceps ſeruandam præcepit, vt beatitudinis æternæ in poſterum participes eſſent:diuinitus edidiſſe;quod illis verbis inſinuauerat
Dauid. *Vox Dei in fortitudine:* Pſal.28.
vox Dei in decore:vox Dei confringens cedros,& cõfringet Deus cedros Libani,&c.vox Dei diui-
dens flammam ignis:vox Dei pa- Pſal. 67.
uere faciens deſertum, &c. & Pſal. *Ecce dabit in voce ſua vo-*
cem fortitudinis & Eſai. *Tunc* Eſai.35.
aperientur oculi cæcorum,& aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut Ceruus claudus,& lau-

dabit

dabit linguã muti. Et quot illũ iamdiu gessisse testantur illa
Ioan.16. Ioan. *In mundo afflictionem habebitis: sed confidite: ego vici mundum*, &
Ioan.3. Ioan. *Rabbi, scimus, quia à Deo venisti Magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis: nisi fuerit Deus cum eo:* &
Ioan.11. Ioan. *Quid facimus: quia hic homo multa signa facit?* &
Ioan.20. Ioan. *Multa quidem, & alia signa fecit Iesus in conspectu Discipulorum suorum: quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt: vt credatis, quia Iesus Christus est filius Dei*: & illa: *Data est mihi potestas in cœlo, & in terra.*
Matt.28. Matth. & Marci. *Et dedit eis*
Marc.3. *potestatem curandi infirmitates,*
Matt.10. *& eijciendi Dæmonia.* Et Matt. *Et conuocatis duodecim Discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos: & curarent omnem langorem, & omnem infirmitatem.* Insuper & cum his etiam intueamur, tanquam virgam fortitudinis cęlestis, sic fortiter malitię peccatorum restitisse, grauiter ac seuerè cuncta illorum pecca ta obiugando: quantum ex il-
Matt.12. lis verbis Matth. *Generatio mala & adultera, signum quærit? & non dabitur ei.* Et illis Matth.
Matt.17. *O generatio incredula & peruersa, quousq; ero vobiscum? vsq; quo patiar vos?* Et Matt. *Et quare*
Matt.15. *vos transgredimini mandatũ Dei, propter traditionem vestram?* Et illis. *Et cùm fecisset quasi flagel-* Ioan.2.
lum de funiculis: omnes eiecit è templo, oues quoq; & boues: & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit. Auferte ista: & nolite facere domum Patris mei, domum negociationis: nobis suspicari iam licet.

Et consultò equidem propheta Balam, vaticinio suo Messiam nostrum virgam appellandum esse dixit. Cũ instar virgę illius Moysis, qua tot portenta, & memoranda prodigia in ostẽsionem omnipotentię Dei ab illo edita fuerunt, vt populum Israeliticum ex durissima illa seruitute AEgyptiorum liberaret: quot illum, inter cunctas alias gẽtes & nationes celebrem & inclytum reddere valuerunt: non solum ea portentosa signa, & admirabiles virtutes, per vniuersum decursum vitæ suæ in ostẽsionem diuinitatis, quæ in ipso latebat, continuò ediderit, quibus potuerit quam plurimos compellere, vt vnanimi consensione prorumperent: *Non potest hic homo hæc signa facere,* Ioan.3.
nisi Deus cũ illo esset. Sed quid, imo reperiamus, sic cunctos AEgyptios, & Pharaonem, inimicos: inquã omnes totius generis humani, & principem eorum mortem, & qui mortis habebat imperium: baculo &

virga

virga sanctissima crucis suæ: quorum meminit Dauid, dicens: *Virga & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt*: sic prostrasse, vt prædictum erat Esai. *Præcipitabit mortem in sempiternum*. & Psal. *Eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ?&c.* & Esai. *Dominus sicut fortis egredietur: sicut vir bellicosus suscitabit cœlū voci ferabitur, atq; etiā iubilabit: & super inimicos suos præualebit*: vt deinceps cūcti fideles eius secure, deuictis omnibus inimicis, ad tutissimū portū terræ promissionis, vitæ inquam æternę apellere possent. Cunctosq; mortales prædicare ipsos ex tunc salutem quam fec t, aut operatus fuit in medio terræ, clarissime conspexisse: cum ipse solus fuerit Dominus, & verus Deus, qui maxime glorificatus fuit in Pharaone, incurribus, & in equitibus eius: scililicet in Dæmone, & cunctis asseclis eius. In cuius figuram Moses, & filios Israel in hæc verba prorumpisse videmus: *Cantabo Domino: quia magnificando magnificatus est: æqum & ascensorem eius proiecit in mare. Fortitudo mea, & laus Dominus. & fuit mihi in Ihesuag. Iste Deus meus: tabernaculum faciam ei.*

Psal. 23.
Esai. 25.
Psal. 25.
Esai. 42.
Exod. 14.
Exod. 15.

Messias dicitur & Dominiū Dominator.

Quod si lectioni Rabbi Salomon, & Rabbi Dauid legentium: *Et surget Rex*: vel Targum: *Et surget Dominium*: vel aliorum: *& surget Dux*: vel *Dominator*, vel, *Dominus*, adhibemus fidem non minus instituto nostro hæc omnia cohærere fateri publice possumus (esto Paraphrastes Chaldaicus ista verba: *& surget virga de Israel*: sic exponi debere sentiat, dicens: *Dominabitur Christus de Israel*: quæ translatio aut, vt proprius loquamur, expositio, ortum habere videtur ex illis verbis Mic. *Et tu Bethlem Ephrata paruulus est, vt sis in milibus Iehuda: ex te mihi egredietur, vt sit dominator Israel, & egresiones eius ab antiquo, & à diebus æternitatis*.) Nam præterquam quod intueamur Messiam nostrum tanta vndique accinctum fuisse à primordijs eius potentia, & fortitudine, quantam præseferunt illa verba Psalm. *Suscita fortitudinem tuam: & veni ad saluandum nos*. Vel vt Chaldæus legit: *Moue virtutem fortitudinis tuæ: tuū enim, vt redimas nos à iudicio*. Et illa Esai. *Te enim expectabimus: esto brachium nostrum singulo mane, & salus nostra in tēpore angustiæ*. Et Esa. *suscita te suscita te induе te fortitudinē: brachium Domini suscita te secundum dies antiquos, secundum generationes sæculorum. Non ne tu es brachium illud, olim proscin-*

Mich. 5.
Psal. 80.
Esai. 35.
Esai. 51.

cindens ſuperbiam AEgypti, &
Eſai.53. conficiens Draconem? & illa
Eſai. Quis credidit auditui no-
Eſai.52. ſtro? & brachium Domini cui
reuelatum eſt? & idem: Denu-
dabit Dominus brachium ſanctum
ſuum in oculis omnium gentium
& videbunt omnes fines terræ
ſalutem Dei noſtri. Recedite,
recedite, exite inde: polutum ne
tangatis: exite de medio eius, pu-
rificate vos, qui fertis vaſſa Do-
mini. Quia non cum feſtinatio-
ne exibitis, & cum fuga non am-
bulabitis: quia ambulat ante
vos Dominus, & congregat vos
Deus Iſrael. Ecce prudenter
aget ſeruus meus, exaltabitur,
& eleuabitur, & ſublimis erit
valde, &c. Super eum claudent
Reges os ſuum. Et quantam
oſtendunt aperte illa verba
Ioann.10. Ioanni. Poteſtatem habeo ponen-
di eam: & poteſtatem habeo ite-
Ioann. 1. rum aſſumendi eam. & Ioann.
Dedit eis poteſtatem filios Dei
Luc.9. fieri. & Lucæ. Dedit eis po-
teſtatem ſuper omnia Dæmonia.
Matth.7. & Matth. Erat enim docens eos
tanquam poteſtatem habens. &
Luc. 4. Lucæ. Et ſtupebant in doctri-
Ioann. 13. na eius quia in poteſtate erat ſer-
mo eius. & Ioann. Sciens quia
Ioan. 17. omnia dedit ei Pater in manus.
& Ioan. Et mea omnia tua ſunt,
Ioan. 5. & tua mea ſunt. & Ioann. Si-
cut Pater ſuſcitat mortuos, &
viuificat: ſic Filius. Simili-
liter reperiemus ſceptrum Do-
minium & Regnum illius iu-
ſtitiæ, & ęquitatis latiſsimum,
non quibuſcunq; regionibus,
ſpatijs, ſæculis, aut tempori-
bus: ſed latiſsimo illo terrę &
cœli ambitu, ipſaque ęternita-
te finitum eſſe: ſi finiri, aut ter-
minari poſſe dicere nobis li-
cet: vt inſinuauerat olim Da- Pſal. 22.
uid. Pſal. Inclinabunt ſe coram
te vniuerſæ familiæ gentium: quo-
niam Domini eſt Regnum: & do-
minabitur gentibus. & Pſalm. Pſal. 24.
Domini eſt terra, & plenitu-
do eius, & habitantes in eo. &
Pſalm. Quoniam Rex omnis ter- Pſal. 47.
ræ Deus. & Pſalm. Tui ſunt Pſal.89.
cœli, & tua eſt terra: orbem ter-
ræ, & plenitudinem eius tu fun-
daſti. & ibi Et ego primoge-
nitum ponam eum, excelſum præ
Regibus terræ. & Pſal. Et do- Pſal. 72.
minabitur a mari vſque ad mare,
& a flumine vſque ad terminos
terræ. Ante eum procident popu-
li multi, &c. & adorabunt eum
omnes Reges: & omnes gentes ſer
uient ei. & Pſalm. Quoniam Pſal.95.
Rex magnus Dominus, & Rex
magnus ſuper omnes Deos: vel vt
alij legunt: Super omnes Ange-
los, id eſt, Dominium tenens ſu-
per omnes cœleſtes Hierarchias. &
Pſal. Deus noſter in ſæculum, & Pſal. 49.
in æternũ & Pſal. Regnum tuum Pſal.144
Regnum omnium ſæculorũ: & ge
neratio tua in omni generatione.

Que

Luca. 1. Matth. 28. Quæ maximè cohærent cum illis verbis Lucæ. *Et Regni eius non erit finis*: & illis Matth. *Data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra*. Et quod magis eſt cor da ferè totius populi Iſraelitici, & cunctarum nationum ad ſe allicere potuiſſe: tanquam ille, qui voluntatum etiam Do- Ioan. 6. minus, & Rex verus erat: vt demonſtrant illa Ioan. *Et ſequebatur eum multitudo magna: quia videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur*: & Ioan. 12. illa Ioan. *Phariſæi ergo dixerũt ad ſemetipſos: Videtis, quia nihil proficimus: ecce mundus totus poſt eum abit.*

Ob quæ omnia quid mirum iam eſſe debet, quod is cuius poteſtas adeò fuit magna, vt voci eius muti, ſurdi, claudi, mortui, venti, ac ſpiritus cœleſtes obtemperauerint; cuius ſceptrum, & tronus adeò firmus; vt ex illis Pſal. ſatis a- Pſal. 88 pertè intelligitur: *Et tronus eius ſicut Sol coram me, ſicut Luna præparabitur perpetuò: & teſtis in cœlis fidelis*: cuius imperiũ tam amplum; vt eiſdem quibus Solis curſus, terminetur ſpatijs: cuius ampliſsimæ diuitiæ adeò cæleſtes, immenſæ, & præcioſæ ſunt, & fuerunt; vt cunctos mortales gratia ſuperna exornare valuerint: cuius dominium adeò regale, & diuinum; vt ipſo cuncti beatorum ſpiritus condecorentur, illuſtrentur, & beati reddantur: Eſai. 28. vt Eſai. docet dicens: *In die illa erit Dominus exercituum vt corona deſiderij, & ſertum gloriæ reſiduo populi ſui*: ita honorificè exceptus fuerit à Populo Iſraelitico in ſignũ, quod verè erat Rex Regum, & Dominus dominantium: vt illa verba Matt. perdocent. Matth. 21. *Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimẽta ſua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. Turbæ autẽ quæ præcedebãt, & quæ ſequebatur, clamabant, dicentes* (in oſtenſionem ſtabilitatis Regni illius, & diuinitatis, cui omnes creaturæ ſubdũtur) *O ſanna filio Dauid: Benedictus; qui venit in nomine Domini. O ſanna in altiſsimis.* Quod nulli vnquam Regi à principio creationis mũdi huc uſq; cõtigiſſe, cuncta annalium monumenta palam acclamant.

CAP. VI.

Declaratur quàm conciunè verba quæ ſequuntur in eodem teſtimonio, nempe, & tranſfiget terminos vel ducet &c. conueniãt Meſſiæ Noſtro.

Ex quibus omnibus facilè, imo neceſſariò conſequitur: vt illa verba, quæ inferius in codẽ teſtimonio Prophetiæ Balam

Balam ſubſequntur, nempe: *Et transfiget terminos, vel, Duces Moab: & deſtruet omnes filios Seth. Et erit Edom poſſeſſa: & erit poſſeſsio Sehyr inimicis eius. Et Iſrael acquiret diuitias. Et dominabitur de Iacob, & perdere faciet ſuperſtitem de ciuitate*: ſimiliter vni noſtro Meſsiæ adaptāda fore fateri cogamur.

Nam præterquam quod ſatis manifeſtum apparet, quòd Meſsias noſter percuſſerit, cōquaſſauerit, vulnerauerit, calcauerit, & confregerit Duces Moab (hæc omnia namq; ſignificat verbum, *Mahaz*, quod correſpōdet in textu Hebræo) idest, eos, qui iniquitatibus concepti, parentum ſuorū peccata imitantur, inſtar Moab, qui ex illicito concubitu ex Loth, & filia ſua, Geneſ. procreatus: & filiorum eius, qui præuaricati fuerunt Populo Iſraelitico, Reg. Eccleſiæ Dei, & eius Euangelio perpetuò contradicebant: vt ſatis liquet omnibus ex illis verbis, quæ dixit Chriſtus, Matth. *Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem veſtrā? Nam Deus dixit: honora patrē, & matrem: & qui maledixit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: quicunque dixerit patri, vel matri, munus quodcunque eſt ex me: tibi proderit, & non honorificabit patrē ſuum, aut matrem ſuam Et irritū feciſtis mandatum Dei, propter traditionem veſtram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Eſaias, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colūt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* & Ioan. *Si veritatem dico, quare non creditis mihi?* Ioan. *Qui autem non credit, iam iudicatus eſt.* & Ioa. *Creditis in Deū, & in me credite.* Inſuper adinueniemus ipſum Meſsiam noſtrū percuſsiſſe Duces Moab: idest, eos, qui de patre ſunt Diabolo (hoc namq; ſignificat, *Moab*) qui peccati, & mendatij dicitur pater per excellentiam: quoniā ab initio Diabolus peccat, vt Ioan. dicitur: *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia veritas non eſt in eo.* Chriſtus enim ſingulis peccatis ſingulas virtutes, & illorum nefarijs cōſilijs, atq; falſis doctrinis eam doctrinā verā, & ſolidam oppoſuit: qua fideles ſui de illis, & de Dæmone, patente eorum, quotieſcunq; ſe ſe offerret occaſio, glorioſum tryumphum agere poſſint: vt vna ſimul cuncta Euangeliſtarum, & noui teſtamenti veriſsima & exacta volumina nobis & omnibus teſtantur. Similiter reperiemus Meſsiā noſtram vulneraſſe Duces Moab, nempe, cūctos, qui à patre ſuo vero,

Margin notes: 1. Expoſitio. — *Geneſ.* 19 — 2. *Reg.* 1. — *Matt.* 15. — *Ioan.* 8. — *Ioan.* 3. — *Ioan* 14. — 2. Expoſitio. — 1. *Ioan* 3. — *Ioann.* 8.

vero, qui est Deus, à quo habēt esse, moueri, & conseruari: voluntarie auersi fuerunt, secundū sua desideria in omnibus ambulantes, sicut dicitur Ioan. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, &c. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere.* & Lucæ. *Non dico vobis: sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis, &c. contendite intrare per angustā portā: quia multi dico vobis, quærunt intrare, & nō poterunt.*

Ioann. 8.

Luc. 13.

4. Exposi. Similiter & confregisse Duces Moab: id est, eos qui irreuerenter, instar Moabitarum (de quibus Amos dicitur, quòd cōbusserunt ossa Regis Edō, iam deffuncti, vt sic copiosius virus indignationis eorum in illum euomerent) in verum eorum Regem, Deum dico, impiè & sæuissimè irruerunt, blasphemātes de illo, & dicentes: *Vah, qui destruis templum, & in triduo reædificas eum: si filius Dei es, descende de cruce. Sine, videamus, an veniat Elias, liberans eum.* Quādo quidē vt clarissime cūcti prospicerēt illum Filium Dei esse, ea fuit subsequuta tristis nox super cūctos mortales: ordinatione inquam eius, is concitatus terremotus per vniuersam terrā, & ea generalis commotio: vt cunctos homines ad magnam huius rei admirationem raperentur: vt illa verba Luc. pręseferunt: *Et tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad horam nonam: & obscuratus est Sol: & velum templi scissum est:* & illa Matth. *Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, &c.*

Amos. 2.

Mat. 27.

Luca. 23.

Matt. 27.

5. Exp. Quòd si vlterius progrediamur, vt ostendamus quā gloriose calcauerit Duces Moab, id est, Duces & auctores idolatriæ, Duces tandem superbię, indignationis, & mendacij (his namq; vitiorum generibus maximê Moabitæ inter alios dediti erant, vt ex Esai. colligere nobis licet: *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, superbia eius, & extollentia eius, & indignatio eius: & non sunt ei veritas, mendatiū recta verba eius,* vt alij legunt) facile id consequemur: si paulisper in memoriam reuocemus illa Luc. *Qui se exaltat, humiliabitur: qui se humiliat, exaltabitur.* & illa Matth. *Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in Regno cælorum.* & illa Matth. *Et discite a me: quia mitis sū, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.* Quæ omnia maxime cohærent cum illis, quæ Psalmista de Messia nostro loquens, prædixit, Psal. *Quoniam tu populum pauperem saluabis: & oculos excel-*

Esaia. 16.

Luca. 18.

Matt. 18.

Matt. 11.

Psal. 18.

Pſal. 34. excelſos humiliabis. & Pſalm.
Propinqus eſt Dominus contritis
corde: & humiles ſpiritu ſeruabit.
Pſal. 137. & Pſalm. Quoniam excelſus
Dominus: & humilem videbit,
& ſuperbum a longinquo
Matth. 5. cognoſcet. & illa Matth. Audiſtis,
quia dictum eſt antiquis. Nō
occides: qui autem occiderit, reus
erit iudicio. Ego autē dico vobis:
quia omnis qui iraſcitur fratri
ſuo, reus erit iudicio. Qui autē dixerit,
fatue: reus erit gehennæ ignis.
Si ergo offers munus tuum
ad altare, & ibi recordatus fueris,
quia frater tuus habet aliquid
aduerſum te: relinque ibi
munus tuum ante altare: & vade
37. prius reconciliari fratri tuo,
&c. quæ inſinuauerat Pſalm.
Eccleſ. 7. dicens: Deſine à furore, & relinque
iram. & Eccleſ. Aufer
iram à corde tuo. Confregit ſimiliter
Meſsias noſter Duces
mendacij: tanquam ille, qui
via, veritas, & vita erat: Si veritatem
Ioann. 8. dico vobis, quare non creditis
mihi? & Ioan. Vos ex patre
Diabolo eſtis, & deſideria patris
veſtri vultis facere, &c. cum
loquitur mendacium ex proprijs
Ioann. 1. loquitur: quia mendax eſt pater
Ioan. 4. eius. & Ioann. Deum nemo vidit
vnquam. & Ioan. Vos adoratis,
quod neſcitis: nos adoramus,
quod ſcimus: quia ſalus ex
Iudæis eſt. Sed venit hora, & nūc
eſt: quando veri adoratores adorabunt
Patrem in ſpiritu, & veritate.
Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum in ſpiritu
& veritate, opportet adorare. Mich. 5.
Quæ maximè cohęrent cum
illis Mich. Idola eius ponam Ezech. 6.
in perditionem. & Ezech. Et
ceſſabunt idola veſtra, & conterentur Pſal. 5.
delubra. & illis Pſal. Perdes
omnes, qui loquuntur mēdaciū.

Et vt hæc omnia vno verbo 6. Expoſi.
concludamus: quiſnam
præter Meſsiam noſtrum, cunctos
Duces Moab, id eſt, Duces
peccatorum omnium: quæ
tanquam iure hæreditario à
patre ſuo Dæmone, cum ipſo
lacte, & à primis incunabilis,
acceperant, imò lactauerāt, vt
cunctis illa proſeminarent: ita
acriter eſt inſectatus, imò diſsipauit,
confregit, & conquaſſauit?
Quandoquidē Euāgeliſtæ
noſtri teſtantur, Meſsiam noſtrū
cuncto eius vitæ curriculo
nulla alia re magis intentū eſſe,
quam vt peccata omnia funditus
extirparentur: illorū proſeminatoribus
modò grauiſsimos
inferni cruciatus proponēdo,
Matth. Mittet Filius hominis Matt. 13.
Angelos ſuos, & colligent de
Regno omnia ſcandala, & eos, qui
faciūt iniquitatē: & mittet eos in
caminū ignis. Ibi erit fletus, &
ſtridor dentium: vt ſic à peccatis
abſtinerent prorſus. Modò vt
eos ad verā Dei amicitiam inflammaret,
ſuprema beatitudinis
præmia illis ſubijciendo:

Tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol in Regio patris eorum. Cum ergo hæc ita ſe habeant: clariſsimeq; intueamur non ſolùm Duces Moab, ideſt, peccatorũ Duces: verùm illorum incentores, & authores, cunctoſq; Dæmones Meſsiam noſtrum acerbiſsima eius paſsione viciſſe, & ſuperaſſe: vt Paul. teſtatur: *Delens quod aduerſus nos erat chyrographum decreti: quod erat contrarium nobis. Et ipſum tulit de medio, affigens illud Cruci: & ſpolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter; palam tryũphans illos in ſeipſo, &c.* Quid mirum, ſi fatemur, hæc omnia quę ſequuntur in eadem prophetia, nempe: *Et deſtruet omnes filios Seth: & erit Edom poſſeſſa: & erit poſſeſsio Sehyr inimicis eius:* Meſsiam noſtrum exactè præſtitiſſe, & deſtruxiſſe filios Seth: à quo fuit totus mundus propagatus? Nam ſolùm poſteri eius ingreſsi fuerunt in arcam, qui poſt diluuij ceſſationem, ſuam ſtirpem propagarunt per vniuerſas mundi regiones. Ideſt, vt clarius loquamur, vniuerſos mortales qui erant idolatriæ dediti, Meſsiam noſtrũ diſsipaſſe, ferè cunctam idolatriam ab imis fundamentis euertẽdo, & ad Religionẽ Chriſtianam illos conuertendo: ita vt deſsinerent eſſe infideles, & fierent iam fideles: ſecundũ illud, Pro. *Vertet Deus impios,* & nõ erũt, ſcilicet impij, vt antea erãt. Cũ intueamur Apoſtolorum ſuorũ prędicatione, nempe poſt illud admirabile præceptum Chriſti illis impoſitum: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, &c.* ſic quamplurima idolatriæ genera extirpata fuiſſe: vt fere nullum veſtigiũ illius, eorum ferè temporibus, relictũ eſſe multi fuerint arbitrati. Nã quamuis nobis miſerrimi Iudæi opponere nullatenus recuſent, nequaquam illis temporibus, nec huc vſq, Religionem noſtram Chriſtianorum id vnũ aſſequtam fuiſſe: neq; induſtria Apoſtolorum, aut cunctorum fidelium, qui ex illis temporibus vſq; in hanc noſtrã ætatem fuerunt ſubſequti, ſic ſupræmũ locũ obtinuiſſe: vt eius preſentia cęteræ ſectæ ac idolatriæ varietas, quæ per vniuerſas ferè mundi partes gradiebatur, euanuerint; cum adhuc annaliũ vetuſtiſsima volumina contrariũ atteſtentur. Sed intrepidè fateri adhuc cogimur Meſsiã noſtrũ diſsipaſſe omnes filios Seth, religioni Chriſtianæ ſubijciẽdo fere omnes gentes. Cũ certiores reddamur, ſi non omnes populos, at ſaltem ex omnibus aliquos, & non tantũ aliquos, ſed

1. Coloſ. 2.

Interpretat. horũ verborum

Prouer. 12.

Obiectio

sed multos, totq; ad fidem nostram suscipiendã conuertisse: quot numero cõprehendi, aut animo cõplecti, est impossibile. Hoc namq; Col. 1. *omnes*, innuit: & Psalmista, cũ dixit: *In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ*: in confirmationẽ huius nostræ solidæ veritatis, nempe aduentus Mesiæ, & admirabilis eius virtuti. Qua vna re nihil maius dici, aut ex cogitari potest. Præsertim, cùm conspiciamus iam omnes Christiani, & fere omnes Gentiles intueantur, nõ armorum vi, Magnatum põtẽtia, classium magnitudine, bellicosissimorum Ducum dexteritate, diuitiarum abundantia, fauore humano, eloquentia, artificio, aut persuasorijs humanæ sapientiæ verbis Mesiam nostrũ per Apostolos suos, per vniuersas mundi prouincias peragrantes, ferè cũctam idolatriã, & infidelitatem, doctrina Euangelica sua, eo miro ordine, & admirabili dispositione extirpasse: quantum coniectari nobis licet ex illis verbis Paul. Respõs.

1. Cor. 1. *Videte vocationẽ vestram fratres: quia non multi sapientes secundũ carnem non multi potẽtes, nõ multi nobiles. Sed quæ stulta sunt mũdi, elegit Deus: vt confundat sapiẽtes. Et infirma mũdi elegit Deus: vt confundat fortia. Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ sunt: vt ea quæ sunt, destrueret. Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.*

2. Interpr. Insuper vt clarius cũcta huius prophetiæ omnibus innotescat adducendi sunt alia eiusdem verba, scilicet: *Vastabit autẽ cũctos filios Seth*: id est, cunctos mortales ad religionem nostrã adducet ante finem mundi: vt Christus met insinuare visus fuit, dicens: Ioan. Et *alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas opportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet vnũ ouile, & vnus Pastor*. Quod maxime consonare videtur illis verbis Ezech. *Ecce assumo filios Israel è gentibus, ad quas ierunt. Et congregabo eos vndiq;: & venire faciam eos in terram suam. Et faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Israel. Et Rex vnus erit vniuersis ipsis in Regẽ, & non erunt vltra duæ gentes, &c. Nec polluent se vltra in idolis suis, & in abominationibus suis & in cunctis præuaricationibus suis. Et saluos faciam eos de vniuersis habitationibus suis, in quibus peccauerint. Et mundabo eos: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et seruus meus Dauid erit Rex super eos, & pastor vnus erit vniuersis ipsis. Et in iudicijs meis ambulabunt, & mãdata mea custodient, & facient ea.* Et Ezech. *Et educam eas è populis: & cõgregabo eas è terris:* Ioan. 10. Ezech. 37. Ezech. 34.

Pſal. 22. *& inducam eas in terram ſuam, &c*,& Pſal. *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ. & inclinabunt ſe corã te vniuerſæ familiæ gentium. Quoniam Domini eſt Regnum, & dominabitur gentibus*. & clarius Pſal.59. Pſal. *Et conuertentur ad veſperam: tumultuabuntur ſicut canes, & circuibunt ciuitatem*. Vel aliter: 3. Interpr. *Vaſtabit filios Seth* : id eſt, filios eorum, quos antiquitus vt firmiſsimum fundamentum ſuę religionis in veteri lege inter alias gentes cõſtituit Deus: hoc namq; *Seth*, id eſt, *fundamẽtum*, ſignificat. Vel vt clarius loquamur, cunctos maiores veſtros, qui morti Meſsiæ noſtri fuerunt coopperatores. Quod vnum quam optime modò impletum ſit, nullus eſt, qui nõ videat. Cùm iam diu experiatur Meſsiam noſtrum in oſtenſionem omnipotentiæ ſuę, intercedentibus Tito & Veſpaſiano tanquã quibuſdã inſtrumẽtis, eas, tantaſq; & tam miſerabiles ſtrages, in pœnam tanti & tam inauditi criminis, in illos exercuiſſe, & exercere etiam modò in omnes eorũ poſteros, miniſterio ſemotiſsimarum nationum: quas modò iterum recenſere, ne afflictis nouum dolorẽ denuo addamus, vix animus meus patitur. Et quidnã aliud, quæſo, præſeferũt illę tot miſerabiles internectiones & clades funeſtę à Romanis llatę in Hieruſalẽ? illę direptiones & cõpilationes bonorum, illę domorũ depopulationes, illæ diræ perſecutiones illę duræ oppreſiones illa exilia miſeranda, illę deniq; calamitates lugubres. Quibus ſic afflicta fuit Hieruſalem: vt Hieremias memor iſtorũ coactus fuerit dicere: Trene. 1. *Quomodo ſedet ſolitaria Ciuitas: copioſa populo facta eſt veluti vidua, copioſa in gẽtibus, Domina in prouincijs, facta eſt tributaria* &c. *Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtas macerias, &c.* *Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius, &c. Peccatũ peccauit Hieruſalem: propterea in deriſionem fuit: omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt eam, &c* *Non ſit vobis graue, omnes qui trãſitis per viam, aſpicite, & videte, an ſit dolor ſicut meus, qui factus eſt mihi. Quoniam dolore affecit me Dominus in die iræ furoris ſui.* Et quãdo omnia iſta non minus cõfirmant oppreſsiones veſtræ triſtes, quę ex eo tẽpore huc vſq; maiores veſtros, & vos ſimiliter vndiq; circundant; quibus vbiq; ſine honore, abſq; libertate, tanquã omnium viliſsimi acunctis gentibus affecti eſtis, miſere, & miſerius inde in poſterum (niſi fallor) afficiemini. Reliquũ eſt, vt oſtendamus, qua ratione in Meſsia noſtro impleta ſunt, quæ in eadẽ prophetia

inſe-

inferius apponuntur, ſcilicet, *& erit Idumea hæreditas eius: & erit Sehyr poſſeſsio inimicis ſuis*. Et optimê prędixit Idumęã fu turam eſſe hęreditatẽ Meſsiæ noſtri: vt Pſalmiſta dixit etiam Pſal. *Super Edom proiiciam calciamentum meũ*. Cùm conſpicia mus populũ Gentilicũ, nomine Idumęę præfiguratũ, Euãgelio Chriſti à tẽporibus Meſsię ſub actũ eſſe. Et qui olim varijs ſu perſtitionibus vndiq; abunda bat: nunc illis procul amandatis, ſumma religione extunc in dies vſq, in hanc noſtrã ætatẽ viguiſſe: & ſic vigere modo, vt liberè nobis liceat dicere. Hęc mutatio dexterę excelſi. Ita vt vbi abũdauit execranda ſuperſtitio, ſumma ignorantia, abominabilis idolatria: ibi & ex tunc ſuper abundauerit, & modò ſu perabundet ſingularis Dei cul tus, cæleſtis rerũ diuinarũ cognitio, admirabilis erga Deũ & cunctos ſanctos eius reuerẽtia. Neq; minus congruè interpretabimur hęc verba prophetię; *Erit Idumea, vel, Edom poſſeſsio eius*: ſi dicamus, erit Edom, id eſt, homo (nam Edõ idẽ ſonat, quod conflatus ex terra, inſtar primi hominis, qui appellatus fuit Adã) poſſeſsio eius: cũ experiamur ſummis delitijs eſſe Meſsię noſtro, eſſe cũ filijs hominũ. Et hoc idem inſinuauit Pſalmiſta, quando nomine Pa tris æterni, dixit Meſsię noſt. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatẽ tuã, & poſſeſsionem tuã terminos terræ*: id eſt, erunt tibi in poſſeſsionem non tantũ omnes ſpiritus ſupremi, ſed homines. Quos ita Deus ſumme dilexit, vt pro illorũ redẽptione Filium ſuum hominẽ fieri, & morti crucis tradere nõ dubi tauerit. Et nè vnquã Meſsiã no noſtrum hac poſſeſsione fęliciſsima orbatum fuiſſe conſpiceremus, ſtatuit: quãdo iã poſt glorioſam eius Aſcenſionẽ ad cęlos, cum hominibus cohabitare vt mortalis & paſsibilis, nõ erat cõueniens: vt quemadmo dũ in cęlo ſupremis illis ſpiritibus, cunctiſq; illis animis beatorũ tanquã verus Dñs potitur, cũ ſe illis continuo videndum prębet: ſic in iſta vita tãquam verus Deus, & verus homo cũ hominibus in Sacram. Euchar. ſpeciebus panis & vini maneret. Vt ſic ſuos Fideles quos tã quã in hęreditatẽ ſuam electã Pater eius à conſtitutione mũdi illi tradiderat, poſsideret vſq; ad finem mundi: vt Matt. *Et ecce ego vobiſcũ ſum, omnibus diebus vſq; ad conſummationem mundi*: donec illos in perpetuã illam domum beatitudinis reuocaret. Quarum poſſeſsione iucundiſsima ita ſecure in perpetuum eſt fruiturus, vt ex Ioann. colligere nobis licet:

Pſal. 107. *Pſal. 2.* *Matt. 28.* *Ioann. 10.*

Ioan. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequntur me; & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quiſquam de manu mea*. Ex qua cohabitatione Meſsiæ noſtri cum hominibus in iſta miſerabili vita, ſimiliter conſequtum fuit: vt iam inſtar Meſsiæ noſtri, qui vt Paulus dicebat: *Aſcendens Chriſtus in altum, captiuam duxit captiuitatem*, &c. Fideles eius, qui antea ſub duriſsimo iugo Dæmonis ob peccata eorum comprehendebantur, eam vitalẽ, & diuinã virtutem reciperent: qua â peccatis emundati per interiorem animi & veram contritionem, conſequerentur fæliciter, vt *Sehir ſit poſſeſsio inimicis ſuis*: id eſt, hirſutũ & piloſum, Dæmonem inquam (vt Targum exponit, eo quod iſta figura olim â Gentilibus adorabatur) ex tunc in ſeruitutem maximã perpetuò redigant: ſecundûm illud: *In nomine meo Dæmonia ejcient*: glorioſoſq; triumphos de illo tanquam de viliſsimo ſeruo quotidie reportent. *Et vt Iſrael acquirat diuitias*: id eſt, vt noſtra Eccleſia Chriſtianorum quæ fide ſempèr intuetur Deum, illis cæleſtibus & diuinis bonis abundet. Quæ cûm nunquam peritura ſint, voluntateſq; hominum ſatient: diuitiarum nomen merito obtinẽt.

Ephe. 4.

Mar. 16.

Et dominetur de Iacob: id eſt, vt Meſsias de Patriarcha Iacob originem ducens, dominetur â mari vſque ad mare: cûm ea poteſtas fuerit ei maxima & ſingularis in cælo & in terra. In cælo namque ad beatificandum cunctos beatos, ſecũdùm illud: *Philipe qui videt me: videt & Patrem meum*: in terra autem, ad perdere faciendum *ſuperſtitem è ciuitate*: id eſt, ad conuertendum quẽmcunq; libere ſecundùm deſideria ſua gradientem in hoc mundo, in viam ſalutis, ſecundûm illud: *Qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*. Cum ergo hęc omnia vos miſeri Iudęi intueamini, clariſsimeque cognoſcatis Meſsiã noſtrũ cuncta quę verbis iſtis prophetiæ de illo prędicta erant, iamdiu adimpleuiſſe: ipſumq; eſſe, qui viuificat & mortificat, & mortis habet imperium: cum iam in Regem, & in Deũ veſtrũ excipere nõ dedignemini. Cauete quæſo, ne vlterius contempnatis eũ: qui non ſolum poteſt tanquam verus omniũ rerũ dominus Duces Moab transfigere, & deſtruere filios Seth, & Sehyr inimicis ſuis tradere, & ſuperſtitẽ de ciuitate perdere: verũ corpus & animam eorum qui ei ſe opponere conantur, mittere in ignem æternum.

Ioan. 14.

Matt. 10.

PRO-

PROPUGNACULUM TERTIUM.

Error Iudæorum expectantium, adhuc Messiam Nostrum venturum esse in carne mortali, vt redimat non solum populum Israeliticum, sed cunctas mundi gentes & nationes: aperte conuincitur illo testimonio 22. Genes.

ET *clamauit Angelus Domini ad Abraham secũdò è cœlo, & dixit. Per me iuraui dixit Dominus: quia pro eo, quòd fecisti rem hanc, & non prohibuisti filium tuum, vnicum tuum. quia benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est iuxta litus maris. Et hereditabit semen tuum portam inimicorum suorum: & benedicent sibi in semine tuo omnes gentes terræ: eo quòd obediuisti voci meæ.*

Vtinam quæso, vos Iudeos, cunctis creaturis huius mundi valde miserabiliores, aliqua ex parte participes modo huius fœlicissimæ, & cælestis benedictionis: qua benedicens ille Angelus, nomine Dei, fidelissimo & obedientissimo Patriarchę Abrahæ, & posteris eius, & vnà simul cum illis, cunctis gentibus & nationibus, quæ semini eius: nempe, Christo fidem adhibituræ erant, est policitus, illis verbis: *& clamauit Angelus Dñi, &c. & dixit, &c. Quia pro eo quòd fecisti rem hãc, &c. benedicendo benedicam tibi, &c. benedicent sibi in semine tuo omnes gentes*: quando huc vsque per tot annorum miserè à vobis traducta curricula id adimpetrare renuistis: o funestum casum, & inexpiabile scœlis: meis oculis cernerem. Asse queremur equidem cunti fideles hac vna re, quod tamdiu sumoperè exoptamus, nempe, vt contemplantes vos interius assdua cogitatione ex hac parte legem nostram Christianorum, nulla alia in re, magis perpetuò intentam esse, quàm in Euangelizando eam, quę ad partes *Act.13.*

patres vestros facta est ea promissio: illamque iamdiu adimpleuisse Deum filijs eorum, nimirum Apostolis, resuscitato Iesu Christo secundùm illud Psal. *Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Ex altera verò considerantes, per illum vobis remissionem omnium peccatorum annunciari: & ab omnibus a quibus non potuistis per legẽ Moysis iustificari, per eundem omnes qui credunt fide viua, sanctificari: statim ab isto tristi & miserabili tot miserijs & malis circumuento statu, quo vos tamdiu miserè constitutos esse experti estis: & nos vnà cum Abac. illis verbis. *Videte in gentibus, & aspiscite: & in stuporem acti stupescite. Est enim, qui opus operetur in diebus vestris: quod non creditis, cum narrabitur:* apertè intuemur: solicitè & ardenter ex tũc egredi, omnibus empedimẽtis & difficultatibus sublatis, conaremini. Et quamuis videre me iam videã, ex testimonio isto Genes. à nobis nuper allato ad ostensionem aduentus primi Messiæ nostri, obdurata vestra corda parum emolienda fore: vt hanc solidam veritatem intra se excipiant, & amplectantur: vt ostendere videntur illa verba. Esai. *Vade, & dices Populo huic. Audite audiendo, & ne intelligatis: & videte videndo, & ne cognoscatis. Impingua cor Populi huius, & aures eius aggraua, & occulos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.* & illa Psalm. *Erit mensa eorum coram eis laqueus, &c. Obscurabuntur oculi eorum, ne videant.* Ex quibus vaticinijs consequenter factum fuisse videmus: vt per obstinationem vestram, salutem Gentibus potissimè communicatam esse experiamur: vt Paul. ostendit: dicens: *Conclusit omnia in infidelitate: vt omnium misereatur.* Sed tamen quia potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: & inserere iterum eos quos ob grauissima eorum peccata tamdiu tanquam rami fracti fuerunt, radici primeuæ eorum: vt deniceps tanquam radicis & pinguedinis illius participes effecti, benedictionis & lætitiæ fructum copiosissimum Deo ferre valeant, ob promissionem istam factã à Deo Abrahæ & posteris eius, intercedẽte Messia nostro, qui mediator est Dei & hominum. Libenter disputationem cõtra vos dudum incæptam iterum excitare conabor: vt forsan fidelissima expositione, & verissima intelligentia huius loci (quod non vtique peni-

Psal. 2.
Abac. 1.
Esai. 6.
Psal. 68.
Rom. 11.

nitus diffido) optimè instructi, fœlicissima illa sorte vnà cum Gentibus ad Deum conuersis, & aduentum primum Messiæ palam prædicantibus; deinceps perfruamini: vt illa verba Apostoli præseferre videntur. *Nolo enim vos ignorare fratres mysteriũ hoc: vt nõ sitis vobis metipsis sapientes. Quia cæcitas exparte contingit Israel, donec plenitudo Gentiũ intraret: & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptũ est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatẽ à Iacob.*

Rom.11.

Esai.59.

Memoria retinetis cuncta huius testimonij. Genes. verba: & rationem potissimam, ob quam Deus commotus benedictionem istam Abrahæ, & posteris suis fuit pollicitus, ex isto testimonio, & illis verbis. Genes. *& perrexit Isac ad Abimelech Regem Palæstinorum in Gherar: & visus est ei Dominus, & dixit. Ne descendas in AEgyptum: habita terram quam ego dicam tibi. Inhabita terram hanc, & ego ero tecum, & benedicam tibi: quia tibi, & semini tuo dabo terras istas, &c. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: Eò quòd obedierit Abraham voci meæ: & custodierit custodiam meam, præcepta mea, statuta mea & leges meas*: vel vt Chaldæus legit: *Et abijt Isac ad Abimelech Regem Pphilistinorum in Gherar: & apparuit ei Dominus, & dixit ei: Ne descendas in AEgyptum: sed morare in terra, quam dixero tibi: habita in terra hac, & erit verbum meum in adiutorium tibi, & benedicam tibi: quia tibi, & filijs tuis dabo vniuersas terras has. Et confirmabo iuramentum, quod iuraui Abrahæ patri tuo: & multiplicabo filios tuos sicut stellas cœli: & dabo vniuersis filijs tuis vniuersas terras has: & benedicentur propter filios tuos omnes populi terræ: eò quod obediuit Abraham verbo meo: & custodiuit custodiam verbi mei, præcepta mea, pacta mea & leges meas*: apertè vnicuique vestrum iam diu licet intueri. Tamen ad exstimandum adducor, ita genuina, natiua & vera intelligentia horum verborum vos diu orbatos esse: quantùm procul & maximè remotos a cognitione aduetus primi Messiæ nostri vos modò intueor, neque forsan decipior.

Genes.22.

Genes.26.

Nam quamuis ex hac parte minimè vobis contradicere valeamus, absque eo quod aliquatenus à sensu precipuè intento ab Spiritu sancto in hoc testimonio, mentem & cogitationẽ nostrã reuocemus: vobis facillimũ aditum adhuc esse reseratum: vt liberè affirmare possitis hæc omnia iamdiu, vt ipse sensus verborum docet, adimpleta vos, & cunctos maio- Secũda Obiect.

res

& à veritate ipſa diſtare. Nam prætérquam quód ſtatim certiſsimè reperiemus, etiam ſi vt nudus cortex literæ ſonat, à nobis iſta exponantur: omni ex parte adimpleta eſſe in his omnibus, quæ nuper retulimus: cum ex ipſis teſtimonijs, imò ex vniuerſa ipſa Sacra Scriptura cuncti certiores reddamur, non fuiſſe tot viros, qui ex ſemine Abrahæ ſuam ſtirpem traxerunt: etiam ſi ampliſsimum eorum regnum per latiſsimas totius mundi prouincias propagauerint: vt numerum ſtellarum, aut arenam maris adæquare valeant: vt illa verba prophetiæ præſeferebant: nempe, *Multiplicando multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt iuxta litus maris.* Similiter luce meridiana ſit clarius, nullatenus cunctos populos, ciuitates, aut regna gentium, ob iſtam ſummam fœlicitatem Populi Iſraelitici, inter ſe benedici ad inuicem: vt illa verba præſeferunt: *& benedicentur ſibi in ſemine tuo omnes gentes terræ*: vel vt Chaldæus legit: *Omnes populi terræ*: aut voluntariè illi vni vectigalia etiam per breuiſsimum tempus penſitaſſe.

CAP. I.

Obiectiones Rabbinorũ ad obſcurandum ſenſum intentum ab Spiritu Sancto ſoluuntur.

QVo firmiſsimo fundamento à nobis iacto, facillime occurrere poſſumus illis, qui vt hæc omnia obſcurentur, & perturbentur: denuo arbitrantur, iſta verba: *benedicentur ſibi in ſemine tuo omnes gentes* &c. (vt commodius cunctæ huius prophætiæ Populo Iſraelitico, & poſteris Abrahę adaptanda tantùm eſſe palam fateantur) deprecatoria eſſe: ſcilicet vt ſint interpretanda: benefaciat vtinam Deus ob ſemen tuum ſic gentibus: ideſt, vt multiplicando multiplicentur: famaque illorum inſtar poſterorum Abrahæ, ideſt, Populi Iſraelitici, extendatur, & latiſsimè per cunctas Orbis partes propagetur. Nam eſto veriſsimum ſit, quam plurima loca reperiri in Sacra Scriptura, quæ nullo alio modo niſi deprecatorie interpretari debeant: vt ſunt illa quę ad bonum maxime ordinabantur, nempe illa Pſal. *Reuela occulos meos, &c. Aufer à me opprobrium & cõtemptum, &c. viam mandatorum fac me intelligere, &c. oſtende mihi Deus viam præceptorum tuorum, &c. Auerte opprobrium meum: ſuſcipe me ſecundum verbum tuum, &c. auxiliare mihi, & ſaluus ero: dulceſcat ſeruo tuo in bono, ne calumnientur me ſuperbi, &c. reſpice in me, & miſerere mei, &c. greſſus meos firma, &c.*

Reſpōſ.

Pſal. 118.

&c. Redime me ab oppreſsione hominum, &c. Secundùm iudicium tuum viuifica me, &c. Appropinquet clamor meus coram te Domine: ſecundum verbum tuum fac me intelligere, &c, & illa Pſal. Rogate pacem Hieruſalem, &c. ſit pax his, qui diligunt te : ſit pax in exercitu tuo, ſitque pax in Regibus tuis: vel vt Chaldęus legit. Sedeant in tranquilitate amatores tui: Sit pax in exercitu tuo, trãquilitas in Prętorijs tuis. Pſal. Redde mihi lętitiã ſalutaris tui, ſpiritu principali cõfirma me, & Pſal. benefac Deus bonis, & his qui recti ſũt corde. & illa Geneſ. & det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedinibus terrę, & multitudinẽ frumẽti, & vini noui. ſeruiant tibi Populi, &c. & incuruent ſe tibi filij matris tuę.

Pſal. 122.

Pſal. 51.

Pſal. 124.

Geneſ. 27

Alia verò vindictam à Deo ſummoperè eſlagitantia, vt illa Pſal. Condemna eos Deus: decidant à concilijs ſuis: iuxtà multitudinem ſcęlerum eorum expelle eos, quoniam pronocauerunt te. & illa Eſai. Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis ſuis. & illa Pſal. Conſume in furore, conſume & non ſint: & ſciant, quia Deus dominabitur in Iabacob, &c. & conuertantur ad veſperam: tumultuabuntur ſicut canis, & circuibunt Ciuitatem. & illa Pſal. reddet malum inimicis meis, in veritate tua ſuccide illos. & Pſal. Perde Domine, diuide linguam eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in Ciuitate, &c. Exigat debitum mors ab eis: deſcendant in infernum viuentes: quia mala in ſocietate eorum. & illa effunde ſuper eos iram tuam, & furor irę tuę comprehendat eos. Sit Palatium eorum deſolatum: in tabernaculis eorum ne ſit, qui habitet, &c, da punitionem iniquitati eorum: & non ingrediantur iuſtitiam tuam. Deleantur de libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur. & illa Pſal. Euigila ad viſitandum omnes gentes, ne miſerearis omnium pręuaricatorum iniquorum. & Pſal. Exurgat Deus: & diſpergantur inimici eius, & fugiant qui odio habuerunt eum, à facie eius: & illa Pſal. Conſtitue ſuper eum impium: & Sathan ſtet ad dexteram eius. Cum iudicatus fuerit, ipſe exeat impius: & oratio eius ſit in peccatum. Sint dies eius pauci: Pręfecturam eius accipiat alter. Sint filij eius pupilli, & vxor eius vidua. Et mouendo moueant ſe filij eius, & poſtulent: & quęrant de ſuis deſertis. Illaqueet fęnerator omnia, quę ſunt ei: & diripiant alieni laborem eius. Ne ſit ei extendens miſericordiam: & ne ſit qui miſereatur pupillis eius. Sit poſteritas eius in exterminium: in generatione altera deleatur nomen

Pſal. 5.

Eſai. 6.

Pſal. 58.

Pſal. 54

Pſal. 55.

Pſal. 59.

Pſal. 68.

Pſal. 107.

men eorũ, &c. *ſtet corã* Domino *ſemper, & ſuccidat è terra memoriam eorum*, &c. *ſit ei ſicut veſtimentum, quo operit ſe, & ſicut cingulum, quo ſemper accingit ſe.* & Pſal. *ſurge Deus, non confortetur homo*, &c. *Pone Deus terrorem eis: & ſciant gentes, quòd homines ſunt, in ſempiternũ*, &c. *contere brachiũ peccatoris: quæres impietatem eius, & non inuenies.* & Pſal. *ſurge Domine in furore tuo; eleua te propter indignationes hoſtium meorum.* & illa Pſal. *fac illis ſicut Midian & Siſera, ſicut Iabin in torrente Chiſon*, &c. *Pone eos, & Duces eorum ſicut Oreb, & ſicut Zeb, & ſicut Zebah, & ſicut Salmunnah pone Principes eorum*, &c. *Imple facies eorum ignominia*: &c. *pudore afficiantur, & terreantur in ſæculum ſæculi*: & *erubeſcant, & pereant.* & Pſal. *ſit via eorum tenebræ, & lubricitationes: & Angelus Domini perſequatur eos.* Sed tamen, quæſo, vnà nobiſcum contemplentur, quando ſe lectione & intelligentia ſacræ Scripturæ, cunctis doctiores doctiſsimi Rabbini iſti iactitant: nempè ferè in teſtimonijs nuper adductis, verba illa deprecatoria, ſiue in bonum, ſiue in malum, ſemper eſſe imperatiui modi: non autem futuri, ſicut in noſtro teſtimonio, quod dudum explicare nitimur: & *benedicentur*, &c. Nam quamuis reperiantur in iſtis teſtimonijs ſupra adductis aliqua verba, quæ in rigore Hebraici ſermonis, futuri ſint temporis: eſto a noſtris interpretibus in precatorie interpretentur: tamen certiores reddimur ex ſacra Scriptura, ſemper præponi illis verba imperantis modi: vt patet in Pſal. in quo illis verbis: *Ipſe exeat impius*: & *oratio eius ſit in peccatum*, &c. *Dies ſint pauci: & præfecturam accipiat alter.* Vel vt in rigore legitur: *Et ipſe exiet impius*: & *oratio eius erit in peccatum*, &c. verbum, *Hafqued*, ideſt, *conſtituere fac ſuper eum peccatorem*: Et hoc idem intueri vobis licebit in Pſal. in quo illa verba: *Sic perſequere eos: in tempeſtate tua turba eos*, licet in rigore ſint futuri temporis, præcedere illud verbũ, *Gaſebe*, ideſt, *fac*: & *Sihemo*, ideſt, *pone illos*, quæ ſunt imperatiui. Et illis verbis, *confundantur, & conturbentur*: vel in rigore, *confundentur & conturbabũtur*: præponi verbũ, *male*, i. *implere fac*, imperantis modi. Et hoc idem reperimus in Pſal. in quo illis verbis, *confundãtur & reuereãtur qui quærunt animã meam: conuertãtur retrorſũ*, &c: *Sint tanquã feſtucæ ante faciẽ vẽti*, &c. *Sit via illorũ tenebræ & lubricũ*, &c. *Veniat ei laqueus, quẽ ignorat: comprehen-*

Pſal. 9. Pſal. 7. Pſal. 83. Pſal. 35. Replica. Pſal. 109. Pſal. 83. Pſal. 35.

prehendat eum, in laqueum cadatque in eum: esto in textu sint futuri tēporis, præponi illis verba imperātis modi: vt sunt Riba, i. *iudica*: Lehem, idest, *pugna*, Hahaziq, idest, *apprehende*: & in Psal. illis verbis: *sit pax his, qui diligunt te: sit pax in exercitu tuo*, vel in rigore, *erit pax* &c. anteponi verbum imperantis modi Seilu, idest, *rogate pro pace*. Et in Psal. illis verbis, *cōfundantur, quia tu Deus auxiliatus es mihi*, &c. vel in rigore, *confundentur*, pręponi verbū Gaseh, idest, *fac mecum signum in bonum* imperantis modi. Et in Psal. illis verbis *confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam*, vel in rigore &c, *confundētur, & reuerebuntur, qui quærunt animam meam*, pręponi verbum, Husa, idest, *festina*: imperantis modi. Et quia dies & latera mihi deficerent, priusquam cuncta testimonia Sacrę Scripturę ad hoc vitium maximè conducentia in medium adducere valerem: reliquum est iam, similiter illis satisfacere contendamus, illis inquam, qui nobis obijcere nondum recusant, innumera esse loca sacræ Scripturæ, quæ sint imprecatoria alicuius mali: esto non sint imperantis modi, sed futuri temporis: vt palam vnusquisque nostrum prospicere poterit, si paulatim examinare (vt textus Hebraicus præsefert) intra se contendat illa verba Psal. *Pudore afficiantur præuaricantes gratis*: & illa Psal. Exurgat Deus, & *dissipētur inimici eius*: & *fugiant qui oderunt eum, a facie eius*: & illa Psalm. Exaudiat te Deus *in die tribulationis, fortem te faciat nomen* Dei Iacob: *mittat auxilium tuum de sancto, & de Sion roboret te*. Memor *sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum cius fiat semper: det tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum perficiat*, & illa Psal. *O beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem*: &c. Dominus *conseruet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius*: & illa Psal. *confundantur, & reuereantur omnes qui oderunt Sion: fiant sicut fenum tectorum: quod prius quam euellatur, arescit*: & illa Psal. V*eniant mihi miserationes tuæ, & viuam: confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt*, &c. *reuertantur ad me, qui timent te*, &c. *fiat cor meum perfectum*, &c. Affirmantes Complutensem lectionem Psal. de futuro legisse, *erubescent, qui inique egerūt*. Psal. verò, vt cunctis innotesceret illa verba nō tantum imprecatoria esse, sed certissimè ventura: statim addidisse Spiritum sanctum, ac si essent præsentia: *cātate* Deo, *canite nomini eius: preparate viā ascen-*

Margin notes: Psal. 122. — Psal. 86. — Psal. 69. — 3. Obiectio. — Psal. 25. — Psal. 68. — Psal. 20. — Psal. 41. — Psal. 129 — Psal. 118. — Psal. 25. — Psal. 68.

ascendenti per deserta,in Domino *nomen eius:exultate coram eo,* &c.& inferius : *Ecce dabit voci suæ vocem fortitudinis*. Psal. verò, post illa verba *exaudiat*,
Psal.20. vt errandi occasionem cunctis auferret, diuinitus addidisse: N*unc scio, quoniam saluans est* Dñs,*vel saluabit Messiam eius,*
Psal. 41. *exaudiet eum de cœlis*.Psal.verô. Præterquam complutensis lectio sic habet.*Dominus custodiet eum , & viuificabit eum*.&c.
Psal.40. *Dominus confortabit eum*, &c. statim adiecisse Spiritum sanctum tanquam quid præteritum , ad insinuandum certitudinem huius deprecationis , nempe,*totũ stratũ eius vertisti in*
Psal.129. *ægrotatione sua*. Psal verô esto illa verba, *confundantur,& conuertantur retrorsum* , in rigore sint futuri temporis : tamen necessario annectenda cum illis,quæ præcedunt ; *Dominus iustus concidit laqueos impiorum : vel concidens est*. Vt sic certiores redderemur : esto prima facie precatoria videantur, tamen euentum rei futurum certissimè præsagire . Similiter respondere possumus illa
Psal.118. verba Psal.in quibus legit nostra Vulgata:*veniant mihi miserationes* : esto in rigore sint futuri temporis , copulanda esse cum illis verbis , quæ præcedunt : *in iustitia tua viuifica me* : vt litera , *baf* , aperte innuit . Vt sic instruamur huiusmodi verba deprecatoria esse , esto sint futuri temporis : ob eám inquam causam, quia præcessit immediatè verbum imperantis modi : scilicet , *viuifica me* : vt intuenti hęc omnia facile patebit. Vel secundô breuius , & non minus propriè ac verius illis respondere possumus : esto verissimum sit nostram sanctissimam Vulgatam lectionem, & ferè vniuersam lectionem Caldaycam, omnibus istis testimonijs à nobis adductis, verba quæ sunt in textu originali futuri temporis , deprecatoriè interpretatam fuisse. Sed nunquid ob ista omnia omnem aditum nobis dudum interclusissise vos temerè, impudenter nunc affirmatis,aut affirmare vnquam vobis deinceps erit integrum : vt nobis non liceat vobiscum grauissimum prælium iam inituris , vt rigurosus textus originalis præsefert , c [illegible]cta ista verba de futuro , tanquam certissime euentura interpretari ? Præsertim , cum certissmum ac indubitatum rei euentum , ac mentem Spiritus sancti ad id vnum nos diu concitasse , ac inflamasse sentire me iam sentiam.

H Do-

Doctiſsimi & pij Iudæi, quæ mutatio nunc denuò eſt iſta? forſan dexteræ excelſi? an n̄ nc denuo excogitatum conſilium? vt nunc lectionem noſtram ſanctiſsimam Vulgatam, quam per tot annorum curricula turpiter & ignominioſè, tanquam fabuloſam, mendacem, commentitiam, corruptam, innumeriſque erroribus fædatam à veſtris ſynagogis procul amandaſtis, & non ſine grauiſsimarum pænarum comminatione in perpetuum excipi poſſe vnanimi conſenſu palam decreuiſtis: nouo conſilio inito, tanta reuerentia, & eo honore à vobis habendam eſſe ſtatuatis: vt illam meritò textui originali veſtro præferendam eſſe publicè decernatis? Id vnum, vt non decipiamini deinceps, prȩſtare cōtēdite. Vtinā clarius mentē Spiritus ſancti intueri vobis liceat. Sed equidem abditos mentis veſtræ receſſus diu percalui, vos interius ac exterius agnoui. Nec decipior equidem, ea mente id vnum vos preſtare contendiſſe, ſi forſan his veſtris machinamentis nouis, calliditate baſſa, & aſtutia diabolica, ſumma fœlicitas, que nomine huius benedictionjs cunctis mortalibus, his inquam, qui tanquam membra viua capiti ſuo Chriſto copulantur, Prophetia iſta Genes. pollicetur, ex nunc obſcurata maneat. Sed mihi credite fruſtrabuntur veſtrȩ cogitationes, & euanuiſſe iam diu ex nunc vos palam acclametis, eſt neceſſe.

CAP. II.

Stollide interpretationes recentiorum Iudæorum propelluntur.

ET euaneſcent equidem prauæ cogitationes eorum, qui adhuc immemores horum omnium, & auctoritatis ſanctiſsimæ noſtræ Vulgatæ, quam dudum vos in cœlum efferebatis: ex eo quod intueantur teſtimonio Genes. adducto, vbi nos legimus: *Benedicent ſeſe in ſemine tuo omnes gentes:* textu originali verbum quod correſpondet, tantûm eſſe preteriti temporis: vt inſinuat, *Vebitbarecu:* dictitant hanc Prophetiam impletam fuiſſe ſtatim in Abraham. Vt aperte & rei euentus confirmauit, quandó eo tempore ſic multplicando multplicatum fuit ſemen Abrahæ in cunctos poſteros, & filios eius: vt ex tunc vniuerſus orbis multitudine hominnm abundaret. Sed id vnum dicere nunc non eru-

erubescant, vt iam illorum stolliditas clarius cunctis inotescat, & maxime præcipites ab omnibus habeantur. Et meritò iam haberi debent. Quãdo eò insanire cæperunt: vt esto intueantur promissionem illam esse de futuro, vt cuncta illa verba præcedentia insinuant, *abareca*, idest, *benedicam tibi*, *arbe*, idest, *multiplicabo semen tuum*, &c. *veiras*, idest *possidebit*: nondũ percipere valuerint, quod sequitur *Veitba recu*, idest, *benedicentur*, & si sit præteriti tẽporis, exponẽdũ esse de futuro. Pręsertim, cũ, *baf*, quæ his duobus verbis supra allatis nuper præponitur, nõ solũ sit copulatiua, verùm fungatur munere conuertendi præteritum in futurum, si præcepceptis Hebraicis sit standum. Quæ omnia satis confirmant illa Genes. quæ sic se habent: *Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum, quod spondi Abrahæ patri tuo: & multiplicabo semen tuum, &c. & benedicentur in semine tuo omnes gentes*: vel vt Chaldaica lectio legit: *& benedicam tibi: quia tibi & filijs tuis dabo vniuersas terras has: & confirmabo iuramentum, quod iuraui Abrahæ patri tuo. Et multiplicabo filios tuos sicut stellas cœli: & dabo filijs tuis vniuersas terras has. Et benedicentur propter filios tuos omnes populi terræ: eo quòd obediuit Abraham verbo meo*, &c. In quo testimonio si contextum Chaldaicum examinare conemur, reperiemus singula verba huius promissionis scilicet, *benedicam, dabo, confirmabo, multiplicabo*, & quod magis est, *& benedicentur*, futuri esse temporis. Sed quid in hac vna re tamdiu laboramus? aliquid ne aliud præter hoc lectio 70. testimonio 22. capitis Genesis quę sic se habet: *Profectò benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cœli*, &c, *& hæreditabit semẽ tuũ ciuitates aduersariorũ: & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes*: demõstrant? Aut lectio Chaldaica, eodem Genes. cap. citato? cùm eo loco in rigore textus Chaldaici cuncta illa verba, scilicet: *quoniam benedictione benedicam te, & multiplicans multiplicabo filios tuos*, &c. *& hereditabunt filij tui ciuitates inimicorum suorum: & benedicentur propter filios tuos omnes populi terræ*: adinueniamus esse temporis futuri, & non præteriti: & hoc idem pręseferre videntur illa Genes. *Dixit autem Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram*

Genes. 26.
Genes. 22.
Genes. 12.

quam demonſtrauero tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, &c. *atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.* Quo loco eſto verbum *venibrequ*, ideſt, *benedicitur,* ſit preteriti temporis: ſed tamen ob literam, *baſ*, illi præpoſitam, non ſolum noſtra Vulgata & cuncta ſanctorum Patrum claſsis, ſed etiam Chaldæus interpres in cõfirmaitonẽ eorum quę diximus, interpretati ſunt de futuro: vt clariſsime verbũ Chaldaicum illi correſpondens, *veitbarecu*, id oſtendit. Que omnia decurſu temporis traiecto, regius Dauid: vt cunctis Rabbinis veſtris doctiſsimis errandi occaſionem amoueret, viamque clariſsimam ad intelligentiam testimonij Geneſ. ſuperius adducti præmuniret: ſcilicet, vt intelligerent omnes cunctam iſtam benedictionem in futurum eſſe intelligendam, ideſt, temporibus aduentus primi Meſſię noſtri: Pſal. cuius titulus eſt *Salomoni*, ideſt, vero Salomoni, in omnibus pacifico, qualis fuit Meſsias noſter, (quã expoſitionem amplectuntur veſtutiſsimi antiqui Hebræi, qui vt Rabbi Salomon, vt in libro Midras tehilim refertur, de Chriſto intelligendum eſſe perhibuerunt) dixit: *Erit nomen eius in æternum, ante ſolem filius nomen eius: & benedicentur in eo omnes gentes, beatificabunt eum.* Quę ſi a vobis examinentur, clariſſime intuebimini, cuncta in textu Hebraico eſſe futuri temporis. Et hoc idem inueniemus in lectione Chaldaica, quę ſic habet: *Erit nomen eius memoriale ſemper: & antequam eſſet ſol, præparatum erat nomen eius. Et benedicentur in merito eius omnes populi: & dicent bonum illi.*

Pſal. 71.

Cum ergo teſtimonio iſto, ſatis Rabbinorum veſtrorum obiectioni me ſatisfeciſſe intuear: ſupereſt, vt iam gradum faciamus ad comprimendam audatiam, & inſolentiam pręcipitem eorum: qui vt Religioni Chriſtianorum tantùm ſeopponant, audacter dicere contendunt, iam dudum adimpleta fuiſſe cuncta verba huius Prophetię in vno Ioſue, Quem Deus tanta fortitudine, & animi robore ornari voluit: vt triginta & vnum Reges Gentilium, eosque belicoſsimos ipſum vnà cum poſteris Abrahę ſuperaſſe perhibeat Sacra Scriptura, Ioſue: Ioſua. 12.
Iſti ſunt autem Reges terræ, quos percuſſit Iehoſuag, & filij Iſrael trans Iardem, &c. *omnes Reges* 31. Ex quo factum fuiſſe cuncta

ta capita sequentia demonstrant, scilicet, vt ferè occupauerint magnam partem Asiæ Filij Israel. Nam esto hæc omnia adinueniamus, omnes tribus Israel occupasse illas ciuitates & oppida, quæ Iosue refferuntur. Sed tamen certissimum est, nunquam illas gentes & nationes voluntariè populo Israelitico subditas fuisse: vt ex eodem Iosue colligitur. Neque vnquam nobis refferent pacem interse inijsse illas gentes & nationes cum illo: aut in vnum eisdem legibus & cæremonijs esse copulatas: vt sic ad inuicem interse benedicerentur gentes illæ. Imo contrarium nobis colligerè licet ex illis verbis, quæ Iosue, iam iam moriturus populo suo dixit: *Et fuit post dies multos, post quam requiscere fecit Dominus Israel ab omnibus inimicis suis in circuitu: Iehosuah senuit, & venit in dies, vocauitque Iehosuah omnem Israel, senio res eius, & Duces eius, & Iudices eius, & Principes eius: dixitque ad eos. Ego senui, veni in dies: vosque vidistis omnia que fecit Dominus Deus vester omnibus gentibus istis in cospectu vestro: quia Dominus Deus vester pugnauit pro vobis*, &c. Et *confortamini valde, vt custodiatis, & faciatis omne, quod scriptum est in libro legis Moseh. Et non recedatis ab ea ad dexteram, & ad sinistram, vt non ingrediamini inter gentes istas, quæ remauent vobiscum. Et nomen Dei earum non commemoretis: neque iuretis, neque seruiatis eis, neque incuruetis vos eis*, &c. Cùm ergo hæc ita se habeant: & adhuc gentes illæ, quas subiugauerat Iosuah, idolatre essent temporibus illis: qua ratione fateri audent cuncta verba huius prophetiæ adaptanda esse Iosue: imo impleta esse in illo, & populo suo Israelitico? Quam benedictionem consequetæ fuerunt gentes illæ, si adhuc, esto tributariæ essent populo Israelitico, & posteris Abrahæ, in sua infedelitate fixæ & immobiles permanebant? Fœlicissimum ne erat illis, omnino à Deo per eorum idolatriam auerti, & conuerti Dijs fictilibus, qui non erant Dij: & in via condemnationis perpetuæ ambulare? Egregiam profectò laudem, & fœlicissimam sortem, gloriosissimamque istam benedictionem iam sibi libenter assumant gentes illæ, si laudis, aut fœlicissime sortis, & benedictionis summæ illis esse videbatur, dura seruitute ab Israeliticis opprimi: & quid opprimi? imo adhuc in eorum

Respôs.

Iosue. 13. 14. 15. & 16.

Iosue. 17.

Iosue. 23.

erroribus excecrandis tanquā cæci voluptari.

6. Obiectio. Neque minus peruigiles & soliciti esse adhuc tenemur, vt sacrilegas illorum linguas & ora execranda obturemus: illorum, inquam, qui cùm intueantur hæc omnia, scilicet: *& benedicent se omnes gentes in semine tuo*, nullatenus posteris illis Abrahæ, aut gentibus quas ille populus Israeliticus in suam ditionem adduxerat (vt supra retulimus) congruere posse: dictitant huiusmodi benedictionem scilicet, quo ad primam partem illius. *Et multiplicando multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam maris*, &c. impletam fuisse statim illis pristinis tēporibus, & successu temporis in dies cōpleri, cumulatius in propagatione illa vniuersali Iudæorum: quæ tanta fuit, sicque extunc huc husque continuò augetur, vt nullis numeris com prehendi valeat. Quo ad alteram verò eius partem, nempe: *& benedicentur in semine tuo omnes gentes*, &c. impleri debere in aduentu Messiæ, qui futurus est in nouissimis diebus: vt demonstrare videntur illa verba. Esai. *Et erit in nouissimis diebus: præparatus erit mons domus* Esai. 2.

Domini in vertice montium, & eleuabit se præ collibus. Et confluent ad eum omnes gentes. & verba Hiere. *In illo tempore, audite verbum Domini gentes, & annunciate in insulis, quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum, sicut pastor gregem suum. Redimet enim Dominus Iacob, & redemit eum de manu fortioris eo. Et venient, & laudabunt in excelso Sion, & confluent ad bonitatem Domini super frumentum, & super vinum, & super oleum, & super filios pecorum, & bouum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus: & non addent, vt doleant amplius. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul. Et conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo eos a dolore suo.* &c. *Prohibe vocem tuam a fletu, & oculos tuos a lachrimis: quia est merces operi tuo, ait Dominus. Et reuertentur de terra inimici: & est spes nouissimo tuo: ait Dominus. Et reuertentur filij ad terminum suum.* Hiere. 31.

Respōs. Nam quamuis adinueniamus in ipsis Prophetis modò aliqua prædici, quæ spectant ad primum aduentum Christi: alia, quæ ad secundum (& sic interpretanda sunt, quę testimonio Hierēmię, supra addu- Hiere. 31.

xi-

ximis, cum futura sint, tẽpore aduentus secũdi Mesſię nostri: et inter ea quæ ad primum aduentum ab his annunciari Natiuitas Mesſiæ, ab alijs singula mysteria, quę ad mortem attinent: ab his quæ spectant ad Resurrectionem, ab alijs ea, quæ post Ascensionem eius admirabilem ad cœlos, ecclesiæ huic militanti suę euentura erant. Et similiter reperiamus Genes. Abrahę & posteris eius factam fuiſſe à Deo benedictionem temporalem, illis verbis: *& dixit Dominus ad Abraham: vade tibi è terra tua, & è cognatione tua, & è domo patris tui ad terram, quã videre faciã te: Et faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi: & magnificabo nomen tuum*, &c. *& benedicam benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam: & benedicent se in te omnes familiæ terræ*; idest, *præcæteris patribus tuis eris benedictus: scilicet, in propagatione famæ tuæ, & in cunctis bonis temporalibus, & in multitudine prolis*: & propterea dicitur, & *benedicentur in te omnes familiæ terræ*, &c. spiritualem vero Genes. & *benedicent se in semine tuo*: id est, propter Mesſiam, qui ex tua prosapia originẽ ducturus est, cunctę gentes. Quam promisſionem Deus illi pollicitus fuerat, eô quô decreuerit Abraham filium eius vnigenitum Deo immolare. Sed tamen rei euentus non patitur, vt nos rabbinis vestris concedamus, vt quæ iamdiu nos adimpleta tanquam oculis nostris corporalibus cernimus, aduentu præterito Mesſię nostri: ea omnia in nouisſimis diebus, id est, in fine mundi, quo tempore vos illum venturum speratis, adhuc adimplenda esse fateamur. Præsertim, cùm manifestè iam diu cognoscamus Mesſiam nostrum, non solum instar Abrahæ, qui dicitur pater multarum gentium, & fuit pater credentium, eò quòd & credidit, vt Paulus noster dicit: *in spem contra spem*: Rom. vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictũ est: *sic erit semen tuum*; & *non est infirmatus in fide*. & Genes. & *credidit Domino*: & *reputatum est illi ad iustitiam*: sed potius tanquam fidei authorem, & consummatorem tot filios spirituales, doctrina Euangelij sui, à temporibus aduentus eius in hunc mundum vsque in hanc nostram ætatem, procreaſſe ex cunctis gentibus & nationibus, fidei nostrę participes illos efficiẽdo ita vt iam filij Abrahæ (ob eius fidem dici & nuncupari merito

Margin notes: Genes. 12. — Gne. 22. — Rom. 4. — Genes. 15.

Galat. 3. ritò meruerint, ſecundum illud Galat. *Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ*: Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iuſtificat gentes Deus, prænunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes: igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quot non tantum numero & multitudine cum ipſis ſtellis comparari, ſicut Deus Abrahæ eſt pollicitus, & ſemini eius, non autem ſeminibus eius: vt Galat. 3. Paul. Galat. dicit: *Quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus.* verùm terram cunctam, & cunctas etiam beatorum ſedes certiſsime valeant adimplere. Neque hæc quidem arroganter à nobis ſunt dicta, nam eſto numerus ſtellarum adeò immenſus ſit, vt ex illis Genes. colligitur Geneſ. 15. *Suſpice nunc cœlum, & numera ſtellas, ſi poteris numerare eas, & dixit ei. ſic erit nomen tuum.* & ex illis Pſal: Pſal. 147 *Laudate Dominum*, &c. *qui numerat numerum ſtellarum, omnibus eis nomina vocans.* (inſinuans maximè oſtendi immenſam ſapientiam Dei, cùm ſe extendat ad comprehenſionem numeri ſtellarum) nationes verò, gentes, & quotquot huc vſque fidei Chriſti aſſenſum prębuerunt, numero finito comprehendantur: non ob id pedem aliquãtulũ amouere cogimur, vt nunc affirmemus iterũ, cuncta huius prophetiæ verba: *Et multiplicãdo multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cœli*, &c. in cũctis fidelibus fuiſſe adimpleta. Nam preter quam in teſtimonio adducto Geneſ. nõ dicitur, erunt, inquã, Geneſ. 22. tot tibi ſucceſſores, quot ſunt ſtellę cœlorum: ſed ſicut ſtellas cœli: quod vnũ ſatis demõſtrat illa litera, *Caſ*, quæ præponitur *Checoquebai*, quæ eſt ſimilitudinalis particula. Ex quo colligitur, quòd ſicut ſimilitudo nõ debet tenere in omnibus, alias eſſet identitas: ſimiliter reperiemus cunctam proſapiã filiorum Meſsiæ noſtri, eorũ qui fide illi vni tamquam capiti eorũ corpalati fuerant, etiam ſi numero finito, ſicut & ſtellæ & cuncta quæ condita ſunt à Deo, cõſulto contineantur, cùm ſint creatuæ ſecundum illud: *Omnia in menſura & numero feciſti*: Sapien. 11 nullatenus tamen ab vlla creatura abſque particulari reuelatione numerari valeant recenſeri poſſe: vt poſtea Hiere. dicitur: *Quẽ admodũ non* Iere. 33. *poteſt numerari exercitus cœli, nec menſurari poteſt arena maris: ſic multiplicabo ſemen David ſerui mei.* Et hæc omnia atteſtatus fuit tamquam teſtis oculatus noſter Ioan. Apoca. Apocal. 7. Quando intentis oculis contem-

tem-

templatus cunctas illas plantationes nouellas, quę virtute Passionis Christi per vniuersas huius mundi regiones, prouincias, & nationes in hac vita mortali plantatæ, & iuxta fluenta copiosissima aquarum viuentium & salientium in vitam æternam sacri Euangelij & doctrinæ Christi constitutæ, postea autem in cęlesti beatorum patria tanquam splendidissimę stellæ in perpetuas æternitates collocatæ, magnificam & regiam illam cælestium & tryũphantium militum domũ gloriosissimè cingebant, & incolebant; vix abstinere potuit, quo minus clarissimè intuentẽ innumeram illam & admirandam cælestium ciuium cohortem, & multitudinem, non solùm numerum stellarum & arenam maris: sed etiam omnes numeros excedere, & superare: in hæc verba illum prorumpisse legamus. *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gẽtibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante tronum, & in conspectu agni, amicti stollis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super tronum, & agno, &c. Benedictio, & charitas, & sapientia, & gratiarũ actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in sæcula sæculorũ, Amẽ.* Quæ omnia apertissimè, multis ante sęculis trãsactis Esai. contemplabatur: quando multitudinem filiorũ Messiæ nostri, id est, fidelium, qui ob mortem, & resurrectionem eius saluandi erant, cunctis subijcere contendens, dixit: *De clausura & iudicio sublatus est: & generationem eius quis enarrabit? &c. Si posuerit se ipsam pro delicto, anima eius videbit semen, prolongabit dies: & voluntas Domini per manum eius prosperabitur.* Esai. 53. & Christus noster prędixit dicẽs, Ioan. *Nisi granum frumẽti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, &c. & ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.* Ioan. 12. Et consultò equidem iã reperiemus Esaiam acclamasse: *Generationem eius quis enarrabit? &c. & voluntas Domini per manum eius prosperabitur:* & Ioan. nomine Christi retulisse. *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad me ipsũ.* (quę quidẽ maximè cohęrẽt illis verbis testimonij superius à nobis adduct: *& multiplicando multiplicabo semen tuum, &c.*) vt considerantes cælestem illorum testimoniorum concentum, & ista omnia ab vno eodemque Spiritu sancto esse prolata: eo inquam, vt in cognitionem huius veritatis solidæ, nempe aduen-

uentus primi Meſsiæ noſtri cũ ſti mortales traherẽtur: nos verò in hac vna re impetrãda ſumma animi ſolicitudine deinceps ardẽter euigilaremus: donec cunctos Rabbinos veſtros in hanc noſtrã ſententiã ingredi cõpelleremus. Et compellẽtur equidem iam à nobis; ſi paulisper vnà nobiſcum intẽta animi cogitatione contẽplẽtur ea omnia, quæ Meſsias noſter in decurſu ſuæ vitę mortalis, cũ hominibus cõmoraus, cum tanta nominis ſui celebritate, fidelium tamẽ ſuorum vtilitate, cũ ctarumq; nationũ ſalute: vt iſta omnia, quæ illis verbis: *multiplicando multiplicabo ſementuũ*, continentur, in integrum adimpleret: in lucem edidit.

CAP. II.

Verba huius teſtimonij Geneſ. 22. adaptantur, ita proprie Meſſiæ noſtro, vt nulli alteri præter ipſum adaptari valeant.

NAm ſi mentem & cogitationem conuertimus ad innumeram illam gẽtium, & populorũ multitudinem, quæ ſtatim eius fama audita illum ſequebantur, vt eius doctrina inſtruerẽtur: quæ tanta fuit, quanta ex illis verbis Matt. colligitur: *Et ſequtæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & de Capoli, & de Hieroſolymis, & de Iudæa, & de trãs Iordan.* & Matth. *Cum autem deſcẽdiſſet Ieſus de monte, ſequtæ ſunt eum turbæ multæ.* & Matt. & Marci. *Siue ad illos, qui eius doctrinæ crediderunt:* vt illa Ioan. *De turba autem multi crediderunt in eum: & dicebant, &c.* & Ioan. *Veruntamẽ & ex Principibus multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur.* & illa Ioann. *Cum autem eſſet Hieroſolymis in Paſcoa in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius, quæ faciebat.* Forſam ne aliud nobis & vobis, ac Rabbinis veſtris cuncta iſta demonſtrante præter illam ingentem, magnam & copioſam ſegetum copiam, quæ, mortuo grano tritici & terræ mandato, in omnẽ Eccleſiæ ſuæ pretioſiſsimã hæreditatem indies nouis incrementis naſcitura, & pullulatura erat. Vt ſic inſtar Abrahæ, vniuerſa Chriſti familia, & glorioſa eius progenies per vniuerſas non tantum Aſsiæ, Europæ, Africæ, & cunctas orbis partes: verùm per ſupremas illis Angelorum ſedes vnà cum illis fœliciter extenderetur & propagaretur: & per conſequẽns omnes huius benedictionis notitia quæ

Matt. 4.
Matt. 8.
Matt. 14.
Mar. 6. & 12.
Ioan 7.
Ioan. 12.
Ioan. 2.

quæ testimonio Genes. clare ostenditur, aduentu primo Mesiæ nostri illustraren tur.

Confirma. hęc veritas. Quòd si vlterius harum nouarum plantationum vbertatem, quę indies â temporibus Ascensionis Christi in cælum crescebat in amenissimo isto Ecclesiæ paradiso, feruentissimo Christi sanguine irrigato, inspiciamus: quis contineri iam poterit? quin statim palam non fateatur, & proclamet: esto Abrahæ factæ fuerint illæ promissiones, nempe: *Et multiplicando multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est iuxta litus maris, &c.* illisq; singulariter eum potitum fuisse acclamet sacra Scriptura: tamen omnia in figura illi contigisse. Si cunctam illius fœlicitatem, & benedictiones illas temporales tot filiorum, nepotum, & pronepotum eius carnalium, cum ista cælesti, innumeraque filiorum spiritualium sobole, quam ob semen illius Abrahæ, Christi inquam, qui vt homo ab illo originem ducebat tam diu per tot annorum curricula, Ecclesia nostra Christiana cum tanta Dęmonis iactura diuinitus potitur conferamus.

Multiplicando, n inquid non multiplicari cœpit semen istud cæleste filiorum Dei, virtute admirabili illius grani tritici, Mesiæ inquam nostri (quod etsi mortuũ fuerit, multo tamen cum fœnore sic resurrexit, vt nunquam iterum emori possit, aut pati valeat) Quando adamantina hominum corda, sanguine innocentissimi illius Agni occisi ab origine mundi tincta, & madefacta, ita suauiter emoliri, & ad pœnitentiam conuerti copiosissime cœperunt: vt nobis refferat sacra Scriptura. Actor. *Quòd postquam Petrus sermonem conuerterat ad Israelitas, dicens: Viri Israelitæ audite verba hęc: Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illũ in medio vestri, sicut scitis, hunc, &c. interemistis. Certissime sciat ergo omnis domus Israel: quia Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Statim autem his auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres? Petrus autem ad illos, pœnitentiam, inquit, agite: & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti & filijs vestris, & omnibus qui longe sunt,* Act. 2.

quos

quoscunq; aduocauerit dominus Deus noster, &c. Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia, &c. Dominus autem augebat, qui salui fiebant, quotidie in idipsum.

Incrementum autem huius nouæ prolis, & benedictionis spiritualis, quæ magis quotidie ex tunc augeri, & manifestari cœpit, non ne satis confirmant
Actor. 4. illa quæ Actor. refferuntur? Multi autem eorum qui audierãt verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quasi quinq; millia, &c. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes offerebant precia eorũ, quæ vendebant: & ponebant ante pedes Apostolorum. & Actor.
Actor. 8. Cum autem audissent Apostol., qui erant in Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem. & Acto. Vobis oportebat
Acto. 13. primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Dominus. Posui te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. Audiẽtes autẽ Gẽtes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt, quot quot erant præordinati ad vitam æternam. & illa Acto. Adhuc loquẽte Petro
Actor. 10. verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex Circumcisione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquẽtes linguis, & magnificantes Deũ. Tunc respondit Petrus, nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? & iussit illos baptizare in nomine Domini Iesu Christi.

Sed nunquid ingens multitudo huius nouæ prolis, intra terminos & confines Regni Iudaici, aut inter eas prouincias, ciuitates, & oppida, quæ posteri Abrahæ fœliciter occupauerant, vt Psalmista illis Psal. 80. Confirmati. 2.
verbis retulit: Vitẽ de Ægypto transire fecisti: eiecisti fortiter gẽtes, & plantasti eam solicitè: Dux euigilantissimus fuisti ante faciẽ eius: & stabilisti radices eius & impleuit terram. Operti sunt montes vmbra eius, & ramis illius cedri Dei. Expandit comas suas vsq; ad mare, & vsq; ad flumen germina sua (idest, à mare Mediterraneo vsque ad Euphratem: Exod. 23.
vt Exod. & Deuter. colligitur) fuit conclusa? Deute. 11. Nequaquam profecto. Sed sic copiosissimè vsque ad vniuersos totius orbis angulos, cunctisque maris oras propagari cœpit: vt fœliciter iam cuncti Christiani, nõ sine magna Mesiæ nostri glo-

ria,

ria, cum Dauid acclamare possimus: *In omniem terram exiuit filum eorum: & in fines mundi verba eorum*: vel vt Chaldæus legit: *In omnem terram extensi sunt effectus eorum: & in finē orbis omnia verba eorum*.

Psal. 19.

Quæ omnia ne in futurū tēpus euentura esse adhuc arbitremini, quo Messiam venturū esse speratis, vt in eo cuncta huius benedictionis Abrahæ factæ adimpleantur: consulite, quęso, vt clarius veritatem istā intueri possitis, semotissimas illas orbis gentes, remotissimas mundi nationes (vt vobis animo lustrare sit facillimū) quot innumerabiles vtriusque sexus status, & conditionis gentes, & nationes Petrus Apostolorum Princeps in Antiochia, Ponto, Galatia, Capadocia, Asia & Bithinia: Andreas (vt Hieronymus, Abdias lib. 3. & Nicæforus li. 28. cap. 6.) apud Nicomædiam, Constantinopolim, Scitas, & Sogdianos, & apud Achayam; vt Isidorus apertè reffert in vitis Patrum: Iacobus, qui appellabatur Frater Domini apud Hierusalem, vt AEgesippus lib. 5. commētariorum, Iosephus lib. 20. Antiquitatum, Clemens in 7. lib. Hyppotiposæon, Eusebius Cæsariensis. lib. 2. Ecclesiasticæ Historię cap. 23. 27. & 72. Turonensis in lib. de Gloria Sanctorum, Isidorus de vitis Patrum peribent: ad fidem & Religionem Christianam conuerterint. Perspicite quantam Christianorum prolem Iacobus Maior apud duodecim illas tribus, quæ erant dispersæ apud semotissimas mundi partes, vt Hieronymus, & apud Hispanos, vt Isidorus, lib. 3. de vitis Patrum noui Testamenti: Ioannes Euangelista apud AEphesum, & populosas Asię ciuitates, vt Hieronymus: & Gallos, & Græcos, vt Isidorus lib. 75. & Bartholomęus apud Indos fortunatos, vt Hieronymus: & apud Licaoniam, & Armeniam Maiorem, vt Isidorus cap. 75, procreauerint. Cōtemplamini, quęso, quot vberes Religionis Christianæ fœtus in lucem ediderint Thomas aput Partos, Mędos, Persas, Bactrianos, Germanos, Hyrcanos & Magos, vt Lipomanus in sua historia, Augustinus contra Faustum, & lib. contra Manichæum refferunt. Simon apud AEgyptum, vt Isidorus ca. 79. Iudas Thadęus apud Mesopotaniam, Pontum, & Armeniam Inferiorem, vt Isidorus ca. 71. Matthæus apud Macædoniam, & AEthyoppiam. Marcus (vt Philon Iudęus) apud Alexandriam. Et Paulus apud Corinthum, Acaiam, AEphesum, & apud Athenas, Asiam, & Romam,

Hiero. to. in cathal. Scrip.

mam, vt ex Actis Apoſtolorum colligitur. Conſiderate quam feraces, viſui pulchras, & guſtui ſuaues, & odoriferas plãtas, cultui Dei dedicatas prædicatione Euangelica, illi ſeptuaginta Diſcipuli Domini, ex ſententia Dorothei Epiſcopi, Nicæfori in chronologia, Epiphanij de ſectis, Hegeſippi. lib. 5. commentariorum, Ioſeph. 20. lib. Antiquita. Clemẽtis in 7. lib. Hyppotipoſæon, Euſebij lib. 2. c. 23. de hiſtoria Eccleſiaſtica: Iacobus frater Domini apud Hieruſalẽ: Timotheus apud AEpheſum, & Illiricum, vt ex Euſeb. lib. 3. cap. 4. Titus apud Cretam, & inſulas ei adiacentes: Barnabas (vt Euſebius. 2. capit. 3.) apud Mediolanenſes: Ananias (vt acto. 9.) apud Damaſcum: Stephanus Nicanor apud Hieroſolymam, vt Acto. 6. 7. 8. & 22. Philippus apud Samaryã, & Cæſaræã Act. 8, Prochorus de quo fit mentio Actor. 6. apud Nicomediam: Simõ apud Arabes, cuius meminit Act. 8. Sylas apud Antiochiam, Syriã & Ciliciam, vt Actor. 15. Sylnanus apud Theſalonicenſes. 1. Thæſal. 1. Creſcens apud Calcedoniam. 2. Timoth. 4. Ephenetus (vt Romano. 16.) apud Carthaginem: Andronicus apud Panoniam: Amplias apud Odiſeam: Vrbanus apud Macedoniam: Ithachis apud Bizantium: Apelles apud Smyrnam: Ariſtobolus apud Bretaniam: Herodion & Narciſus apud Patras: Ruphus apud Thebas: Aſyneritus apud Hyrcaniam: Philegon apud Marrathonenſes: Hermes apud Dalmatiam: Hermas apud Philipin: Patrobas apud Nepotiolanũ: Gallus apud AEpheſios: Philologus apud Synopam: Olimpas & Rodiom apud Romam: Soſthenes apud Colophonyadem: quorum omnium recordatus fuit Paulus Roman. 16. Lucius apud Loadiceam: Iaſon apud Tarſum: Tertius & Soſiſpater apud Iconyum: Eraſtus apud Panæadem: Quartus apud Berithum: Apoſtolos apud Cæſaream: Cæphas apud Caniau: Epaphroditus apud Hadrianã: Ceſar apud Dyrarchios: Marcus apud Apolomiades: Barſabas apud Eleutheropolym: Arthemas apud Liſtros: Clemens apud Sardicam, Oneſiphorus apud Coronyam, Thichicus apud Calcedoniam, Carpus apud Traciam, Euhodus apud Anthiochiam, Philemon apud Gazam, Zenas apud Dioſpolum, Aquila apud Ieraclyam: Priſcillas apud Coloſonem, Iunis apud Apamaram, Marcus apud Biblum, Ariſtarcus Pudens Trophinus apud eas ciuita-

ciuitates, quas vnà cum Paulo prædicantes Euangelium Christi peragrarunt: Sanctus Dionysius apud Athenas: & tandem apud Parisium Lucianus presbyter, & apud Ciuitatem Insulæ Belbecansis: vt Surius tom. 5. Quòd si adhuc cunctas huius cęlestis generationis propagines, quę ex fructiferis, & sanctissimis illis radicibus, decursu temporis translato, in dies vberius maiori cum abundantia pullulantes in eum numerum creuerunt, vt cunctas huius ingentis mundi partes adimplere valuerint, considerare, ac manibus contrectare contenditis: vt ad summam quandam breuem â vobis ita redigantur, vt stellarum numero nullatenus illas nobis iam conferre liceat: id contendite, si forsan assequamini: quod non credo. Præcipue, cùm iam ad existimandum certissimè adducar, ab illis temporibus hucusque, tot tantasque fuisse, vt longo interuallo stellarum immensum numerũ excellant. Præsertim cùm intueamur cuncti, statim vt huiusmodi cęlitus lumen, suis radijs solaribus, & claritate sua, orbem illustrare cœpit: per omnes ciuitates, & vicos innumeras gẽtes, velut messium tempore ad areas, ita ad Ecclesias, & ad recipiendum Euangelium (vt Eusebius lib. 2. histor. Eccle. cap. 3. reffert) congregari. Et adinueniamus similiter certissimè, illis temporibus, statim post prædicationem Apostolorum, tot multitudines fidelium coeuntium intra Ecclesias (vt idem autor. lib. 8. de persecutione Christianorum reffert) conueniri, & tot innumerabiles cateruas per loca singula ad ipsas confluere: vt nec ipsa antiqua receptacula sufficerent: sed necesse esset vt in dies dilatarentur. Ita vt amplitudo earũ concludi instar vrbium videretur: & gloria earum terris excedens, & cuncta super eminens, festinare videretur ad cælum.

Et certè semper ingens, & numerosa ista Christianorum feracissima suboles visa fuit Neroni: quando, ne tanquam contagio quædã pestifera vniuersas mundi partes inficere, & occupare posset: adeò sęuissimè in Christianos diram eius rabiem, atrocissimis cruciatibus, & varijs tormentorum generibus, per cunctas orbis partes exercere est conatus: vt videremus (vt Eusebius historiæ, & Oros. refferunt) repletas humanis corporibus ciuitates, iacẽtes mortuos, simul cum paruulis senes, fœminarumq; absque vlla reuerentia sexus nudata in publico, reiectaque stare

Confirmati. 3.

Euse li. 2. c. 34. 35. & 36. Oros. lib. 7 Chro. sua.

ſtare cadauera: & tot tantoſq; & innumeros Chriſtianos interemiſſe: vt multi arbitrarentur ex noſtris, teſte Hieronymo, ſuper Daniel. cap. 11 ob execrandam eius crudelitatem, Antechriſtum fore.

Sed forſan ſtellarum numerum Chriſtianorum progeniē immenſam adęquare non equidem arbitrabātur crudeliſsimi Domitianus & Traianus? Quādo alterum per quindecim annorum curricula vniuerſas ſui imperij diuitias in hac vna re conſumpſiſſe, cunctamq; eius induſtriam in ea vna re potiſſimè collocaſſe teſtatur Oroſius in lib. dicens exiſſe edictum nomine ipſius, ſcilicet, vt occiderentur omnes, qui erant de ſemine Dauid: funditusque nomen Chriſtianorum de cunctis prouintijs, ciuitatibus, & locis eradicaretur. Alterum verò ſic Eccleſiam perturbaſſe, vt pondere ſuo illam vrgere, immenſaſque cateruas Martyrum quotidie iugulaſſe Euſebius proclamet. *Oroſ. li. 7.* *Euſe. li. 3. cap. 31.*

Multitudinem huius noui fætus non ne ſatis demonſtrarunt, nullatenus numero aut menſura comprehendi poſſe, Marcus Antonius & ſeuerus? Quando ſucceſſu tēporis, abſque vlla intermiſsione, per triginta & ſex annos, diris & crudeliſsimis perſecutionibus Eccleſiam Chriſtianorum ſic infeſtarunt, vt quotidie multa millia Martyrum per vniuerſas mundi prouincias trucidarentur. In quibus temporibus adimpletum eſſe vidimus illud Chriſti: *Veniet tempus in quo, omnis qui occiderit vos, putet ſe obſequium præbere Deo.* Ad numerum certum, & ſummā quādam redigant, ſi poſſunt, innumerabiles illos Martyres, quos Maximianus per trienniū eius Imperij: Decius verò, illis tēporibus quibus clauem Romanę Reipublicæ obtinuit, morte crudeliſsima affecerunt. Cū intra triginta ſolum dies, decem & ſeptem millia Chriſtianorū vtriuſque ſexus eius mandato fuerint necati. Recenſeant iam (ſi illis conceditur locus) Valerianus, Aurelianus, & Dioclecianus quot ex Chriſti fidelibus conſtantes in fide conſpexerint. Recenſebunt equidem adeò tantos inſpexiſſe: vt eſto vna die Diocletianus viginti millia ſimul igni tradiderit apud Nicomediam: vt Euſebius & Niceforus lib. 7. cap. 6. refferunt: adeo tamen innumerabiles fuiſſe alios, quos morte crudeli tradiderunt, vt vix memoria retineri, aut hiſtoria recenſeri valeant. Et recenſeri ne poterunt? Quando contemplantes crudeliſsimi iſti Imperatores in dies iſtud ſemen *Ioan. 16.*

Chri-

Christi sic propagari per vniuersas mundi partes, vt ferè iã nullus finitimus angulus, aut semotissima maris ora essent, in quibus Euangelium Christi nõ altas radices egisset: totq; esse gentes, & innumeras nationes, quæ quotidiè quasi aggregatim imô certatim, non solũ ad religionẽ Christianã excipiendã, verũ pro illa ad subeunda acerbissima mortis genera ex vniuersis orbis partibus cõfluebant: ea atrocissima tormẽta Christianis inferre excogitarunt, vt omnino á receptione huius doctrinæ Euangelicæ arcerentur: qualia nõ solũ lingua profferre, verùm animus excogitare iam per horrescit?

Quorsum namque à persecutoribus illis crudelissimis hi discerpebantur? alij vngulis fodiebantur? hi ignitis laminis vrebantur? alij semiviui sublati inter mortuos sepelliebantur? hij flagris primo, deinde per omne corpus carpebantur? illi arundinibus acutis quibusdam subunguibus digitorum infigebantur? & isti ab bestias immanissimas trahebantur? Quorsum his plumbũ igne liquefactum, & dorso infusum vsque ad loca pudenda, quibus naturalis digestio procurari solet, illi Tyranni infundebãt? Fœminis quoq; æris candentis fustes, absq; vllo humanitatis miserationisq; respectu, per pudenda viscerum & naturalium secreta membrorũ ingerebantur? hos viuos intra viscera cadauerum mortuorum includebant? illos voluntati tortorum exponebant? vt quid quid crudelitatis contra illos exercere cogitarent, id libere exequi illi valerent? Quorsum illud edictum Diocletiani, vt Rufinus meminit? Quo præcipiebatur, vt omnes Ecclesiarum Præsides vbiq; gentium conijcerentur in vincula, postea omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogerẽtur? Quorsum deniq; Maximinus cunctos Christianos ab vrbibus Imperij eius ignominiosè exterminandos, & omnibus eorum bonis expoliandos esse, grauissimarum pœnarum comminatione decreuit, vt Eusebius reffert? Forsan nè, eo ista omnia tormentorum & mortis genera ab illis Tyrannis excogitabãtur: nisi ob terrorem? Vt sic illorum omnium Christianorum suboles omnino extinguerctur, omnisq; aditus propagationis, illis interclusus esset: vt iam sola Dęmonis, & idolatriæ cultus caput cunctas nationes, & gẽtes obtinerẽt? Ita equidẽ. Sed frustratę fuerunt certè illorum cogitationes: euanuerunt cuncti hi Dęmonis ministri in

Rufin. c. 2

Euse. li. 9. cap. 7.

cogitationibus ſuis. Nā ita mul tiplicando multiplicatum fuit ſemen Chriſtianorū: vt inſtar areæ, quæ tempore meſsis immenſo frumenti numero repẽte compleri ſolet: multo maiori & penè infinita fideliū multitudine in cunctis ciuitatibus, & vicis Chriſtianorum Eccleſia vbiq; refferta fuerit. Ita vt tanquam terra feracisſima, quæ accepto intra ſe ſemine, multiplicatos fructus cum fęnore reddit: pro vno martyre, mille: & quid mille? infinitos martyres ſine aliqua ſui iactura ſemper illam Deo reddidiſſe experiamur.

4 Cōfir. Neque pauciores deinceps decurſu temporis Chriſtianorum fætus ſemen iſtud Euangelij diuini à Meſsia noſtro in vertice montis Sion, viſceribus non terræ, ſed cordibus Apoſtolorum commiſſum, Matth. acclamante, nomine Chriſti: *Euntes ergo, docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis*: vt poſtea illorū prædicatione, induſtria, & ſudore, imò ſanguine ipſorum effuſo in cunctis hominibus ſeminare curantes, copioſisſimos fætus fidelium Deo reddere valerent: ſecundum illud: *Exijt qui ſeminat ſeminare verbum ſuū &c. ſemen eſt verbum* Dei: repe- (Matt. 28.) (Mat. 13.)

riemus procreaſſe. Si ad illa cẽtum & quinquaginta octo bella, quę à tẽpore Bonifacij Papę, et Heraclij Imperatoris (à quo ſecta Mahometana proſeminari cœpit) vſque in hanc noſtrá tempeſtatem inter Sarracenos, & Chriſtianos ardenter inita fuerunt, aliquantulum oculos noſtros conuertamus. Præſertim, cûm adinueniamus his funeſtis temporibus, & miſerandis bellis concitatis, tot tantoſque & tam innumerabiles ex noſtris deſideratos fuiſſe, quòt recenſeri à nobis nullatenus valeant. Et quando his omnibus ſatis oſtendimus hucuſq; (niſi fallor) qua ratione iſta verba Geneſ. quæ explicare aggreſſi ſumus, ſcilicet: *Multiplicando multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam, quæ eſt iuxta litus maris*: adimpleta fuerint in Meſsia, & in ſeminibus eius, ideſt, innumeris fidelibus. Et ea ſimiliter confirmare videntur innumeræ illæ claſes Chriſtianorum, quæ à temporibus illis excelſa montium cacumina, deſerta loca, vaſtaſque ſolitudines Arabiæ, & AEgyptij incolentes, religioſam Chriſtianorum vitam traducentes, Deo ſemper oratione vacabant. Quæ tot ſemper hucuſq; extiterunt, quot arenas maris, ſtellas cælorum numero adequare, ſi non ſuperare potuerunt: (Geneſ. 22.)

runt: & insinuare vissa sunt illa verba, quæ præcedunt in testimonio allato, scilicet: Et *benedicendo benedicã te:* vel vt Chaldæus legit: *Benedictione benedicam te:* id est, ea benedictione, quæ omnes benedictiones longè excellat, & superet. Superest iam, vt cætera verba quę in promissione illa facta Abrahę, & per consequens semini eius Christo, & cunctis mẽbris eius, consequenter in confirmationẽ eiusdemmet veritatis diligenter interpretari contendamus. Ostendentes qua ratione semẽ Christi, id est, fideles sui, quos per Euangelium & doctrinam suam in fidem eius genuerat: portam inimicorum suorum ex tũc hucusq; absq; vlla tẽporis intermissione possederint: & eàdem prærogatiua, quasi iure hæreditario, ob merita Passionis Christi, vsque in finem mundi sint fœliciter potituri cuncti posteri eorum.

CAP. III.

In confirmationem huius veritatis explicantur verba, quæ sequntur in eodem testimonio: & hæreditabit semen tuũ, &c.

Obiect. NEq; est cur iam à proposito nostro aliquantulum auertamur: eò quód statim nonnulli Rabbini doctissimi, vt aditum istum nobis omnino intercludant, opponant nobis, cũcta huius benedictionis verba, scilicet, *& possidebit*, vel, *hæreditabit semẽ tuũ portam inimicorũ tuorũ*, adimpleta fuisse non solum in Moyse, Iosue, cæterisq; alijs inuictissimis Ducibus, & magnanimis Regibus, qui successu tẽporis in populo illo Israelitico subsequti fuerunt: quorũ gloriosæ victoriæ de inimicis suis partæ, ita memoria hominum fixæ permanent, vt nunquã diuturnitate temporis veterasci possint. Nã esto ingenuê illis fateamur Populũ illũ semper Deũ Optimũ Maximũ summis beneficiorum generibus inter cũctos alios deuinxisse, magnanimis viris, clarissimis Ducibus, inuictissimis Regibus ipsum illustrando, varijsq; , & insignibus victorijs vndiq; nobilitando: vt illa innumera, heroica, & pręclara facinora, quę ab illis clarissimis Ducibus facta veteri testamento recensetur, demonstrant: & illa verba præseferunt Deutero. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris præ omnibus populis, qui sunt super faciem terræ. Non propter multitudinem vestram præ omnibus populis complacuit Dominus in vobis: & elegit vos, quia estis pauciores omnibus populis: sed quia dilexit Dominus vos, & custodiuit iuramentum, super* Deut. 7.

 quo

quo iurabit patribus vestris. Et *eduxit Dominus vos in manu forti, & redemit vos e domo seruorũ, e manu Phardonis, & Regis AEgypti.* & illa Deut. *Beatus es*
Deut. 33. *Israel: quis sicut tu? Popule, qui seruatus es per Dominũ, scutum auxilij tui, & qui est gladius excellentiæ tuæ. Et negabunt inimici tui te, & tu super excelsa eorũ calcabis:* vel vt Chal. legit: *Beatus es Israel, non est qui similis sit tibi: Popule, cuius salus est à facie Domini, & fortitudo auxilij tui: & à facie eius sunt victoriæ fortitudinis tuæ. Et mentientur tibi inimici tui: & tu colla* Regum *calcabis.* & illa Deut. *Quæ enim*
Deut. 4. *est gens magna? cui sunt Dij propinqui, sicut Dominus Deus noster in cunctis, quibus inuocauerimus eum?* Sed nunquã equidẽ ad
Respõ. inueniemus, tot tantasq; victorias de inimicis suis reportasse Populum illũ, aut sic imperiũ eius vsq; in fines remotissimarũ nationũ propagasse: quominus si cũ his, quę semẽ Christi, id est, fideles eius consequti fuerunt, hinc de Tyrannis, illinc de Hęresiarchis: hinc à Sarracenis, illinc à Mauritanis: hinc à Scismaticis, illinc ab impijs Idolatris, vix vllæ reperiãtur. Quæ omnia satis innuere visus fuit Propheta Moyses, testimonio supra allato: quando præuidens gloriosas victorias, quas Israel, id est, potissime videntes Deum per fidẽ, clarius inquam post aduentũ Christi consequturi erant, dixit: *Beatus es Israel* Deut. 33.
&c.. & negabunt te inimici tui, & tu super excelsa eorum calcabis. Nam quamuis ea aliqua ex parte ad impleta intueamur tẽporibus Iosue, & successu temporis, temporibus inuictissimorũ Regũ Israel, scilicet, Dauid, vt altos omittamus: qui eas victorias de Philistæis, & cæteris nationibus reportauit, quibus inuictissimi Ducis nomen gloriosum fuit assequutus. Sed equidem non ita in integrũ in illis, sicut post aductum Messiæ: vt Regius Vates satis inuere visus fuit: quando fœlicitatẽ Christianorum, & Ecclesiæ fideliũ amplitudinẽ prospiciens, nomine Psal. 17.
Messiæ nostri dixit: *Pones me in caput gentiũ: populus quẽ non cognoui, seruiet mihi: ad auditũ auris congregabũt se mihi. Filij extranei mentientur mihi, filij extranei decidẽt, & expauescent à carceribus suis, &c. Præ inimicis meis exaltabis me, &c. Propterea cõfitebor tibi in gentibus Dñe, & nomini tuo hoc cantabo Magnificans Deus salutes Regis sui, & faciẽs misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius, vsq; in sæculũ.* An vero Dauid constitutus fuerit tanquã Rex in caput cunctarũ gentiũ, aut Regnũ eius eius dilatatũ fuerit per remotissimas Gẽtilitatis partes: nobis opus est osten-

ostendant, si illis conceditur locus, ex vetustissimis testamenti libris. Ostendent equidem populum Israeliticum non tantas reportasse victorias de inimicis suis, quominus sæpe ab innumeris gentibus afflictum, & conquassatũ non conspexerint: vt illa sacra volumina Regum & Iudicum demonstrant. Imò & ipse Dauid, palam est
Psal. 94. confessus Psal. quando in hæc verba prorumpens, dixit: *Deus vltionum, Domine, Deus vltionum ostendere te fac. Eleuare, qui iudicas terram: redde vicissitudinem superbis. Vsq; quò impij, Domine, vsq; quò impij exultabunt? &c. Populum tuum Deus conterent, & hæreditatem tuam affligent? Viduam, & aduenam interficient, & pupillos occident? Et dixerunt: Non videbit Deus, non intelliget Deus Iacob.* &
Psal. 73. Psal. *Vt quid Deus dereliquisti in perpetuum, & fumauit furor tuus in oues pasquæ terræ? Recordare congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, &c. miserunt ignem in sanctuarium tuum in terra: contaminauerunt tabernacula nominis tui, &c.* & illa Psa.
Psal. 79. *Deus venerunt Gentes in hæreditatem, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in aceruis lapidum, &c. facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsanatio & derisio his, qui in circuitu nostro sunt. Effunde furorem tuum super gentes, quæ non cognouerunt te: & super Regna quæ nomen tuũ non inuocauerunt. Auxiliare nobis, Deus salus nostra, propter honorẽ gloriæ nominis tui, & cõtende nos liberare. Et propitiare secundum magnam misericordiam tuam peccatis nostris, propter nomen tuum. Quare dicẽt gẽtes, vbi est Deus eorum? Aperte nota fiat in gentibus ante oculos nostros vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est.* Ostendent etiam, non solum postea successu tẽporis à Babilonijs (vt Hieremias in suis lamentationibus grauiter deplorat) in duram seruitutem fuisse redactos Israelitas: atq; nunquã populo Israelitico tanta pace, aut quiete frui licuisse: quo minus hac & illac, varijs opugnationibus, & crudelissimis obsidionibus nõ fuerit acerrime diu afflictus: ita vt in eo ferè nullum vestigium antiqui splendoris fuerit relictum. Quo obstaculo de medio à nobis sublato, facilè ea, quæ superius polliciti sumus, adimplere poterimus. Scilicet, in illis qui per Euãgeliũ Christo nati sũt, non sine magna Mesiæ nostri gloria, Dęmoniorũ verò dedecore, illa verba: *Et posidebit semen tuum portam inimicorum tuorum*: iam dudum ex tunc huc vsq; impleta fuisse, & indies vsq; ad finem mundi, absq; vlla tẽporis intermisione, imple

re deberi. Et quis, quęſo, vnâ nobiſcũ hæc omnia nõ fatebitur? Nunquid nam portam, aut (vt alij legunt) munitiſsimã vrbem inimicorum ſuorũ, mundi inquam, huius fraudulẽti, huc & illuc tam varijs procellarũ generibus circumuenti fortiter occuparunt illi bellicoſiſsimi milites, imò potiùs Duces clariſsimi Chriſtianorũ? Quãdo eo tempore, quo Iulianũ Apoſtatã, (vt Oroſ. reffert) ampliſsimos honores, & ſuppremas dignitates, publicis edictis, chriſtianis qui Euangelium & fidẽ Chriſti abnegarent, & Deos ſuos falſos, quos ipſe finxit, colerẽt, præcipiſſe legimus: adeò ſtrenuos & immobiles, in ſuoq; propoſito perſeuerantes eos conſtitiſſe reperimus, vt omnia illa tanquã ſtercora mundi viliſsima & fetida, potius conculcanda fore elegerint, varijs opprobriorũ, & deriſionũ generibus libere ſe exponẽtes, inſtar Dauid, qui dicebat: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorũ*: quã varijs & caducis huiuſmũdi dignitatibus, & honoribus cõdecorari paterentur. Nũquid nam inimicorum portã valide expugnarant magnanimi illi Heroes, & fortiſsimi Chriſti atlethæ? qui ita fortiſsimi inimici, ac domeſtici noſtri, carnis inquã, vndiq; ſatagentis, efferueſcẽtes laſciuias, indomitaſq; cupiditates, & in extinguibiles eius paſsiones viriliter cõpreſſerunt: naturalem erga ſeipſos amorẽ, & inſitum deſideriũ propagandi vitã eorũ in multas generationes ita ſtrenue vicerũt, & penitus extinxerunt; vt iam in ſummis, & maioribus bonis habendũ eſſe ducerent, quibuſcunq; tormentorũ generibus, & mortis cruciatibus denuo excogitatis ſe totos obijcere in quibus omnibus adimpletũ eſſe videmus, quod Meſsias noſter dixit: *Veniet tempus, in quo omnis qui occiderit vos, putet ſe obſequium præſtare Deo*: quã vitam ſuam, ſumma omniũ vitiorum voluptate, per multa annorũ curricula propagare. Nunquid ſtrenue, ac viriliter portam inimicorum ſuorum tenuerunt inclyti illi, & magnanimi viri? Quandoquidem, funeſtis illis, & miſerandis tẽporibus, quibus Chriſtiani tanquam greges ouium gregatim ad mortẽ ſubeundam ducebantur, & ſine vlla temporis intermiſsione ſuper altaria vt victimę Deo gratiſsimę occidebantur: & virginum, matronarum, aliarumq; pudicarum mulierum, & venerandorum fidelium corpora dilaniata ludibrio expoſita erant: officia clericorum ſubuertebãtur: altaria Chriſti euertebantur: diripiebantur Eccleſiæ:

Marginalia: Confir. huius veritat. — *Oroſ. li. 7.* — *Pſal. 83.* — 2 Cõfir. — *Ioan. 16.* — 3 Cõfir.

ſiæ: præsbyteri interficiebãtur: omnes Eccleſiarum Epiſcopi, & protectores carceribus detrudebãtur: vnaq; ſimul viri, ac mulieres, nobiles & ignobiles. ſenes, & paruuli, adulti, & infã tes ad necem rapiebantur. Et quando ita triſte fiebat, fædũ, & miſerandum expectaculum: vt in vrbibus nihil præter ſilentium, in carceribus conſtipationem fidelium, in plateis clamores, in vicis ſingultus, & eiulatus, in agris cadauerum multitudinem, in domibus tortorum copias, & tormentorum in gentes apparatus, in caſtellis validiſsimas Tyrannorum claſſes, in locis ſubterraneis crudeliſsimas beſtias, variaq; cruciatuũ noua, & in audita machinamenta, eò vndiq; parata: vt cunctos fideles vna ſimul cõ ſumerẽt, & deuorarent: nullũq; veſtigium Chriſtiani nominis relinqueretur: cunctis audire, aut intueri liceret: Adeô conſtantes in fide hi omnes ſemper perſtiterunt: vt non ſolũ nihil horũ animos eorũ aliquatenus perturbare valuerit, verũ etiam ſic vim tormentorum, & impetum beſtiarũ illos ſuperaſſe reperiamus: vt in illis aperte adimpleta intueamur, quæ Pſalmiſta dixit: *Dominus protector, & refugium meum, à quo trepidabo?* Et quid ne aliud nobis, aut vobis coniectari iam licet, ſi ad inuictiſsimos illos Thebaydę, Frigiæ, Ponti, Meſſopotaniç, Arabiæ, Antiochiæ, cunctarũmq; Prouintiarũ, & ciuitatũ Martyres oculos cõuertamus? Quandò ea miſera tẽporum conditione, ſcilicet, quandò adeò agitata fuit crudelitas in Chriſtianos, vt hinc cute corporũ Chriſtianorũ vngulis erraderẽt, illinc mulieres quoq; nudas, arte quadã, cõpoſitis inſtrumentis, vno pede in excelſum ſuſpenſas, & capite in terrã demerſas ſuſpenderẽt: hinc ſingulis mẽbris humanis particularia & noua adhiberent tormenta, illinc mẽbratim hos diſſecarẽt: hinc alios igni lento conſumẽdos exponerẽt, illinc deniq; cineribus Chriſtianorũ domos, & plateas adimplerent, & ſanguine fidelium in gentes agrorum planities irrigarent: ita eximia ſingularis & cæleſtis fortitudo in illis eluxit, vt certatim illos ad ſubeunda martyria properaſſe. & quid properaſſe? Imò hos illos præuenientes ceruices ſuas tortoribus ſic liberè tradidiſſe legamus: vt prius crudeles defeciſſe manus carnificũ, & ſuccedentes ſibi inuicẽ defatigatos fuiſſe, gladiorũ aciẽ hebetatã; & tortorum ingenia & Dæmoniorũ machinamenta in exquirendis nouis tormentis obtuſa adinueniamus: quam Martyres ingenti lętitia, & ex il-

Pſal. 27.

4 Cõfir.

& exultatione ad mortem ala-
criter & celeriter tanquam ad
vitæ ęternæ principium non
acurriſſe, nobis aut alicui liceat
iam in publicum proſſerre.

5. Confirmatio
Potētes maximè fuerunt, &
valuerunt equidem crudeliſsi-
mi illi Nero & Domicianus
Chriſtianos ſuplicijs diris ac
morte afficere, ac per cunctas
Orbis partes nomen Chriſtia-
norū ignominioſe inſectari: al
terum Beatiſsimos Chriſti Apo
ſtolos Petrum cruce, Paulū ve
ro gladio occidendo: alterum
Ioannem Apoſtolū in Patmū
relegando: datiſq; vbiq; crude
liſsimæ perſecutionis edictis,
Eccleſiā Chriſtianā conuellere
tentando. Sed nunquā valuerūt
impedire, quominus in vindi-
ctā tanti criminis, & in confir-
mationem huius benedictionis,
ſcilicet, *& poſsidebit ſemen tuum*
portam inimicorum tuorum: illis
& cūctis fidelibus factæ: ſtatim
conſequti fuerint â Domino, vt
omnibus innoteſceret admiran
da virtus fidelium Chriſti. Scili
cet, vt ipſam miſeram Romam
acerbatim obortę vndiq; cla-
des ita opprimerent, vt ſubſe-
quente autumno, ob peſtilentiā
triginta millia funerū in ratio-
nē Libitinæ venirent: in Brita-
nia quæ Imperio Romano ſub
dita erat, duo pręcipua oppida,
magna ciuium & ſociorū ſtra-
ge & cede, direpta fuerint: in
Oriente magnis Armenię pro
uincijs amiſsis, Romanæ legio-
nes ſub iugū Parthicum miſſę
fuerint: in Aſsia cuius ditioni
ſubiecta erat: Loadicea & Hyera
polis Coloſę vrbes ingēti terre
motu conciderint: ipſeq; Nero
ignominioſe fugiens ſe ſe ipſū
interfecerit, vt Oroſius reffert: *Oroſ. 7. li. cap. 8.*
Domitianus autem crudeliter
â ſuis interfectus fuerit.

Potuerunt Traianus omnia
machinamenta excogitare, vt
Chriſtiani ad ſacrificandū ido-
lis cogerentur, renuentes verô
interficerentur ſtatim: vt Plin.
Secundus atteſtatur: & Marcus
Anton. in Aſsia & Gallia gra
ues perſequtiones contra Chri
ſtianos concitare, multoſq; ex
eis martyrio tradere, vt Oroſ. *Oroſ. li. 7. cap. 11.*
reffert. Verūmtamen inermes
fuerunt ad euitandam potentiā
Chriſtianorū. Quādo præcibus
ſuis conſequti fuerūt â Deo, vt
in confirmationē huius benedi
ctionis ſtatim aurea domus Tra
iani, priuatis ac publicis rebus
impenſiſq; condita, repentino
conflagaretur incēdio: terremo
tu ingenti quatuor vrbes Aſsię,
Helea, Miryna, Pytanę, Symę:
Græciæ autē duæ ciuitates Opū
tiorum & Oritorum: aliæ ve-
rò tres Gallatiæ ſubitò dirue-
rentur: Panthęon Romæ ful-
mine cōcremaretur: Antiochia
penê tota ſubrueret: & apud
Seleutiam pro fluuio ventris
ipſe

ipse Traianus interiret. Et ne tanta lues plurimis infusa prouincijs in totam Italiam temporibus Antonini consequeretur, vt illam funditus vastaret, cunctasque legiones Romanorum per varias prouincias dispersas omnino deleret: vt repentino morbo apud Panoniam ipse miserabilis Antoninus obiret.

6. Confirmatio Ingentis roboris, & fortitudinis maximę fuerant Seuerus Pertinax, & Maximinus ad profanandam Christianorum Religionem, innumeroq; Martyres efficiendos & ad sęuiendum in cunctos Episcopos, & sacerdotes. Sed valde effæminati fuerunt, si cum Christianorum immensa potentia, & inuicta fortitudine vim eorum conferamus. Quandoquidem adinueniamus statim in ostensionem potentię fidelium, tria incensa bella, eaque maximè sanguinaria contra Seuerum cōcitata fuisse (vt Orosius reffert, Maximinum verò apud Aquileiam fraudulenter interfectum fuisse à quodam priuato homine.

Oros. li. 7. c. 77.

Summa potestate fuerant prędici Decius ad interficiendū cohortes innumeras Christianorū feraliaque edicta cōtra illos promulganda, plurimosque fideliū ad coronas Christi de suis crucibus mittēdos: Valerianus autem ad effundendum per omnem Romani Imperij latitudinem copiosissimum sanguinem Christianorum. Sed vix retardare potuerunt admirabilem illius sanguinis præstantiam, & virtutem: cùm viui eorum tormentis id adepti fuerint à Deo, vt in illis in integrum huius benedictionis verba adimplerentur. Silicet, vt Decius vnà simul cum filio suo à Barbaris necaretur: & in vltionem tam nefarij criminis Christianę Religioni illati, nulla esset prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus, ad quā edicta contra Christianos essent promulgata, quæ nō graui peste corriperetur: Valerianus verò a Sapore Rege Persarū ignominiosa seruitute afficeretur.

Constantes & maximè fortes fuerunt Aurelianus ad excitandam nouam contra Christianos persecutionem: & Diocletianus ad exercendam suam sæuitatem per decem annos in cunctas ecclesias Christianorum, innumerasque cædes in illos exrecēdas, absque vlla cōtradictione. Sed nullatenus vim cælestem, quæ interius in illis latebat, extinguere potuerunt. Cùm statim post illorum crudelitates in Christianos inuectas, literarum monumenta testentur, in signum & testimonium huius benedictionis, fulmen ante Aurelianum de cælo 7. Confirmatio

deſcendiſſe, vt vindictam futuram Dei pręſentire cœpiſſet: et non multo poſt in itinere occiſſum fuiſſe: Diocletianũ verô vnâ ſimul cum Maximiano Imperio Romano orbatum. Vt his flagellis, cunctis innoteſceret Chriſtianos ſolos extitiſſe, qui portam inimicorũ ſuorum occuparunt: cunctaque verba huius Prophetiæ in Chriſtianorum honorem, Eccleſiæ vtilitatem, ipſiuſque Meſsię laudem diuinitus prolata, & vaticinata fuiſſe.

CAP. V. *Oſtenditur quàm aptè verba huius teſtimonij quæ ſequntur: & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes:* Meſsiam *noſtrum, & fideles eius præſeferant.*

QVando ergo hucvſque oſtẽdimus, verba illa Prophetiæ: *& poſsidebit ſemen tuum portam inimicorum tuorum*, vel vt alij legunt, & tanquam iure hęreditario hęreditabit, vel exterminabit mirabiliter, vel diſperdet potẽter, vel fũditus diuellet, aut conſumet (hęc omnia verbum V*eiras* in coiugatione piel ſignificat) manifeſte in Chriſti ſeminibus adimpleta fuiſſe. Quid nobis impedimẽto eſſe poteſt, quominus quaſi celerrimis quadrigis euecti, ad illa verba quæ ſequuntur in eadem Prophetia interpretanda: quæ ſic ſe habent: *& benedicentur in ſemine tuo omnes gentes*, vel vt Chaldęus legit, *& benedicentur propter filios tuos omnes populi terræ, eò quod obediſti verbo meo*, properemus? Nam præterquam quod hęc eadem Chriſtianis applicanda eſſe neceſſariò demonſtrãt palàm, ſicut cætera, quę præcedunt, & ſupra interpretati ſumus, illa, *baf*, copulatiua: quæ copulat ſequentia cum pręcedentibus (eſto aliquando etiam habeat virtutem conuertendi pręteritum in futurum) in hac dictione, quę correſpondet noſtrę lectioni, *& benedicentur*. Tamen non minori proprietate, immô veritate hęc eadem illis adaptanda eſſe reperiemus: ſi aliquantulum in vera horum verborum intelligentia immoremur. Quod vnũ vt magna quiete, & pacifice à nobis præſtari poſsit, vt excellentia & dignitas myſteriorum quæ iſtis verbis comprehenduntur, ſuo veluti iure poſtulãt: nõ alienum ab re eſſe exiſtimaui, ne in decurſu huius interpretationis, hinc et illinc diſtracti rapiamur: vt aduerſariorum noſtrorũ obiectionibus ſatisfaciamus, ſi in medium adducamus principio ſtolidã interpretationẽ Rabbinorũ eorũ, qui dictitãt his verbis, *& benedicentur in ſemine tuo omnes*, diuini-

diuitias victorias, & libertatem Abrahæ potissimè, & semini eius tantum polliceri, & per cõsequens temporibus Messię fideles eius benedictionibus maximè abũdare debere: ita vt propter illas, inter allias nationes tãq; maximè cogniti & sume perce lebres mirificè splendescant, quibus cũ nondũ affluxerint Christiani, certissimè arbitrantur Messiam nondum aduentasse: vt quàm infirmo, & vano fundamento isti inixi, a verò huius testimonij sensu auertantur, vt aduentum Messiæ adhuc sperent, cunctis clarius inde innotescat. Nam quã uis verissimum sit in veteri lege, his benedictionibus temporalibus Deum optimum maximum primos nostros parentes, & ferè cunctos Patriarchas, & Reges cumulasse (quibus arctissima amicitia erat copulatus) vt illis à cæteris nationibus dignoscerentur, sicque Deus illorum, vt Deus verus, potens, & tanquam Deus super omnes Deos semper ab omnibus gentibus, populis, & nationibus cognosceretur: & ita in confirmationem huius veritatis adinueniamus, statim postquam Deus primos nostros Parentes de limo terræ condiderat, hac singulari benedictione eos cõdecorasse, dicẽs: *& benedixit eis Deus & dixit ad* Genes. 1

Argu. Rabbi.

eos Deus: *Crescite, & multiplicate vos, & replete terram, & subijcite eam & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & omni bestiæ reptanti super terram.* &c. *ecce dedi vobis omnẽ herbam*, &c. id est, dominium cunctorum animalium eis concedens: & hoc idem, cum Noe, & filijs eius præstitisse reperiamus: vt attestãtur illa verba Genes. *& benedixit Deus Noac, & filijs eius & dixit ad eos: crescite & multiplicamini, replete terrã: et timor vester & pauor vester erit super omnem bestiã terræ, & super omne volatile cœli, cum omnibus quæ mouere faciet terra, & omnibus piscibus maris: quæ omnia manui vestræ tradita sunt*, &c. & illa Genes. *& appropinquauit, & osculatus est eum & odoratus est odorem vestimentorum eius, & benedixit ei, & dixit*, &c. *Et det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedinibus terræ: & multitudinem frumenti, vini noui, seruiant tibi populi, & incuruent se tibi populi*: & illa Deutero. *benedicetque tibi Deus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, erisque in letitia.* Similiter adinueniamus eisdẽ benedictionibus Deum Populum suum ad seruandã legẽ suam exhortasse, vt illa verba Deu. vide: *Ego do corã vobis hodie benedictionẽ, et maledictionẽ, benedictionẽ, si obediueritis præceptis Dñi Dei vestri*: &c. *& maledictionem*

Genes. 9. Genes. 27. Deut. 16. Deut. 11.

tui, & matris tuæ. Benedictiones *patris tui addentur ſuper benedictiones, quibus me benedixerunt patres mei: quas optauerunt* Principes, *qui a ſeculo fuerunt*, &c. Et has benedictiones intentis oculis contemplabatur Dauid, Pſal. quando, poſtquam dixit: *& ego in multitudine miſericordiæ tuæ introibo domum tuam, ado adorabo ſanctum templum in timore tuo*: addidit inferius, *& lætabuntur omnes, qui ſperant in te: in ſæculum laudabunt, & proteges eos. Et lætabũtur in te amatores nominis tui: quia tu benedices multipliciter iuſtos, tanquam ſcuto voluntate.* id eſt, ad menſuram voluntatis tuæ coronabis eum mirabiliter. Et quando conſiderans benedictionibus illis temporalibus, id eſt, affluentia bonorum temporalium, tot victorijs de inimicis partis, quibus Populus Dei vndique circundatus erat, nullatenus mentes eorum ſatiari, ſed ſemper ad cæleſtia inhiare: enixè nomine ipſius, id eſt, Chriſtianorum, iſtas benedictiones ſpirituales temporibus Meſsiæ dandas, & pollicitas iterum â Deo præcabatur, dicens: *Benedictus Dominus, quia audiuit vocem deprecationum mearum. Deus fortitudo mea, & ſcutum meum. In ipſo ſperauit cor meum: & adiutus ſum, & exultauit cor meum: & in cantico meo confitebor illi. Deus fortitudo eis, & robur ſalutarium Meſsiæ ſui: ipſe ſaluare omnimodò conare Populum tuum: & benedic hæreditati tuæ:* id eſt, tribue illis ſalutem ſpiritualem, dona cæleſtia, & benedic mirum in modum hæreditatem tuam: & paſce eos, & ſubleuabis eos, vſque in ſempiternum: id eſt, ea benedictione, qua animæ eorum interius alantur, & ſubleuentur in hac vita ſic, vt æternam conſequantur. Vel vt Chaldæus legit: *& dirige eos in æternum.* id eſt, eam benedictionem gratiarum ſpiritualium illis concede, quibus abſque vlla offenſione dirigantur in vitam æternam. Et Pſal. quando ad ſummam quandam breuem redigens Dauid ſumma beneficia, quæ Meſsias carnem humanam ſuſcipiens, per veritatis doctrinam, & Apoſtolicam prædicationem electis exhibiturus erat: tandem vltimis carminibus, nomine Dei, iſtas benedictiones ſpirituales hominibus elargiendas eſſe â Deo certiſsime eſt pollicitus, dicens: *Deus dilinium inhabitare faciet. & ſedebit* Rex *in æternum Deus fortitudinem Populo ſuo dabit: Deus benedicet mirabiliter Populo ſuo in pace.* Id eſt non ſolûm Deus multitudinem populorum ex gentibus conuerſorum, tanquam aquam copioſiſsimam, ad modum diluuij in-

Marginalia: *Pſal. 5.* — *Pſal. 28.* — *Pſal. 28.*

innūdantem faciet habitare in Eccleſia ſua, quorum ipſe imperium obtinebit vſq; in æternum: verùm dabit virtutem talē Populo ſuo, qua bona opera facere, & aduerſarijs inuiſibilibus reſiſtere poſſit. Eaſq; mul multiplices ſpiritualium gratiarum benedictiones illis elargiendo, quibus interius ſumma pace potiantur, donec ad æternam perueniant.

Neque id mirum alicui eſſe debet, quòd his benedictionibus cōdecoretur ſpiritualibus Chriſtianorum Populus. Cùm ſit benedicendus in pace, id eſt, Meſsia, qui eſt pater pacis, vt Eſai. dicitur. Eſai. 9. Quod ſi adhuc his teſtimonijs conuicti Rabbini veſtri, in ſua perfidia immobiles cōſiſtunt, arbitrantes vt terreni, & ad ſenſibilia tantum inhiantes, benedictiones iſtas, bonorum temporalium abundantiam, non verò cæleſtium gratiarum benedictionē ſignificare. Cōſiſtant ad huc, conſiſtant, & ſuo errore preſeuerent, ſi reſpondere valēt teſtimonijs apertiſsimis, quibus cōtra illorū perfidiā, S. Spiritus illuſtratione, vndique Chriſtiani abundamus.

2. Reſp. Benedictiones nè bonorum temporalium, an cæleſtium donorum populo peculiari Dei, Eccleſiæ, inquam, fideliū, fœlicisſimis illis temporibus, quibus Deus in hunc mundum venturus erat, vt colonus ibi fieret, et cum hominibus cōmoraretur: Regius vates poſtulabat à Deo? Pſal. Quando ingenti animi affectu, omnium populorum illuminationem, cunctarumque gētium ad vnius veri Dei conuerſionem à Deo efflagitās, dixit, *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis. Illuminare faciat faciem ſuam ſuper nos, in ſempiternū: vt nota fiat in terra via tua, in vniuerſis gentibus ſalus tua. Cōfitebuntur tibi populi Deus, confitebuntur tibi populi omnes: terra dabit fructum ſuū. Benedicet nobis Deus Deus noſter: benedicet nobis Deus noſter, & timebunt eum omnes fines terræ.* Pſal. 66. Illuminandę nè erant mentes fidelium, bonorum temporalium affluentia, an cæleſtis luminis gratia, & ſplendore? Cognoſcenda nè erat in terra via eius, copia diuitiarum, imperij latitudine, victoriarum inſignium multitudine? quæ omnia magis intellectum obſcurant, hominemque ad vanitatē, extollentiam, & arrogantiā excitāt. An cæleſtis Euangelij doctrina, cognitioneque beatitudinis? quæ mentem illuſtrat, volūtatem ad diligendum Deum inflammat, & ad deteſtationē culpæ maximè cōmouet? Facilius nè homines ad timendum Deū excitarentur: ſi vndique bonis temporalibus eſſent ditati? quæ cunctos mortales ad maiorem amo-

amorem proprium incendunt. An si bonis cælestibus, scilicet, sapientiæ, & intellectus, cōsilij, fortitudinis, scientiæ, & pietatis, & timoris sancti hîc frui cępissent: quæ tantam connexionem habent cum illis æternis, quibus cōciues suos est cōdecoraturus Deus. Bona nè tēporalia, an cælestia ipsemet Dauid ardenter efflagitabat tēporibus aduētus Mesſiæ cunctis sanctis & fidelibus? cùm dicebat: *Benedicat tibi* Dominus *ex Sion: & videas bonum* Hierusalem *omnibus diebus vitæ tuæ: & videas filios filis tuis, pacemque super* Israel. At bona tēporalia caduca sunt, & momentanea, neque consistentiam habent sicut bona cęlestia, quę eius sūt naturę & cōditionis, vt cùm sint super naturalia, & spiritualia, eò homines inclinent, dirigant, & moueāt, vt tendant in summum & perpetuum bonū, potiāturq; Deo, qui est summa fœlicitas, gaudium indeficiēs, pax perpetua, tranquilitas perennis & nunquam interitura. Et vt alia quāplurima testimonia silentio inuoluam: sati sne veritatem istam confirmare visus fuit Esaias? quando prædicens fœlicitatem summā, quę ventura erat super omnes gentes & nationes, ob aduentum Mesſiæ nostri in hęc verba prorumpens, dixit. *Ne timeas serue mi* Iacob, *& ò recte,* *quem elegi: quia effundam aquas supra sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meū super semē tuum, et benedictionē meā super germina tua. Et germinabūt quasi inter herbam, & sicut salices iuxta riuulos aquarum. Iste dicet,* Domini *ego sum: & iste inuocabit in nomine* Iacob. *Et iste scribet manu sua* Domino, *& nomine* Israel *cognominabit seipsum.* Si ergo bona temporalia hîc promitebantur: quorsum dicitur effundam spiritum meum super semen tuum? Si benedictiones terrenarū rerum illæ essent: quomodo linguas mortalium excitare valerent, vt hi dicerent: Domini ego sum: illi inuocarent nomen Iacob? Præsertim, cùm inferius statim, vt veritas ista benedictionum spiritualium cunctis innotesceret, addiderit: *Delebo vt nubem præuaricationem tuam, & veluti nubem peccata tua. Reuertere ad me, quia redemi te:* At peccata deleri, & præuaricationes peccatorum aboleri, minime absque pręuijs benedictionibus spiritualibus fieri potest. Et quid in his tamdiu inmoramur? Memoria vestra refricate, quæ idem Esai. aduentum primum Mesſiæ nostri cunctis ostendens, & quæ ipsum consequtura erāt, annuncians, dixit: *Ecce* D*eus salus mea: confidam, & non pauebo: quia fortitudo mea & laus mea* Dominus, *& fuit mihi salus.*

Psal. 128.

Esai. 44.

Esai. 12.

turali opprimebantur, densissimisque ignorantiæ tenebris erant circundati secundum illud: *Psal. 14* *Non est qui faciat bonum, & non est etiam vnus.* *Esai. 9.* Et Esai. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in terra vmbræ mortis lux splendebit super eos:* quemadmodum *Esai 61.* prædixerat Esaias: *Spiritus Domini super me, ea propter me vnxit Dominus ad annunciandum mansuetis. Misit me vt oblinirem contritos corde, vt prædicarem captiuis libertatem.* &c. *Vt consolarer omnes lugentes, vt ponerem lugentibus in Sion, & darem eis gloriam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro Spiritu stricto: & vocarem eos arbores iustitiæ, plantationem Domini ad glorificationem,* &c. *Sic Dominus Deus germinare faciet iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus:* Quæ omnia maximè cohærent cum verbis testimonij adducti: *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes.* Et maiores vestri eo insanire cœperunt, vt affirment adhuc, & dictitent verbis istis nihil aliud præter affluentiam terrenorum bonorum prædici & comprehendi: Quæ conuentio Christi cum Beliat? aut bonorum temporalium cum arboribus iustitiæ, & plantationibus Domini ad glorificationem eius? Cùm omnia bona temporalia in vnum simul coaceruata, quotquot sunt, fuerunt, & erunt, nequaquam quempiam iustum & rectum efficere valeant: vt apertè insinuare visus fuit *Here. 2.* Hieremias. *Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt venam aquæ viuæ, vt effoderent sibi cisternas, cisternas fractas, quæ non continent aquas.* Id est quæ expleant animarum sitim, aut salutem spiritualem illis valeant conferre. Fieri nè potest, vt ad summam quandam redigens Esaias quæ Messias primo aduentu suo in lucem editurus erat: & fœlicitatem, quam potituri erant germina *Esai. 60.* eius, id est, fideles: in medium adducat quæ sequuntur: *Surge illuminare: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius super te videbitur: & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.* &c. *Et non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, & splendor lunæ non illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* &c. & cap. . Eandem expectanti- *Esai. 62.* um oculis subijcere contendens, in hæc verba prorumpat. *Propter Siō nō tacebo, et propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur. Vt splendor iustitia*

eius, & ſalus eius vt lampas accendat ſe, & videbunt gentes iuſtitiam tuam. & cuncti Reges *gloriam tuam*. Et *vocabitur tibi nomennouum, quod os* Domini *declarabit*. *Et eris corona gloriæ in manu* Domini, *& diadema* Regni *in manu* Dei *tui, &c*. Et *vocaberis voluntas mea in ea &c*. Et *vocabunt eos populũ ſanctitatis, redẽptos à Domino*. Quæ omnia eò à Propheta ſunt prolata, vt his verba teſtimonij ſuperius adducti, ſcilicet *& benedicentur in ſemine tuo omnes gentes*, palam ab omnibus intelligantur, cunctiq. agnoſcant, benedictiones ſpirituales tantum illis comprehendi Et vos inuerecundè fabuloſas magiſtrorum veſtrorũ expoſitiones ſequentes, conamini ſenſum verum, & intentum ab Spiritu Sancto obſcurare, & peruertere? Somnia ne ſunt iſta veſtra? an deliria appellari debent, Iudei miſerabiles? Nequaquam equidem. Sed veſtræ malitię ſummæ, & execrandæ, eſt certè tribuendum: quandoquidem, cuncta Scriptura contrarium acclamante, veſtram interpretationem illius ſummę & infallibili veritati anteponendam eſſe audacter contenditis?

Fieri ne poteſt, vt adhuc dura ceruice, & incircuncilis cordibus & auribus, ſemper Spiritui Sancto ſicut patres veſtri, ita & vos reſiſtatis? Quem enim locum ſacræ Scripturæ fabuloſis expoſitionibus vitiare patres veſtri non fuerũt conati, & vitiarunt? Equidem omnia illa teſtimonia, quæ aduentum Chriſti prænuntiabant. Cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis: cûm eius legem adhuc ſeruare renuẽtes, aduentum eius negatis. Sed veſtro munere fungimini liberè modò, dũ id vobis eſt à Deo permiſſum tempus: & donec illuceſcat dies ille vobis, vel vt proprius loquar, obſcura illa nox, irę & indignationis Dei plena vobis contingat: inqua dignas tantæ temeritatis, audacię & obſtinationis in malo pœnas perſoluatis.

CAP. V.

Vera intelligentia teſtimonij demonſtratur.

NOS verò ad noſtrũ penſum & inſtitutum reuertentes, palam equidem prædicabimus, tanquam toti nnumerabilium iſtarũ benedictionum participes iam diu per tot annorum curricula effecti, non qualeſcunq; ſed innumeras, eaſq; ſuper cœleſtes benedictiones illa prophetia cõprehẽdi: & quas Paulus noſter retulit dicens: Be*nedictus* De*us, &* Pat*er* Domini *noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omnibenedictione* *Epheſ. 1.*

dictione spirituali in cælestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti, immaculati in cõspectu eius, in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ. In qua gratificauit nos in dilecto, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, &c. Nam præterquam quod ad ista omnia profferenda satis nos inuitare videntur illa. Rom. *Sed* Rom. 5. *non sicut delictum, ita & donum; si enim vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit, &c. Vbi autem abundauit delictũ, super abundauit & gratia. Et sicut regnauit peccatum in mortem; ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.* Et illa. Ad Tit. 2. *Apparuit enim Saluatoris gratia Dei omnibus hominibus: erudiens nos; vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.* Quæ omnia vaticinata fuerunt. *Deus* Psal. 29. *fortitudinem, vel virtutem populo suo dabit; Deus benedicet populo suo in pace:* id est, cumulaturus est populum suum benedictionibus virtutis, & pacis; quibus vnà simul cum Deo, vitam pacificam & quietam vt amici eius traducant, in amore & gratia ipsius preseuerantes, & Psal. *Etenim benedictionem da*bit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion &c. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum, quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.* Psal. 84. & Psalm. Psal. 84. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Audiam, quid loquatur Deus: Deus enim loquetur pacem ad populum suum, & ad pios suos: vt non conuertantur ad stultitiam.* & Esai. *Populus enim si in Sion* Esai. 30. *habitabit & in Hierusalem: plorando non plorabis, miserendo miserebitur tui. Ad vocem clamoris tui cùm audierit, respondebit tibi. Dabit quidẽ vobis Dominus panem angustiæ, & aquam oppressionis. At non elongabitur vltra doctor tuus: & erunt occuli tui videntes doctorem tuum, & aures tuæ audient verbum eius, qui est post te, dicẽdo: Hæc via, ambulate in ea &c. Et erit lux Lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septẽpli*

citer sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus contritionem populi sui, & per cussuram plagæ eius sanauerit. Et Ezechiel. Spargam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos: & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in medio vestri. Et amouebo cor lapideum a carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum dabo in medio vestrum. Et faciam, quòd in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis.

Ezech. 36.

1. Ratio

Et equidem satis rationi maximè consunctum erat, vt qui præcepta noua, & legem nouam populo suo daturus erat: cunctas fere cęremonias veteris legis, vmbrā tantûm earum rerum omnium quæ in noua futuræ erant, continentis de medio tolleret. Vt populum suum antea carnalem, rebusque terrenis solùm deditum, iam spiritualem, ad præmiaque cælestia æstuantem redderet: vt prædictum erat. Esai. Quia de Sion exibit lex. & ibi. & legem eius insulares expectabunt. & ibi. quia lex à me exiet. & Hieremi. dabo legem meam in visceribus eorum: & Esaias. ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non memorabuntur priores, nec ascendent super cor. Sed gaudete, & exultate in sæculum sæculi in his quæ ego creo. non quibuscunque benedictionibus, vt antiquitus Patriarchis contigerunt: sed cœlestibus conciues suos condecoraret, & instrueret. Quibus quasi per manus ductum, ad premia beatitudinis ea pescenda quę illa pręmia terrena pręfigurabant, securè cōuolare, vt spirituales & cœlestes maximè effecti, possent. Atque ita non mirum si tanquam gratię author, Messias noster secundum illud Ioan. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est: & supra, vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. & Rom. Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: inter illarum benedictionum, quibus in veteri lege populum Israeliticum deuincire cępit, vt Dauid insinuauit, dicens: Benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit: vt suos fideles harum benedictionum spiritualium participes efficere posset, quibus præmium beatitudinis in futuro sæculo adsequerentur: in vniuersalque mundi partes fructus copiosissimos passionis eius communicaret, Euangelicam dico doctrinam proferenaret: quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euāgelistas, alios autē pastores, & Doctores, ad cōsummationē sanctorū in

Esai. 2.
Esa. 42. & 51.
Iere. 31.
Esai. 65.
Ioan. 1.
Rom.
Psal. 107.
Ephes. 4.

in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei *in virum perfectum, in mensuram ætatis, plenitudinis Christi*: post sanctam eius Resurrectionē (vt Paulus AEphesi dicebat) cōstitueret. *A Ephes. 4*
Et vt vno verbo concludam: neque mirum similiter, si vt cuncta huius prophætiæ; scilicet, *& benedicentur in semine tuo omnes gentes* (id est, propter virtutem & merita seminis tui, Christi, inquam, cunctis gentibus innumera gratiæ dona elargientur) in Mesia nostro adimplerentur. Insuper adueniamus, Messiam nostrum tanquā authorem, & consumatorem fidei nostræ, præter benedictionem illam spiritualem cunctis sanctis ab illo exhibitam (gratiam, inquam, gratum facientē) ascendentem in altum, captiuam ducentem captiuitatem, ea dedisse dona benedictionum hominibus, his sermonem sapientiæ conferendo, illis sermonem scientiæ: his fidem, illis gratiam sanitatum: his operationem virtutum, illis prophetiam: his discretionem spirituum, illis genera linguarū, & interpretationem sermonum: qualia numerari, aut ad summam quandam redigi posse, vix animus concipere possit, aut valeat. Præsertim, cùm iam omnes intueamur, non solum his benedictionibus spiritualibus â Messia nostro factis concessis, vniuersum orbem vndique repleri: verûm cunctam ipsam terram, mare, & cætera elementa, tanquam testes occulatos, & fidelissimos, ne infidelitatis, aut ingratitudinis nota inurantur; illarum encomia ex tunc huc vsque vnâ simul suis vocibus in cœlum extollere, ac celebrare.

Et vt paululum in his refferendis immoremur, vt istarum benedictionum excellentia, dignitas, & maiestas cunctis elucescat clarius: dicatis mihi, quæso, modo. Non ne celebrat laudes istarum benedictionū opulentissima illa Ciuitas Hierusalem. Quando suis oculis adhuc testatur conspexisse, eam benedictionem interpretandi sacram Scripturam Messiam nostrum concessisse Petro: vt vna concione ab illo habita tria millia ad fidem Christi euocauerit, decursuque temporis decies mille virorum ecclesiā Hierosolymis cōstituerit. Eāq; admirandam operationem virtutum, & gratiam sanitatum illi elargitam esse: vt Ananiam & Saphiram solum eius verbo vita priuauerit, eiusque vmbra morbos expulerit, & mortuos suscitauerit. Et quid ne aliud contendit Augustissima *2 Cōfir.* *Act. 3.*

& antiquiſsima illa Roma? Quã do Simonẽ Magũ qui tot fraudibus cũctos Romanos deceperat, a Petro miſerè præcipitatũ, & interfectum, eius tantum voce prolata, palàm ſe vidiſſe modò proclamat. Ex quo conſequtum fuit, vt turba multis horis clamaret: Magnus eſt Deus, qui nobis à Petro prædicatur.

Admirandam Barnabæ, & Diui Pauli in dicendo vim, & ſingularem gratiam ſanitatum diuinitus à Meſsia noſtro conceſſam non ſunt admiratæ? & admirantur modo Licaonia ciuitas, & AEphesus? Quando de altera dicitur. *Et commota eſt omnis multitudo in doctrina eorum.* &c. *Turbæ autem cùm vidiſſent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem ſuam, Licaonice dicentes: Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem: Paulum vero Mercurium, quoniam ipſe erat Dux belli.* De alia vero teſtatur, Paulum non per ſe ſolùm, ſed per ſudarium innumeros morbos curaſſe, & dæmones à corporibus humanis expuliſſe. Nondum perſonat auribus veſtris cæleſtis in animantia venenata virtuſq; ſummè illuxit in Diuo Philippo in antiquiſsima illa ciuitate Hierapoli? Ad quam cùm perueniſſet Philippus, cerneretque prodigioſe cuidam viperæ cultũ diuinum à gentibus tribui: Chriſti nomine inuocato, ſtatim cunctis mortuam oſtendit, vt à Simeone Metaphraſtes & Surio fertur. Et ſingularis confeſsio fidei facta à Philippo Hieroſolymis? Quando renuentibus Iudæis Chriſtum eſſe verum Deum: & ſciſcitantibus ab eo, quid in hac re tanquam firmum tenendum eſſet: infracto animo, mendacio reſiſtere non eſt cunctatus: ſed animo & lingua liberrimum, Hieroſolyma cuncta expectãte illum in hæc verba prorumpiſſe audiuit. Quid me rogatis, inquam de Ieſu? Ipſe ſedet in cœlo ad dexterãm virtutis patris ſui, venturus poſthac in nubibus cœli, vt iudicet orbem terræ in iuſtitia: vt Egeſipus. Et tandẽ vt his omnibus finem imponamus, ne tantarum rerum dicendarum magnitudine & varietate obruamur: quid ne aliud præſtant cæteræ Aſiæ, Europæ, & Africæ populoſæ ciuitates, quas peragrarunt cæteri diſcipuli Meſsiæ noſtri, vt Euangelium eius in mentibus hominum ſeminarent? Forſan non ne proclamant adhuc, ſic his benedictionibus ſpiritualibus prçcunctis floruiſſe Apoſtolos, vt illis innumeras gentes è profundo viciorum cœno eriperent, idolorum templa euerterent,

Act. 14.

Suri 2. tomo.

Egeſip. l. 5

rent, humana corda in ſtereli-
tatem conuerſa, cæleſtis do-
ctrinæ aratro ſic renouarent: vt
iam tanquam feraces campi
fructum copioſum ferre poſ-
ſent? Tot, tantos dæmones fu-
gaſſe, morbos inſanabiles cu-
raſſe, leproſos mundaſſe, clau-
dos ad currendum expeditos
& celeres reddidiſſe, mortuos
ſuſcitaſſe, tot tantaq; innumera
prodigia, & miracula in confir
mationem huius benedictionis,
ſcilicet. *Benedicentur in ſemine
tuo omnes gentes*, in lucem edi-
diſſe, quot ex illis verbis nobis
Mar. 16. colligere licet: *Signa autem eos
qui crediderint, hæc ſequentur. In
nomine meo, dæmonia eijcient, lin-
guis loquentur nouis, ſerpentes
tollent: & ſi mortiferum quid bi-
berint, non eis nocebit. Super
ægros manus imponent, & bene
Ioan. 14. habebunt*. Et illis. *Amen, amen di-
co vobis: qui credit in me, opera
quæ ego facio, & ipſe faciet, et ma
iora horum faciet. Quia ego vado
ad patrem, & quodcunque petie-
ritis patrem in nomine meo, hoc
faciam: vt glorificetur Pater in fi-
lio.* Neque perennes harum be-
nedictionum fontes, aut riu-
los copioſiſsimos, cùm eo-
rum initium non a quibuſcun-
que, ſed à Saluatoris noſtri fon
Eſai. 12. tibus, ſecundum illud Eſai. *Hau
rietis aquas de fontibus ſaluatoris*,
qui heri, et hodie, et ipſe in ſæcu
la & promaſſe intueamur: ali-

qua ex parte, poſt Apoſtolorũ
tẽpora, in Eccleſia noſtra defuiſ
ſe obijcere nobis poſſunt Rab-
bini veſtri. Eſto inſtar Paleſti-
norũ, inuidentes fœlicitati no-
ſtræ, non Iſac puteos, de qui-
bus fit mentio Genes. ſed co- *Geneſ. 26.*
pioſiſsimos iſtarum benedicti-
onum obſtruere conentur con
tinuò hi miſerabiles Rabbini,
ſuis fabuloſis expoſitionibus.
Præſertim, ſi ad cunctos illos
egregios viros, qui tanquam
Apoſtolorũ Chriſti Diſcipuli,
promulgationi Euangelij tantũ
intenti fuerunt: eorum veſtigia
in omnibus imitantes, mentem
& cogitationem reuocare non
erubuerint. Nam ſi id pręſtite-
rint, reperient equidem, ſemper
Eccleſiam noſtrã tãta & tã in-
numera iſtarum benedictionũ
copia abundaſſe: quantã ad ex-
tirpationem tot execrabiliũ ſcę
lerum, ad propulſationẽ tot in-
numerabilium errorum, ad con
uerſionem tot fidelium, ad op-
pugnandas tot hæreticorũ claſ-
ſes, ad diſsipanda tot fortiſsima
dæmonis machinamenta, cõtra
Religionem Chriſtianam in-
tenta: ad deſtruendas tot Sarra-
cenorũ, & Gentiliũ ſectas, vt
ſola Religio Chriſtianorum
firma, ſtabilis, & tanquam Re-
gina ſupremum caput tene-
ret, neceſſarium eſſe cuncti iam
arbitrari poſſunt.

An modò recenſere conabi- 3. Cõfir.

 mur

mur ſingulares benedictiones, quibus ad prædicendam futura, diuinitus à Meſsia noſtro fuerunt condecorati, poſt fœliciſsima illa tempora Apoſtolorum, Sanctus Clarus, apud Vienenſem ciuitatem, Sanctus Eduardus, apud Anglos, Sāctus Andræas Epiſcopus Feſulanus, apud Florentiam, Sanctus Lucianus Martyr, apud Nicomediā, Sanctus Seuerinus, apud Danubium, Sanctus Laurentius Patriarcha, apud Venetos, S. Theodoſius Cenobiarcha, apud Capadociam, S. Euthymius Abbas, apud Lauram, S. Clemens apud Anciranorum vrbem, S. Gregorius Nazianzenus, apud Athenas, S. Vylibordus Epiſcopus Traiectenſis, apud Galliam, S. Apollinaris, apud Rauenā, S. Arnulphus, apud Sueſſonenſem ciuitatem, S. Bernardus apud, Clarauallē, S. Go tardus, apud Hildeſemenſem eccleſiam, S. Vbaldus apud, Egubium, S. Lydiina apud, Holandiam, S. Bernardinus, apud Senam, S. Egydius Minorita, apud Peruſinum, Sanctus Gertrude, apud Delphos, Sancta Coleta, apud Corbeyam in Picardia, Sanctus Beno, apud Miſnenſem: & alij quam plurimi, quos tanto pretio & ſtimatione habuit eccleſia noſtra, vt aliqua ex parte cum Prophetis veteris teſtamenti comparari poſsint? Minimê gentium? Ne cùm innumeros adducamus, alios infinitos ſilentio inuoluere, ſit neceſſe: qui prædicendi ſingulari benedictione fuerunt mirabiliter à Meſsia noſtro condecorati.

An in medium adducere contendemus illos eximios viros, qui adeô admirabili virtute, & energia cœleſti in prædicanda verbi doctrina fuerunt inſignui, & huius cœleſtis banedictionis participes effecti: vt tanquam magni tonitrui fulgura cunctos deterruerint ſemper, & tanquam ſagittæ accutiſsimæ hoſtium corda vulnerauerint, ipſoſque homines Dei templa reddiderint: & tanquam S. Spiritus gladius, ſermonis acie alienigenarum turmas & omnes mentes ad Chriſti obedientiā ſic captiuas duxerint, vt quô vellēt, & quādo vellēt dirigere, in manibus illorum eſſet, vt cunctis nimis temerarij, & audaces videamur: Quis, quæſo, iſtud tentare aggredietur? Cum ſtatim tot claſſes horum inſignium virorum conſpiciat, quot colere digniſsimum, recenſere nimis temerarium, & ſummis laudibus, vt par eſt, nunc extolere, ſummæ & inauditæ inſolentiæ tribui debet. Præſertim, cùm gentes omnes & nationes ſemotiſsimæ palam teſtentur

ad-

admirabili & cęleſti dicendi vi diuinitus ornatos eos tot hominum genera vtriuſq; ſexus & conditionis ad fidem Chriſti conuertiſſe, quot ſtellarum non tantum claritatem, ſed numerum meritò adęquare, ſi nõ ſuperare valuerint. Iam verò innumeram multitudinem miraculorum à ſanctis editam, ad ſummam quandam redigere, vt ex illis ſingularis excellentia iſtarum benedictionum, quibus ſancti, meritis Chriſti, fruebantur, cunctis clarius oſtendatur: quis contendet? niſi ſummè inſipiens & ſtultus ab omnibus haberi ſumoperè deſiderat. Quòd ſi ad alias cęleſtes benedictiones, ſanctis à Meſsia impertitas, ſcilicet, interpretandi ſcripturam, edendi miracula, diſcernẽdi ſpiritũ & cogitationes cordiũ, & loquẽdi varia genera linguarum; mentem referamus: ſic cuncta noſtra cogitatio deficit; mens infirmatur, lingua hebetatur, memoria proſternitur: vt nulla iſtarum ſuo munere, vt par eſt, fungi valeat: vt aliqua ex parte tantarum rerum dicendarum magnitudini ſatisfacere poſsit.

Neque mirum equidem: cũ intueamur Eccleſiam noſtram Chriſtianorum non armorum apparatu, aut veteranorum militum ſtrepitu, fortiſsimarum claſsium magnitudine, bellicoſiſsimorum ducum fortitudine, ſed his tantùm benedictionibus fulcitam, tot gentium, nationum, prouintiarum, & regnorum genera in ſuam ditionẽ voluntariè reduxiſſe: tot Hæreſiarcharum, & Paganorũ claſſes deuiciſſe, ſemper in eodem ſtatu tanquam firmam petram immobilem, tot procellarum tempeſtatibus contra eam concitatis, perſeuerantem: vt iam publicè dictitare poſsimus, ea vna nos habere, ob quæ à vobis & cæteris nationibus inuideamur. Eamque ſemper ex tunc hucuſque ſic tryumphis plenam, & victorijs innumeris glorioſam extitiſſe: vt meritò illam Dæmones modò cõtremiſcant, cælorum conciues ſummis laudibus cõcelebrent, omnes Spiritus, & beatorum Ordines laudent. Et quod magis eſt, eam Deus Optimus Maximus tanquam vnicam ſponſam, & chariſsimam filiã ſummè diligat, colat, & veneretur: in ſummiſque bonis eam in hæreditatem ſuam habere ſe iactitet, atq; prædicet.

Quòd ſi adhuc rigoroſam Hebraicam lectionem admittentes, legamus: *Et benedicent ſe ſe gentes* (vt verbum, *Vehitbarecu*, fateri nos neceſſariò cogit) id eſt, ipſę gentes ſibi ipſis ad inuicem benedicent, & gratulabuntur, ſuam eximiam

fœlicitatem prædicantes, ob multiplicem & variam benedictionum abundantiam; quam ex memoria aſsidua aduentus Meſsiæ noſtri, mortis, & reſurrectionis illius copioſiſsimè percipient, vna illi tanquam membra cum ſuo capite coniunctæ, & copulatę per fidem, ſpem, & charitatem, & obſeruantiam cæterorum præceptorum, quæ nobis obſeruanda reliquit. Seq; mutuò iſtarum benedictionum participes efficient, & reddent, abſcondita myſteria ſacræ ſcripturæ ſibi inuicem reuelantes, & manifeſtantes. Vt ſic vnanimiter vno ore, vno ſpiritu, vna eademq; fide, amore, & charitate colatur, & veneretur à cunctis fidelibus Meſsias noſter, tanquam verus Deus, vniuerſaliſq; conditor huius ingentis machinæ, & ſtructuræ. Equidem non minus nobis anſam, & ocaſionem præbebit, vt iſta omnia aduentu Meſsiæ noſtri adimpleta ſimiliter prędicemus. Præſertim; cum reperiamus inſtar illorum Philoſophorum, qui liberales diſciplinas, vt ęternitati nomẽ ſuum conſecrarent, cæteris per docere anxiè curarunt: vt Cryſſippus, Heraſiſtrato. AEſclepiades, Themiſoni. Pitagoras, Euathlo. Agonas, Zoroaſ. Calimac. Eratoſthero. Anaxagoras, Pericli, Polidonius. Ciceroni, Empedocles, Gorgię. Arnobi, Lactãtio. Soſtratus, Lyſsippo. Theofraſtr. Demetrio. Achilas, Tholomęo. Andronicus, Pollitiano. Thales Milleſius. Anaximandro, Anaximenes. Anaxagoræ, Socrates. Antiſteni, Antiſtenes. Diogeni, Plato. Ariſtoteli, Socrates. Ariſtyppo, Ariſtophães. Ariſtarcho, Crates, Bioni. Hermocrates, Calimacho. Et inſtar Deorum antiquorum, quos deluſa celebrauit priſca antiquitas. Terræ, inquam, quę genuit Tartarum, Taygetẽ, Antheum, noctem, & famam: Mercurij, qui genuit Cupidinem, & Auctolium: Herebi, amorem, laborẽ, metũ, dolũ, mortẽ, palorẽ, ſomniũ, Charontẽ, diẽ, gratiã, inuidentiam, fraudem, pertinatiam, egeſtatem, miſeriã, famẽ, quęrellam, ſenectutem, tenebrã, & mortẽ: Aetheris, Iouẽ: Iouis Apim, Solẽ, Mercuriũ, Mineruam, Dianã, & Proſerpinã: Hyperionis, Solẽ, Lunã, Latonam, Apollinem, & Dianã: Titanis Hypperionẽ Lycaonẽ, Auroram: Solis, Phaetonẽ: Athlantis Eudorã & Ambroſiam: Bacchi Hymineũ: Amphionis, Tantalũ & Nereã: Priami Hectorẽ, Creuſam, & Caſſandrã: Saturni Plutonẽ, Neptunũ, & Cerẽ: Martis, Cupidinẽ, & Britonã: Neptuni, Naſicheũ: Menois Phędrã: Vlyſis, Thelemachũ: Mercurij, Eud. ru: Vulcani, Erictoniũ,

Cacum. Herculis Titiomachũ:
Aeoli, Alcyonem: tot huius no
ſtræ Religionis Chriſtianæ ad-
inuicem proſeminatores: ex
quo eſſe cœpit, huc uſq; extitiſ
ſe, qui valuerunt ſic illã perpe-
tuam reddere, & efficere: vt nũ
quam eam conſenuiſſe cunctis
appareat. Imó fateri cogantur,
in illis non ſolùm merito adim
Prou. 17. pleta eſſe, quæ Prouer. refferũ
tur. *Corona ſenum, filij filiorum,
& gloria filiorum, patris eorum:*
verùm cuncti Chriſtiani ne in-
gratitudinis nota ab omnibus
exteris nationibus miſerè inura
mur, palâm proclamare cũ illis
Eccl. 44. verbis Eccleſ. *Laudemus viros
glorioſos, & parẽtes noſtros in ge
neratione ſua. Multã gloriã fe-
cit Dominus magnificentia ſua à
ſeculo. Dominantes in poteſtati-
bus ſuis, homines magna virtute
& prudentia ſua præditi: nuntian
tes in Prophetis dignitatem pro-
phetarum, & impetrantes in præ-
ſenti populo, & virtute prudẽtiæ
populis ſãctiſsima verba, &c. Om
nes iſti in generationibus gẽtis ſuæ
gloriam adepti ſunt, & in diebus
ſuis habentur in laudibus. Qui de
illis nati ſunt, reliquerunt nomen
narrandi laudes eorum, &c. Cum
ſemine eorum permanent bona, hæ
reditas ſancta nepotes eorũ Et in
teſtamentis ſtetit ſemen eorum, &
filij eorum propter illos vſq; in
æternum manet. Semen eorum &
gloria eorum non derelinquetur,
&c. Corpora eorum in pace ſepul
ta ſunt, & nomen eorum viuet in
generationẽ & generationẽ. Sapiẽ
tiam ipſorum narrent populi, &
laudem ipſorum nunciet Eccleſia.*
Et quid non anunciabit? Cũ tã
tiu experiatur illa vna, ſancti
ſsimos progenitores ſuos nul
la alia re magis fuiſſe ſemper
intentos: niſi vt perennes fon-
tes Euangelicę doctrinæ, aquæ,
inquam, illius cæleſtis Euange
lij, ſalientis in vitam æternam,
tanquam per quoſdam aquæ
ductus adinuicem inter ſe com
municarent. Vt vna ſimul in
iſta vita participes illius ef-
fecti, in alia æternæ beatitudi-
nis conſortes fieri ſimiliter me
rerentur. Et quid namque
aliud contenderunt? Quando
Gamaliel, Paulo, Philippus
Eunucho Candatiæ, Ioannes
Euangeliſta, Policarpo, Iuſti-
nus Martyr, Tatiano, Policar-
pus, Yrineo, Pantenus, Cle-
menti Alexandriæ Epiſcopo,
Cyprianus, Tertuliano, Zeferi-
nus, Origeni, Origenes, Ambro
ſio, Triphoni, Berylo Arabiæ
Epiſcopo, Gregorio Neoceſſa
riæ Ponti Epiſcopo, & Diony
ſio Alexan. Vrbis Epiſcopo:
Cecilius Presbyter, Cypriano,
Arnobius, Lactãtio, Gregorius
Nazian. Hieronymo, Ambro-
ſius, Auguſtino, Euſebius Emi-
ſenus, Ioanni Antiochiæ Ec-
cleſiæ Presbytero, Beatis
Efrem

Efrem, Paulino Presbytero, Gregorius, Iſidoro, Clemens Alexandrinus, Origeni, Diodorus, Chriſoſtomo, Auguſtinus, Oroſio & Primaphio, Chriſoſtomus, Caſiano, & Proclo, Heſichius, beato Gregorio Nazianzeno, Gregorius Papa, Patherio, Albertus Magnus, Thomæ Aquinati, Albinus Angelicus, Rabano, Diodorus Policronio, Petrus Aliacus, Gerſoni, Tatiarius, Rodoni (vt Diuus Hieronymus de viris illuſtribus, & Sixtus Senenſis, lib. 4. Bibliothecæ ſanctæ refferunt) eam viuendi normam, ea præcepta diuina, & altiſsima myſteria beatitudinis, & eam legẽ cęleſtem ſeruandam tradiderint: vt in eius obſeruatione vitam æternam, in illius violatione, & neglectu, condemnationem perpetuam conſiſtere omnes: palâm intueamur, & experiamur. Et forſan huius cęleſtis doctrina Euangelij exornati, ſummam illorum fœlicitatẽ non nê extollebant, cunctiſq; oſtendebant, ſe ipſos ſępè ac iterum benedicentes, veneranda & innumera illa tantorum Martyrum agmina? Q[illegible]do contemplantes, nullis p[illegible]ſsis illorum meritis, ſed p[illegible]s intercedente graui i[illegible]um culpa, inimicitiaque capitali cum Deo inita, Deum Optimum Maximum, eius ſumma & immenſa bonitate tantùm cōmotum, illos ad tantam gratiam, & gloriam, ob merita paſſionis Chriſti, mediante fide Euangelij, & obſeruatione præceptorum eius, illos in æterna eius prędeſtinatione pręordinaſſe: quantam nec oculus vnquam vidit, nec in cor hominis aſcendit: in gratiarum actionem, ob hoc admirabile beneficium, ſe totos occupabant? Et quid nê aliud præſeferunt illa verba Paul. *Iuſtificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Per quem & acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtā, in qua ſtamus: & gloriamur in ſpe gloriæ Dei, non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Scientes, quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò ſpem. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis:* Rom. 5. & Galat. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Galat. 2. & alibi. *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in neceſsitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs, pro Chriſto. Cum enim infirmor, tūc* 2. Cor. 12.

potens

Hier. in cat. scrip.

potens sum. Et illa Ignatij verba, vt refferuntur in illa Epist. quam scripsit ad Romanos, quæ sic se habent. *De Siria vsque ad Romam pugno ad bestias: in mari, & in terra, nocte dieq; ligatus cum decem leopardis: hoc est militibus, qui me custodiunt: quibus & cùm benefeceris, peiores sunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est: sed non idcirco iustificatus sum. Vtinam fruar bestijs, quæ mihi sunt præparatæ. Quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me: ne sicut & aliorum Martyrum non audeant corpus attingere. Quod si venire noluerint: ego vim faciã, vt deuorer. Ignoscite mihi, filioli: quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quæ videntur, desiderans, vt Iesum inueniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant: tantùm vt Christo fruar, &c. Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar.* Et non ne teipsum benedicebat, cunctarumq; benedictionum dignissimus reddebatur sanctus Iacobus Intercisus? Quando, vt Niceforus reffert, cùm ei data esset sententia, ad aliorum terrorem: eò quod fides Christianæ sectator esset, vt membratim

Nicefo. Eccl. hist lib. 14. c. 20

scinderetur, respondisse illum fertur quibusdam eius infœlicem casum deplorantibus: *Nolite super me flere sed super vos ipsos flete: quia ego ad vitam pergo, & vobis supplicia æterna debentur. At cùm carnifices pollicem manus eius dexteræ abscidissent, exclamauit lætus* Iacobus: *Liberator* Nazarene, *suscipe ramũ arboris misericordiæ tuæ: nam a cultore vineæ sarmentum abscinditur vitis: vt potius germinet, & vberius crescat.* Cui carnifex. *Si assentire vis, adhuc tibi parco, & medicamẽta adhibeo.* Cui Iacobus. *Non ne perspexisti stipitem vitis? Quia cùm amputantur sarmẽta, ille nodus qui remanet, suo tempore cùm terra incalescere incipit, per singula abscissionis loca producit germina. Si igitur vitis putatur vicissitudine temporis, vt germinet: quantò magis fidelis homo qui in vera vite Christo compactus est? Qua propter cùm carnifex secundum digitum abscindisset, Iacobus, dixit: Suscipe duos ramos, quos plantauit dextera tua. Cui cùm digitos manuum, & crura pedum confregisset: tunc* Beatus Iacobus *proclamauit, dicens.* Dominator Domine, *exaudi me semi viuum, viuorum & mortuorum* Deus. *Digitos enim Domine non habeo, vt ipsos ad te porrigam: nec manu, vt eas ad te extendam. Pedes mei truncati, & genua mea demolita sunt: vt tibi genua*

nua flectere non valeam. Et *factus ſum tanquam caſura domus, ablatis quibus ſuſtentatur columnis.* Et quid nê aliud præſtitiſſe cũctis viſus fuit Caſsianus Martyr? Quando vt Bea. Damianus refert, illi adhibebantur plagæ verberũ, infligebantur vulnera punctionum, applicabantur irriſionum iacula, vincula manibus imponebantur, cũctiſq; nudus tanquam ſpectaculum circum latrantium vndiq; derriſorum proponebatur, vt fidem Chriſti quam continuò confitebatur, deſereret? Inter hos procellarum ſæuientium turbines, inter iſtus deniq; crebeſcentium grandinum tempeſtates, ſicut columna immobilis non concuſſa, ſed firma ſic cõſtanter fidem Chriſti tuebatur, ſuumq; fœlicitatem apud cunctos iactitabat: vt cum Paulo in hæc verba illũ prorũpiſſe legamus. *Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſequtio, an fames, an nuitas, an periculum, an gladius?* Rom. 8.

Et quid in his teſtimonijs in vnum coaceruandis diu immoramur? Non nè hoc idem teſtantur Coſmas & Damianus? Quando, vt in Martyrologijs fertur, Præſes illis dixiſſet: Nunc autem affligam vos tormentis, quouſque acquieſcatis Imperatorum voluntati, & Dijs ſacrificia adhibeatis. Illos reſpondiſſe ei dicitur: *Nos Imperatores tuos contemnimus: habemus enim Regem in cælis Chriſtum Filium Dei viui. Tormenta tua quòd non timeamus, tu melius noſti. Cumque eos ad mortem ducerent carnifices, alta voce vno ore dixerunt: Bonum eſt confiteri Domino, & pſalere nomini tuo, altiſsime. Ad anuntiandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem: quia magnificaſti ſuper nos miſericordiam tuam.* Non nè confirmare videntur hoc idem teneri illi, ſed inuictiſsimi Martyres, Iuſtus & Paſtor, Complutenſis Achademiæ omnium quotquot extiterũt, & modó extãt celeberrimę, totiuſq. religionis noſtræ Chriſtianæ tutellaris firmiſsimæ ſingulares protectores, & meritiſsimi patrones? Quandô antequam ad ſupplicium â Datiano adducerentur ob confeſsionem nominis Chriſti, ſe ſe mutuô cælitus edocti, quaſi ſeipſos benedicentes, lęti confortabant. Dicens Iuſtus: Noli, frater Paſtor, hanc temporalem pertimeſcere paſsionem: noli propter cędentium flagella quibus tenerrimum corpus tuum atteratur, â Fide te ſubtrahere: noli incumbentem gladium formidare. Quia ſi, annuente Domino Ieſu Chriſto, extinctus contigerit nobis ad ipſius gloriam properare, digniorem in futuro ſæculo percipiemus fortitu

dinem;

dinem; quæ nostram non minuat paruitatem, sed ad perfectionem Martyrum, & Angelorum coronã perducat ęternam. Hic tempore exiguo cõstituti, paruam inter homines habuimus vitam: sed illic in lõgitudinem dierum si quę Deo placita sunt, fecerimus, æternæ vitæ percipiemus abundantiã. Cui sanctissimus Pastor respõdit. Digne quidem, frater Iuste, sic te decet hortari: vt iustitiam quam nomini tuo inscriptam portas, simul cum tuo fratre Pastore suscipias. Leue etenim sit nobis pro confessione Domini nostri Iesu Christi corpus nostrum iugulari, & sanguinem fundi: vt in sacrario cælesti diuinum corpus Christi, & pretiosum sanguinẽ eius nobis liceat adorare. Non nos parentum, aut proximorũ reuocet pietas, nec nostrę condoleamus ætati: sed celeriter ad cælorum culmina properemus: vbi nostræ infantię, & parentum nostrorum peccatis obtinere veniam mereamur.

Et quid nè aliud pręstiterunt Eusebius, Potentianus, & Vincentius? Quando sęuiente Cõmodi persecutione (vt fertur) in cunctos Christianos, illisque ardentes flammas Tyranni applicari pręcepissent: illi alacres effecti, vno ore in signum benedictionis cęlestis, qui intus & exterius erant condecorati, proclamabant dicentes. *Gloria tibi, Domine, qui nos tua visitatione circundas.* Quibus cûm Tyrãni obijcerent, dicendo: Et quid tam crudeles estis vobis ipsis, Christiani? cur nõ deponitis insaniam vanã, adorantes Deos, & glorificantes, quos iusserũt Principes: vt nobiscum frui meréamini vita æterna? Fertur Vincentium respondisse, nomine omniũ. O *omnium infidelissime, & crudelissime, qui tibi ipsi non parcis: nos in gloria iam constituti sumus, tu verò cum* Principe *tuo in gehẽna periturus es*. Aut Ianuarius? Quãdo cõmilitonibus suis ad martyriũ iã properãtibus in hæc verba prorũpit, vt Ioann. Diaconus reffert: *Eia nũc, fratres, viriliter contra antiquũ hostẽ pugnemus: viriliter cõtra eius famulum & ministrum, nos cruciatibus exponentem dimicemus. Quia idcirco me huc Dominus dixerit, vt nec pastor à grege, nec grex à pastore videatur diuelli. Nullius, inquam, blandimentis, nullis comminationibus à Christi societate diuellamur: quia fortissimus Iesus cælitus prosternet omnes nostrorum aduersariorũ acies*. Propter quod, cùm illos feris obijciendos conaretur ardentissimè Tyrannus: tunc fertur Martyres *crucis se munientes præsidio, tanquam ferreos montes stare immobiles: & oculos, palmasq; ad sidera leuantes, intimis ex organis propalsare, tonantes*: Cerne

vecordiſsime Conſul: quomodo beſtiæ catenis ſolutæ, & in ſanctos furibundo impetu ire tendentes, miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius diſcipulos & ſectatores eſſe gloriamur; palam repentè omnem feritatem in manſuetudinem conuerterunt, tanquam oues mitiſsimæ ad pedes noſtros procumbentes? Cerne Chriſti noſtri vim admirabilem in eius Diſcipulis micantem. Cerne trophea Martyrum, quos facilius ſub vno collegio, quam ſingulari congreſsione vincendos exiſtimaſti. Vt ex his intelligas, quantæ benedictionis cæleſtis, legem Chriſti amplectentes ſimus iam participes: & cuius immenſæ, & infinitæ in illa cæleſti patria vna ſimul cum capite noſtro erimus. Et numquid præclarum ne teſtimonium huius benedictionis admirabilis, verbis illis adumbratæ, ſcilicet: *Et benedicent ſe ſe omnes gẽtes:* non prętulerunt S. Conſtantius, & Carſius? Quando, Antonino Pio Religionem Chriſtianam oppugnante (vt Ioannes Eugubinus reffert) eis Lucio Conſule dicente, cùm vinculis ab ipſo eſſent comprehenſi: Cupimus igitur à vobis ipſis quænam ſit veſtræ vitæ conditio audire: & an parati ſitis, ex Imperatoris decreto Crucifixi cultum deſerere, & his qui ſunt veri Dei, offerre libamina. Et infracto animo reſponderunt, dicentes audacter: *Vitæ noſtræ conditio ò Conſul, hæc eſt, vt omni tempore ſeruiamus ei, cui ſeruire regnare eſt, Domino noſtro Ieſu Chriſto: Imperatoris autem decretis hac quidem in re obtemperare non poſſumus, nec volumus. Neque enim naturali rationi conſentaneum eſt, vt poſthabito creatore noſtro ac redemptore, Deo viuo & vero ſequamur eos, qui non ſunt Dij, ſed verè Dæmonia. Nos enim elementa huiuſmodi quæ hominum cauſa condidit Deus, non adoramus: nec illis inquam in animum induximus immolare. Sed decreuimus omnem cultum & honorem ei tribuere, qui & elementa, & cælum, terramq́; & omnia quæ in eis ſunt, inexplicabili ſua ſapientia creauit è nihilo.* At cum ob hæc omnia crudeliter ambo ſimul crudeliſsimis loris cæderentur, in hæc verba prorumpere cœperunt, vno ore ad inuicem: *Cõfitebimur nimis in ore meo, & in medio multorum laudabimus eum, qui aſtitit à dextris pauperum: vt ſaluas faciat à cædentibus, & flagellantibus animas noſtras.* Aut SS. Placidus victorinus, Euthichius, & alij triginta ſocij eorum? Quando, duce Mamucha (vt Gordianus reffert) poſt innumera tormentorum genera illis adhibita, facie furibunda & vibranti capite illos alloquẽte: Quouſque inſipientes vos

Ioannes Eugubin.

Gordian.

nostra tolleret clementia? hortor, & commoneo vos Crucifixum negare, & adorare Deũ, cui excellentissimus Rex noster Abdala ceruicem suam flectit: aliàs acerbissima morte peribitis: Respondit S. Placidus in signum huius benedictionis cælestis. O infelices, quare mentis vestræ oculos atra orbatos caligine non cernitis? credite in Dominum Iesum Christum, creatorem cæli & terræ: & dimittite Diabolum, quem adoratis. Quod si non feceritis, ignis æternus vos excipiet. Cæteriq; commilitones eius dixerunt. Nos nullo pacto Dominum nostrum Iesum Christum relinquemus: tormenta vestra tanquam lutum quod pedibus conculcatur, abominamur. Alium verò Deum præter creatorem & Redemptorem nostrum Iesum nescimus; cui nos metipsos hostiam viuam in sacrificium offerimus. Christiani sumus, & pro nomine Iesu magis mori, quam viuere desideramus: perficite in nobis, quod vobis videtur. Nunquid fructum copiosissimum & salutiferum huius benedictionis, nuper à nobis allatæ non perceperunt illi quadraginta Martyres? Quandò tanquam vnam in diuersis corporibus animam retinẽtes, in vna conspiratione, & concordia Fidei, eandem erga res arduas cõstantiam, & pro veritate stabile propositum ostenderunt. Et eo tempore, in quo tanta erat fidelium turbatio, ob innumera cruciatuum genera à Tyrannis excogitata: vt hi fugerent, alij sucumberent: hi fluctuarent, illi ante certamẽ solis minis & metu concuterentur: alij verò certamẽ ineuntes, tanquã in pelago naufragantes, quæ virtute patientiæ parta, multorum annorum scientia inuaui vectabantur, per impatientiam amitterent: Tyranno, eorum fidẽ & constantiam pollicitationibus perturbare contendenti dixerunt. Quid muneribus tuis nos demulcere studes, Dei hostis: vt discedamus à Deo viuente, ac Dæmonibus perniciosis seruiamus? Putas ne tantùm te daturum, quantùm eripere contẽdis? Tua respuimus dona, quæ nocumentum nobis concilιãt: non accipimus honorẽ, vbi nobis nascitur ignominia. Pecuniã da, quę permaneat, & continuò duret: gloriam, quæ semper floreat. Nos Imperatori vis facere familiares: sed nos à vero Rege alienare quęris. Quid enim hæc minima quæ tu vocas magna, ex mundo pollicęris? cùm mundus vniuersus à nobis despiciatur. Nõ sunt omnia quæ videri possunt, spei paria, quam continuô retinemus.

Basilius Magnus 1. tom. operum eius.

vides hoc cælum, vt aſpectu pulchrum, vt magnum: & terrã quanta eſt, quot ve in ipſa mirabilia: nihil horum iuſtorum fœlicitati, & beatitudini æquiparari poteſt. Illa namq; velociter tranſeunt, hęc continuò durãt. Vnam tantùm iuſtitiæ palmam expectamus: circa vnam gloriã quę eſt in Regno cælorum, ſollicitamur. Honoris ſuperni cupidi ſumus, pœnas varias gehennæ metuimus, illius ignis nobis formidoloſi. Nam ignis hic quem vos intentatis, illi cõſeruus eſt: nouit & ipſe vereri eos, qui idola contempnunt. Sagittas infantium veſtras plagas exiſtimamus. Corpora enim cædis, quæ eò clariorem aſſequentur coronam, quò magis tibi reſiſtent: ſi verò defecerint, eò citius à iudicibus violentis ſoluta aſcendent. Durũ profectò frigus, ſed dulcis paradiſus: affligens glacies, ſed delectabilis requies. Breui tempore durantes ſinus Abrahæ nos perpetuò fouebit. Vnam noctem cum æuo ſempiterno commutabimus. Incendatur igne pes, vt cum Angelis continuò ſaltet. Torpeſcat frigore manus, vt facultatem habeat in Deum attollendi. Quot enim noſtri commilitones ceciderunt, fidem mortali Regi ſeruantes? Nos pro fide in verum Deum ſeruanda hanc vitam non proijciemus? Quot itẽ malefici homines mortem tulerunt in ſcœlere deprehẽſi? Nos verò pro iuſtitia mortem non ſubeamus? Nè obſecro commilitones, emoliamur: nè terga diabolo demus. Quando ſimul mori opportet, moriamur, vt viuamus. Fiat ſacrificium noſtrum coram te Domine: & veluti hoſtiæ viuentes, tibi placẽtes, nos met hoc ſæuo gelu immolãtes, à te recipiamur. Pulchrum quidem ſacrificium, pulchra oblatio, pulchrum holocauſtum. Eximij nè buſcinatores extiterunt veritatis ſolidæ huius teſtimonij nuper allati inuictiſſimus Theodulus, & Agatopide ſocius eius? (Simeone Metaphraſte acclamante) Quando Prefecto Maximiani Imperatoris cunctos Chriſtianos inuadenti, & dicenti illis. Et ſi honoribus huc vſq; adduci non potuiſtis, vt Dijs immoletis, cruciatibus cogemini, Imperatoris decretis obtemperare: reſponderunt. Nullus cruciatuum veſtrorum terror tantùm apud nos valebit, vt minis veſtris inferiores eſſe deprehendamur. Quamobrem vel igni corpus meũ trade, vt intelligas, quãuis illud corrumpatur, animã tamẽ integram permanere: & quãto magis à rebus ex materia conſtantibus recedit, tanto eſſe validiorẽ. Ieſu Chriſti namq; legem

gem cuius militiæ à tenera ætate ad scripti sumus, nunquam deseremus: sed vitã potius, quã eius signũ derelinquemus. Cũ autem circũspicerent, nonnullos ex circunstantibus, miseratione illorum cõmotos lachrymari: dixerunt audacter & intrepidè. Quid sibi vult iste concursus, & lachrymæ? nihil est, cur miserijs vestris omissis, nos res meliores appetentes commiseratione prosequamini. Aut illustrissimus ille Dionysius, & magnanimi socij eius Rusticus & Eleutherius? Quandò Sesinio Prędidi, Domiciani ministro, alloquenti Dionysiũ: tu nè es ille nefandissimus senex, qui diceris Dionysius? qui etiã Deorũ nostrorũ cultũ euacuas? Respõsum dedit. Sũ corpore: sed feruore deuotionis, & fidei, atq; salutari confessione Domini & saluatoris mei Iesu Christi maneo semper nouus: & nouos illi genitos, per ministerium prædicationis meę infantes, quos ille fons sacri baptismatis parturit, rationabili lacte pascere sine dolo non cesso. Cui cũ Pręfectus dixisset: Cuius nominis profiteris esse cultorem? tũc hi tres beatissimi viri, ita dono sancti Spiritus inspirati, & zelo Fidei inflammati, sono vnius vocis, eisdemq; verbis, cùm nõ nisi vnus interrogaretur, reddidere responsum, ac si ab vnius hominis ore sermo procederet. In hoc, inquiunt, manifestum est nos esse verissimos Christianos, cùm corde credamus, ore confiteamur. Et ore pio & acclamemus Patrem, & Filiũ, & Spiritum sanctũ, vnũ Deũ, ac Dominũ: Dominũ autem nostrum Iesum Christum, vnã ex eadem santa Trinitate personam: Deum ante tempora sæcularia, hominem vero propter salutem hominum. Et cùm sanctus Dionysius, nudus in oculis seruorum, super lectum ferreũ suppositis flammis extensus poneretur à Tyranno: gloriosus Martyr cantabat, dicens. Ignitum eloquium tuũ Domine vehementer: & seruus tuus dilexit illud. Et tãdem, vt vno verbo concludam admirandam & excellentem huius testimonij benedictionem: *Et benedicent se se gentes in semine tuo*: id est, propter semen tuum: non se se satis prędicant, & summis laudibus in cælum vsq; extollunt sanctus Eudoxius? Quãdo cùm ei Præses Diocletiani vincula, & plagas, carcerem, & ignem, & alia grauissima tormenta subeunda proponeret: respõdit Martyr. Ludis nè Pręses? hęc ego existimo puerorũ terricularnẽta, aspiciẽs ad eas, quæ sunt illic remunerationes: & pendens à sola munifica dextera mei agnothletę Christi.

 Nam

Nam me terret illo ignis, qui sopiri non potest: & stridor dentium, & quæcunq; alia acerbissima quæ sunt parata his, qui Deũ aspernunt, & ei non obediunt. Hæc autẽ tua sunt mihi planè ludus: & ignis quẽ mihi, minaris, est vel ipsa aqua frigidior. Ensis autem me afficiet beneficio: me enim mittet ad ea, quæ desidero. Et pro hoc quidẽ Sole, qui occidit, & citò abscõditur: reddet mihi luciferum illum, qui nunquã occidit & suauem mittit radium & ineffabilem. Et pro hac mundana, & quæ paulo post non erit, visione: ea, quæ sunt firma & stabilia, & perpetuò permanent. Et inuictissima Eulampia? Quãdò Presidi insultanti cõtra ipsam, infracto animo, dixit. O iudex, an ignoras, quòd sum Christi ancilla? Christus est mihi vita, & animæ exultatio: educ bestias, & rotas expedi, & stringe enses, & excogita omne aliud tormentum: vt scias me nõ esse tam ignauo & pusillo animo. Hoc quod propietate suscipitur certamen, ad finem vsq; decertabo, & peragam, & me ipsam tradam ad omne genus supplicij: vt scias me esse eius sororem, & fraterne eadem quæ ille sentit, sentire: qui tua tormenta non formidauit, & ea quæ colis simulachra, diruit. Porrò autem, rursus tibi dico, ne aspiciens ad muliebris sexus imbecillitatem, speres aliquid indignum nostra mente. Neque ætatis mollitiem, putes tuis iuuentis facilè posse decipi. Qui enim nos ad diuinum suum erexit amorem, & nos armauit ad bellum contra te gerendum, & diabolum: & ipse præbebit vires, & clarissimam efficiet victoriam. Et magnanimus S. Varro, & socij eius? Quandò Præsidi Maximiani illos feris & canibus edendos apponenti dixerunt. Nobis, ò iudex, nulla patria est in terra: sumus enim reuera hospites, & aduenæ: nam Christianis vera patria, & ciuitas in cælis est ædificata. Crede nobis hæc ita se habere. Minas autem tuas parûm curamus: imò veró optamus, vt minæ tuæ nõ se vsq; ad verba solum sistant, sed ad effectũ etiã deducantur. Sic enim erit manifestũ nostrũ in Christum desiderium: & ipse scies omnino, quale auxiliũ ab ipso assequamur.

Et quando iam istarum omnium benedictionum, & aliarum maximarum (quas meritò silentio prætereundas esse decreui, ne cùm eas numero quodam comprehendendas esse contendam, finitas esse alijs innuere immeritò videar) quibus non solûm inuictissima *Epilog.*

Mar-

Martyrum cohors, ſed ſplendidiſsima Doctorum, & Confeſſorum turba, ingens & immenſa Sanctorum multitudo, nō tantum in alia vita ob merita paſſionis Chriſti, verùm quòd magis admirabile eſt, in iſta, potiſſime ab aduentu illius vſq; in hanc noſtram tempeſtatē ſunt potiti, & potientur ſemper alij innumeri, Quos eſto oratione complecti minime poſsimus, tamen illorum recordabatur, & memoria perpetua intra ſe retinebat Dauid, dicens: *Deus memor fuit noſtri: & benedicet, benedicet*: id eſt, multipliciter, & extrà modum omnem: id namque verba ſępe repetita, *iebarec,* ſignificant. *domui Iſrael*, id eſt, videntibus Deum, ſcilicet per fidē: *Benedicet domui* Aarō: ideſt, his qui ſunt montes fortitudinis. Benedicet timentibus Dominum, puſillis cum maioribus. Adijciet Dominus ſuper vos, ſuper vos, & ſuper filios veſtros. Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlū & terram. *Vel vt Chaldæus legit:* Verbum Dei recordatus eſt noſtri, & benedictionibus benedicet domui Iſrael. Benedicet domui Aaron, benedicet timentibus Deum, paruis cum magnis. Apponat verbum Dei ſupèr vos, ſuper vos, & ſuper filios veſtros: & *Pſal.* Beatus homo, cuius fortitudo in te eſt. Lauda-

Pſal. 115.

Pſal. 84.

tiones in corde eius tranſeuntes in valle fletus, fontem ponent eam, & benedictionibus quoq; amicietur Doctor. Ibunt de fortitudine in fortitudinem, comparebunt apud Deum in Sion. Supereſt ſolùm, vt deinceps memores iſtorum omniū, vnà ſimul vos miſerabiles Iudæi, aperte intuentes, illa verba Zachariæ: *Sic dixit Dominus. Reuerſus ſum ad Sion*, ideſt, ad Eccleſiam, vel ad ſpeculantes. *Et habitabo in medio Hieruſalem*: id eſt, eorum qui timēt vere & non ficte Deum. Et vocabitur Hieruſalem Ciuitas veritatis: & mōs Domini exercituum mons ſanctus, &c. Ecce ſaluum facio populum meum de terra Orientis, & de terra occaſus Solis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Hieruſalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, in veritate & iuſtitia, &c. Et erit. Sicut eratis maledictio in Gentibus domus Iehudah, & domus Iſrael: ſic ſeruabo vos, & eritis benedictio, ab aduentu Meſsię noſtri huc vſque in Chriſtianis, qui ſe totos in confeſsione myſterij Incarnationis iam exibiti, & in Fide illius manifeſtanda, patefaciendaque ſolida veritate aduentus primi illius (vt ſecundum qui cum ira & indignatione futurus eſt, maximè præcauerant

Zacha. 8.

ueant: paratoſq; ad illum excipiendum ſic ſe prębeant, vt cum illo abſq; vlla peccati labe comparere valeant) ſe conſecrarunt, & conſecrant: certiſsimè ea ſimul cũ teſtimonio ſuperius adducto: *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes*: adimpleta eſſe: & noctu diuq; cunctas illorum cogitationes, deſideria, opera, & voces in hunc tantum ſcopum intendẽtes, vt cunctos Chriſto lucri faciãt: nunc nũc perpetua memoria intra vos recolatis iſta omnia: vt earũ recordatione e profundo tantę cęcitatis & miſeriarum pelago emergentes, portum ſalutarem conſequamini. Eia magna profectò eſt vobis oblata ocaſio: vt quãdo huc vſque tantarum benedictionum multitudine orbatos eſſe miſerè eſtis experti, ob execrandam obſtinationem veſtram: nunc reliquo vitæ veſtræ ſpatio vna cum Gẽtibus, quos hora vndecima Chriſtus Redemptor noſter in vineam ſuam conducendos eſſe decreuit, eiſdem frui non dedignemini. Miſericordia, patientia, & benignitate immẽſa Chriſti Redẽptoris noſtri qua vos per tot annorum curricula tanquã pater indulgẽtiſsimus proſequitur, vt in cubile ouiũ ſuarũ introducat, vt vos his & alijs innumeris cæleſtibus benedictionibus exornet, ditet, & nobilitet: tã perperſe & miſerè tãdiu abutemini? Fieri nê poteſt, vt diuitias benignitatis illius, tolleratię ac longanimitatis eius immenſæ temerè contempnatis? Ignorantes, quòd benignitas Meſsię noſtri ad pœnitentiam vos adducit: & quòd iuxta duritiẽ veſtram, & cor impœnitens, recõditis, & theſaurizatis vobis ipſis iram in die iræ, & reuelationis iuſti iuditij Dei. Qui red- *Rom. 2.*
dit vnicuiq; ſecundûm opera ſua: his quidem qui ſecundùm patientiam boni operis gloriã, & honorem, & in corruptionẽ quærunt, vitam æternam: his verò qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati: irã, & indignationem, tribulationẽ, & anguſtiam in omnem animam operantis malum, Iudæi primûm, & Gręci: gloriam autem & honorem & pacem omni operanti bonum, Iudæo primûm, & Græco. Nam eſto veriſsimè vobis fateri cogamur, Meſsiam noſtrum prius maiorum veſtrorum ſaluti conſuluiſſe, quâm Gentilium (noſtrorum inquam) vt firmas redderet promiſsiones Abrahæ & ſeminibus eius factas: vt ex his quæ ipſe decurſu vitæ huius mortalis geſsit, & docuit, & Apoſtolis ſuis facere præcepit: colligitur, & demon-

monstrant illa verba Matth. Mat. 15.
Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Tamen ob malitiam maiorum vestrorum, mutata sorte, Euangelicam doctrinam Gentilitatis corda sic potissimè occupasse intuemur: vt in illis suum tabernaculum illam constituisse cunctis videatur, eò quód maiores vestri suæ salutis adeò immemores & obliuiosi fuerunt, vt Ioannes testatur. *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Iuan. 1.
Et Act. *Vobis opportebat primũ loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud; & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes.* Acto. 13.
Sed vos adhuc ardenter vestræ saluti nũc consulere contendite, aduentum primum Mesiæ amplectentes: contemplantes in domo Patris nostri mansiones esse quamplurimas: fierique posse, instar illorum qui vltima hora ad vineam patrisfamilias venientes, æquales in denario his qui primò mane venerant, extiterunt: talibus benedictionibus cælestibus deinceps à Mesia nostro in ostensionem misericordiæ suæ, & singularis amoris, quo antiquitus maiores vestros (Patriarchas inquam) fuit prossequtus, fore decorandos. Vt cuncti iam fideles in gratiarum actionem dicere cogamur cum Regio vate: *Et dixi: Infirmitas mea hæc: hæc commutatio dexteræ excelsi. Recordabor operationum Dei, reminiscens antiqua mirabilia tua. Et meditabor in opere tuo, & ad inuentiones tuas loquar. Deus in sanctitate via tua: Quis Deus magnus sicut Deus? Tu es Deus, qui facis mirabile: scire fecisti in populis fortitudinem tuam. Redemisti in brachio fortissimo tuo populũ,* id est multis titulis & rationibus quondam tuum: *filios Iabacob*, idest, contradicentes tibi, *& Ioseph*, id est, ad terrena tantùm bona quondam inhiantes, *Selah*: idest, opus dignum, vt memoria perpetua, vehementique admiratione à cunctis celebretur. Psal. 77.
Quandoquidem ad modũ illorũ portentorum quæ inuicta & potenti manu tua edidisti cum populo tuo, vt educeres illum â durissima seruitute, qua opprimebatur ab AEgyptijs, vt significatur illis verbis. *Viderũt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: doluerunt, & commotæ sunt abyssi. Innundare fecerunt aquas nubes: tonitruum dederunt cæli, & fulgura tua ierunt. Sonitus tonitrui tui in rota, illuminauerunt fulgura orbem: commota est, & contremuit terra. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & itinera tua non sunt agnita:* Psal. 77.

oculis noſtris videamus ad imperium & virtutem vocis tuæ, aquas non tantùm naturalem influxum earum reliquiſſe, vt ſolidarentur in modum muri, vtrinque conſiſtentes, vt tranſitum ſecurum præberent Populo tuo, poſteaq; obruerent aduerſarios populi Dei: ſed homines diabolica obſtinatione tam diu infectos, molliores cæra redactos fuiſſe, virtute tua cęleſti, ideſt, cognitione aduentus tui: vt tuo exemplo cęteris ſecurum aditum ad Religionē Chriſtianam referent, inimicoſq; ſanctę Eccleſię teſtimonijs ſacrę Scripturę confundant, eaſq; corruſcationes lucis tuę illorum cordibus irradiando, quibus fere fundamenta orbis terræ commoueantur. Conſiderantes non ſolùm ſemitas in obſtinatis pectoribus impreſſas te reliquiſſe. verùm mirabiliter ſi non deduxiſſe, ſaltem excitaſſe populum quondam tuum, Iudaicam inquam nationem, per manum nō Moyſis & Aaron, ſed huius omniū quot fuerant, & ſunt miſerabilioris peccatoris, in viam ſalutis æternę, apertiſsima ſigna aduentus tui tamdiu illis ignota ob obſtinatam eorum malitiā, palam eis manifeſtantis.

PRO-

PROPVGNACVLVM QVARTVM.

MESSIAM IAMDIV CARNEM HVMAnam assumpsisse, contra proteruam Iudaizantium perfidiam, palàm & certissime demonstratur, ex literali & vera intelligentia illorum verborum Deutero. 18. *Et dixit Dominus ad me. Bona sunt, quæ loquuti sunt. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum eorum, sicut tu es. Et ponam verba mea in ore eius: & loquetur ad eos omnia, quæ ego præcepero ei. Et erit. Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo: Ego requiram ab eo.*

QVIS det iam, vt veniat petitio mea, & quod vnà mecũ simul vniuersa ista nostra Christianorum Ecclesia, maximè solicita, anxie & ardenter consequi desiderat, & expectat, misericorditer tribuere nobis iam dignaretur misericors ille, clemens, & miserator Dominus: vt videre iam dudum nobis liceret miserabiles vos Iudęos: tanquam fratres nostros, in Christo charissimos, suggentes dulcissima & salutifera vbera matris nostræ indulgentissimæ Ecclesiæ, sacram & diuinã Scripturam dico. Cuius licoris cælestis suauitatem, & vtilitatẽ olfacere Salomonem inuenimus illis verbis, *Sapientiã omniũ antiquorum exquiret sapiẽs: & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret: & in absconditis parabolarum conuersabitur.* Eccles. 39. Vt illius dulcissimo lacte tanquam solido, & viuifico pastu in omnibus imbutos, sinceroq; eius sensu, & vera intelligentia cõtinuò vos lactatos contemplatus, perspicere esset integrum iam mihi, & cunctis alijs gentibus remotissimis corda vestra summè parata et penitus consecrata ad vigilandum diluculò ad Dominum, imo & ad quæritandum eum, qui non solùm fecit, sed preciosissimo eius sanguine

guine redemit vos, continuis orationibus, ardentiſsimis ſingultibus, ingentiq. lachrymarũ abundantia, ardentiſsimaq. animorum compunctione vndiq; refferta. Fieret nãq. mihi credite (nec fallor equidem) quòd iam non ſolum nullus ex noſtris, aut ex alijs ſemotiſsimis nationibus (vt huc vſq. longo experimento vobis miſerè, licet iuſtè, contigiſſe intuemini, & nos quotidie intuemur) tanta temeritate eſſet præditus, vt aliqua ex parte deinceps vos temere deſpicere auderet. Sed quod magis eſt, ad exiſtimandum iam adducar, quòd ita Spiritus ille magnus Domini eius diuino & altiſsimo ſapientiæ ſpiritu vos vndiq. repleret: ſicq. copioſiſsimè profunda & abſcondita eloquia ſapientiæ ſuæ tanquam perennes imbres, nè dicam inundantes fontes, aut fluuios ſuper vos influeret: cunctas cogitationes, mentes, & deſideria veſtra ad finem, & portum deſtinatum, nempe in cognitionem aduentus primi Meſsię noſtri ſecurè dirigeret: & diſciplinam ſuam huc vſq. quaſi in abſconditis locis vobis latentem clare manifeſtaret: vt iam in adimpletione huius Prophetię, nuper à nobis adductæ, nunquã deinceps vobis, nec alicui etiã minimo veſtrorũ cecutire, abſq. maiori & grauiori reprehenſionis & criminis nota eſſet permiſſum. Qua vna re id vnũ certiſsimè aſſequeremini, quod verba illa Eccleſiaſtici, quæ inferius in eodem teſtimonio ſubſequuntur, oſtendunt: nẽpe, *collaudabunt multi ſapientiam veſtram &c.* id eſt multi collaudarent ſapientiã veſtrã, & vſq. in ſęculũ non deleretur, nec recederet memoria veſtra: & nomen veſtrũ requireretur à generatione in generationẽ. Et vt ſapientiã veſtrã, non tantùm gẽtes exteræ ſummis pręconijs in cælũ vſq. continuò extollerẽt: verũ cuncta iſta noſtra fidelium Eccleſia laudẽ veſtrã publicè apud alias nationes perpetuò celebraret. Sed quando ita caſus tulit, vt hęc omnia ita ex aduerſo ſtare iam conſpiciamus: vt nõ dulciſsima vbera matris noſtrę Eccleſiæ, ſolidã inquã eius doctrinam, veramq; ſacræ Scripturæ intelligentiã, genuinumq. ſenſum ab Spiritu Sãcto intentũ: ſed fabuloſas, impias & execrandas Rabbinorũ veſtrorũ expoſitiones tantũ ſuggẽtes & lactantes in omnibus, ferè extra verũ ſenſum à noſtra Eccleſia, Apoſtorũ, Sanctorũq. Patrũ fideliſsima interpretatione, particulari aſſiſtentia & reuelatione Spiritus Sancti, Fidelibus tantũ traditũ, temerè foris vos adſtãtes intueamur. Ex quo miſerabiliter cõſequtũ eſt, vt à re-

cta

cta via perpetuò aberrantes, instar illorũ de quibus meminit David: Psal. *Errauerunt in deserto, in solitudine in via ciuitatẽ habitationis nõ inuenerunt famelici etiã, & sitibundi. Anima eorum in ipsis defecit, &c.* Psal. 107 *Ciuitatẽ habitationis:* verissimã scripturæ intelligentiã non adinueniatis: qua secure tanquã in tutissima ciuitate refugij vitã vestrã traducere possitis. Et quod magis deplorãdũ est, vt Hiere. insinuare visus fuit: *mouerunt se vt cæci in plateis,* Treno. 4. vt meridianã inquã lucẽ, & doctrinã euãgelicã, ipso sole visibili splẽdidiorẽ tãquã in tenebrosis locis cõstituti nullatenus intueamini. Qua vna re adimpletũ esse, absq; vlla reprehensionis labe, dictitare palãpossumus quod Esai. vaticinatum reperimus: *Sacerdos, & Propheta errauerunt propter Sibar, &c.* Esai. 28. *Errauerunt in visione:* vel vt Vulgata nostra legit: *Nescierunt videntẽ:* ac si clarius diceret, illi qui tenebantur alios de Dei beneficijs, & cunctis eius admirandis operibus, humano generi exhibitis, quale est mysteriũ incarnationis Christi, & cuncta quę ad reparationẽ lapsus generis humani Messias noster edidit, clarè instruere: & ob ista omnia cunctas nationes ad gratias ingentes illi vni refferendas ardẽter concitare: errauerunt secundum desideria carnis suę, ad libitum maiorum suorum, falsò ferè cuncta loca sacræ Scripturæ interpretantes. In tantũ, *vt nescierint videntem:* id est, Deum verum, qui omnia videt, & intuetur: secundum illud Psal. *Excelsus Dominus, & humilia respicit, & excelsa de longe cognoscit.* Psal. 138. & Iob. *Ipse fines mundi intuetur, &c. Et omnia quæ sub cælo sunt, respicit.* Iob. 28. ac si clarius diceremus. Nescierunt Messiam, qui & videns, & Propheta verè extitit: (Propheta namq; id significat, vt colligitur ex illis: quia Propheta hodie vocabatur olim videns.) 1. Reg. 9. Neq; cognouerunt illũ, qui, ob eximiam excellentiam Prophetiæ eius, excellẽtissimũ Prophetę magni nomen obtinuit, secundum illud. *Illi ergo homines cũ vidissent, quòd Iesus fecerat signum, dicebant. Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundũ.* Ioan. 6. Quod Christũ Redẽptorem nostrum confirmasse iam dudum legimus, dicentem. *Erratis namq; nescientes scripturas.* Marci. 12. Vehementer ergo ac viriliter conabor, in decursu huius certaminis inter nos & vos initi, iterum atq; iterum vos introducere in domum genitricis nostræ, vt ibi, & si in intelligentia huius loci à nobis adducti satis vos instruere, vt ardentissimum meum desideriũ efflagitat, non valeam: at saltem equius & iustius, de obstinatione vestra, ex aperta huius loci adimpletione, apud cũctas natio

nes & gentes apertè conqueri, ſit mihi deinceps licitum.

Non me latet profectò, vos non tantùm ſemel atq. iterum, ſed ſæpe, imo ſæpiſsimè verba huius Prophetiæ Deutero. lectitaſſe, maximeq. inſtructos eſſe hac vita in re: ſcilicet, eò iſta verba: *Prophetam ſuſcitabo eis*, à Deo Moiſi prolata eſſe: vt

Deute. 18. illis, diſcrimen magnum, quod inter eos qui terram illam Promiſsionis iā futuram incolere debebant, & inter illas futuras gentes quæ, intercedente lege noua ab ipſomet Mæſsia ferenda, per vniuerſum orbem erāt propagandę, in infinitum, verſandum erat: non ſolum apertè dignoſcerent, & in futurū maturè prouiderent: verum etiam vt illis, grauem & ingentem metum, quo vndiq. populus Iſraeliticus ab illo die quo legem veterem per manus Moſis à Deo acceperat, tanquam percuſus grauiter, intus & exterius totus concutiebatur (vt ex illis verbis nobis augurari licet.) Et

Exod. 19. fuit die tertia. Cum eſſet mane, fuerunt tonitrua, & fulgura & nubes graues ſuper montem, & ſonitus bucinæ fortis valdè: & expauit omnis populus, qui erat in caſtris &c. Et mons Sinai fumabat totus, eò quòd deſcendiſſet ſuper eum Dominus in igne. Et aſcendit fumus eius

Exodi. 20. ſicut fumus fornacis: & commotus eſt mons valdè. Et *illis*. Omnis populus videbat tonitrua, & lampades, & ſonitū bucinæ, & montem fumantem. Et vidit Populus, & moueruut ſe, & ſteterunt procul: & dixerūt ad Moſe. Loquere tu nobiſcum, & audiemus: & nè loquatur nobiſcum Deus, nè forte moriamur. Facilè ab eorum mētibus lōge propellere poſſent. Et ita ob omnia iſta, & vt vnà ſimul huic grauiſsimo timori illis iniecto, indieſq. magis & magis ingraueſcenti obuiaret: cōfortaretq. illos ſpe certiſsima tātæ & tam ſummæ fœlicitatis: nè animo ſubcūberēt, Moyſem nomine Dei cuncto populo illi Iſraelitico dixiſſe. Cū ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi, non diſces, vt facias ſecundum abominationes gentium ipſarū &c. Gentes enim iſtæ quas poſsides, ab ariolis, & diuinis audiūt: ſed non ſic dedit tibi Dominus Deus tuus. Prophetā è medio tui è fratribus tuis ſicut ego ſum, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus. Ei obedietis ſecūdū omnia, quæ poſtulaſti â Domino Deo tuo in Oreb, in die cōgregationis, dicendo. Nō addā, vt audiam vocem Domini Dei mei, & ignem magnum iſtum non videbo amplius, & nō moriar. Et dixit Dominus ad me. Bona ſunt quæ loquti ſunt. Prophetam

Deut. 18.

phetam suscitabo eis de medio fratrum eorum, sicut tu es. Et ponam verba mea in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ ego præcepero ei. Et erit Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur, scilicet summo conatu, *in nomine meo: ego requiram ab eo*. Sed an recondita, & abstrusa mysteria horum verborum percalueritis aliquandò, nudamq. veritatem in ipsissimet visceribus verborum latentem, sed quid? imo in ipsorũ liminibus iam publicè adstantem, hilariq. vultu, & serena facie (& si alias gentes & nationes) potissimè autem vos, tanquam nutu suo singulari ad eius amorem allicientem, & sermonibus mutis vos iam alloquentem, vt intra suos dulcissimos amplexus nunc si quando vos excipere valeat; conspexeritis: id modò in ista disputatione, vt deinceps clarius cunctis innotescat, ardenter asequi conabor.

CAP. I.

De medio tollitur fabulosa expositio quorundam Rabbinorum, vt splendidius vera intelligẽtia huius loci cunctis innotescat.

ATq. ita antequam ad manus deueniamus: vt vera profferam, nẽq. quicquam animo me simulasse interius cunctis aliquando videar: mihi credite, vix cõtineri possum, quin potius statim iam grauiter reprehendere non cogar quorundam vestrorum Rabbinorum insolentem arrogantiã, imò execrandam insolentiam, & malitiam. Qui vt se nimis literati omnibus ostentent, capitalesq. inimici Religionis Christi sint, & omnibus videatur: sola vna hac re maximè intẽti, scilicet, vt aduentum Mesiæ nostri iam diu transactum, tanquã cimerijs tenebris obscurent, cũctosq. alios ad eorum errorem, quasi quibusdam catenis constrictos petrahant: audacter dictitare palam non erubescunt, cuncta huius Prophetiæ verba statim post mortem Moysis ad vnguem adimpleta fuisse in inuictissimo, & magnanimo Duce, & omnibus numeris perfectissimo illo Dei viro Iossue, qui Moysi in amplissima populi Israelitici administratione diuinitus successit.

Nam estò prima facie, maximè id apparens dictu & creditu facilè antiquismis vestris Rabbinis vissum fuerit, & videatur similiter vobis, & magistris vestris recentioribus: quoties mentem & cogitationem eorum applicare solicite conati fuerint in illa verba. In quibus post quam perhibet nobis

bis ſacra Scriptura : *& mortuus eſt ibi Moſe ſeruus Domini*: addidit inferius: *& Iehoſuach filius Nũ repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia coniunxit Moſeh manus ſuas ſuper eum*: id eſt, præbẽs teſtimonium de illo, quòd eſſet Dux magnus à Deo conſtitutus, & vt duceret populum illum Iſraeliticum. *Et paruerunt ei filij Iſrael: & fecerunt, quemadmodum præcepit Dominus Moſech*: attẽteq. ſecum contemplati fuerint, Deũ Optimum Maximum Ioſſue, non tantùm in locum Moyſis conſtituiſſe, vt illa verba Ioſſue demonſtrant, *& fuit poſt mortem Moſech ſerui Domini, dixit Dominus ad Iehoſuach filium Nun, miniſtrũ &c. Moſeh ſeruus meus mortuus eſt: & nũc ſurge, tranſi Iardẽ hũc tu, & omnis populus hic ad terrã, quam do eis, nempe filijs Iſrael. Omnem locum quem calcauerit planta pedis veſtri, vobis dabo, quemadmodum loqutus ſum ad Moſe*. Præcipuè ſi adhuc cum iſtis omnibus memoria firma retineãt, Ioſſue âdeo ſingulari amore proſequtum eſſe à Deo: qualem illa verba quæ ſequũtur, inſinuãt: Non *ſtabit quiſquam ante te omnibus diebus vitæ tuæ. Quemadmodũ fui cum Moſe, ero tecum*: ac ſi diceret, in reuelationibus diuinis, & operibus miraculoſis ſic ero tecum. No*n dimittam te, neq. dereliquã te. Conforta te, & roborã te: quia tu hæreditate accipere facies populum hunc, terram ſuper quam iuraui patribus eorum, vt darem eis*.

Ratio.

Ioſue. 1.

Tandem quoties attentè conſiderant, diuinitus Ioſſue omniũ Iudæorum voluntates & corda tanquam alterum Moſe ſic ad eius nutum pertraxiſſe: vt poſtquam ordinem quem in expugnanda terra illa Promiſsionis populus Iſraeliticus obſeruare tenebatur, Ioſſue prudenter illi demonſtraſſet: ſtatim refferat Scriptura ſacra hæc verba quæ ſequntur. *Reſpõderuntq ad Ioſſue, dicendo. Omnia quæ præcepiſti nobis, faciemus: & ad omnia quæ miſeris nos pergemus. Iuxta omnia quibus obediuimus ipſi Moyſi, obediemus tibi: tantùm ſit Dominus Deus tuus tecum, quemadmodum fuit cum Moſe. Quicunq. reuelauerit ori tuo, & non obedierit verbis tuis in omnibus, quæ præceperis ei, moriatur*. Quæ maximè conſonare videntur cum illis verbis loci citati, Deuter. *Et erit: Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo, ego requiram ab eo*. Sed certè his non obſtantibus parum viriliter, & prudenter nobiſcum actum eſſe exiſtimarem: ſi his temerè cuncta iſta iam iam nobis palam obicientibus nos etiam audacter reſpondere non contenderemus, cum Moſe, Deutero. *Gens enim periens conſilijs ſunt, & non eſt in eis intelligentia*.

3. Ratio

Ioſue. 1.

Deute. 18.

Reſpõſio.

Deut. 32.

gētia. Vtinā sapiātes essent: intelligerēt hoc intelligerēt nouissimū suū. Vel vt Chaldeus. *Populus enim perdēs consiliū sunt: & nō est in eis intelligentia. Vtinam saperent, & contemplarentur hoc: & intelligerent, quid erit in nouissimis eorū.* Id est. Vtinā animaduerterent, quantā omnia ista cū veritate huius Prophetiæ repugnantiā habeant: & qua ratione quæ Messiæ venturo, omniū Prophetarū maximo, & præstantissimo præ dicta erāt, nullatenus Iosue Mosis successori conuenire possint. Eia vt vna cum Regio Dauid Psal. loquamur. *Intelligite stulti in populo, & fatui aliquando sapite:* vel vt Chaldeus legit. *Et vos stulti, quando eritis intelligentes?* Psalm. 93.
Si testimonium superius allatum, *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum*, in futurum euenturum esse fatentur: vt verbū *Aquim*, *id est, sucitare faciā*, futuri temporis coniugationis, *Hishil*, demonstrat, & lectio Chaldaica hoc idem annuere videtur, dicens: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, sicut tu es.* Qua ratione fieri potest, vt dictitare audeant, ista verba, *Prophetam suscitabo &c.* interpretanda esse de Iosue: qui iam tempore Prophetiæ, quo Deus pollicitus fuerat populo Israelitico præcipue Prophetam magnum, in lucem editus erat? Si ergo tunc iam aderat, quomodo futurus erat? Quod si hoc illis admittendum esse decernimus: similiter fateamur, est necesse, cunctas illas promissiones, quas in futurū Deus elargiendas esse statuit, iam ex eo tempore quo est pollicitus, ex tunc extare. Sed si hoc vna cum illis fatemur, ad quid Deum in futurum pollicitum esse, eas nobis refferat Scriptura sacra, est opus, cunctis ostendamus, & vos similiter doceatis. Eia animaduertite, si iam erant illi pueri, quos Esaias prædixit, Principes eorum futuros esse: vt quid in Esai. 30.
hæc verba idem prorumpit? Esai. *Et dabo pueros Principes eorum: & pueri dominabuntur eis dicitur?* Vt quid etiā Esai. *Dabit quidem vobis Dominus panem* Esai. 30.
angustiæ, & aquam oppressionis. &c. Et erunt oculi tui videntes doctorem, &c. & alibi. Et dabo Esai. 47.
in Sion salutem. Hiere. *Dabo* Hiere. 3.
vobis pastores iuxta cor meum, & Hiere. 32.
pascent vos scientia, & intellectu. Ezechi. 36
& idē & dabo eis cor vnū. Eze. Osee. 2.
Et dabo vobis cor nouū. Osee. *&* Ioelis. 3.
dabo eis vinitores eius. Ioelis. *& da* Gen. 2.
bo prodigia in cælo & Gen. *Et in* Psal. 88.
loco isto dabo pacem, & Psal: *Et ego primogenitū ponā eū, excelsum præ Regibus terræ, &c. Et ponā in sæculū semē eius, & tronū eius* Psal. 131.
sicut dies cæli: & alibi. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam,

1. Respõ. ſi vobis conceditur locus affirmandi, cuncta iſta, & ſi in futurum euentura eſſe dicantur, tamen adhuc eo tempore, quo prędicta fuerũt, conſtitiſſe: eáq. licentiam Rabbini veſtri ſibi aſſumant, vt pro arbitrio ſuo Scripturam ſacram interpretãdam eſſe dictitent. De medio tollãt ſimililiter, eſt neceſſe, cunctos libros Prophetarum, & vniuerſas Prophetias, quibus eorum ſalutem in poſterum adhuc cõtineri ſperant: cunctamq. Spiritus Sancti doctrinam euertant: vt ſic nullatenus nobis vnquam liceat falſos ſuos errores à noſtris finibus longè propulſare: & per conſequens glorioſum tryũphum de nobis illos egiſſe gloriari valeant.

2. Obiectio. Neq. eſt cur iam ſibi perſuadeãt id ſibi maximè licere, & eos præſtare poſſe. Ex eo quòd intueantur interpretes Vulgatæ lectionis ſæpiſsimè eam licentiam ſibi deſſumpſiſſe: vt, quæ in futurum euentura eſſe Prophetæ annuntiarent, tanquam pręſentia iam intelligenda eſſe, imo & interpretanda eſſe audacter docuerint Nã eſtò

Reſpõ. id frequenter faciant, propter certitudinem Prophetię: præſertim cùm illis temporibus, quibus illam transtulerunt, quã plurima illorum iam pręterita eſſe cernerent, ſed tamen nunquam ſibi tribuendum eſſe putarunt: vt aliquando liceret illis palàm tueri, ea, quæ in futurum eſſe predicebantur, vt cõſiſterent iam eo tempore, quo annunciabantur à Propheta: ſicut vos integrum eſſe arbitramini in interpretatione teſtimonij ſuperius adducti, dicentes, adimpleta eſſe cũcta illa in Ioſſue: qui adhuc tempore Prophetiæ iam conſiſtebat.

Replica. Quod ſi vt ſtultitiam, aut inſaniam veſtram & maiorum veſtrorum palam tueamini, dictitatis, in magnam admirationem rapi ex eo, quòd vobis[1] tanquã crimen execrandum opponamus, quod ſæpe doctiſsimi Hebræi noſtri præſtiterunt, vt Hieronymus Vatablus, Pagninus, & alij quam plurimi: qui apud noſtrates magno pretio & ſtimatione fuerunt habiti. Quandoquidem priſcorum Rabbinorum veſtigijs & Præceptis inhærentes, ſæpiſsime & toties verbũ præteriti tẽporis in futurũ tranſtulerunt & verbũ futuri in præteritum: quoties recenſere modò eſſet difficilimum.

Reſponſio. Sed ne quęſo in tantam rapiamini admirationem. Nam mihi credite, ſtatim vehemens admiratio iſta conprimetur: ſi paulatim conſpiciatis nullatenus vnquam interpretes noſtræ vulgatæ id vnum præſtitiſſe, niſi regulę & præcepta Rabbinorum veſtrorum illos ad hoc vnũ

pręſtan-

præstandum quasi inuitos coegissent, & prorsus cõpulissent. Recordor namq. sæpe verbũ futuri temporis in præteritũ eos transtulisse, quando illi erat adiuncta, *Vaf*, cum *Paza*; quæ habet virtutem, & efficatiam ad id efficiendum; vel quia verbũ quod præcesserat, erat similiter pręteriti temporis, sicut memini præteritum multoties in futurũ trãstulisse: vel propter eandẽ literam, *Vaf*, affectam cum alio puncto, scilicet, *Seua*. Vel quia sequebatur, aut præcesserat verbum futuri temporis: & sic cõtigisse sępe, vt vnum verbũ per alterum ab illis interpretatũ & manifestatũ esse cernamus. Sed absq. his regulis, & præceptis, illos vnquam hæc pręstitisse, equidem vobis non cõcedimus. Cûm ergò in testimonio adducto verbum, *Aquim: id est, suscitare faciã*, sit futuri tẽporis, nullamq; literam conuersiuam in præteritum admittat, aut verbum pręcedens præteriti temporis: nam initium sensus ex illa dictione incipit, *Prophetam suscitabo &c.* vt ex accentu regio pręcedenti nobis colligere licet: & cuncta verba quæ sequuntur inferius. *Et ponam verba in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ præcepero ei. Et erit: Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo, ego requiram ab eo:* sint futuri temporis, in confirmationem huius veritatis, vt clare peritis Hebręis innotescet: Quæ omnia satis corroborare videtur Paraphrastes Chaldęus, dicens: Et *dabo verba prophetiæ meæ in ore eius, & loquetur cum eis omnia, quæ præcepero ei. Et si aliquis vir non obedierit verbis meis, quæ loqutus fuerit in nomine meo: verbũ exquiret ab eo.* Quid vos impulit peritissimi Rabbini, vt omnia ab imis fundamentis euertentes, cunctasq. præceptorum regulas transgredientes, tanquam noui conditores Scripturæ, vt vniuersa huius testimonij de Iossue, qui tunc iam erat, intelligenda esse dicatis? cûm prophetiã in futurum prædictam esse palam cuncti nos intueamur. Forsan nẽ eo animo à vobis factum esse censebimus, vt quæ Christi propria erant, Iossue tribuenda esse temerè iudicaretis? et sic aduentus Messiæ nostri vobis, & nobis, & cunctis etiam nationibus ignotus semper extaret? An forsan, vt vestram authoritatem veritati summæ & diuinæ anteponendam esse omnes inde conspicerent? & sic nomẽ vestrũ æternitati perpetuò consecratũ vigeret, & consisteret? Reddite, quæso, quę sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt Messiæ nostri Mæsiæ, & non Iossue: qui tantũ vmbra eorũ, quę Messias noster editurus erat, gessit. 2. Obiectio.

2. Obiectio. Quód ſi vt maximè periti,& vt in intelligētia ſacrę Scripturę val de verſati prę cūctis Rabbini ve ſtri ex nūc omnibus alijs ſe oſtē dant, dictitare audent, ſæpe hæc tēpora, ſcilicet, futurū & præteritū apud Hebræos cōfundi: & quod magis eſt, futurū pro præterito ſumi, & e conuerſo: imò neceſſariò, ſic aliquádo interpretari debere, abſq, illa litera, Vaf, quæ eſt copulatiua: vt illo teſtimonio Eſai. *Ecce ſer-* *Eſai. 42.* *uus meus, innitar ei: electus meus, cōplacuit animæ meæ, dedi ſpiritū meū ſuper eū:* in quo eſtò verbū quod correſpondet, innitar ei, ſcilicet, Emac, ſit futuri tēporis, & ſine, Vaf, cōuerſiuá futuri in præteritū: tamē propriè, & in rigore debet explicari de prçterito, vt verbū ſubſequens, ſcilicet, Raceca, i. eſt, *cōplacuit:* & verbū Nazati, ideſt, *dedi ſpiritū meū ſuper eū:* demonſtrāt, cū ſint prę teriti temporis. Alibi, quæſo, ſolicitè conētur oſtentare, ſummā & profundā ſuam ſapientiā cū iſto teſtimonio potius ſtultitiā eorū palā cunctis cognitione Hebrçæ linguæ peritis potiſsime oſtendant. Nā prçterquā in verbis ſubſequētibus nulla reperitur litera copulatiua, in ſignū quod verbum, innitar, quod eſt de futuro: debeat exponi de prçterito, ſicut verba, quę ſubſequūtur: & ita in confirmatione huius veritatis. 70. legerint: *Iacob puer meus aſſumā eum: Iſrael electus meus, ſuſcepit eū anima mea, dedi Spiritū meū in eū:* reperiemuſq. vniuerſis lectionibus ex fontibus Hebræis ſecūdum rigorē illarū à ſanctis & peritiſſimis patribus exhauſtis, verba, *complacuit animæ meæ, & dedi ſpiritū meū*, diuinitus eſſe appoſita vt illis dignoſceremus, Meſſiā ex ea parte qua Deus erat, (eſtò nomine ſerui appellaretur,) Patri æterno qui eſt vita omniū, perpetuò cōplacuiſſe: & eius ſubſtantiā ſic illi ab ęterno fuiſſe à Patre cōmunicatā: vt meritò non ſolū dicere poſsit Propheta: *dedi Spiritū meū*, id eſt, vitā meā: verū Ioannes palam acclamare valeat, *In principio erat* *Ioan. 10.* *Verbū, & Deus erat Verbū*, & Paulus, *Chriſtus hodie, & heri ipſe & in ſæcula*: licèt ſecundùm *Paulus. Hebra. 13.* humanitatem appellaretur, & eſſet ſeruus: qui & virtute diuinitatis, & *quia in ipſo habitabat omnis plenitudo diuinitatis*, vt Paulus teſtatur: Iuditium in *Paulus. coloſſen. 2.* gentibus erat facturus: vt clarè demonſtrant, quę inferius apponūtur, nempe. *Non clamabit, & non eleuabit, neq; audire faciet* *Eſai. 42.* *foris vocem ſuam, calamū fere quaſſatum non conteret, & lignum ferè extinctum non extinguet: ad veritatem educet iudicium. Non caligabit, nec frangetur, donec ponat habitatoribus terræ iudicium: & leges eius inſulares expectabunt. &* illa: *Pater maior me eſt*: & illa ver *Ioan. 14.* ba Lucę. *Pater ſi vis, tranſfera* *Lucæ. 22.* *Luca. 23.*

Reſpo.

huc

me calicẽ illũ à me. & alibi: *Pater dimitte illis, nõ enim sciũt, quid faciunt &c. Pater in manus tuas cõmendo spiritũ:* & Ioan. *Pater sancte serua eos:* & cũcta illa quæ vt homo est operatus, & pro hominibus sustinuit, apertè innuũt

Ioan. 17.

Sed quando huc vsq. istorũ Rabbinorũ interpretationẽ nullatenus aliquis eorũ ita tutari potuit, quo minus à cunctis, pręcipue tamen peritissimis viris vt singularis error, summa stultitia, & stollida expositio meritò iudicetur: cũ ex illa tot cõtrarietatis capita, tot errorũ principia, tot deniq. incõuenientia consequantur: quot dicere, imo excogitare fœdũ & turpe est. Reliquum est iam, ne nimis arrogantes aliquibus videamur, licèt tẽpore isto aliquatenus abutamur, nouã & recentẽ expositionẽ illorum audiamus, illorũ inquã, qui tanquã cõmiseratione, sed non pia cõmoti, vt istorum tanquã pupillorũ, & ægenorũ causam, & patrociniũ se assumpsisse aliquãdo iactitare valeant: denuo arroganter sibi vendicant, verã & irrefragabilẽ extitisse expositionẽ illorũ Rabbinorũ, qui intrepide affirmarunt, cuncta huius prophetię verba nullo alio præterquã in Iossue adimpleta fuisse. Neq. alicuius momenti iam deinceps apud illos futura esse, quę superius à nobis cõtra illorũ interpretationẽ fuerũt adducta, præsertim, cûm nullã contrarietatẽ & repugnantiam, aut textui originali, & veritati secũ inferant. Sustineamus, quęso, dudũ istorum insolentiã arrogãtiam, patienterq. instruamur illorũ doctrina cęlesti & admiranda: vt liberius contra illos postea hac & illac, sic nos irruere sit necesse, vt cantillenã illos recantare, cunctaq. verba huius testimonij de Messia nostro intelligenda esse, vellint nolint, eos palã dictitare cogamus. Et cogẽtur equidẽ, quãuis nobis opponant ingeniosè (an verò maliciosè, ipsi viderint) nullũ sequi inconueniens, quod estò tẽporibus huius prophetię dudũ iã Iossue extitisset, prophetiaq. loquatur de futuro, vt ipsi modò fatentur libenter: tamẽ prophetiam in ipso Iossue tantûm cõpletã esse. Præsertim, cûm intueantur, ex testimonio adducto nullatenus colligi posse, Deum suscitaturũ esse Prophetam ex filijs futuris eorũ, sicut pollicitus fuit Abrahã, dicendo se suscitaturũ esse filiũ illi, cum quo pactum perpetuum initurus esset Gene. *Et dixit Deus ad Abrahã. Sarai vxorem tuã non vocabis nomẽ Sarai, sed Sara est nomẽ eius, & benedicã ei. Et etiã dabo ex ea tibi filium, & benedicam ei, & erit in gentibus &c. Et dixit Deus vere Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac: & statuã pactum meum secum in pactum* per-

Cõfirmatur error Rabbinorum.

Genes. 17.

perpetuũ, & semini eius post eum & David. Fuit verbũ Dei ad Natam dicẽdo. *Vade, & dic ad David*
1. Para. 17 *seruũ meũ: Sic dixit Dominus. Nõ ædifficabis mihi domũ ad habitandum &c. & domum ædifficabit tibi Dominus. Et erit: Cum cõpleti fuerint dies tui, vt eas cũ patribus tuis: suscitabo semen tuũ post te, quod erit de filijs tuis, & stabiliã regnũ eius:* sed ex fratribus eorũ. vel vt Chaldæus legit, *de medio fratrũ suorum*. Quę promissio optimè adimpleri potuit in Iossue dudũ nato: cũ tanta cognatione cum illis esset copulatus,
Num. 27. quanta Numero. dicitur. Pręsertim cùm luce meridiana clarius cunctis in sacrę Scripturę lectione versatis innotescat, nullũ vnquam à natiuitate sua Prophetã extitisse, aut ad supremũ prophetię fastigiũ conscendisse tanquã iure hereditario per parentũ suorũ propagationẽ: cùm altissimũ Prophetiæ donum maximè super naturale sit, longe lateq. vires cunctas humanas superet, & excellat: vt Paulus noster significare visus fuit, dicens: *Ideo notum vobis fa-*
1. Cor. 12. *cio, quòd nemo in spiritu Dei loquens dicit, Anathema Iesu: & nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt: idem autẽ spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq. autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatẽ. Alij quidem per Spiritum sanctum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ, secundũ eundẽ Spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in vno spiritu. Alij operatio virtutũ, alij prophetia &c. Hæc autem omnia operatur vnus atq. idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.* & an- Ioel. 2.
tea Ioelis. *Et erit: post hæc effundam Spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri: &c.* Quę omnia satis confirmare videntur, si ad eum ordinem, quem Deum obseruasse in communicatione huius cęlestis doni, vt volumina sacra testantur, mentem refferre aliquã tulum voluerimus. Quo validissimo fundamento iacto, consequens est, vt valeant intrepidè palam dictitare, nullo alio pręterquam in Iossue cuncta huius prophetiæ verba superius a nobis allata adimpleta fuisse. Insuper cùm nos etiam adhuc intueamur Deum Optimum Ma- 3. Cõfir.
ximum prę omnibus alijs illum potissimè elegisse (vt nobis reffert Scriptura) vt populum illum Israeliticum post mortem Moysis duceret: & vt instar Moysis non solum illum regeret, & gubernaret, verum vt in terram Promissionis introducere contenderet, vt illa

verba

Nume. 27 verba. Numer. præſeferunt. Et *loquutus eſt Moſes ad Dominum, dicendo: Præficiat Dominus Deus ſpiritum omnis carnis, virum ſuper congregationem, qui egrediatur ante eos, & qui ingrediatur ante eos: & qui educat eos & qui introducat eos. Et nõ ſit congregatio Domini ſicut pecudes, quibus non eſt paſtor. Et dixit Dominus ad Moſech: Cape tibi Iohoſuah filiũ Num, virũ, in quo eſt ſpiriritus: & coniunges manũ tuã ſuper eũ.*

4. Cõſi. Tandem etiam ex eo, quòd ſimilitercertiores reddamur, Ioſſue vni illi non ſolum inuictam animi fortitudinem, eamq. ſingularem prudentiam, pręclaraſq. animi, & corporis dotes, quales ad guberntionem illius populi erant neceſſariæ, Deum liberaliter cõceſiſſe: verûm eo excellentiſsimo dono Prophetiæ ſic ei ſingulariter condecoraſſe: quale erat neceſſariũ, vt eo inſignitus quæ eis euentura erãt in decurſu peregrinationis eorum, donec terram Promiſsionis occuparent, certiſsimè denunciaret: vt illa verba demonſtrant. *Cæpe tibi Iehoſuoa filium Num, virum,* (vt Vulgata noſtra legit) *in quo eſt Spiritus Dei*: id eſt, in quo per excellentiam ſpiritus Prophetiæ permanebit: ſecundum illud. Samuel. *1. Samuel. 10.* *Et requieuit ſuper eum Spiritus Dei, & prophetauit in medio eorũ*: omnibus augurari iam licet.

Sed certè an ex iſtis omnibus valediſsimum argumentum contra nos deſſumere valeant doctiſsimi veſtri Rabbini: vt audacter affirment, cuncta huius Prophetię verba, Ioſſue tãtûm attribui debere, vt aduentum Meſsię, quem clariſsimè Spiritus ſanctus hoc eodem teſtimonio comprehendi voluit: Ducis magni, inſignis Legiſlatoris, & Prophetæ eximij munera excellentiſsima illi vni imponentes, vt his cunctos populos, & nationes ad patriam beatitudinis ſecurè traducere poſſet: adhuc illorum & veſtro etiam iuditio (ſi fas eſt dicere) committendum eſſe ducam. Nunquid ex eo quòd poſsibile fuit Deo, vt in Ioſſue cuncta iſta cæleſtia, & admirãda dona, quæ in Meſſia noſtro vnicè & ſingulariter eluſceſcere ab æterno decreuit, emicarent (licet multo valdè & infinitè perfectius) Vobis eſt reſeratus locus, vt abſq. ratione alia, iam dudum in eo vno ad vnguem, & in integrum eluxiſſe, & adimpleta eſſe palàm prędictis? Si forſan in hanc ſententiam, imo potius errorẽ eſtis ingreſſi, ex eo, inquã, quòd clariſsimè intueamur (vt teſtatur ipſa ſacra Scriptura) Ioſſue, ſtatim mortuo Moſe, in locum eius, & adminiſtrationẽ populi Iſraelitici ex precepto diuino fuiſſe ſuffecti? Sed quantę energię, & effica-

Reſponſio.

Cõuincitur error Iudęorũ.

Ioſue. 27.

efficatiæ cunctis apparere ista ratio posit, vos dudū experimēto cognoscitis clarè. Certisimū est naq. Regiū Salomonē in trono, & Imperio Patri suo Dauid subsequtū fuisse: vt illa verba præseferū: *Appropinquauerunt autē dies Dauid, vt moreretur: præcepitq. Salomon filio suo, dicendo. Ego vado per viam omnis terræ: cōforta te, & esto vir: & custodi custodiā Domini Dei tui: vt ambules in vijs eius, vt custodias decreta, & præcepta eius, & iudicia eius, & testimonia eius, sicut scriptū est in lege Moysi. Vt secūdet omnia, quæ feceris: & omnia, ad quæ teverteris. Vt confirmet Dominus verbū suū, quod loqutus est mihi, dicēdo. Si custodierint filij tui viā suā, & ambulauerint corā me in veritate, toto corde suo: & tota anima sua dicendo: non abscindetur tibi vir de solio Israel & Selemoch autē sedet super soliū Dauid Patris sui: & Regnū confirmatū est in manu Selomoh:* Sed ex hoc quale argumentum validisimū fingi potest, quo fateri cōuincamur, Salomonē in inuicta illa Dauid fortitudine, quā diuinitus fuit præditus ad debellandum Philisteos, et ad extirpandas funditus vniuersas gētes idolatras: in inaudita illius clemētia, qua vsus fuit singulariter cum Saule capitali inimico eius, sanguinisq. illius omniū sitientisimo: vt illa Samuel demōstrāt. *Et ecce Saul iacēs dormiebat in loco castrorū, & lācea eius fixa erat in terra ad caput eius. & Abner & populus iacebāt per circuitū eius. Dixit autē Abisai ad Dauid: Cōclusit Deus hodie inimicū tuū in manu tua: & nunc percutiā eū cum lācea in terra, vice e vna, & nō iterabo ei. Dixitq. Dauid ad Abisai: ne disperdas eū. Quis enim extendet manū suā in Christū Domini, & innocens erit? Dixitq. Dauid: Viuit Dominus, nisi Dominus percusserit eum, vel dies eius venerit, & moriatur: vel in præliū descenderit, & perierit: absit mihi à Domino, ne mittam manū meā in Christum Domini, &c.* fuisse subsequtum? Esto pacificus interpretetur nomen eius? Forsan nè ob id vnū nobis vllus est relictus locus, vt affirmemus Salomonē Dauidi adæquasse? sed quid adequasse? Imô nec imitatū fuisse illū in inusitata illius patientia, qua singulariter execranda illa opprobria & conuitia nequisimi illius hominis Simihi pertulit. De quo reffert Scriptura, Samuel. Quod postquā in Dauidē lapides iaculauerat, in illūq; in hęc verba prorūpisset. *Egredere, egredere, vir sanguinū, & vir impie. Dauid illi respōdisse perhibeatur. Sinite illū: & maledicat, quia dixit ei Dominus. Forsitan aspiciet Dominus ad afflictionē meā: & reddet mihi Dominus bonū pro maledictione eius die hac.* Aut in illa admiranda cōmiseratione? Qua erga filiū suū Absalon: qui impia Tyrannide in Dauid Regnumq.

1 Reg. 2.

2. Sam. 8.

1. Sam. 29

2. Sam. 16

nūq. eius grauiter ac nefarie irruerat, vt Imperiū illius occuparet: mirifice viguit. Atteſtante Scriptura, quòd cū Dauid nunciatū fuiſſet de morte filij ſui Abſalon, grauiter ille conturbatus fuit, copioſaq. lachrymarū inundatione in hæc verba erupit Abſalon fili mi fili mi Abſalō:
2.Sam.18 *Vtinā mortuus eſſem pro te, Abſalon fili mi, fili mi.* Aut in admirabili Dauidis pœnitentia pro peccatis in Deū ab eo cōmiſſis, vt illa verba preſeferunt?
Pſal. 6. Pſal. *Miſerere mei: quoniam debilis ſum. Sana me Domine: quoniā territa ſunt oſſa mea. &c. Laboraui in gemitu meo: natare feci omni nocte lectū meū. In lachrimis meis ſtratū meū liqueſeci.* Aut in ſuſti-
Pſal. 21. nendis perſecutionibus? Vt illa verba oſtndunt, *& ego ſum vt vermis, & non vir: opprobriū hominū; & contēptus populi. Omnis videntes me ſubſanabunt me, emittent per labiū, mouebunt caput dicēdo: Deuoluit ſe ad Dominū eruat eū, eripiat eū: quoniā cōplacuit in eo.* Aut in ſingulari cōfidētia, & ſpe diuina? Qua allectus ab illis omnibus ſe ſaluū eripi prædicabat, eodē Pſal. *At qui tu es eductor meus ab vtero: confidere faciēs*
Pſal. 21. *me ſuper vbera matris meæ, &c. Timentes Dominū laudate eū, vniverſum ſemen glorificate eū. Et timete ab eo omne ſemen Iſrael: quia non ſpreuit, nec abominatus eſt humilitatē pauperis,* Aut in celebrandis diuinis Dei laudibus?
Pſal. *Domine Dominus noſter, quā grande eſt nomen tuū in vniuerſa terra: qui poſuiſti gloriā tuā ſuper cælos.* Pſal. 8. Aut in perſequendis grauiſsimis cōminationibus obſtinatos peccatores? Pſa. *Dominus iuſtū probabit, & impiū: & diligē tem iniquitatem odio habuit animā eius. Pluet ſuper impios laqueos ignem, & ſulfur & Spiritū procellarū partē calicis eorū.* Pſal. 10. Aut in inueſtigatione ſolicita viæ æternę? Pſal. *Domine duc me in iuſtitia tua, propter inimicos meos: dirige corā me viā tuā.* Pſal. 5. Aut in extollenda miſericordia Dei? Pſal. *Et ſcitote, quòd ſegregabit ſibi Dominus pium. Et* Pſal. 4. Pſal. *Et ſperabūt in te ſcientes nomen tuum: quia nō dereliquiſti quærentes te Domine.* Pſal. 9. Aut in manifeſtando aduentu Chriſti vltimo, quo cuncta iuſtè eſt diſcuſſurus? *Et ipſe iudicabit orbē in iuſtitia: iudicabit populos in rectitudine.* Aut in deteſtatione peccatorū? *Cōtere brachiū impij, & mali.* Pſal. 9. Aut in oſtēſione cæleſtis conditionis beatorum? *Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? Et quis habitabit in monte ſanctitatis tuæ? Qui ambulat perfecte, & operatur iuſtitiam & loquitur veritatem in corde ſuo. Non accuſauit linguâ ſua, non fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit contra proximum ſuum, &c.* Pſal. 15. Aut in annunctianda in mor-

Psal. 16. mortalitate animę? Psal. *Quoniã non derelinques animã meã in sedulchro &c.* In prædicanda lege euangelica? *Lex Domini perfecta,* Psal. 19. *cõuertens animam. Testimoniũ Domini fidele, sapientem efficiens paruulum. Præcepta Domini recta, lætificantia cor. &c. desiderabilia magis quàm aurum, & aurum multũ.* In prędicenda magnificentia Regis Messiæ nostri? Psal. 20. Psal. *Domine, in fortitudine tua lætabitur Rex: & in salute tua quàm vehemẽter exultabit: Desiderium cordis eius dedisti ei: & prolationem labiorum eius non prohibuisti, Selah. Quoniam præuenies eum benedictionibus bonitatis: apponens capiti eius coronam auream, &c.* Aut in postulanda cognitione verissima viarum Domini, & peccatorum suorum condonatione? Psal. 25. Psal. *Vias tuas Domine scire fac me: semitas tuas docẽ me. Ambulare me fac per veritatem tuam, & doce me. Quia tu es Deus salutis meæ: te expectaui omni die. Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. Peccatorum adolescẽtiæ meæ, & præuaricationum mearũ ne memineris. Secundùm misericordiam tuã memento mei tu, propter bonitatẽ tuã Domine.* Aut in demonstrandã omnipotentia vocis Dei? Psal. 29. Psal. *Date Domino gloriam nomini eius &c. Vox Domini in potentia, vox Domini in gloria, &c.* Psal. 33. Psal. *Verbo Domini cæli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum.* Aut in manifestandis prærogatiuis iustorũ? Psal. 31. Psal. *Quoniam multum est bonum tuum, quod abscondisti timentibus te. Et quod operatus es sperantibus in te, idq. coram filijs hominũ. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ ab elationibus viri: abscondes eos in abscondito tabernaculi à contentione linguarum.* In reuelanda fælicitate eorum, quibus dimittuntur peccata? Psalm. 32. Psal. *Beatus cui dimittitur præuaricatio: cui tegitur peccatum. Beatus homo, cui nõ imputabit Dominus iniquitatẽ, nec est in spiritu eius dolus.* Aut in manifestanda summam dulcedinem, quæ in Deo latet? Psal. 34. Psal. *Gustate, & videte quoniam bonus Dominus. Beatus vir, qui sperabit in eo.* Aut in prædicendis pænis, quæ peccatoribus infligentur? Psal. 35. Psal. *Veniet ei contritio, quam nõ cognoscet: & rete ipsius quod abscondit, capiet eum.* Aut in ostendendis ruinis illorum repentinis? Psal. 37. Psal. *Ne misceas te cum malignis, nec celaueris faciẽtes iniquitatem. Quoniam tanquam herba velociter succindẽtur, & sicut olus germinis decident. &c. Vidi impium fortem, & virescentẽ sicut laurus viridis. Et transiui, & ecce nõ fuit: & quæsiui eũ, & non est inuentus.*

2. Coniuncitur idem error.

Inficiari minimè vobis possumus Salomonem in regio illo apparatu, & admiranda magnificentia Imperij Dauid tanquam

quam hæredem legitimum iure hæreditario succesisse. Sed ob id fateri compellimur, Salomonem spiritu prophetiæ singulariter, sicut Dauid viguisse? Quandoquidem ipsam sacram paginam nobis testari dudum reperiemus, Dauid eum extitisse, qui summe occupatus ferè semper extitit in prędicendo fœlicitatem magnam, quæ constituta erat in sustinendis iniurijs, *Et laqueos tetenderunt, quærentes animam meam. Et quærentes malum meum, loquti sunt prauitates, &c. Et ego tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus, qui non aperit os suum.* In dilectione inimicorum: *Pro dilectione mea aduersati sunt mihi: & ego vir orationis eram.* In annunciando vitę nostræ instabilitatē: *Vtiq; vniuersa vanitas omnis homo, stans Selah vtiq; in imagine ambulauit vir.* In ostendendo tempus determinatum aduentus primi Mesiæ nostri: *Multa fecisti tu Domine Deus meus: mirabilia tua, & cogitationes tuas erga nos non est, qui ordinet apud te. Annuntiabo, & loquar: & plura sunt, quæ vt narrentur. Sacrificium, & oblationem noluisti: aurem autem fodisti mihi. Holocaustum, & sacrificium pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce veni.* In docendo palàm solicitè quærendum esse Deū. *Quemadmodum ceruus desiderat ad torrentes aquarum, ita anima mea desiderat ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum viuum: quando veniam, & videbor coram Deo, &c.* In postulando altissimum incarnationis mysterium. *Mitte lucem tuam, & veritatem tuā: ipsæ ducent me, & introducēt me ad montem sanctitatis tuæ, & ad tabernacula tua.* In annuntiando admirandam Christi Resurrectionem. *Suscita te: vt quid dormies Domine? Expergiscere: ne elonges te in sæculum.* In manifestando, tanquam digito intento, admiranda opera Christi, cunctis illis verbis. *Dominus exercituum nobiscum: eleuatio nobis Deus Iahacob, Selah. Venite, videte opera Domini, quæ possuit solitudines in terra. Cessare faciet bella vsq; ad extremum terræ: arcum conteret, & concidet hastam, plaustra comburet igni.* Stabilitatem etiā Ecclesiæ nostræ. *Fluminis eius riui lætificabunt ciuitatem Dei, &c. Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus, respiciente mane.* & Psal. *Deus fundauit eam vsq; in sæculum, selah.* In reprimendo audaciam, & execrandam libertatem impiorum, & cōscœlerātorum ad peccandum, futuram miseriam illis proponens. *Cur iactas te de malitia, ò potens, &c. Dilexisti malum magis quàm bonum, &c. Et Deus destruet te in sæculum: tollet te, euellet te e tabernaculo*

Marginal notes: *Psal. 38.* — *Psal. 109.* — *Psal. 39.* — *Psal. 40.* — *Psal. 42.* — *Psal. 42.* — *Psal. 44.* — *Psal. 46.* — *Psal. 48.* — *Psal. 48.* — *Psal. 51.*

bernaculo: & eradicabit te à terra viuentium.

3 Cõfirma. error. Vobis libenter concedimus, Salomonem ſceptrum regale patris eius Dauid, permiſsione & voluntate diuina, poſt mortem patris ſui obtinuiſſe: fœliciterq; gubernacula populi Iſraelitici inſtar patris eius tractaſſe. Sed eò ne pręcipites ferri poſſumus, vt ob id nunc denuò nos miſeri docere ſtudeamus, Salomonem in donis cæleſtibus, quibus ſingulariter Dauid ornatus mirificè fuit à Deo, ſimiliter eum coæquaſſe? Cùm ſacra volumina nobis refferant, ipſum ſic, his omnibus, alijs pręſtantiſsimis prophetis palmã prerripuiſſe: quo clarius hinc cæleſtẽ Chriſti ad cælos exaltationem: *Exalta te ſuper cælos Deus ſuper omnem terram*: Iudæorum conuerſionem generalem ad Fidem Chriſti in fine mundi futuram: *Conuertentur ad veſperam tumultuabuntur ſicut canis, & circuibunt ciuitatem, &c.* Martyrum conſtantiam: *Ingreſsi ſumus ignem, & aquam: & eduxiſti nos ad terram irriguam*: demonſtrauit. Illinc propagationem legis Euangelicæ per vniuerſas mundi, & gentium prouincias: *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultu ſuo nos, ſelah. Vt ſciamus in terram viam tuam, in omnibus gentibus ſalutem tuam*. Imperij Chriſti latitudinem: *Dominabitur à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos terræ*. Tremendum diem vltimum Iudicij vniuerſalis. *Tu terribilis es, & quis ſtabit coram te ex eo tempore, quo cœperit ira tua?* E *cælis audire feciſti iudicium, terra timuit, & quieuit: cum ſurget ad iudiciũ Deus*. Cęleſtis patriæ excellentiam, & pulchritudinem: *Quam dilecta tabernacula tua Domine exercituum. Concupiuit, & etiam deſiderauit anima mea atria Domini, cor item meum, & caro mea exultabunt ad Deum viuum*: Oſtẽdit. Hinc ſummam Chriſtianorum fœlicitatem. *Verè propè eſt timentibus eum ſalus eius: vt habitet gloria in terra noſtra. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt*. Eccleſiæ noſtræ ſanctitatem. *Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſuper omnia habitacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei*. Meſsiæ noſtri ſuper cunctos alios Reges excellentiam: *Et ego Primogenitum ponam eum, excelſum præ Regibus terræ*. Sanctorum Patrum è limbo libertatem per Chriſtum conſequendam. *Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum dirupit, &c. Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit*. Illinc denique

Pſal. 57. Pſal. 59. Pſal. 66. Pſal. 67. Pſal. 72. Pſal. 76. Pſal. 84. Pſal. 85. Pſal. 87. Pſal. 89. Pſal. 107.

nique Chriſti Reſurrectionem manè futuram. *Surge pſalterium, & cithara: Suſcitabo me manè.* Admirandam ſacramenti Euchariſtiæ inſtitutionem. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.* Fœliciſsimum Chriſti ortum. *Orietur in tenebris lumen rectis: clemens, & miſericors, & iuſtus.* Euangelij ſplendidiſsimam lucem: *Lucerna pedi meo verbum tuum, & lumen ſemitæ meæ.* Iuſtorum inuictam fortitudinem. *Qui confidunt in Domino, erunt ſicut mons Sion: qui non commouebitur ſed in ſæculum manebit.* Vanos inimicorum contra Eccleſiam conatus. *Pudore afficientur: & redibunt retrorſum omnes, qui odio habent Sion. Erunt ſicut herba tectorum, quæ antea quam educatur, exaruit.* Et vt vno verbo tandem concludam, pacificus extitit Salomon in adminiſtratione regni Iſraelitici, maximeque veneratus à ſuis. Sed nunquid ita gratus extitit Deo, aut ita in omnibus perfectus: vt ei vni ſimiliter adaptanda eſſe dicant maiores veſtri, quæ Dauidi dicta eſſe Scriptura teſtatur? *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor meum; qui facit omnes voluntates meas:* deſſumpta autem ex Samuele & libro Regum. *Et non fuit cor eius perfectum cum domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris ſui, &c. Quia fecit Dauid, quod rectum erat in oculis Domini; & non declinauit ab omnibus, quæ præcepit ei omnibus diebus vitæ ſuæ præter rem Vriam Ethei.* Et vt clarius veritatem noſtram exemplis & teſtimonijs veriſsimis illuſtremus, vt nullatenus vobis affirmare deinceps ſit integrum, cuncta huius prophetiæ verba ſuperius adducta in Ioſſue eſſe adimpleta: ex eo quòd tanquam per ſucceſsionem adminiſtratio populi Iſraelitici inſtar Moyſis ei fuerit iniuncta, ex præcepto diuino. Non nè Rex Aſſa ſucceſsit in Regno Abiæ, & patruo eius Ieroboam? Sed quis fatebitur in idolatriam illorum, vt Reg. colligitur? Præſertim, cùm de illo legamus: *Fecitq; Aſſa, quod rectum erat in oculis Domini, ſicut Dauid pater eius: & tranſire fecit ſcorta maſcula de terra: & abſtulit vniuerſa idola, quæ fecerant patres ſui.* Equidem Iehorã ſucceſsit in regno patri ſuo Iehoſaphat: ſed non in crudelitate, quã exercuit Iehorã, fratres ſuos crudeliter interficiẽdo. Iehas ſucceſsit Achaziahu in regni gubernatione: ſed non in contemptu legis diuinæ, & internecione illa acerrima, qua

Margin notes: Pſal, 108. — Pſal, 111. — Pſal, 112. — Pſal, 118. — Pſal, 125. — Pſal, 129. — Acto, 13. — 1, Sam, 15 — 1, Reg, 15. — 4. Conuincitur error. — 1, Reg. 13, & 14. — 1, Reg. 15. — 2, Par, 21.

qua Ioas interfecit Prophetam Zachariam, eo quòd illum, & vniuerſum Populum Iſraeliticum idolis deditum obiurgauerat. Achaz ſucceſſor extitit Regi Ioatam: ſed non in rectitudine & ſanctitate: cũ ipſe Achaz omnium impiiſsimus extiterit, vt Para. dicitur: *Regnauit Achaz ſexdecim annis in Hieruſalem, & non fecit rectum in oculis Domini ſicut Dauid pater eius. Abijt per vias Regum Iſrael: & etiam ſtatuas fecit ipſi Bahalim. Et ipſe ſuffiuit in valle Benhinon, & combuſſit filios ſuos igni iuxta abominationes gentium, quàs expulit Dominus à facie Iſrael.* Ezechias ſuccesſit Achaz in Regno: ſed non in execrandá idolorũ adoratione: præſertim cûm ipſe Ezequias abũdãtiſsimè inſtaurauerit tẽplum Domini, & immunditiam idolorum de medio pœnitus euerterit, vt Paral. Ioſias ſuccesſit in Regno Manaſe: ſed non in adoratione falſorum Deorum, & in obſeruatione varia augurum: cûm de Manaſſe nobis refferat ſacra Scriptura. *Et fecit malum in oculis Domini iuxta abominationes gentium, &c. Et erexit aras ipſi Bahalim, & fecit lucos, & incuruauit ſe omni militiæ cæli, & ſeruiuit eis:* de Ioſia autem commemorat. *Fecit rectum in oculis Domini, & ambulauit in vijs Dauid patris ſui, & non declinauit ad dexteran & ſiniſtram, &c. Et duodecimo anno cæpit mundare Iehuda, & Ieruſalem ab excelſis, & lucis, & ſimulachris, & ſcuptilibus. Deſtruxerunq; corã eo aras Bahalim, & ſimulachra quæ erant ſuper eis, demoliri fecit. Et lucos, & ſimulachra, & ſcuptilia contriuit, & cõminuit, & ſparſit in ſuperficie ſepulchrorũ eorũ, qui immolabant eis. Et oſſa Sacerdotum combuſſit ſuper altaria eorum, mundauitq; Iehuda, & Hieruſalem.* Quamuis ergo (vt conſultò omnia illa ſilentio inuoluamus, nã lingua, calamus & papirus nobis potius deficerent, antequã exitum inuenire, aut finem his imponere valeamus: & eò vndè aliquantulum ab errauimus, reuertamur) conſpiciatis, & conſpiciamus omnes, magnanimum & inuictiſsimum Ducem veſtrum Ioſſue in locum Moyſis diuinitus ad gubernationem populi illius Iſraelitici ſuffectum eſſe. Non ob id vobis, aut alicui veſtrum dicere licet, ſimilem illi extitiſſe, aut in latione legis, aut in excelſitudine Prophetiæ, aut alijs ſupereminentibus prærogatiuis, quibus cunctis Prophetis, & Regibus celebrior extitit Moſeh: cùm non iure hæreditario, ſed gratis à Deo iſta dona donentur.

2. Par. 27.

2. Par. 28.

2 Par. 29.

2. Par. 33.

2. Par. 34.

Neque eſt in cauſa, vt aliqui ex maioribus veſtris in eodem errore, ait pertinatia adhuc perſe- 2 Cõuincitur error.

perseuerare audacter contendant: ea tantùm ratione commoti, quòd Deuteron. legant

Deut. 34. Iosue repletũ esse Spiritu sancto: *Et Iehosua filius Num repletus spiritu sapientiæ: quia coniunxit Mosech manus suas super eum*: vel vt Chaldeus legit: *Quoniam imposuit Moyses manus suas super eum*: & adinueniant illa

Iosue. 1. verba: *Quemadmodum fui cum Mose, ero tecum*. Ob quorum singularem reuerentiam populum Israeliticum inferius in hęc verba acclamasse dicitur: *Omnia quæcunq; præcepisti nobis, faciemus: & ad omnia ad quæ miseris nos, pergemus. Iuxtà omnia quæ obediuimus ipsi Mosi, obediemus tibi: tantùm sit Dominus Deus tuus tecum, quemadmodum fuit cum Mosech. Quicunq; reuelauerit ori tuo, & non obedierit verbis tuis in omnibus, quæ præceperis ei, moriatur*. Ita vt ob ista omnia iterum atq; iterum dictitare non erubescant, cuncta huius prophetię verba statim in vno Iosue completa esse. Nam pręterquam statim adinueniemus in ipsa Scriptura, adeò maximum discrimen inter eos versari, quantum ex illis verbis Numer. colligitur.

Nume. 27 *Et dixit Dominus ad Mose: Cape tibi Iehosuach filium Num, virum, in quo est spiritus: & coniunges manum tuam super eum, &c. & pones de gloria tua super eum*: vel vt Chaldęus legit: *Dabisq; de splendore tuo super eo*: vel vt Complutensis: *Partem gloriæ tuæ*: vel vt 70. *Et dabis ex gloria tua super eum*. Possumus illis respondere similiter: quòd esto dicat Scriptura: *Et pones de gloria tua super eum*: vel, *dabis de splendore tuo super eo*: vel, *dabis partem gloriæ tuæ*: vel, *dabis ex gloria tua*: non optime inde colligi Iosue ex hac parte Mosech adęquasse. Præsertim, cùm inferius addatur: *Et coram Eleazaro Sacerdote stabit: & interrogabit pro eo iudicium coram Domino Vrim*: vel vt Chaldæus legit: *Vt consulat pro eo in iudicio illuminationis*. At Mosech nullius ministerio ad id pręstandum indiguisse satis testatur Scriptura: cùm de ipso affirmet: *Et non surrexit Propheta vltra in Israel sicut Mosech quem nosset Dominus facie ad faciem, &c.* Deut. 34. Neque alicuius momenti apud illos, nec apud nos debent esse illa verba, quæ in confirmationẽ suam adducere conantur, scilicet: *Quemadmodum fui cum Mosech, ero tecum, &c.* vt ob ea in hãc sententiam ingredi pręcipitentur. Nam esto Dominũ fuisse cum Iaacob, Abraham, Isaac, & alijs antiquis Patriarchis, Regibus & Prophetis veteris testamenti nobis refferat Scriptura: sed ob id nullatenus cui-

piam

piam affirmare licet, aliquem ex illis præter Iaacob victoriā insignem de Deo reportasse, aut illi præualuisse, aut Deum in summitate scalæ vidisse, aut tandem æquales in merito eosdem extitisse, & eodem gratiæ gradu ex hac vita discessisse: nisi nimis temerarius, aut præceps à cunctis videri cupiat. Sicut meritò haberi ab omnibus debet ille, qui ex eo quòd considerat maximum concentum iamdudum resonantem ex istis verbis Iosłue.

Iosue. 1. *Quicunque rebellauerit ori tuo, & non obedierit verbis tuis in omnibus, quæ præceperis ei, moriatur*. & ex illis, quæ Dominus

Deuter. 18. Deutero. est pollicitus Moysi in testimonio superius allato. *Et erit: Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo, ego requiram ab eo*: in hanc eandem sententiam ingredi cōpellitur. Præcipuè cùm diu attentè considerat, multa ex illis verbis Prophetię adaptanda esse Iosłue, & debere potissime: quia illum vnum inter alios multos veteris testamenti insignes viros, figuram expressam veri nostri Mesṡiæ in multis rebus ab illo editis, vt nomen ipsum Iehosuah præsefert, gesisse. Sed estò verisṡimū sit in aliquibus rebus in Iosłue, vt Christum adumbrabat, nonnulla verba Prophetiæ adimpleta se. Nunquid ob id vnum deinceps nobis fateri non est concessum, cuncta omnia ista tanquam digito intento Mesṡiā nostrum cunctis ad intuendum palam non ostendere, & demōstrare? Nunquid ne hoc idem ipsa met nomina consultò & diuinitus ipsis imposita præseferunt, & acclamant? Parùm ne arbitramini versari discrimē inter Iehosuah qui Moysi successit, & inter Iesuam nostrū, quem ipse Iehosuah præfigurabat, & in quem tanquam in scopum cunctæ prophetiæ tendebant? Multum equidem per omnem modum dicatis, esse necesse: neq; minus extitisse reperietis, quātùm inter figuratum & figuram reperiri est necessariū, & conueniens. Neq; alienis indigemus adhuc testimonijs: cùm, *Ieosuah saluabit Deus*, sit futuri temporis: innuens diuinitus salutem, quę fœlicisṡimis tēporibus aduentus Mesṡiæ cūctis mortalibus à Deo elargiēda erat: Iesuam autem Domini salutē: quasi diceret salutē Domini iam iā præsentem, & cū hominibus commorantē. Quæ omnia maxime congruunt illis verbis Lucæ: *Quia natus est vobis hodie Saluator*. & Ioann. *Ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est verè Saluator*. & Lucæ. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum*

Respō.

Lucæ 2.

Ioan. 4.

Lucæ. 2.

Ioan.1. *in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* & Ioann. *Et dedit illis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.* & Ioann. *Per me si quis*
Ioan.10. *introierit, saluabitur.* Lucæ.
Luca.19. *Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.* Quod discrimen magnum satis insuper manifestare videntur cuncta verba prophetiæ adducta: si singula à nobis, vt par est, perpendantur: & cum illis, quæ Iossue dicuntur, paulisper conferre conati fuerimus. Nam esto ex hac parte maxime inter se cohæ-
Deute.18 reant ista duo testimonia, Deuteron. inquam: *Et erit: Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo, requiram ab eo.* & illa Iossue. *Qui-*
Iosue.1. *cunque rebellauerit ori tuo, & non obedierit verbis tuis in omnibus, quæ præceperis ei, moriatur.* Sed, quæso, mentem & cogitationem cuncti nos eò referamus, quô Spiritus sanctus nos impellit, vt differentiam istorum clarissime intueamur. Forsan nè arbitramini, casu quodam, & non consultô Deũ Iossue dixisse. *Conforta te, & robora te valdè, &c. vt custodias, & facias secundum omnem legem, quam præcepit tibi Mosech seruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram & sinistram: vt intelligas omnia, ad quæ perrexeris:* cunctumque populum postea acclamasse: *Iuxta omnia quæ obediuimus ipsi Moysi, obediemus tibi, &c.* Deutero. aut Deute.18.
Deum Moysi dixisse: *Et ponam verba mea in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ præcepero ei, &c.* Si casu, & fortuitò dicta esse putatis, maximo errore deceptos fuisse prædicate: si diuino Spiritu afflante prolata esse: vera dicitis. Et vt veritati innixi tenemini quidem fateri illis verbis, Spiritum sanctum id præcipuè inter alia cõtendisse, scilicet, vt mentes vestræ obcæcatæ diuino eius splendore nunc si quando illustrentur: vt illo ornatę, intueamini clarè legem Mosaycam in omnibus & per omnia à Iossue, & à cuncto populo Iudæorum ex præcepto diuino obseruari: vt verba Iossue prę seferunt. Alteroq; testimonio Deutero. conspiciatis, omnimodam legis Mosaycę cessationem, & legis nouæ institutionem, non per manus Moysis, sed per ipsum verbum Dei: *Qui est sapientia Patris, candor* Sapientię
lucis æternæ, expressa imago bonitas illius: fælicissimis temporibus Christianorum fieri debere: vt illa verba apertè demonstrant: *Et ponam verba mea in ore eius, & loquetur omnia, quæ præcepero ei:* id est, loquetur, & docebit ex tũc obseruandã esse

in integrum non antiquam illam & veterem legem, eam inquam, quã per Moyſem quondam à vobis ſeruari debere prę cepi: ſed nouam, & quam expectabant cuncti Prophetę, ſecundum illud Eſai. *De Sion exibit lex.* & idem: *Legem eius inſulæ expectabunt.* Hiere. Baruc, Michę. Malachi. & Pſal. Quorum manifeſtationem expreſſam dediſſe viſus fuit Meſias noſter, tanquam ille, qui magnus Propheta inter alios fuit, ſecundum illud: *Propheta magnus ſurrexit in nobis*: & ad quem cunctæ prophetiæ aliorum Prophetarum dirigebantur, ſecundum illud Acto. *Verbum miſit Deus filijs Iſrael, annuntians pacem per Ieſum Chriſtum. Hic eſt omnium Dominus, &c. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perbibent, remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.* Matt. dicens: *Et aperiens os ſuum, docebat eos*: ac ſi diceret, non qualem cunque legem, ſed quam temporum neceſsitas vrgens, infœlix hominum conditio, miſeranda humani generis peruerſitas, fœlicißimus ſtatus legis gratiæ, gratißima pręceptoris præſentia, cuncta Prophetarũ vaticinia ſuo iure poſcebant, & efflagitabant.

Eſai. 2. *Eſai. 42.* *Hiere. 31.* *Baruc. 4.* *Miche. 4.* *Malachi. 2.* *Pſal. 118.* *Act. 7.* *Act. 10.* *Math. 5.*

Neq; minùs confirmare videntur hanc eandem veritatẽ verba, quæ præcedunt in teſtimonio Deutero. adducto: ſi ad ea aliquantulùm mentẽ noſtram conuertere voluerimus. Præſertim, cùm experiamur antequam hanc promiſsionem Moyſi, & cuncto populo Deũ conceſiſſe nobis refferat Scriptura: Deum in hæc verba Moyſi prorupiſſe: *Perfectus eris cum Domino Deo tuo: gentes enim iſtæ quas poſsides, ab ariolis, & diuinis audiunt: ſed non ſic dedit tibi Dominus Deus tuus*: id eſt non ita accidet, vt contempleris tantum malum: ſi mentem refferas in ea tempora fœliciſsima, quibus Prophetam e medio fratrum tuorum, ſicut te, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies. Ac ſi diceret: adeô magnus Propheta ſurget ex medio veſtrorum, adeoq; præ excellẽs erit, qui venturus eſt in mundum, (vt Ioan. & Lucæ dicitur) vt eius præſtantiſsima doctrina cunctæ gentes à duriſsima idolatriæ ſeruitute quà opprimẽtur, eripiantur: Deiq; veri obſequio, & ſalutiferæ præceptorũ eius ad impletioni cõſecretur: vt Eſai. *Indie illa proijciet homo idola argentea ſua, & idola aurea ſua, quæ fecerunt ſibi.* & Amos. *Demolientur excelſa idolorum.* Et Zachariæ. *Et conuertam eos: quia miſerebor eorũ*: prædictum erat. Quæ omnia

Deute. 18. *Ioan. 6.* *Luca. 7.* *Eſai. 2.* *Amos. 7.* *Zach. 10.*

vt

vt quàm longè aliter in toto decursu vitæ Iossue, & in illis temporibus quibus gubernacula totius populi Israelitici tractauit, euenisse clarissimè intueamini: quæso, inter alia capit. Iossue, verba memoria vestra reffricetis: quæ sic se habent. *Vocauitque Iehosuach omnem Israel, Seniores eius, & Duces eius, & Iudices eius, & Principes eius: dixitq; ad eos, &c. Et confortamini valdè, vt custodiatis, & faciatis omne, quod scriptum est in libro legis Moseeh. Et non recedatis ab ea ad dexteram & ad sinistram: vt non ingrediamini inter gentes istas, quæ remanent vobiscum. Et nomen Dei earum non commemoretis, neque iuretis, neque seruiatis eis, neque incuruetis vos eis: sed Domino Deo vestro, &c. Quia si aduertendo auersi fueritis, & adhæseritis residuis gentibus istis, residuis istis, quæ sunt vobiscum, & affinitatem contraxeritis cum eis, & ingressi fueritis cum eis, & ipse vobiscum: sciendo scitote, quòd non addet Dominus Deus vester, vt expellat omnes gentes istas à facie vestra: sed erunt vobis laqueus, & offendiculum, & flagellum in lateribus vestris, & spinæ in oculis vestris, &c.*

Iossue. 23.

CAP. II.

Conferuntur inter se Moysis & Iossue prodigia: vt inde facilius veritas huius prophetiæ manifestetur.

QVANDO ergo armorum vestrorum vim cōtra nos intentam compressam, imò & labefactatam à nobis facilè nunc denuò fuisse conspicitis: & quàm longè lateq; inter se verba vtriusque testimonij à nobis adducta distent: vt nullatenus illa nobis, nec vobis reconciliare sit integrum, vt vestram sententiam, imò errorem amplectamur, vnà vobiscum affirmantes, verba illa Deutero. nullum alium præter Iossue demonstrare. AEqum est, vt nunc auertendo auertantur ab eodem errore, & confundantur: eorumq; stultitiam, & ignorantiam non tantùm priuatim, sed publicè manifestent, & prædicent. Illi, inquã, qui in eodem errore perpetuò immobiles, tāquam firmissimo scopulo adhęrescentes constiterunt, & adhuc, nisallor, consistunt firmiter, & perseuerant: ea tantum ratione commoti, scilicet, quòd adinueniant, instar Moysis, de quo nobis perhibet Scriptura, hinc oratione sua interfecisse cunctas

6. Conuincitur istorum error.

Deut. 18.

ranas, quæ incantationibus magorum repleuerant cunctam terram: & exterminaſſe poſteà omne ferarum genus à Pharaone, & à ſeruis eius: quod Moſe adducere fecerat virtute diuina, in oſtenſionem omnipotentiæ Dei contra Pharaonē. Illinc cum hominibus grauiſſima, fœtida, & lætalia vlcera immiſiſſe: extenſioneque virgæ ſuæ in cælum Dominum dediſſe tonitrua, & grandinem, & ignem ſuper terram AEgypti: ita vt dicatur: *Et fuit grando, & ignis comprehenſus in medio grandinis grauis valdè, qualis non fuit ſicut ipſa in omni terra AEgypti ex eo tempore, quo fuit in gentem*: paruique temporis interiecto ſpatio, à Deo ipſum impetraſſe, vt ceſſarent tonitrua, grando, & pluuia. Hinc perſeuerante Pharaone ſemper in obſtinatione antiqua, tot multitudinem locuſtarum ſuper cunctam terram AEgypti aſcendere feciſſe Moſe: quanta & obſcurare terram, cunctoſque fructus ipſius, & herbas deuorare valeret. Illinc poſt paruum tempus, ob petitionem Pharaonis aſsiduam, Moſe cōmotum à Deo impetraſſe: vt in mare Suph cunctæ locuſtæ detinerentur, tanquam fixæ: præcipiendo etiam, vt imperio Moyſis tenebræ tantæ ſubſequerentur in AEgypto, quibus nullatenus AEgyptij inter ſe mutuò ſe conſpicere poſſent. Et denique, vt extendendo Moſech manum ſuam ſuper mare, poneret illud in ſiccum, vt dicitur Exod. *Et ſciſſæ ſunt aquæ, & ingreſsi ſunt filij Iſrael intra mare per aridam: & aquæ eis erant murus, &c. Et extendit Moſech manum ſuam ſuper mare, & reuerſum eſt mare, reſpiciente mane ad fortitudinem ſuam. Et AEgyptij fugiebant in occurſum eius, & excuſsit Dominus AEgyptios in medium maris, &c. Et filij Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio maris, & aquæ eis erant murus à dextera eorum.* Adinueniant eam, inquam, ſingularem & admirandam virtutem Deum Optimū Maximum abūdantiſsime impertijſſe Ioſue ad edēdum portenta: qualem nobis & cunctis licet coniectari ex illis verbis Ioſue: Dixit *autem* Dominus *ad Iehoſuam: Die hac incipiam magnificare te in oculis omnis Iſrael: vt ſciant, quod quemadmodum fui cum Moſe, ſic ero tecum, &c.* Et *fuit: Cum proficiſceretur* Populus *de tabernaculis ſuis, vt tranſiret* Iarden: *Sacerdotes portabant* Arcā *fœderis ante* Populum *Et cùm veniſſent portantes* Arcam *vſq; ad* Iarden, *& pedes* Sacerdotum *portantium* Arcā *intincti eſſent in extremo aquarum,*

Exod. 8.

Exod. 9.

Exod. 10.

Exod. 14.

Ioſue. 3.

rum, & Iarden repleuerat omnes ripas suas: omnibus diebus messis steterunt aquæ, quæ descendebant de super, steterunt aceruo vno procul valdè, &c. Stabant autem Sacerdotes portantes Arcam fœderis Domini *in sicco, in medio* Iarden *præparati: & omnis Israel trāsibat per siccū, donec perficeret omnis gens transire Iarden.* & ex illis: *Dixitq; Iehosuach ad populum: Clamate, quia*

Iosue. 6. *tradidit* Dominus *vobis Ciuitatem, & erit Ciuitas hæc Anathema, & omnia quæ sunt in ea, Domino, &c.* Et fuit: *Cùm audisset populus vocem tubæ, clamauerunt populus clamore magno, & cecidit murus sub se.* & ex illis: *Dixit autem* Dominus *ad Iehosuach:*

Iosue. 8. *Extende hastam, quæ est in manu tua contra* Hai: *quia in manu tua dabo eam. Et extendit Iehosuach hastam, quæ erat in manu sua contra ciuitatem. Et insidiæ surrexerunt festinanter è loco suo, & cucurrerunt, cùm extendisset manum suam: & venerunt ad ciuitatem, atq; cœperunt eam, &c.* Et Iosue. *Tunc loquutus est Iehosuach* Domino *in die, qua tradi*

Iosue 10. *dit* Dominus *Amorrhæum coram filijs Israel. Et dixit in oculis Israel:* Sol *in* Guibbon *expecta, &* Luna *in valle Aialō. Et expectauit* Sol, *&* Luna *stetit, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis.* Sed & meritò equidem iam auertendo auerti debent hi miserabiles Rabbini à sententia, imò ab errore eorum, quo tamdiu aberrantes aberrarunt, & pudore graui affici. Cùm intueantur se his vanis rationibus à veritatis via deductos, in eas errorum periculosissimas voragines ex tunc huc vsque illos se immisisse: quæ & eis miserandum exitum præbere, & cunctos mortales ad ingentem illorum commiserationem commouere, & excitare valeant.

Nam quamuis hæc omnia illis tribuamus: palamque prędicemus cum Regio Dauid, Deum Optimum Maximum extitisse admirabilem in Sanctis suis: & præcipuè in veteri lege cum his duobus eximijs & inclytis viris, Mose, inquam, & Iosue: Vt portentosis & inauditis miraculis, à Deó potissimè, illis autem pręstantissimis viris tanquam instrumentis quibusdam, editis: non solum legem veterem, per tot, tanta & continuata sæculorum interualla, in cordibus populi Israelitici firmiter stabilire, & infigere valuerit: verùm etiam cunctis remotissimis gentibus & nationibus adeò magnum immensæ suæ potentiæ specimen præbuisse: vt ob ingentem metum quo tantorum prodigiorum immensitate erant vndique perterriti, Respō.

N 2 & su

& si non amoris dulcissima vi, at saltim timoris formidine deinceps Israelitici peccare recusarent. Et acclamemus simul ferè infinitam virtutem ad edenda hæc miracula vera, & non apparentia, sicut Magis Pharaonis & alijs contigit, à Deo illis communicari, fuisse necessarium: ex eo quod cùm excedant naturæ vires cuncta illa opera, indigeant excellentiori virtute: vt in lucem verissime, & non apparenter edantur. Sed certè meo iudicio, & omnium (si absque vlla animorum perturbatione singula istorum miracula paulatim à nobis discutiantur, & inter se confere voluerimus) intuebimur, adeò maiora & admirabiliora Moysis miracula Iosue portentis semper extitisse, & cunctis alijs per alios Prophetas editis: quo magis necessaria summè erāt ad emolliendum lapideū, obduratū, & obstinatum cor Pharaonis, vt dimitteret populum Israeliticum liberè in suam patriam proficisci. Et ad maiorem ostēsionem summæ omnipotentię ipsius Dei, quæ in profundo illo, & inexhausto pelago immensitatis eius latet: quam tūc illum exterius potissimè manifestasse cuncti intuemur.

Neque inconsultò omnia ista à nobis, aut arroganter nimis dicuntur. Nam quamuis illis concedamus, aliqua ex parte nonnulla miracula ab vtroque illorum edita æqualia inter se extitisse, imo & quod magis est, in genere substantiæ, & naturæ corporalis, excellentioris conditionis extitisse, & esse modô cælestes illas (licèt corporeas) Solis & Lunę substantias, præ alijs animalibus: quæ portentosa manu Moysis edita fuerunt. Sed forsan Iosue alterum Solem, aut de nouo ipsummet Solem, aut Lunam condidisse perhibet sacra Scriptura? Nequaquam profectò. sed motum illorum tantùm per aliquod breuissimum tempus retardasse. Cùm ergo motus per accidens consequatur substantiam astrorum cælestiū. Quid vos impellere potuit, vt ex hac parte hæc miracula miraculis Mosis anteponenda esse dictitetis? vt inde occasionem nasciscamini, in Iosue cuncta huius prophetiæ verba, nēpè: *suscitabit*, &c. adimpleta fuisse? Adeò parūm memores doctrinæ Aristotelis, & aliorū Philosophorū estis: vt adhuc ignoretis, ex ea parte qua anima vegetatiua, & sensitiua constabant, estô essent minima inter viuentia animantia illa, quæ Mose fecisse dicitur: cunctam Solis, Lunæ, & cunctorum

astrorum,

astrorum, & corporum cælestium excelsam naturam adeò longè lateq; excellere, & superare: quo sensitiua his quæ vegetantur tantùm: & viuentia & sensitiua non viuentibus & insensibilibus debent necessariò ab omnibus anteponi? Et quandô firmissima fundamenta huius nostræ solidæ veritatis iacta ab Spiritu sancto cunctis iam diu innotuisse arbitror: vt nullus ambigendi locus deinceps alicui sit relictus: maximé si aliquantulum perlegere attentè tentauerint illa verba
Deut.34. Deuteronom. Et non surrexit Propheta vltra in Israel sicut Mosech: quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus signis & portentis, ad quæ misit eum Dominus, vt faceret in terra AEgypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, & omni terræ eius, & in omni potestate forti, & omni terrore magno, quæ fecit Mosech in oculis omnis Israel. Vel vt Chaldæus legit: Et non surrexit vltra Propheta in Israel sicut Moses. Cui reuelatus est Dominus facie ad faciem in omnibus signis & portentis, quæ misit per eum Dominus, vt faceret in terra AEgypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, & in vniuersa terra illius, & in omni manu robusta: & in omnibus mirabilibus magnis, quæ fecit Moses ante oculos omnis Israel. Superest vt iam mens vestra, & Rabbinorum vestrorum nullis nouis perturbationibus huc & illuc tanquam folium quòd â vento rapitur, agitetur: sed immobilis, firma & stabilis vnâ nobiscũ, eandem veritatem confitendo, tanquam in portu securo constituta, quiete iucundissima fruatur.

Ex eo inquam, quód adinueniant, Mosech & Iossue non solùm in exhortando populũ Israeliticum, vt legem Dei seruaret, æquales inter se fuisse: vt fere eisdem verbis, eodemque spiritus ardore illos hæc omnia præstitisse doceat nobis sacra Scriptura, vt illa verba Iossue præseferunt. Et nunc remouete Deos alienos, qui sunt in medio vestri: & inclinate cor vestrum ad Dominum Deũ Israel. & illa. Et confortamini valdè: vt custodiatis, & faciatis omne, quod scriptum est in libro legis Mosech: & non recedatis ab ea ad dexteram & ad sinistram. Vt non ingrediamini inter gentes istas, quæ remanent vobiscum, &c. Neque iuretis, neque seruiatis eis, neque incuruetis vos eis: sed Domino vestro adhæreatis. Quæ omnia maximê cohęrent illis verbis Deuteronomij. Perdendo perdetis omnia loca, in quibus seruierunt gentes quas vos possidetis, Dijs suis, super montes excelsos, & super colles,

7. Conuin. iste error.

Iosue.24.

Iosue.23.

Deute.12.

& ſub omni arbore viridi. Et dirnetis aras earum, & confrigetis ſtatuas earum: & lucos earum comburetis igni, &c. & inferius in calce capitis: *Cuſtodi, & audi omnia verba iſta, quæ ego præcipio tibi: vt benè ſit tibi, & filijs tuis poſt te, vſque in ſæculum, &c. Cum exciderit* Dominus D*eus tuus gentes, ad quas tu ingrederis, vt poſsideas eas à facie tua: & poſſederis eas, & habitaueris in terra earum. Caue tibi, nè fortè illaquces te poſt eas, poſtquam perierint à facie tua: nè fortè quæras* Deos *earum, &c. Omne quod ego præcipio vobis, cuſtodietis, vt faciatis.* & cum illis Deuteronom.
Deut. 29. *Et vocabit Moſech omnem Iſrael; & dixit ad eos:* Vos *vidiſtis omnia, quæ fecit* Dominus *in oculis veſtris in terra* AEgy*pti, &c.* Vos *enim noſtis, quòd habitauimus in terra* AEgypti: *& quòd tranſiuimus per medium gentium, quas tranſijtis: & vidiſtis abominationes earum. Nè fortè ſit in vobis vir, vel mulier, vel famulus, vel tribus, quæ cor ſuum auertat hodie à* Domino Deo *noſtro: vt vadat ad colendum* Deos *gentium harum. Nè fortè ſit in vobis radix fructificans venenum, & abſinthium.* Verum etiam reperiant eadem familiaritate ambos cum Deo loqutos fuiſſe: & quod maius eſt, eademmet magnificentia, & maieſtate ab eodem exceptos fuiſſe: vt illa Ioſſuè verba demonſtrant: *Et fuit dum eſſet Iehoſuah in Ierico: Leuauit oculos ſuos, & vidit: & ecce vir ſtabat contra eum, &c.* Ioſſue 5.
Et cecidit Iehoſuach in faciem ſuam in terram, & adorauit, & dixit ei. Quid Dominus *meus loquitur ad ſeruum ſuum? Et dixit* Princeps *exercitus Domini ad Iehoſuach: Solue calciamentum de pede tuo: quia locus ſuper quo tu ſtas, ſanctitas eſt:* quæ ferè ſunt eadem, quæ Exod. de Moſe refferuntur nobis ab Spiritu ſancto: *Et Moſech paſcebat peccora, &c. Et duxit peccora poſt deſertum, & venit ad montem Dei in Oreb. Et conſpectus eſt* Angelus Domini *ei in flamma ignis, &c. Et dixit Moſech: Diuertam nunc, & videbo viſionem magnam hanc: Cur non ardeat rubus? Et vidit* Dominus*, quòd diuerteret ad videndum: & vocauit eum* Deus *de medio rubi, & dixit: Moſech Moſech. Et ait: Ecce adſum. Et dixit: Ne appropinques huc: ſolue calciamenta tua è pedibus tuis: quia locus ſuper quo tu ſtas, terra ſanctitatis eſt.* Exo. 3.

Solutio obiectionis.

Nam eſtò eandem doctrinam, & eandem legem Dei ambos prędicaſſe cuncto populo Iſraelitico adinuenîant: quia amici Dei erant: eorumq; voluntates, mentes, cogitationes,

tiones, & opera voluntati diuinæ maximè conformes, eiq; consecratas habuerint. Sed ex hoc cui licet colligere, eodem spiritu, & feruenti ardore hæc eadem ab omnibus seruari ipsos desiderasse? Cùm corda hominum illi solùm sint reserata, qui ea finxit sigillatim summa arte, ordine, & prouidentia: qualis est Deus, secundum illud Psal. *Scrutãs corda & renes Deus*. Psal. 7. Nũquid ex eo quòd Apostoli, & successores Christi eandem legem Euangelicam obseruauerunt, & à cunctis obseruandam esse eandem præceperunt, & docuerunt: eosdem æquales in perfectissima obseruantia illius, aut in conatu & feruore, quo illam alios docuerunt, fuisse: nobis, aut vobis dicere erit integrũ? Cùm forsan ea differentia inter illos potuerit esse: qualis est, quæ reperitur inter stellam & stellam, & inter ipsa astra fulgentissima & splendidissima sidera. Nunquid nè ex eo quòd vtriq; illorũ Deũ præcepisse secundũ aliquos ad inueniamus figura alicuius Angeli visibilis, vt solueret calciamenta de pedibus eorum, antequam Deo proprius accederent: his verbis innuendo, exui debere cunctis illorum affectibus terrestribus, antequam Deo appropinquare possent: vel quòd non contenderent viribus naturę arcana Dei perscrutari, secundum illud Prouer. *Qui præscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria*: Prou. 25. ausi eritis affirmare, aut æquales in visione Dei, aut inter se extitisse? Cùm non solùm nobis dictitet Scriptura, in domo Patris mei multas mansiones esse (estò ab omnibus beatis Deus videatur) verùm experientia longa certiores reddamur, non ex eo quòd eadem reuerentia, & veneratione exteriori, & respectu à multis Deus ipse colatur, & excipiatur: inde colligi eos inter se non multùm differre instar creaturarum. Quæ licèt omnes à Deo sint conditę, ipsumque vnanimes conditorem ipsarum extitisse fateantur: tamen varia ac multiplici substantiæ & naturæ conditione illas secum gaudere cuncti intuemur.

CAP. III.

Iterum inter se Mosses & Iosue comparantur: vt commodius error Rabbinorum funditus extirpetur.

ET quia alij dum ista verba Deuteron. *Prophetam suscitabo eis, &c.* Deut. 18. attentè ani-

animaduertunt, vix cohiberi iam possunt, quominus statim oculos & cogitationẽ in Iossue sic firmiter defigant: vt in illo vno fœlicissimis eius temporibus adimpleta esse palam prædicent. Æquum est, vt cum illis (esto molesti, & importuni nimis cũctis iam videamur) denuo aggrediamur: vt palàm pœnas suæ temeritati debitas nunc nunc persoluant. Et illarum equidem sunt dignissimi, quandoquidem eò præcipites feruntur: vt cùm intueantur, vt Chaldaica præsefert, illa Numer. *Dixitq; Dominus ad Moysem. Tolle Iossue filium Nun, virum in quo est spiritus Prophetiæ: & impones manum tuam super eum, &c.* statim Iossue Prophetam, & non qualemcũque, sed quem verba ista Deutero: *Prophetam suscitabo eis, &c.* ostendunt, extitisse sint arbitrati. Sed quæso, nê tàm leui fundamento, Hebraica lectione cõtrarium acclamante, in hũc errorem prorumpant hi furiosi. Forsan nê Chaldaicam lectionem Hebraica lectione antepo nendam esse hi miserabiles, vt suam pertinatiam tueantur, permittent? Animaduertant equidem, est necessarium, in textu originali tantùm hæc reperiri: *Tolle Iossue filium Nun, virum, cui est spiritus in ipso*: vel vt 70 legunt. *Hominem, qui habet*

Num.27.

spiritum in se ipso. Si ergo solũ, *ruhah*, idest, *spiritus*, reperitur: illis nê reseratus locus esse iam debet: vt expositionem potius quàm lectionem originalem Hebraicam in hac parte admittant? Ostendant nobis, si adeò singulares expositores huius loci se iactitant, & præ omnibus alijs cupiunt ab omnibus haberi: vnum ex alijs quàmplurimis locis, quibus sacra Scriptura abundat: in quo hac eadem interpretatione vtatur: vt sic securius in nos irruere valeant. Nam esto vnà vobiscum legamus (vt Vulgata nostra legit) *Tolle Iehosuah filium Nun, virum, in quo est spiritus* Dei: vt nunc si quando vos miseri Vulgatam nostram lectionem tanquam regulam Fidei summè colatis, & veneremini. Sed, quæso, per spiritum Dei, potius spiritum prophetiæ quàm spiritum fortitudinis est necesse, vt intelligamus? Præsertim cùm Iudicum illis verbis: *Spiritus autem Domini induit Gedeon, & clanxit tuba.* & illis: *Fuit autem super Iepte spiritus Domini: & transiuit ad Guilhad.* & illis: *Cœpitq; spiritus Domini robora re eum.* & illis: *Et transiuit super eum spiritus Domini, & diuisit eum, &c.* & illis Paralip. *Spiritus autem Dei induit Zachariam, filium Iehoiadad Sacerdotis. & stetit super populum, & dixit*

Iudic. 5.
Iudic. 11.
Iudic. 13. & 14.
2. Par. 24.

xit eis: potius contrarium, si attente ista testimonia considerētur, nos fateri palam vndiq. cōpellent.

Obiectio. Quod si adhuc nobis opponant, alia esse innumera loca in veteri testamento: in quibus nomine Spiritus Dei nihil aliud præter donum prophetię intelligi posse nobis licet suspicari: nisi Spiritui sancto resistere sumus parati: quale est illud. *Et fuit: Cū requiesceret super eos spiritus, prophetauerunt, & non cessauerunt. &c. Et requieuit super eos Spiritus, & erant inter scriptos, &c. & prophetabāt in castris*: & supra, *& dixit Dominus ad Mosech: Congrega mihi. 70. viros è Senioribus Israel, &c. Et separabo de Spiritu, qui est super te: & ponam super eos, &c.* Et illud Samu. *Et mansit Spiritus Domini super Dauid à die ipsa, & deinceps.* Id vnum liberè prę̄stent, si eam occasionem sunt nacti, in testimonio isto Num. ab illis allato: vt ex prę̄cedentibus, aut ex subsequentibus id contra nos affirmare valeant. Quandoquidem ex omnibus illis verbis tantùm colligitur Iosue electum fuisse à Deo, non vt prophetæ munus exerceret: sed vt grauissimam Ducis personam agens, cunctū populum Israeliticum gubernaret: donec illum in terram Promissionis introduceret. Quæ omnia satis confirmant illa verba: *Cape tibi Iehosuah, filium Nun &c. & is coram Eleazar Sacerdote stabit: & interrogabit pro eo iudicium Vrim corā Domino Iuxta sermonē eius egredientur, & iuxta sermonem eius ingredientur ipse & omnes filij, &c. Et fecit Mosech, quemadmodum præcepit Dominus ei.* Quod si prophetiæ munere diuinitus Iosue functurus esset, & ad hoc excelsum ministerium à Deo vocatus erat: quorsum illi diceretur: *& coram Eleazar Sacerdote stabit, & interrogabit pro eo iudicium Vrim*, vel vt Chaldæus legit: *Vt consulat pro eo in iudicio illuminationis coram Domino.* Id est: quid agendum sit, & quæ sit voluntas Domini: cûm hæc omnia Prophetæ muneri maximè opponantur, nullatenusq. Moysi hæc omnia Deum præcepisse adinueniamus. Obiectio.

Num. 11.

1. Samu. 16.

Num. 27.

Sed quia dum ista à nobis geruntur, nonnullos ex Rabbinis vestris maximé solicitos iam intueor in inuestigatione aliquorum testimoniorum sacrę Scripturæ: quibus denuo contra nos, & contra ista quæ nuper diximus, accerrimè insurgere valeant. Imò sentio aliquos, noua & inusitata quadam lętitia repente affectos esse: ea inquam causa, quod deprehenderint, nostram doctrinam ex diametro sacræ Scripturæ veritati opponi: ne nimis eius summæ

fælicitati

fęlicitati inuidi cunctis videamur. Quæso, nè eorum alacritatem, qua tanquam seriò tryumphãtes, palàm tripudiare, & garrire illos dudum conspicio, perturbemus: sed libenter illis indulgeamus, vt liberè iam in medium adducere possint cuncta testimonia sacræ Scripturę, qui

Iossue. 3. bus conuincamur Iossue Prophetę munere functum esse: & per consequens illum extitisse, quem verba ista Deut. *Prophetam suscitabo eis &c.* aperte in-

Iossue. 6. sinuant: nempe illud Iossue *Dixitq. Iehosuach ad populũ; Sanctificate vos: cras enim faciet Dominus in medio vestri mirabilia &c. Et erit: Cùm requieuerint plantæ pedum Sacerdotum portantium arcam Domini Dominatoris omnis terræ in aquis Iarden, aquæ Iarden deficient: aquæ descendẽtes desuper, stabunt aceruo vno, &c. Et cùm venissent portantes arcã vsq. ad Iarden, &c. Steterũt aquæ, quæ descendebant desuper, & steterunt*

Iossue. 10. *aceruo vno*, & Iossue. *Dixitq. Iehosuach ad populum. Clamate: quia tradet vobis Dominus Ciuitatem: & erit Ciuitas hæc Anathema, & omnia quæ sunt in ea, Domino &c. Et fuit: Cum audisset populus vocem tubæ, clamauerunt populus clamore magno: & cecidit murus sub se, & ascendit populus in Ciuitatem, quisq. è regione sui. Et cœperunt Ciuitatem, & desolauerunt om-*

Iossue. 11. *nia, &c.* & Iossue. *Et fuit: Cum eduxisset quinq. Reges illos ad Iehosuach, vocauit Iehosuach omnem virum Israel: dixitq. ad Principes virorum bellatorum, qui perrexerant secum. Accedite, ponite pedes vestros super colla Regum istorum. Et accesserunt, & posuerunt pedes suos super colla eorum. Dixitq; ad eos Iehosuach: Ne timeatis, & nè paueatis: confortate vos, & roborate vos: sic enim faciet Dominus omnibus inimicis vestris, contra quos pugnatis, &c. Et percussit Iehosuach omnem terram mõtanam, & meridianam, & campestrem, & loca deuia, & omnes Reges eorum: non reliquit superstitem.* & illud Iossue. *Dixit autem* Iossue. 11.

Dominus ad Iehosuach: Nè timeas à facie eorum: cras enim in tempore hoc tradam omnes istos occisos coram Israel &c. Et venit Iehosuach, & omnis Populus bellator cum eo aduersus eos ad aquas Merom repentè. Et irruerunt in eos, & tradidit eos Dominus in manu Israel, & percusserunt eos. &c. Et percussit eos, donec nõ reliquit eis superstitẽ, & illud Iossue. *Et erit: Sicut venit super vos omne verbũ bo-* Ioss. 23.

nũ, quod loqutus est Dominus vester vobis: sic adducet Dominus super vos omne verbum malũ, donec disperdat vos è terra optima ista, quã dedit vobis Dominus Deus vester: cùm transgressi fueritis pactũ Domini Dei vestri. &c. Et irascetur furor Domini contra vos, & peribitis citò e terra optima, quam de-

dit

dit vobis. & illud Iosue. *Si dimiseritis Dominum, & seruieritis*
Iosue. 24 *Deo alieno: conuertet se, & male faciet vobis: & consumet vos, postquam benefecerit vobis.* Quae omnia maximè cohaerent cum illis, quae praedixit Mosech, Deu
Deut. 28. te. *Et erit: Si nō obedieris voci Domini Dei tui: vt custodias, & facias omnia praecepta eius, & statuta eius, quae praecipio tibi hodie: venient super te maledictiones istae, & apprehendēt te, &c. Mittet Dominus in te maledictionem, & perditionem, contritionem in omnibus, in quibus mittes manus tuas ad faciendum, donec deleearis &c. Filij tui & filiae tuae dabuntur populo alteri: & oculi tui videbunt, & deficient propter eos omni die. Et nō erit fortitudo in manu tua. Fructū terrae tuae, & omnem laborem tuū comedet populus, quem ignorasti. Et eris tamen oppresus & confractus omnibus diebus &c. Et eris in stuporem, & parabolam, & fabulā in omnibus populis, ad quos ducet te Dominus &c. Filios, & filias generabis: & non erunt tibi, quia ibūt in captiuitatem &c.* Insuper in medium similiter proferant in confirmationem sententiae, imo erroris eorum illud Nume.
Num. 27. *Et dixit Dominus ad Mosech: Cape tibi Ihosuach, filiū Nū &c. Et pones de gloria tua super eum: vt obediat ei omnis congregatio Israel*, idest, participē eū facies illorū donorū, ob quę tanto precio & stimatione huc vsq. ā populo Israelitico, & ab alijs semotissimis nationibus est habitus: sed pręcipue doni prophetiae, vt inde cunctus populus illi obediat. Sed quęso, aliquid ne ex omnibus his testimonijs contra nos fuerunt consequti: vt nunc de nobis tryumphum illos egisse dictitare valeant? Nequaquam. Sed vt eisdem armis se ipsos misere interfecisse, nobisq. ansam, & occasionē praebuisse, vt illorum stultitiā vbique palàm ostendamus, & manifestemus. Consultius nāq. secum egissent: si ista Mosech verba denuo in posterū attente secū prospicerent, & praecauerent, contēplantes in foelicissimū eorū statū, considerantesq. eos miserabiles extitisse, & esse modò: in quibus à morte & passione Christi huc vsq. cūcta ista quotidie implentur, & impleri indies incipiunt. Et intra priuatos & tristes domus suae parietes delitescētes, suā tristē infoelicitatē, eximiā, miserādāq. calamitatē deplorarēt: antequā in publicū, & cōtra nos, religionēq. nostrā ita temerè ob ignorātiā horū testimoniorū inermes prodire tētarēt. Eia aut suā stoliditatē nūc publicè fateātur, est necesse: aut lanceas suas in nos paratas, de quibus ita se iactitant, ac gloriātur, in falces & ligones: aut si ista renuunt, in interitum

teritum eorum,& confirmationem maiorem nostræ veritatis conuertant:cùm liberè his omnibus absq. cõsilio & prudentia se ipsos dudum exponere non recusarunt. Melius namq. honori suo, vt arbitror, prouiderent: si temeritatem suam faterentur, arma suá contra nos libere deponentes: antequã vt proteruiam suam tueantur, se præcipites huc & illuc sic ferãtur: vt conctis irrisionis ansam copiosissimè præbeant.

Respõs. Verissima esse testimonia quę ab illis adducta fuerunt, minimè illis inficiabor: ita vt illis compellamur dicere, Prophetæ munere Iossue functũ esse. Sed nè tantùm ob ea extollantur, rogo: sed comprimant statim spiritus suos furentes, est maximè necessarium. Nam estò omnibus illis testimonijs, instar primi nostri parentis Adam, qui prędixit vnionẽ Christi cũ Ecclesia, illis verbis: *hoc nũc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea* (Genes. 2.) & instar Abrahę, cui reuelationẽ mysterij Incarnationis Christi à Deo factam esse perhibet Scriptura, Genes. *Per me iuraui dixit Dominus: Quia pro eo quòd fecisti rem hanc & non prohibuisti filium tuum, vnicum tuum: quia benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo semen tuũ. &c. & benedicent sibi in semine tuo omnes gẽtes.* (Gene. 17. Genes. 22.) & instar deniq. cunctarum benedictionum, quibus Iacob iam iam moriturus annuntiauit cuncta quæ ventura erant, filijs suis: Iossue quàm plurima in futurum prędixerit, quę postea cunctę populi Israelitici gentes adimpleta conspexerunt. Sed non est cur tâm citò commoueantur: vt ipsum Iossue Prophetam appellandũ esse censeant, & non qualemcunq: sed eum, quem temporibus Messię nostri Discipuli eius acclamarunt: Ioan. *Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundũ.* & Lucę. *De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo.* (Ioan. 6. Luca. 24.) Nunquid nè Adamum, Abraham, & Iacob ob illa quæ prædixerunt, Prophetas, aut Patriarchas sacra Scriptura appellandos esse statuit? Patriarchas equidem. Pręsertim, cùm de Iossue nullatenus aliquod mysterium quod expectaret ad reparationem generis humani, prædixisse nobis refferat sacra Scriptura. De Moyse verò quàm aliter sentire teneamur, nullus est iam, qui non clarè intueatur: cùm non solùm reperiamus donum prophetię, respectu creationis mundi quæ tamdiu ab eius pręsentia distauit, ipsum habuisse: & quàm plurima quæ futura erãt, prędixisse: verùm etiam quod maius est, vt vno verbo cõcludam:

dam: ferè cuncta quæ expectabant ad redemptionem cunctarum gentium, & nationum, & vniuersa quæ operaturus erat decursu eius vitę mortalis Messias noster, comprehendisse: vt ex istis verbis: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum tuorum, sicut tu es: &c.* nobis licet cōtectari. Neq. equidem verba illa: 2 Respō *Et pones de gloria tua. & obediat ei omnis congregatio Israel*: superius adducta mentem nostram aliqua ex parte perturbare valere, quæso arbitremini. Vt inde & si non eo excellentissimo prophetiæ dono quo Moyses fuit ornatus, Iosue nostrum cō decoratum esse dicamus, at saltem verissimum Prophetam extitisse, clarissimamq. cognitionem tunc rerum præteritarum sicut & futurarum ipsum habuisse testemur.

Præsertim, cum illis verbis id vnum potissimè Spiritus sanctus intenderit, cùm dixit Moysi: *Et pones de gloria tua super eū*, id est, de honore tuo, de laude tua: Hod namq. Hod, significat. Nempe cuncto populo ostendes hunc esse, quem ex præcepto meo in Ducem illius elegi: vt testimonio tuo deincep ab omnibus magno honore & reuerentia habeatur. Et equidem confirmare videntur hanc eandem veritatem illa, quæ præcedunt in eodem cap. scilicet. Et Num 27. *dixit Dominus ad Mose: Cape tibi Iehosuach, filiū Nun, virum, in quo est Spiritus, & coniunges manū tuam super eum, & stare facies eū coram Eleazar Sacerdote, & coram omni congregatione: & præcipies ei in oculis eorum.* Id est, ita quòd te viuente instituatur in potestate: nè post mortem tuā aliqui vellint ei contradicere, &c. *Et stare facies eū coram Eleazaro*, id est, vt omnes videāt, quòd post te debeant ei obedire: & dabis ei præcepta cunctis videntibus. *Et partem gloriæ tuæ*, hoc est, ad maiorem certitudinem institutionis eius. Alioquin Moses illi posset communicare donum prophetiæ: quod non est dicendum, cùm hoc donum solùm dependeat ex Deo, sicut cætera dona super cælestia: non solùm vt super naturale est, cùm excedat cunctas vires naturales: verùm ex ea parte, qua communicatur creaturæ. 2. Obiectio.

Quod si adhuc validiora arma dessumere Magistri vestri cōtendant contra ea, quæ nuper protulimus: affirmantes Mosech optimè hoc donum prophetię, sicut & faciendi miracula, Deo id tantùm permittente, illi communicare potuisse: & per consequens eandem prophetiæ gratiam qua ipse diuinitus fungebatur, Iosue concessisse: vt contingit Eliseo, quando

2. Reg. 2. do. 2. Regum. dicenti illi Elias, cûm iam ad cælum esset ascensurus: *Postula quid vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitq. Eliseus. Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit. Rem difficilem postulasti: At tamen si videris me, quando tollar à te: erit tibi, quod petijsti.* Et ita in confirmationem huius petitionis cuncti certiores reddamur, vt rei euentus demonstrauit, illi vni duplicem spiritum esse concessum. Quandoquidē instar Eliæ, (cuius imperio & virtute clausum fuit cælum, cūtinuatio farinæ, & licheti, suscitatio filij viduæ, descensus ignis in monte Carmelli, impetratio pluuiæ, descensus ignis super primum quinquagenarium & super secundum, diuisio Iordanis) Eliseo communicauit eum spiritum, quo duplicata miracula ederet. Quale est, Iordanis diuisio, aquarum sanatio, puerorum laceratio, aquæ impetratio pro tribus Regibus, olei multiplicatio, Sunamitis fœcundatio, filij eius suscitatio, pulmenti dulzoratio, panum multiplicatio, Nahaman leprosi curatio, Giezi infectio, ferri natatio, occulorum pueri sui apertio ad videndum, equorum & curruum igneorum ad defensionem ipsorum aduersariorum destructio, inopinata abundantia victualiū in porta Samariæ, suscitatio mortui ad tactum ossium Elisei. Quę omnia satis clarius confirmare videntur illa verba, quæ acclamarunt. *Videntes autem filij Prophetarum qui erant in Hiericho, de contra dixerunt. Requieuit spiritus Eliæ super Eliseum.* 2. Reg. 2. Mihi credant, nec minus equidem constantes in sententia, imo & veritate persistemus, eundem iterum ac sæpè prędicantes. Præsertim, cùm præter quam satis instruamur, hæc omnia miraculorum genera virtute supercælesti à Deo illi communicata, Eliseum edidisse, intercedētibus Elię ad Deum innumeris emissis orationibus, & deprecationibus: quibus cùm adhuc viator esset, potuit à Deo meritoriè id donum pro Eliseo impetrare. Vel etiam cùm esset Beatus, ob cuncta pręterita merita vitæ suæ, id vnum Deum illi ellargitum fuisse.

Insuper & doceamur ab ipsa sacra Scriptura, solum Eliā inter cunctos alios extitisse: qui huiusmodi cæleste prophetādi, & edēdi miracula donum non solùm sibi, quoties vellet: verum vt illud miraculosé alteri, nempè Eliseo communicare posset, singulariter à Deo ipso impetrare valuerit. Neq. immeritò quandoquidem clarisime adinueniamus, maximè naturale & proprium esse Dei, scilicet.

cet, esse vnicum conditorem, non tantùm cunctarum rerum corporalium, sed etiam spiritualium, & cælestiũ, vt fere ipsamet ratio naturalis, vnà simul cũ alijs testimonijs sacræ Scripturę, suis mometis & pondere, dictat. Nullatenusq. merã creaturã impartiri posse alteri hoc cœleste donũ: aliàsnamq. cũcta subuerterentur, quę tanto põdere, numero, & mensura Deũ cõdidisse sacra pagina acclamat.

Ex quibus omnibus satis clarè & manifestè apparet, quàm maximè Rabbini vestri huc vsq. in vera intelligentia huius testimonij decepti fuerint. Et quàm frustrà in confirmationẽ erroris eorum, in medium adducere adhuc tentent opinionem vetustissimorum Talmudistarũ suorum (vt Galat. lib. 1. & Hieronymus in Prologo Galeato adnotarunt) vniuersum Testamentum vetus in quatuor partes diuidentes, scilicet in primam cõtinentem quinq. libros Moysis: secundam quatuor Prophetas primos, nempe, Iehosuach, Iudices, Samuel, & Reges: tertiam verò tres Prophetas postremos, scilicet Esaiã, Hieremiã, & Ezechiel, & duodecim Prophetas minores: quartã deniq. Paralipomenon, Psalmos, Parabolas, Iob, Ruth, Ecclesiastes, Lamentaciones, Canthica canthicorũ, Ester, Daniel, Esdrã. Vt inde testimonio illorũ inixi, audacter Iossue cùm inter primos Prophetas ab illis numerari cernãt, affirmare audeãt, ipsum prophetiæ dono, imo & Prophetæ munere præ omnibus alijs Prophetis ornatũ fuisse à Deo. Nam quamuis hac vna re sicut in alijs cũ Psalmista acclamare possimus de illis: *Mẽtita est iniquitas sibi.* præsertim, cũ Ecclesia nostra Romana (cuius authoritas authoritati Thalmudistarum est meritò anteponenda) librũ Iossue, Iudicũ, Samuel, & Regum inter libros Historiales connumerãdos esse doceat. Sed tamen facilè illis respondere possumus, appellatos esse Prophetales, & non quoscunq; sed primos, id est, antiquos: quia Iossue fuit primus inter alios, qui primò post Moysen internuntius fuit Dei, annuntians populo voluntatẽ diuinã respectu earũ rerũ, quæ ad ingressum terrę Promissionis attinebant: hoc nãq. Propheta sæpè significat, sicut ex illo Exod. *Dixit Dominus ad Moysen: Ecce cõstitui te Deũ Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quæ mãdo tibi: & ille loquetur ad Pharaonẽ*, vel vt Chaldęus legit. *Et Aaron frater tuus erit interpres tuus.* Quæ omnia satis demonstrant & cõfirmãt cũcta, quę Iossue cũ populo Dei in decursu vitę suę fecit. At si prophetę

Galat. l. 1. cap 1. Hier. in prolog. Galeato.

Respõ.

Exod. 2.

tiæ munere functus fuisset Iosue, necessarium erat, vt Deus illi loqueretur, vel loqutus ei fuisset in visione, aut in somno, aut ore ad os, vt illa verba
Num. 22. Numer. præseferunt, *si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses: qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquar: & palam, & nõ per enigmata, & figuras Dominũ videt*: vel vt Chaldæus legit. *Si fuerint in vobis Prophetæ: Ego Dominus in visionibus apparebo eis, per somnia loquar eis. Non est ita seruus meus Moyses, in omni populo meo fidelis est, verbo ad verbum loquar cum eo: per visionem, & non per enigmata: similitudinẽ gloriæ Domini Dei contemplatur*. Quæ omnia an aliquando simul Iosue contigisse, nobis obijcere maiores vestri valeant: sed quid omnia? imò aliquid istorũ, ipsi viderint. Illis libenter conceditur locus, vt id vnum ardentissime præstent: si adeò sacræ Scripturæ fidelissimi custodes, & euigilantissimi vindices, & assertores ab omnibus haberi volunt. Sin minus ipsam deprauare contenderint, vt ex illius corruptella insidias nobis moliantur: id solicitè conetur equidem. Nam nunquam ita stolidi, & præcipites nimis, aut effœminati erimus, vt illorum mendatia veritati sacræ Scripturæ & auctoritati Spiritus sancti quæ omnium summa est, anteponenda esse sustineamus.

CAP. IIII.

Nonus error Rabbinorum procul expellitur, ne cæteris errandi sit occasio.

IMportunam & molestam nimis Rabbinorum vestrorum interpretationem; imò falsam intelligentiam horum verborum: *Prophetã suscitabo eis &c.* inuitis iam dudum vobis, & illis renuentibus; ignominiosse & turpiter è nostris finibus iam propulsauimus. Reliqum est vt securè veram & genuinam intentionem Spiritus Sancti istis verbis huius testimonij latentem deinceps cunctis ostendere valeamus: vniuersas alias feras, pessimas, & non minus periculosiores insidias nobis parantes (vt Ezechiel. nos exhortare iam videtur) statim à nobis expellere conemur. Vt Ezech. 34. illis procul a mandatis, confidẽter nobis ad vtramq. aurem in siluis, idest, in verbis istis, tot tãtisq. falsis Rabbinorum expositionibus supra adhibitis, dormire liceat. E licebit equidem, si statim vim & impetum huius nostræ disputationis in eos strenuè conuertamus. Qui vt mentes Christianorum perturbare

aliqua

aliqua ex parte valeant, firmissimumq. fundamentum primi aduentus Mesiæ nostri subuertere contendant: in eum errorem sunt prolapsi, vt affirmare non erubescant, cuncta huius prophetiæ verba: *Prophetam suscitabo &c.* non alium, prȩterquam Regem Dauid personare. Prȩsertim, cùm non solum de se ipso ipsemet palam fateri non erubuerit: *super senes intellexi*, idest, prophetiæ dono cunctos Prophetas excelluisse: verùm in edendis portentosis rebus adeò insignem, eximium, & singularem extitisse reperiamus: vt & si æquales sibi paucos, superiores autem illo ferè nullos reperire alicui nostrum sit integrum. Sed vt Clarius vim argumentorum eorum cuncti percipere possimus, faciliusq. discernere, an sic insolubilia aliquibus videantur, vt valeant legentium animos in eorum errorem pertrahere: opus est, omnes adstantes sicut & corpore sic & mente præsentes illorum rationibus simus: vt exactius illas examinare, earumq. vim perpendere omnibus sit integrum: cunctiq. cuius nê momenti sit magnus & ingens iste strepitus armorum, vndiq. personans, quo cuncti Rabbini isti demoliri conantur, clare intueantur, & quẽ finem sit habiturus attente prospiciant.

Nouus error Rabinorũ.

Respõ.

Et ita vt firmius errorem eorum corroborare valeant; dictitantes ferè in omnibus Regem Dauid Moysi assimilatum fuisse, ita vt in illo vno verba huius testimonij, *Prophetam &c.* completa esse conspiciant: in medium iam nobis adducant Dauid sicut alterum Moysen, cui Deum præcepisse dicitur. Exod. Et *nunc veni, & mittam te ad Pharaonem, & educes populum meum, filios Israel ex Aegypto*: electum fuisse â Deo ex omnibus filijs Israel, vt duceret populum Israeliticum, vt illa verba præseferunt: T*u pasces populum meum Israel: & tu eris* Dux *super Israel.* et illa. Samuel. Ego *tuli te è tugurio, euntem post oues: vt esses* Dux *super populum meum Israel*. Et *fui tecum in omni loco, quo ambulasti: & excidi omnes inimicos tuos à facie tua: & feci tibi nomen magnum iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra*: & illa. *et elegit Dauid seruum suum, &c. à sequendo fœtas eduxit eum: vt pasceret Iacob populum suum, & Israel hæreditatem suam.* Ostendant palàm inuictissimũ Dauid, fortissimum illũ Goliath, qui populũ Israeliticũ deglutire, & deuorare posse se iactabat, vt illa verba. V*t quid egressi estis ad parandum præliũ.* Non *ne ego Philisteus sum, & vos, serui Saul. &c. &*

1. Ratio

Exod. 3.

2. Samu. 5.

7.

Psal. 7.

1. Sam. 17.

ego exprobabo agmina Israel die hac: instar Moysis, qui interfecit Aegyptium percutientem virum Hebræum: Exod. fortiter interemisse, gloriosasq. vi-
Exod. 2.
ctorias, sicut Moyses de Aegyptijs, de alijs innumeris & potentissimis Regibus reportasse. Sa-
2. Sam. 8.
muel. Maximeq. occupatum
3. Ratio Dauid fuisse in reddendis gratijs Deo ob partas victorias, vt
2. Sam. 22 illa verba docent, Samuel. *Loqutus est autem Dauid Domino*
3. Ratio *verba cantici huius in die, qua liberauit Dominus eum de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et dixit Dominus petra mea, & arx mea, & liberator meus mihi fuit.* Quæ omnia maximè cohærent cum illis, quæ Moses Deo cecinit ob insignem tryumphum de Aegyptijs consequtum, Exod. *Tunc*
Exod. 15. *cecinit Moses & filij Israel canticum hoc Domino, & dicentes dixerunt. Cantabo Domino, quia magnificando magnificatus est, equũ & ascensorem eius proiecit in ma-*
4 Ratio *re.* Dictitent Dauid singularem prodigiorum effectorem extitisse, ob particularem assistentiam Dei, qui erat cum illo, sicut cũ Mose: vt illa verba osten
1. Sam. 16 dunt, Samuel. *Et refrigerium erat ipsi Saul, & bene erat ei: recedebatq. ab eo spiritus malus*: & illa Samuel. *Et timuit*
1. Sam. 18 *Saul à facie Dauid: quia erat Dominus cum eo.*

Adeoq. mediatoris munus inter Deum & homines illum exercuisse, instar Moysis, de 5. Ratio
quo dicitur, Exod. *Et orauit* Exod. 32.
Mosech faciem Domini Dei sui, & dixit. Vt quid Domine irascitur furor tuus in populum tuũ, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & manu forti? &c. Obsecro, peccauit populus iste peccatum grande, & fecerunt sibi Deos aureos: Et nunc si remittis peccatum eorum, & si non, dele me nunc de libro tuo, quem scripsisti, vt illa verba do- 2. Sam. 2.
cent. Samuel. *Ecce ego peccaui: & ego iniquè egi: isti autem qui oues sunt; quid fecerunt? Veniat, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.*
& Psalm. *Conuerte nos fac* Psal. 85.
Deus salutis nostræ: & cessare fac iram tuam contra nos. &c. Et ostende nobis Domine misericordiam tuam. Profferant palam ipsi Dauid instar Moysis, cui
Deum promisisse legimus *illa,* 6. Ratio
Prophetam ex fratribus tuis: pollicitum fuisse Deum tale semen benedictionis cælestis, adeoq. longeuũ vt illa, Samuel
ostendunt, *Sic dicit Dominus* 2. Sam. 7.
exercituum. Statuam semen tuum post te, quod egredietur e ventre tuo, & firmabo regnum eius, &c. & firmabo solium Regni eius vsq. in sæculum. &c. Tronus tuus erit vsq. in sæculum. &
Psalm. *Et ponam in sæculum se-* Psal. 89.

men eius : & tronum eius sicut dies cæli. &c. Semel *iuraui per sanctitatem meam , si Dauid mentiar : semen eius in sæculum erit, & tronus eius sicut sol coram me: sicut Luna stabilietur in sæculum, &c.* Adeoq . singulari cura & amore Dauid fuisse à Domino dilectum , sicut Moses, de quo dicitur . *Et dixit , vt disperderet eos , nisi Mosech electus eius stitisset in diuisione coram eo: vt auerteret iram eius , ne disperderet :* qualem præsefe-
Psal. 89. runt illa Psalm. *Percussi fœdus cum electo meo Dauid,&c. Inueni Dauid seruum meum : oleo sanctitatis meæ vnxi eum. Cum quo manus mea firma erit : & brachiũ meum roborauit eum.*

7. Ratio Ostentent Dauid adeo incenso honoris Dei amore, obseruantiaq . præceptorum illius æstuasse : quemadmodum Moyses , de quo dicitur Exod.
Exod. 32. *Et fuit: Quando appropinquauit ad castra, vidit vitulum , & choros: & iratus est furor Mosech, & proiecit e manibus suis tabulas, &c. & tulit vitulum , quem fecerant : Et combussit igni , & molliuit, donec in pulueremn redegit. Et sparsit in superficiem aquarum & bibere fecit filios Israel .* vt illa verba , Psalm. in-
Psal. 83. nuunt: *Deus ne taceas tibi , ne sileas, & ne quiescas Deus. Quoniam ecce inimic. tui sonuerunt, & odio habentes te extullerunt caput. &c. Deus impone illos sicut rotam , sicut stipulam coram vento : sicut ignis , qui ardet in silua. &c. Imple facies eorum ignominia : & quærent nomen tuum Domine ,* & Psalm . *Vt quid* Psal. 2.
congregabunt se gentes : & populi meditabuntur inane ? Astabunt Reges terræ , & Principes consiliabuntur pariter aduersus Dominum , & aduersus Christum eius ? & illa Psalm . *Exurgat* Psal. 68.
Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut propellitur fumus, propelles eos , sicut liquescit cera à facie ignis , sic peribunt impij à facie Dei. & Psalm. *Deus vl-* Psal. 94
tionum Domine , Deus vltionum appare. Eleua te, iudicans terram redde retributionem superbis. Vsquequo impij Domine ? Vsq. quo impij exultabant ? &c. & illa Psalm. *Præcepta Domini recta,* Psal. 19.
lætificantia cor. Præceptum Domini purum , & illuminans occulos &c. Desiderabilia magis quam aurum &c. Et seruus tuus illustratur in eis: in custodienda ea merces multa est.

Sed non est cur ob omnia ista aliquantulum terreamur, neq . nimis soliciti simus , præmeditantes quomodo illis respondeamus: dabit namque nobis Scriptura ipsa sacra os, & sapientiam, Respõ.

Psal. 2. *bunt se gentes, & populi meditabuntur inane? Adstabunt Reges terræ, & Principes consiliabuntur pariter aduersus Dominum, & aduersus Christũ eius:* illinc sacrilega Christi proditio à Discipulo charissimo facta: Psal. *Et si venerit ad videndum, mendacium* Psal. 41. *loquetur. Cor eius congregabit iniquitatem sibi: egredietur foras, & loquetur &c. Et vir pacis meæ cui fidebã, qui mãducat panẽ mecũ, magnificabat aduersũ me calcaneũ.* Hinc impia Iudæorum in Christum infidelitas, ob ardentissimum amorem, quo erga hono-Psal. 69. rem Patris sui flagrabat: Psal. *Alienus fui fratribus meis, & extraneus filijs matris meæ. Quoniam zelus domus tuæ comedit me:* illinc feruentissima Christi ad Patrem eius oratio emissa, pro conseruatione electorum suo-Psal. 108. rum. Psal. *Exaltare super cœlos, &c. Vt liberentur dilecti tui.* Hinc contumeliosæ blasphemiæ Iudæorum in Christum irreuerenter prolatæ, & execrabiles injuriæ ei illatæ, Psalm. Psal. 69. *Quoniam propter te sustinui opprobrium: opperuit confusio faciem meam &c. Loquti sunt contra me sedentes in porta: & psalmos bibendo Sechar loquti sunt:* illinc reprehensibilis Discipulorum Christi infidelitas: Psal. 38. Psalm. *Qui dilexerunt me, & amici mei e regione plagæ meæ steterunt: & propinqui mei e longinquo steterunt.* Hinc pessimæ Iudæorum in Christum coniurationes, & turpissima contra eum conuitia: Psalm. *Cir-* Psal. 21. *cundederunt me vituli multi, multi tauri Basan instar coronæ circundederunt me. Aperuerunt super me os suum, vt leo rapiens & rugiẽs:* illinc Christi admiranda ad omnia ista perferenda pa- Psal. 38. tientia: Psalm. *Et ego tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus qui non aperit os suum. Et fui sicut vir, qui non audit, & non sunt in ore eius redargutiones.* Hinc verbera crudelissima Christo inflicta: Psalm. *Fui flagella-* Psal. 73. *tus omni die: & increpatio mea singulo mane:* Psalm. *Numera-* Psal. 21. *bo omnia ossa mea:* illinc miseranda oculorum Christi obstructio, à conscęleratis viris exhibita: Psalm. *Et ego insi-* Psal. 68. *piens eram, nec cognoscebam: vt iumenta eram apud te.* Hinc ignominiosa corporis Christi nuditas: Psalm. *Tu nosti probum* Psal. 69. *meum, & pudorem meum, & ignominiam meam:* illinc dura clauorum confossio, & iniuita vestimentorum Christi diuisio: Psal. 21. Psal. *Foderunt manus meas, & pedes meos. &c. Diuident vestimenta mea sibi ipsis: & super vestem meam proijcient sortem.* Hinc militum & cunctorum trãseuntium nefariæ derisiones in Christum editę: Psal. *Omnes* Psal. 21. *videntes me subsanabunt me: emit-*

tent per labium, mouebunt caput,
dicendo: D*euoluit se ad* D*ominum,*
eruat eum, eripiat eum: quoniam
complacuit in eo: illinc ob dura-
ta tortorum & cunctarum gen-
tium ibi astãtium corda, & fel-
lis & aceti propinatio amara
Christo elargienda: Psal. *Pro-*
brum contriuit cor meum, & do-
Psal. 69. *lui: & expectaui, qui condoleret, &*
non fuit. &c. Et *dederunt mihi*
escam meam fel, & in siti mea pro
pinauerunt mihi acetum. Hinc
petitiones Christi ad Patrem
suum lachrymosè emittendæ:
Psal. 39. Psal. *Audi orationem meam* Do-
mine, clamorem meum auribus per
cipe. E*t ad lachrymam meam ne*
vt surdum te exhibeas: quia pere-
grinus sum apud te: Illinc illa
prouida Patris æterni erga Chri
Psal. 21. stum ad tempus destitutio: Psal.
D*eus* D*eus meus, vt quid dere-*
liquisti me. Hinc Angelicà con
Psal. 50. fortatio à Patre illi missa: Psal.
I*nuoca me in die angustiæ: eruam*
te, & honorificabis me: illinc
Christi acerbissima mors, glo-
riosum eius sepulchrũ, & sancta
Psal. 81. eius resurrectio: Psal. S*aturata*
est malis anima mea: & vita mea
ad sepulchrum peruenit. & Psal.
Psal. 3. E*t ego accubui, & dormi-*
ui, & vigilaui: quia D*ominus*
Psal. 87. *sustentauit me:* & Psal. E*ruisti*
animam meam ex inferno inferrio.
Hinc iusta sublatio potestatis
dæmonis à Christo virtute pas-
sionis eius facta: vniuersalis
resurrectionis omnium promul- Psal. 21.
gatio, & sacramentalis præsen-
tia corporis Christi in perpe-
tuum instituenda. Psal. S*erua me*
ab ore leonis, & à cornibus vni-
cornium. &c. N*arrabo nomen tuũ*
fratribus meis, in medio congrega-
tionis laudabo te, &c. E*dent pau-*
peres, & saturabuntur: laudabunt
D*ominum quærentes eum:* & Psal. 111.
alibi: M*emoriam fecit mirabi-*
lium suorum misericors, & misera
tor D*ominus: escam dedit timen-*
tibus se: illinc generalis gen-
tium ad fidem Christi conuer-
sio, media Euangelij prædica-
tione: Suprema Christi ad cæ-
los Ascensio, & singularis, Spiri
tus sancti missio ad Apostolos,
à Christo simul cum Patre fa-
cta: Psal. R*eminiscẽtur, & con-* Psal. 20.
uertentur ad D*ominum omnes fi-*
nes terræ: & inclinabunt se coram
te vniuersæ familiæ gentium: & Psal. 57.
Psal. E*xalta te super cælos* D*eus,*
super omnem terram gloriã tuam,
& Psalm. A*b extremo cælorum*
egressio eius, & reuolutio eius su-
per extrema eorum: & non est Psal. 19.
qui abscondat se à calore eius. Et
hinc deniq. efficacia Passionis
Christi cunctis gentibus com
municata, & miserabilibus Iu-
dæis ob mortem Christi in ve-
cta ruina. Psalm. P*osuit flumi-* Psal. 107.
na in desertum, & exitus aqua-
rum in locum sitis, &c. P*osuit*
desertum in stagnum aquarum, & Psal. 69.
Psalm. Erit *mensa eorum coram*

ei laqueus, & retributionis offendiculum. Obscurabuntur oculi eorum, nè videant. &c. fit palatium eorum dessolatum: in tabernaculis eorum nè sit qui habitet: & Psalm. *Sint filij eius pupilli, &c.* Et *mouendo se moueant filij* 1. Sam. 17 *eius, &c. Et decipiant alieni laborem eius. Nè sit ei extendens misericordiam: & nè sit qui misereatur pupillis eius. Sit posteritas eius in exterminio.* Sed certissimè his non obstantibus adhuc acclamare possumus cum Dauid. 1. Sam. 17 *Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi*: idest, fortissimorum argumentorum, quæ in nos fortiter intenderũt in ista & alijs disputationibus Rabbini vestri, eripiet nos gloriosè de ista obiectione, qua nobis postremum exitium maiores vestri parant.

Respõ. Si dicamus nullatenus non solùm Dauid in prophetiæ dono excelluisse, Moysem: verum nec aliqua ex parte illum adæquasse, dictitare iam sine graui scandalo valeamus. Quo iacto à nobis fundamento firmissimo, de laqueo isto quo Rabbini vestri contendebant vniuersa huius testimonij verba: *Prophetam &c.* in Dauid adimpleta esse, fœliciter nos erepti sumus. Et quidem ingenuè id fateri possumus. Quandoquidem estò vobis minimè contradicere possimus, imo fateri cogamur, Dauid nunquam altissimam prophetiæ suę cognitionem assequtum fuisse per constructionem exteriorem alicuius rei sensibilis & singularis, sicut contigisse Noe narrat Scriptura: quando per ædifficationem illius Arcæ, quã ex præcepto Dei fecerat ipse, vt existentes in ea tantùm saluarentur, cæteri aquarum diluuio submergerentur: consequtus fuit super naturalem reuelationem fidei Catholicæ, & Ecclesiæ vniuersalis Christianorum, extra quam nullus saluaretur: aut Adamo nostro, quando ex productione Euæ ex latere eius cognouit in posterum, moriente Christo, construendam esse Ecclesiam: aut Isac, & Ionæ: quando alterum per oblationem arietis, alium verò ex deuastatione hæderæ, passionem Christi, & remissionem Niniuitarum futuram cõspexerunt: aut per aliqua verba exteriora instar Abrahæ Gene. quando per illa verba, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, Incarnationis Christi mysterium fuit assequtus: et aliorum Prophetarum, qui verbo exteriori à Deo manifestato alijs profunda mysteria reuelarũt. Et similiter dicere cõpella-

Gen. 22. Ionæ. 4. Gene. 22.

Prophetam Natham & Gad missos fuisse à Deo ipsi Dauid, vt ipsi annuntiarent aliqua euentura; quæ ipse ignorabat (quæ quàm maximè derogare videantur supremæ perfectioni prophetiæ, qua ornatum esse Dauid isti acclamant, nullus est, qui non videat) verùm etiam certiores reddamur, cuncta quæ Mesias noster editurus erat, humanam naturam assumens, implicitè & figuraliter quinque libris Moysis ab ipso esse demonstrata: & tanquam rota in medio rotæ, sic nouum testamentum in veteri, (vt cum Gregor. super Ezechiel. loquamur) comprehendi. Cuius Moysis excellentiam super omnes alios Prophetas apertè demonstrare ipsam sacram Scripturam illis verbis reperiemus Deuter. *Et non surrexit Propheta vltra in Israel sicut Moses quem nosset Dominus facie ad faciem.* Vel vt Chaldęus legit: *Cui reuelatus est Dominus facie ad faciem*

Greg. sup. 1. Ezech.

Deut. 34.

CAP. V.

Confirmatio huius erroris denuo pullulans prorsus præscinditur.

SEd quando eam temporum & morum peruersam conditionem sumus experti, imò experimur quotidie: vt vbi portus deberet esse tutissimus, & ab omni molestiarũ genere liber: in eo iã malitia hominũ quã plurimas & turbulentissimas tempestates sæpè concitari sentiamus. Intueamurque occasione huius vltimi testimonij nouos animos contra nos nonnullos è Rabbinis vestris dudum concepisse, falsò exponentes huiusmodi testimoniũ, dicentes, legendum esse: *Non surrexit Propheta vltra*: id est, adhuc: ac si diceret, vsque in illud tempus: qui Moysi possit comparari. Vt inde palàm dicere illis sit integrum, Dauidẽ non solùm Moysi æquasse verùm hunc excelluisse. Et perconsequens illa verba: *Prophetam suscitabo, &c.* solũ Dauidẽ preferre, rationi maximè consonum est: vt illorum ingeniorum acutiem, vel potius execrandam malitiam penetremus: vt deinceps clarius liuor eorum, & inuidia inusitata & execrabilis qua nos prosequuntur, cunctis innotescat. Nam quamuis dictio illa. God. sæpè significet, *adhuc*, id est, tempus determinatum, vt illis verbis Genes. *Quia post dies adhuc septem ego pluo super terram*: & Genes. *Et cognouit Adam adhuc vxorem suam: & peperit filium.* & Genes. *Adhuc viuit pater meus, &c. & adhuc quinque anni restant,*

Respõ.

Genes. 7.

Genes. 4.

Genes. 45.

ſtant, quibus neque arari poteſt, nec meti, &c. adhuc Ioſeph filius meus viuit. & Numeror. *Et*
Num. 11. *caro adhuc erat in dentibus eorum.* & Eſai. *Et adhuc manus*
Eſai. 5. Iob. 2. *eius extenſa.* & Iob. *Et adhuc ipſe retinet perfectionem ſuam.* Et inſuper reperiamus verbum quod dictionem illam præceſſit, eſſe præteriti temporis: *Velo qam, id eſt*, & non ſurrexit: innuens prima facie, Spiritus ſancti verba eô tendere, vt ſignificarent, vſq; ad tempus Moyſis nullum præceſſiſſe Prophetam ſimilem illi. Ex qua lectione nō colligitur Moyſen ſuperaſſe Dauid: ſed tantûm eos omnes, qui illum præceſſerūt. Sed non eſt cur in iſta ſignificatione tamdiu firmiſsimum argumentum contra nos iaciant. Quandoquidem præterquam quod luce meridiana clarius cūctis Hebraicæ linguæ cognitionem exiguam habentibus conſtat, dictionem illam, God, non ſolùm hac ſignificatione potiri, verum etiam ſignificare tempus indefinitum, & indeterminatum, perpetuum inquam & infinitum: vt clarè nobis colligere licebit illis verbis Exo.
Exod. 10. *Caue tibi ne vltra videas faciem meam, &c.* Non *videbo vltra faciem tuam.* & Eſai. *Non vocaberis*
Eſai. 62. Geneſ. 8. *vltra derelicta.* & Geneſ. *Et non addam vltra ad percutiendum omnem animam.* & ſuperius in eodem cap. *Non addam ad maledicendum vltra terræ, propter hominem.* & Geneſ. *Et non* Genes. 9.
interficietur omnis caro vltra ab aquis diluuij. & Eſai. *Et non ex-* Eſai. 2.
cercebuntur vltra ad prælium. & Eſai. *En non euolare faciet vltra* Eſai. 30.
à te doctorem tuum. & Eſai. *Ec-* Eſai. 65.
ce ego creo Hieruſalem, &c. & exultabo in Hieruſalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea vltra vox fletus, &
vox clamoris. & Hiere. *Et ſuſ-* Hiere. 23.
citabo ſuper eas paſtores, & paſcent eas: & non formidabunt vltra, & non pauebunt, & non dicent vltra, &c. & Ezechiel. Ezech. 37.
Et non erunt vltra duæ gentes, nec
diuidentur vltra. & Oſe. *Quia* Oſee. 1.
non addam vltra, vt miſerear domui Iſrael. Ioelis: *Et non da-* Ioel. 2.
bo vobis vltra in opprobrium.
Amos. *Venit finis ſuper popu-* Amos. 8.
lum meum Iſrael. Non adijciam
vltra, vt pertranſeam eum. Mi- Miche. 4.
cheæ. & non diſcent vltra bel-
ligerare. Nahun. *Non adijciet vl* Nahun. 1.
tra ad tranſeundum per te impius.
Zachariæ. *Et non tranſibit vltra* Zacha. 9. Mala. 2.
ſuper eas exactor. & Malachiæ. *Vt non reſpiciam vltra ad ſacrificium: nec accipiam placabile:* In quibus teſtimonijs, & alijs innumeris reperietur dictio illa, God: ex quibus coniectari poſſumus his verbis: *Non ſurrexit Propheta vltra in Iſrael ſicut Moyſes*: non tantùm de omnibus alijs Prophetis qui

Moſech

Moſech fuerunt ſubſequuti: ſed de illis etiam portentoſis hominibus qui vſque ad aduentum Meſsiæ noſtri futuri erant, loqutum fuiſſe Spiritum ſanctum. Quandoquidem ante illum nec in rigore Prophetam, id eſt, qui officio Prophetæ tantum functus eſſet: nec aliquem virum inſignem, miraculorum effectorem extitiſſe, nobis proponat ſacra Scriptura.

Replica. Neque verbum illud præteriti, *Veloqam, & non ſurrexit*, alicuius conſiderationis apud nos debet eſſe, vt ab iſta ſententia dimoueamur: arbitrantes tantùm Moſech præceſſiſſe Abraham, Iſac, & Iacob, &c. non autem eos, qui poſtea de ſynagoga eorum in genere prophetãdi fuerũt eũ ſubſequuti.

Reſpõ. Cùm ſæpè certiores reddamur ex ipſa ſacra Scriptura, Spiritum ſanctum ea quæ in futurum euentura erant, iam tanquam præterita recenſere: vt eſt illud Pſal. *Reſpleudait in tenebris lumen rectis, clemens, & miſerator, & iuſtus*: quæ omnia in futuro Chaldæus eſt interpretatus: *Orietur in tenebris lumen rectis, &c.* Ex quo teſtimonio & alijs quamplurimis interpretes Vulgatæ noſtrę lectionis occaſionem ſumpſerunt, vt ea quæ futura erant, iam tanquam præſentia, aut pręterita ſæpiſsimè interpretati fuerint. Quę cohęrere inter ſe videntur, ſi mentẽ noſtram eò reffe- ramus, quò liber Penthateucus nos vocat: cùm nullibi ferè in tota eius pagina adinueniamus, inſtar Moyſis prodigia aut portenta quempiã edidiſſe. Ex quibus fit conſequens, cõparationem factã hoc teſtimonio ab Spiritu ſanto pręcipuê Prophetas, & inſignes viros qui Moſem ſubſequuti erant, in edendis miraculis, & in altiſsima prophetiæ excellentia clariſsimê & certiſsimè reſpexiſſe. *Pſal. 112.*

Quòd ſi adhuc inſurgere de nouo contra nos intentant, dicentes iſta verba: *Non ſurrexit Propheta vltra in Iſrael, &c.* non eſſe alicuius momẽti: quãdoquidem illa neq; fuerunt â Moſech prolata, vt ex illis verbis quæ iſta antecedunt colligitur: *Et Moſech vir centum & viginti annorum erat, quando mortuus eſt. Et fleuerunt filij Iſrael, &c. Iehoſuah filius Nun repletus eſt Spiritu ſapientiæ: quia conuunxit Moſech manus ſuas ſuper eũ. Et paruerunt ei filij Iſrael, & fecerunt, quemadmodum præcepit* Dominus *Moſech*: & ſtatim additur: *Et non ſurrexit Propheta.* Neq; a Ioſue: cùm nullibi in omnibus capitibus libri Ioſue reperiãtur. Intẽtẽt, libẽter ſi forſan id vnũ contẽdant, vt â nobis in hac difficultate erudiantur. 3 Repli. Deut. 34.

tur: neque ita auari erimus, vt id quod ſupernè adepti ſumus cum difficultate, his qui maximè indigent impartiamur. Et nunc erudiamini iam eſt ſummè neceſſe, vos qui doctiſsimi omnium arbitramini, id vnum tanquam certiſsimum, ab omnique dubitationis ſuſpitione liberum à nobis excipientes, iſta verba: *Et non ſurrexit Propheta vltra ſicut* Moſes, *&c.* quę Deuter. in fine habentur, eſſe tantæ authoritatis, ſicut cætera, quæ in vniuerſo Penthateucho habentur: aliàs namque ſi his denegaretur fides, ſimiliter denegari poſset alijs libris. Nam pręterquam quòd iſta verba in textu originali habeantur, & comprehendantur ſub libro Penthateucho ſicut totus ille cum ſuis capitibus, & in vniuerſum à Rabbinis antiquiſsimis vt veriſsimus ſemper habitus fuerit: ſimiliter reperiemus iſta carmina, quæ in fine huius capitis fuerunt appoſita inſtar ſubſcriptionum, quæ reperiuntur in Pſalmorum libro, in textu originali ſubſcripta fuiſſe. An vero iſta fuerint literis exarata ab Eſdra, qui Vetus Teſtamentum à Chaldæis exuſtum diuino ſpiritu reparauit, vnde velox ſcriba appellatus eſt: an à Ioſſue, eſto liber illius incipiat à capite ſequenti: vel à Senioribus populi Iſraelitici, Spiritu ſancto corda illorum, linguas & manus ad id ſcribendum mouente: an diuino conſilio, & reuelatione Moſes (ne dicam præcepto diuino) antequam moreretur, illa monumentis literarum conſcripta reliquerit, inſtar eorum, quæ de creatione prædixit, præuidens diuinitus quæ futura erant, vt inde maiori reuerentia liber ille ab omnibus haberetur, lexque diuina inuiolabiliter ſeruaretur ob ipſius præſtantiã, & ipſius legis promulgatorem ab Hebræis: vel ut cæteri Prophetæ hunc tanquam ſupremum Prophetam colerẽt deinceps, & ſingulariter venerarentur: vel vt in poſterum nulibi comparationis locus inter iſtum Prophetam, & cœteros ſubſequẽtes relinqueretur: vel deniq; vt cũctis excellentia ipſius clarius innoteſceret, authoritaſq; eius alijs omnibus anteponeretur: veſtro iudicio iudicãdũ relinquo. Eo tamẽ pacto & conditione, vt non audeatis temerario quodam auſu, & nimia arrogantia dictitare, excellentiam eius longè lateque excellere notitiam clariſsimam, quam habituri erãt Apoſtoli, & cuncti Chriſtiani in lege Euangelica. Quandoquidem eſt certiſsimum inſtar illorum verborum Numeror. *Legitimum ſempiternum erit vobis:*

Deut. 34.

Reſpõ.

Nume. 18

bis: quæ quidem non se extendebant ad tempus legis nouæ: similiter ista verba: *Non surrexit Propheta vltrà*: solùm statum Veteris Legis qui sub quodam sæculo quasi perpetuo sæpè nominabatur, significare.

4 Repli. Sed quia adhuc reuiuiscere sentio perfidam aliquorum vestrorum obstinationem, in malum semper intentam, dicentium, ipsum David clarissimè hanc difficultatem enodasse, ita vt iam sine reprehensionis labe illam adhuc in controuersiam nos adducere minime valeamus: cùm clarissimè ipse David acclamauerit: *Præ omnibus docentibus me intellexi. quia testimonia tua meditatio mea sunt. Præ senibus intellexi: quia præcepta tua custodiui* Vlterius reuiuiscat, & pullulet: nisi forsan statim exicari, & funditus euelli sit necessarium: & penitus quidem exicabitur, imò & euelletur. Psal. 118.

Respõ. Nam præterquam quód facilè ab isto testimonio nos enodare possumus, dicẽtes, hæc omnia David, nomine Apostolum & Discipulorum Christi, & fere cunctorum Fideliũ qui lege noua potituri erant, dixisse. De quibus est certissimum, maiorem & clariorem cognitionem mysteriorum Christi habuisse præ cœteris omnibus Prophetis Veteris Legis: præsertim cùm ea quæ Prophetæ illi euentura annuntiabant, reperiamus istos iam tanquam præsentia, imò præterita quam plurima non solum intueri verum etiam demonstrare: & ob id dictum esse à Christo intueamur de Ioanne: *Ecce plus quàm Propheta*. Et sic post aduentũ Christi & missionem Spiritus sancti ad eius discipulos, perfectissimè eos instructos fuisse, vt postea ipsorum doctrina cuncti Fideles doceri valerent: vt optime David hæc omnia contemplabatur, dicens: *Præ omnibus docentibus me intellexi*. Quæ clarissimè testatum fuisse Christum Redemptorem nostrum conspicimus, dicentem: *Vestri autem beati oculi, quia vident. & aures vestræ, quia audiunt. Amen dico vobis: quia multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt*: & Ioan. *Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui a Patre meo, nota feci vobis*. & Corinth. *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, &c. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem trãsformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu*. Matt. 11. Psal. 118. Matt. 13. Ioann. 15. 2. Cor. 3.

2 Resp. Tamen adhuc illis respondere

dere poſſumus, etſi de Dauid intelligẽda eſſe fateamur eiuſdem verba: *Super omnes docentes me intellexi*: ſeipſum comparando cum cæteris Prophetis, qui eodem tempore erant: non autem cum Moſe, qui iam diu è vita diſceſſerat. Nam eſtò ab ipſo edoctus fuerit, media lege veteri, & cunctis cæremonijs, quas ipſe ex præcepto diuino ſeruandas cunctis ſtatuit: ſed in rigore, & proprietate non edoctus fuit à Moyſe, vt Moyſes erat: neque à lege Moyſis, vt Moyſis erat: ſed vt Dei erat, manifeſtata autem populo Iſraelitico per Moyſen: qui gratia & miſsione particulari non ſolùm Propheta, verùm Legiſlator fuit. Ex quo neceſſariè colligitur, nullatenus comparationem factam fuiſſe à Dauid inter ipſum & Moyſen: præſertim cũ pro Moyſe ſtet illud teſtimonium: *Non ſurrexit Propheta*. Neq; vrget argumentum, ſi in medium adducant, quæ ſequuntur: *Præ ſenibus intellexi*. Quandoquidem non dicit præ omnibus ſenibus, ſed præ ſenibus: innuẽs Dauid ſe dono Spiritus ſancti inſtructus, breuiſsimo tempore, grandeuos Prophetas qui ea tempeſtate erant, ſingulariter prophetiæ clariſsima cognitione excelluiſſe. Quæ maximè cohærent cum lectione Chaldaica, quæ ſic ſe habet: *Pluſquam ſapiẽtes intellexi*. Vel tanquam cum Rabbinis, & non cum catholicis loquentes, eſtò verior ſit prima reſponſio, commodius reſpondere poſſumus, ſi rigorem & vim textus originalis materialiter & grammaticaliter inſpiciamus. Dicentes, nunquam Dauid dixiſſe, præ omnibus docentibus me intellexi, ſed feci, id eſt, conatus ſum intelligere: nam verbũ, *biſcalti*, hoc ſignificat. Quæ expoſitio maximè congruit cum verbis ſequentibus: *Præ ſenibus me ipſum intelligam*, vt in rigore verbum, *Etbonam, quod eſt coniugationis bitpael*, demonſtrat.

CAP. VI.

Palàm conuincitur error aſſirmantium, verba huius Prophetiæ Deutero. 18. *Prophetam ſuſcitabo: præſeferre cunctos Prophetas, qui à Moſe hucuſq; ſubſequti fuerũt.*

VAdoſa & nimis periculoſa loca iam diu lento pede tranſmiſsimus, antequam non ſolùm ad portum apellere, imò nec terram aſpicere fuerit nobis conceſſum. Sed quia adhuc longa nobis reſtat via, ob immenſam multitudinem tot aduerſariorum

rum hinc & illinc nobis iter impedientium: vt iam quasi defessi impetum disputationis nostræ inceptæ cohibentes, in medio cursu naufragiũ nos pati illi arbitrẽtur. Maximè rationi consentaneum erit, vt iam nouæ vires, & noui spiritus quærantur à nobis, & concipiantur: vt gloriosiorem tryumphum nos de illis egisse palàm prædicare posimus. Atque ita vt eisdem prosperis ventis quibus huc vsq; nauigauimus, deinceps currentes in eum portum nos fœliciter euehamur: in quo liberè ad vtramq; aurem dormientes, dulcissima pace fruamur.

4 Error AEquum est, vt viriliter iam tanquam puluis quem proicit ventus in vltimas terras & regiones, amandentur à nobis illi insani, qui parui pendentes hæc omnia, quæ superius ad explicationem veram illius testimonij Deuteronom. *Prophetam suscitabo, &c.* in medium attulimus: eò iam prosilire, imò insanire cœperunt: vt illa non de quocunque Propheta in particulari, sed de omnibus illis qui ex eo tempore ex familia populi Israelitici vsq; in illa formidolosa tempora, à quibus Iudæi Principibus & Regibus suis, patria, & Regno orbari cœperunt, & huc vsque miserè per tot annorum curricula absque vlla temporis intermissione orbantur: intelligi debere certissime affirment.

Deut.18.

Nam quamuis, vt ad breuissimam quandam summam redigam, sacra Scriptura nobis testetur, maximè solicitum fuisse Esaiam in prædicendo vocationem Gentium, idolorũ euersionem in aduentu Messiæ nostri, Ecclesię nostrę magestatem, cap. 2. fœlicissimum virginis Mariæ partum, capit. 5. vniuersalem liberationem generis humani à peccatorum iugo per Emanuel futuram, capit. 8. gloriosam Christi Natiuitatem, & victoriam de Antechristo ab ipso reportandam, capit. 11. generale gaudium totius congregationis Fidelium pro tanto hominibus importato bono, capit. 12. inclyta Christi & Apostolorum opera ab illis edenda, capit. 32. & 35. apertissima signa primi aduentus Christi, cap. 42. cælestem Baptismi regenerationem cunctis hominibus instuẽdã, c. 43. & 44. iustissimũ exitiũ & interitum falsorum Deorum, c. 46. salutiferam redemptionem generis humani. 45. cõuersionem fœlicissimam quãplurimarum nationum ad Ecclesiam Fidelium, 49. miserandam Christi Passionẽ, 50. & 53. admirãdum tryumphũ Christi de Respõ.

de inimicis ſuis per mortem ſuam reportandum, capit. 63. iuſtam carnalis ſacrificij repro bationem, capit. 66. Solertem

Hieremi. extitiſſe Hieremiam in manifeſtanda populi Iudaici miſeranda diſsipatione, cap. 9. & 19. miſerabili Chriſti paſsione, capit. 11. Gentium electione, capit. 17. Chriſti Natiuitate, 23. & 33. in annuntianda populi Iudaici infœlici tranſmigratione, & fœlicisſimo eius reditu, cap. 29. & 50. & copioſa Baptiſmi innundatione. 31. No biſque reſſerat eadem Scriptura

Ezequi. Ezechielem clariſsimé oſtẽdiſſe longam populi Iudaici captiuitatem, cap. 7. cæleſtem Chriſti Incarnationem. cap. 17 perennem Baptiſmi fontem, c. 36. cunctorum hominum vniuerſalem Reſurrectionem, 37.

Daniel. Daniel veró aperté demonſtraſſe Chriſti mortem, Hieruſalem deſolationem miſerandam, capit. 10. ſuperbiam Ante Chriſti, in Chriſtum concitandam,

Oſeas. cap. 11. Oſeam veró palàm funeſtam Iudæorum ſeruitutem, cap. 11. inuiſam Chriſti Reſurrectionem, cap. 6. cunctorum ſacrificiorum veteris legis debitam abrogationem, cap. 9. victoriam conſequendam per Chriſtum de morte, & inferno, cap. 13. Iſrael conuerſionem,

Ioel. cap. 14. Ioel etiam maxime anxium in docenda emiſsione Spiritus ſancti ſuper Apoſtolos, Euangelij prędicationem abſque vlla perſonarum acceptione, cap. 3. Amos in oſtenſione denſiſsimarum tenebrarum, *Amos.* quibus vniuerſus mundus in die mortis Chriſti vndique circundandus erat, generaliſque fames verbi Euangelij, cap. 8. ædificationiſq; excelſæ Eccleſiæ Chriſtianæ ex omnibus gentibus conſtruendæ, cap. 9. Inſuper maximè contentur expectantium oculis ſubijcere quâm ſingulariter Ionas tempus ſepulturæ Chriſti pręuiderit. *Ionas.* Micheas c. 2. riguroſum *Micheas.* aduentum Chriſti ad diſcernendum omnia crimina, cap. 4. & 5. tempus, & locum Natiuitatis Chriſti, idolatriæ euerſionẽ. Naun iram furoris Dei in vltimo die iudicij, c. 1. & ſingula *Naun.* Apoſtolorum officia, capit. 2. Abacuc aduentum Chriſti primum, cap. 2. *Abacuc.* Aggeus humilem primũ Chriſti aduentum, & Ec *Aggeus.* cleſiæ gloriam, cap. 2. Zacharias Chriſti ignominiã, & Apo *Zachar.* ſtolorum portenta, cap. 2. & 3. introitum Chriſti in Hieruſalem die palmarum, & conuerſionem Gentium ad Eccleſiam cap. 9. Chriſti venditionem, ca pit. 11. effuſionem Spiritus ſan ti, & planctum lugubrem ſuper mortem Chriſti, capit. 12. Baptiſmi inſtitutionem, c. 13. & tremendũ diem iudicij. c. 14

Mala-

Malach. Malachias ſacramenti Euchariſtiæ inſtitutionem, legalium abrogationem, cap. 1. terribilem iudicij diem, cap. 4. Sed quid, ob iſta debemus ita anguſtijs affici, aut aliqua ex parte coarctari, vt non potius dilatentur corda noſtra, mentes & cogitationes noſtræ: vt eandem mét doctrinam tanquam veram, & ſolidam cunctis oſtẽdamus? Mihi credite in his omnibus, vt cùm Paulo lo-
2. Cor. 4. quar: *Tribulationem patimur* (ideſt à vobis opugnamur) *ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſequtionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed non perimus*. Semper à vobis contradictionem liberè ſuſtinentes, vt amor quo Ieſum Chriſtum, & aduentum eius diligimus, & veritas huius doctrinæ cunctis clarius à nobis demonſtrentur, & oſtendantur. Maximè dilatatum eſt cor noſtrum ad vos Iudæi, & os noſtrum maximè patet ad vos: vt hæc & alia innumera argumenta, & teſtimonia in confirmationem noſtræ veritatis à vobis adducantur. Quando omnia iſta eò tendunt: vt illis inſtruamur, â temporibus Ioſue vſque ad aduentum Chriſti nunquam defuiſſe in populo Iſraelitico Prophetas, qui inſtar Moyſis omnia quæcunque in lucem æditura erant â Chriſto, in reparationem generis humani, tanquam digito intento demonſtrarent: & eadem quæ Moyſes futura præuidit, & clariſsimè in diuina eſſentia fuit contemplatus, clarius eiſdem & futuris Gentibus oſtenderent, & demonſtrarent. Vt ſic nulli veſtrum excuſationis locus relictus eſſet deinceps erga intelligentiam iſtorum omnium myſteriorũ: ſed cunctis aduentus Meſsiæ noſtri iam diu pateret.

Vnà vobiſcum fatemur, ingenuos & cæleſtes Prophetas iſtos viros fuiſſe, adeoque inſignes: quantus eſt ſingularis honor, & reuerentia particularis, qua ob eximiam illorum excelſitudinem, à ſanctiſſima noſtra Eccleſia Romana, Spiritus ſancti illuſtratione inſpirata vnicè coluntur, & venerantur. Sed, quæſo, ne vlterius contra nos progrediamini: curſum adhuc continete: donec tempus in medium nobis aſsignetis, quo inſtar Moyſis legem particularem hi condiderint: ſacramentorum, & ſacrificiorum, & prçceptorum legalium Inſtitutores fuerint, mediatoris munere inter Deum & homines fungentes: eademque omnia portentoſis portentis, & ſignis mirabilibus ab ipſis editis

confirmantes: vt iam ſimiles Moyſi, veſtro iudicio, videri potuerint: & digni, quibus illa verba Deutero. *Prophetam, &c.* adaptentur. Si ergó ad iſta omnia vobis omnino eſt intercluſus aditus: Qua ratione vobis adhuc hunc reſerandum eſſe à nobis confiditis: vt ſuſtineamus inſipientiam, & errorem veſtrum? acclamante Scriptura: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum tuorum, ſicut tu es.* Si ergo Moyſes, Propheta gratia, & miſsione extitit: ſimulque Legiſlatoris noui munere eſt functus: Quid in cauſa eſſe potuit, vt iam ad exiſtimandum adduci valueritis, iſta verba illis maximè conuenire? Cum ſemper hucvſque conſpexeritis, nullum in veteri lege ex Prophetis, & ex Regibus, præter Moyſen, alicuius legis conditorem, aut legiſlatorem extitiſſe: qua deuinctus vniuerſus populus Iſraeliticus permaneret. Dictitate potius vobis nunc denuo condendi nouos legiſlatores eſſe conceſſum diuinitus priuilegium: aut cuncta ſacræ Scripturæ verba ab imis fundamentis turpiter & ignominioſè euertendi: vt honori veſtro magis conſulatis. Somnia equidem ſunt iſta, doctiſsimi Rabbini. Sed ſõnijs nunc eſt adhibenda fides? Nũquid è memoria veſtra exciderunt illa Hieremiæ verba? *Et vos nè audiatis Prophetas veſtros, & diuinos veſtros, & ſomnia.* Nunquid grauiſsimè comminationis Dei in eos qui ſomnijs alios illudere ſolent, non dũ meminiſtis Hiere? *Ecce ego ad prophetantes ſomnia & mendacia: dicit Dominus. Et narrauerũt ea, & errare fecerunt populũ meũ mẽdatijs ſuis, &c. Ecce ego obliuiſcar veſtri obliuiſcendo. Et euellam vos, & ciuitatem, quam dedi vobis, & patribus veſtris a facie mea. Et dabo ſuper vos opprobriũ ſempiternum, & ignominias ſempiternas, quæ non obliuioni tradentur.*

Deut. 18. Hiere. 27 Hier. 23.

CAP. VII.

Peruerſa expoſitio eorum qui docent, cuncta huius prophetiæ in fine mundi adimplenda fore, longè a mandatur.

RECẽtiores verò Rabbini hæc omnia ſecum tacitus intra ſe conſiderantes, cunctaſque antiquorum ſuorum expoſitiones quas in medium hucuſque attulimus, tanquam quædam manifeſta deliramenta judicantes: vt ingeniorum ſuorum acutiem cunctis oſtentent, & alijs omnibus Rabbinis ipſos præferri mereã

ritô debere ab omnibus iudicentur: no iam & recentem expoſitionem circa intelligentiã iſtorum verborum Deuteron. *Prophetam ſuſcitabo eis, &c.* excogitare ſecum ſtatuerunt. Dicentes nullatenus hucuſq; non ſolùm in aliquo Prophetarum veteris teſtamenti, verùm neque in Propheta illo magno, quem nos Meſsiam appellamus, adimpleta fuiſſe, quæ Spiritus ſanctus his verbis comprehendi voluit: & perconſequens adimpleri debere in nouiſsimis temporibus, quibus Meſsiam verum venturum expectant. Neque ad id vnum dicendum falſis & futilibus rationibus, vt cæteri præſtiterunt, adductos eſſe ſe iactitant; ſed ex genuino ſenſu, & verborum iſtius teſtimonij contextu, quem clarè ipſa verba præſeferunt: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum eorum ſimilem tibi. Et ponam verba mea in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ præcepero ei. Et erit: Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo, requiram ab eo.* Ex quibus vt ſuam ſententiam firmiſsimè fulciant, & corroborent, cunctoſq; alios in eorum opinionem, imò errorem pertrahant: nonn illas ſibi fingunt rationes, eorum iudicio ita firmas & veras, vt nullatenus expugnari â nobis poſſe certiſsimè ſibi perſuadeant.

Deut. 18.

Quarũ 1. eô fulcitur fundamento, ſcilicet, quòd Propheta quẽ ſuſcitaturus erat Deus de medio populi Iſraelitici, ſimilis futurus erat Moyſi. At Meſsias quem Chriſtiani tanquam Deũ venerati ſunt, & modô venerantur, tantũ abeſt, vt homicida vnquã, aut ſanguinarius extiterit, ſicut Moyſes, de quo Exod. dicitur. *Et fuit: In diebus ipſis creuit Moſech, & egreſſus eſt ad fratres ſuos, & vidit onera eorum. Et vidit virum AEgyptiũ, percutientem virum Hebræum è fratribus ſuis. & reſpexit huc, & vidit, quòd non eſſet quiſpiam. Et percuſſit AEgyptium, & abſcõdit eum in arenâ*: vt iam de eo certiores cũcti reddantur, vt Eſai. prædixerat, dicens: *Tanquã ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum*: corã flagellantibus, & percutientibus alapis illum, & crucifigẽtibus, falſaq; teſtimonia illi imponentibus, & blaſfemantibus nunquam illũ os ſuũ aperuiſſe: vt illa: *Nouiſsimè autẽ venerunt duo falſi teſtes, & dixerũt: Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædifficare illud. Et ſurgens Princeps Sacerdotũ ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autem tacebat.* & Matth.

1 Ratio.

Exod. 2.

Eſai. 53.

Matt. 26.

Mat. 21.

Hoc autem factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetam, dicẽtem: Dicite filiæ Siõ. *Ecce Rex tuus venit tibi mãsuetus, &c.* Tum etiam, quia Moyses fuit incircuncisus labijs, ita vt indiguerit Aaron fratre suo: vt illo cuncta quæ Deus illi reuelauerat, populo annuntiarentur: vt illa verba Exod. docẽt: Dixitq; *Mosech coram* Domino: *Ecce ego incircuncisus labijs: & quomodo obediet mihi Pharaon?* & illa. *Dixitq; Dominus ad Mosech: Vide, dedi te pro Deo ipsi Parhot, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Tu loqueris omnia, quæ præcipiam tibi. & Aaron frater tuus loquetur ad Pharaon.* At Messias vester adeò venustus in sermone, & in loquella gratiosus extitit: qualem cunctis colligere licet ex illis verbis: *Magister, quò ibimus à te: quia verba vitæ habes?* & ex illis: *Ecce mundus totus post eum abijt.* Ioan. *Et multò plures crediderunt in eum propter sermonem eius.* & Lucæ. *Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* His verò addunt aliam & non contemnẽdam rationem, scilicet, Messiam nostrum nullatenus Prophetæ munere functum esse, aut fungi potuisse. Quandoquidem filium Dei se fecisse, imo æqualem Patri, & per cõsequens Deũ fuisse Euangelistæ nostri sæpè proclamant, vt Luc. *Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum.* Ioan. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te.* Ioan. *Non turbetur cor vestrum: creditis in Deum, & in me credite, &c. Philippe, qui videt me, videt & Patrem, &c. non credis, quia ego in Patre, & pater in me est?* Ioan. *Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium, qui & loquor vobis, &c. & non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum:* Ioan. Ego & *Pater vnum sumus, &c. operibus credite, vt cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est & ego in Patre.* At Deo cognitio obscura, quæ est necessaria in prophetia (vt ex illis Corint. *Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur:* Colligitur) nullatenus conuenire potuit. Cùm non solùm sit pater luminum, verùm in ipso tã quam in speculo nitidissimo cũcta quæ sunt, fuerunt, & erunt, iam vt præsentia clarissimè splendescant: estò non æqualiter à Beatis ista videantur: vt Dauid: *Amictus lumine sicut vestimento.* & Ioan. *Quoniam Deus est lux: & tenebræ in eo nõ sunt:* ad Thim. *Et lucem inhabitat inaccessibilem, &c.* Neq; minus ad hoc dicendũ vrgentur, quoties cunque

Marginalia (left): 2 Ratio. — Exod. 6. — Exod. 7. — Ioan. 12. — Ioan. 4. — Lucę. 4. — 3 Ratio.
Marginalia (right): Luca. 22. — Ioan. 17. — Ioan. 14. — Ioan. 8. — Ioan. 10. — 1. Corin. 13. — Psal. 104. — 1. Ioan. 1. — 1. Tim. 6. — 4 Ratio.

cunque iterum atq; iterum secum considerant atẽte illa verba: *Et ponam verba in ore eius: & loquetur ad eos omnia, quæ*
4 Ratio *præcepero ei*, Quæ omnia maximè aduersari videntur Mesſiæ noſtro, quem Deum Chriſtiani confitemur. Nam quorſum poſiturus erat Deus verba in ore eius, ſi ipſe Deus verus
Pſal.104. erat? De quo Pſal. dixit: *Omnia in ſapientia feciſti*: & alibi.
Pſal.147 *1.Corin.1.* Et *ſapientiæ eius non eſt numerus*. & Paul. appellat *Chriſtũ Dei virtutem, & Dei ſapientiam &c. qui factus eſt nobis ſapientia*. Quorſum ſi Deus erat, dicitur? *Et loquetur ad eos omnia, quæ præcepero ei*: cùm volũtas Dei eo ſe extendat, quò regius Da
Pſal.114. uid palam acclamauit, dicens. *Omnia quæ voluit, fecit*.

5 Ratio. Aliam verò rationem ex eo deſſumunt, quòd intueantur Moyſen populo Iſraelitico nouam promulgaſſe legem: ita vt huc vſque illud tempus nullibi legamus populum Iſraeliticum lege ſcripta fuiſſe potitum. At vero Meſsiam noſtrum nullam legem populo Chriſtiano conceſiiſſe eſt certiſsimum: cùm eam quam protulit, reſpectu præceptorum Decalogi, eandem eſſe cum veteri quo ad ſubſtantiam, nullus eſt, qui ignoret. Cætera verô quæ ipſe ſeruanda præcepit, quis adeò præceps erit, qui præceptorum vim, & non conſiliorum potius reſpectu perfectorum habere, non palam prædicet? Præſertim, cùm ſimiliter adinueniamus, reſpectu cæremonialium legũ nullas leges ipſum condidiſſe. 6 Ratio.

Tandem id vnum corroborare maximè iudicant, quotieſcunq; attenta mentis cogitatione contemplantur, non ſolùm ex Gentibus, verùm ex Iudæis apud quos Meſsias noſter continuò prædicabat Euangelium Dei, quam plurimos eius doctrinæ nullam fidem adhibuiſſe: vt illã verba præſeferunt. O *Marc. 9.*
generatio incredula, quam diu patiar vos: & quod maius eſt; nec ob incredulitatem ipſorum punitos fuiſſe â Deo, vt illa verba Deutero. palàm oſtentabant:
Et erit: Vir qui non obedierit verbis meis: quæ loquetur in nomine meo ego requiram ab eo. Sed potius eoſdem maioribus beneficiorum generibus, & in ſignioribus titulis fuiſſe à Deo condecoratos, cunctaq; illis ex animi ſententia eueniſſe intueãtur. Quæ ſimul & ſi ſigillatim cum verbis teſtimonij ſuperius allati: *Prophetam*, &c. conferantur: ita maximè aduerſari inter ſe reperiemus, vt vix in vllo conuenire, niſi inſani ſimus, dicere poſsimus. *Deut.1.*

Fortiſsima & validiſsima ſunt veſtro iuditio iſta Diluit. 1.argu.

argumenta Rabbini doctissimi: ita vt nullatenus â nobis enodari possint, estó cuncti nostri conatus adhibeantur, credatis. Sed meo ita facillima sunt & infirma: vt nisi nimis arrogans vobis viderer, cuncta illa silentio inuoluenda esse mecum (palàm dico) statuissem: né ita legentium patientia, imó tempore turpiter abuterer. Sed quando eam temporum conditionem experiri cogor: abutar equidem, dum id non meæ voluntati, sed insipientiæ vestræ summæ solùm tribuendum esse cuncti deinceps existiment. Quæ tanta est: vt arbitremini ex eo quôd nullibi in nouo testamento reperiatur, Mesiam nostrum interfectorem alicuius extitisse sicut Moyses, nullatenus de illo prædicta esse illa verba: *Prophetam suscitabo, &c.* Forsan nô in eo sæpè legistis, ita zelo honoris Dei Mesiam nostrum semper æstuasse non solùm in idolatras, sed in cũctos peccatores, donec in Dei amicitiam pristinam reuocasset: sic grauiter, oportunê, & importunè illos reprehendisse: vt ex hac parte non solùm adæquasse Moysen, verùm etiam longo interuallo illum superasse adinueniatis? Et quãdo ita noui testamenti indagatores sollertissimi vos dudum gloriamini, & palã dictitatis: Quid né aliud contendit Ioan. cùm dixit: *Et ascendit Iesus Hierosolymam: & inuenit in templo vendentes oues, & boues, & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo: oues quoq; & boues: & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit: Aufferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negociationis. Recordati sunt verò Discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.* Et quando Mathęus nobis reffert, quód Mesias noster ea inuicti animi fortitudine non contra AEgyptium, aut idolatras, sed contra omnes peccatores absq; vlla personarum acceptione est inuectus: qualem insinuant illa: *Væ autem vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines, &c.* Væ vobis Scribæ, & *Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham, & anetum, & cyminum: & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc opportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camellum autem deglutientes, &c.* Væ vobis Scribæ, & *Pharisæi hypocritæ quia similes estis sepulchris dealbatis, &c. serpentes, genimina viperarum:* Quomodo

Ioan. 2.
Math. 2.
Luca. 19.

Matt. 23.

modo fugietis à iudicio gehennæ. & illa. *Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum*
Lucæ. 13. *cælorum.* Lucæ. *Sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Quid nè aliud co-
Ioan. 4. natur Ioan. cùm nomine Christi testatur: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit*
Ioan. 5. *me.* & cap. 5. *Quia non quæro voluntatem meam, sed eius, qui mi-*
Ioan. 6. *sit me,* & iterū. *Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meā, sed voluntatem eius, qui misit me.* Equidem non fuit interfector AEgyptij Mesias noster: sed tamen inuictissimus extirpator extitit idolatriæ: & singularis deuastator ferè omnium vitiorum, quę tunc per vniuersam terram grassabantur. Et quod magnum est, id vnum diuinitus præstitit: *Vt per mortem suam destrueret eū, qui habebat mortis imperiū (id est, Diabolū) & liberaret eos, qui timore mortis per totā vitam obnoxij erat seruituti.*

2 Argu. diluitur. Quā verò subtili fundamēto secunda illorum ratio innitatur, intuentium Mesiam nostrum non balbutientem, sicut Moyses: sed maxima loquendi facilitate, & suauitate, & inaudito lepore condecoratum: quo sic animos demulcebat, interiusq; corda suauiter dirigebat, vt quo vellet, & quocunq; vellet pertraheret. Quis est, qui nō contempletur? Si se eam consideret, quòd sicut Moysi concessus fuit Aaron, qui Propheta, id est, interpres illius esset: ita naturæ humanæ Mesiæ nostri ratione suppositi diuini eam sustentatis singulariter, non solum hoc donum, sed varia donorum & gratiarū genera fuerūt communicata: vt Esai. prædixerat: *Et egredietur* Esai. 11.
virga de stirpe Iesse, & germen de radicibus eius fructificabit. Et requiescet super eam spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus: spiritus consilij, & fortitudinis: spiritus scientiæ, & timoris Domini. Insuper si cū vniuersa Theologorum schola animaduertat: cùm actiones sint suppositorum, & suppositum Mesię nostri esset verbum æternum, Patri consubstantiale, iuxta illud: *Filius meus es tu, ego hodie* Psal. 2.
genui te: ab illo illam dicendi facilitatem, sicut cætera opera eius proficisci: vt Paul. *Quoniā* 2. Cor. 5.
quidem Deus erat in Christo, mūdum reconcilians sibi. Si hæc ergo attentè præscrutamini vos Rabbini: Qua ratione fieri potest, vt ex hac parte similem Moysi Prophetā magnū nostrū extitisse negetis? Mihi credite, linguæ eius facilitas, venustasq; sermonis eius quo cūctos homines ad sui amorē, & ad obseruantiam legis Euangelicæ

pertrahebat: obstinata maiorũ vestrorum corda, & vestra similiter modò acriter arguit, obiurgat, & condẽnat. Et fortius condẽnabit instar Niniuitarũ, cũ surgent in iudiciũ cõtra vos: vt Christusmet dixit: *Si nõ venissem, & loqutus eis non fuissem peccatum non haberent. Nũc autem excusationem non habent de peccato suo, &c. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: peccatũ nõ haberent. Nũc autẽ & viderunt, & oderũt me, & Patrẽ meũ. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio me habuerunt gratis.* Ioan. 15.

Soluit. 3. argũ. Mesiam verò nostrum prophetiæ munere certisime functum esse, fieri nè potest, vt modò negare audeãt, qui in lectione sacræ Scripturæ, Euangeliorum præcipuè nostrorum adeò versatos esse se iactitant? Quorsum namque Ioan. in medium profferret illa verba Christi? *Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum; Et modò dico vobis, prius quam fiat: vt cùm factum fuerit, credatis, quia ego sum, &c. Amen Amẽ dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me.* Quorsum, cap. 16. quæ Christus prædixit, annuntiaret? *Hæc loqutus sum vobis, vt non scandalizemini, absq; synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo, &c. Sed hæc loqutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis, &c.* Ioan. 13. Ioann. 16.

Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, &c. Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solum relinquatis. Quorsum Matth. reffert illa verba? *Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte, scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam, &c. Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.* Lucas? *Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt & vbera, quæ non lactauerunt.* Marcus illa? *Venit hora: Ecce Filius hominis traditur in manus peccatorum.* Lucas? *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occidẽt eum, & die tertia resurget.* Quorsũ Matt. in medium adducit illa? *Et egresus de templo ibat: & accesserũt Discipuli eius: vt ostenderent ei ædifficationes* Matt. 26. Luc. 23. Marc. 14. Luca. 18. Matt. 24

cationes templi. Ipse autem respondens dixit illis: *Videtis hæc omnia: Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.* Quorsum deniq; Ioannes, & Matthęus nobis refferunt, Messiam, nostrum cogitationes cordium clarissimè intueri? Ioan. *Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare. Et dixit eis: De hoc queritis inter vos:* Lucas? *Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & alibi ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis,* Ioan. *Iesus ergo cùm cognouisset, quia venturi erant, vt raperent eum, & facerent eum* Regem: *fugit &c.* inferius, *sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes* & Ioan. *Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum.* Forsan nō eo omnia ista testimonia tendunt, vt euentus istorum vaticiniorum Euangelijs expressos iterum ac iterum palam intuentes, illis erudiamur, Messiā nostrum non qualemcunq. Propheta extitisse, sed quem verba illa Deuterono. præseferebant? Pręsertim cûm cordium penetratio soli Deo sit reserata, vt Psalmista cecinit Psal. *Scrutans corda, & renes Deus &* Hiere. Ego *Dominus scrutans cor, probans &c.* Qua verò ratione donū prophetiæ, quod in se obscuritatē in Propheta dicit: Messiæ nostro conuenire potuerit,

Iona. 16.
Luca. 11.
Ioan. 6.
Ioan. 13.
Deut. 18.
Psal. 7.
Hiere. 17.

estò certissimè Messias noster fuerit verus Deus, vt supra retulimus: facilè hi intelligere possunt, si animaduertant, Messiam non solum diuinitatem præseferre, verum etiam humanitatem. Nam si solùm Deus esset, & non homo: vt quid Esayas diceret? *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur Emanuel: id est, nobiscum* Deus. Qua ratione ex visceribus eius Virgo Maria naturam ei impartiretur? Ad quid Psalmista diceret? *Nunquid Sion dicet, homo natus est in ea, & fundauit eā altissimus?* & Psal. *Semel iuraui per sanctitatem meam, si Dauid mentiar: semen eius in sæculum erit, & tronus eius sicut Sol coram me.* & Esai. *Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis: & erit Principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius,* Deus *fortis, pater sæculi, Princeps pacis:* & cap. *Egredietur uirga de stirpe* Esai. *& germen de radicibus eius fructificabit & requiescet super eā &c. nec secundum visionem oculorum suorum iudicabit. &c.* Sed *iudicabit in iustitia. &c. & erit iustitia cingulum Lumborum eius.* & 42. *Ecce seruus meus,* idest secundū humanitatem, *innitur ei: electus meus, complacuit animæ meæ, dedi spiritum meum super eū.* Vt quid tandem cap. 50. & 53. cruciatus, improperia, mortem, & passionem

Esai. 7.
Psal. 66.
Psal. 79.
Esai. 9.
Esai. 11.
Esai. 42.
Esai. 50. 53.

ſionem Chriſti expectantium oculis, vt cunctos ad commiſerationem commoueret, ſubijceret? Cùm ergo iam habeamus in Meſsia noſtro duas naturas reperiri: certiſsimumq. ſit, ex ea parte qua Deus erat, nullatenus prophetiæ donũ illi tribui poſſe: cùm eius conſpectui cuncta clariſsimè ſine aliqua noua inſpiratione, aut reuelatione diuina, ſicut cęteris cõtigit ſint ſubiecta, ſecundũ illud. *Omnia ſunt nuda in cõſpectu eius.* Supereſt, vt intelligant illi Rabbini doctiſsimi, donum prophetiæ Chriſto conceſſum eſſe, prout homo erat. Nam eſtò ex hac parte anima eius ab inſtanti vnionis eius cum perſona diuina diuinam eſſentiam fuerit clariſsimè contemplata ſemper, abſq. vlla intermiſſione, cùm eſſet beata: & eò clarius quàm Moyſes, quò ad maiorem gloriam fuit ab æterno præordinata: nullatenuſq. pro vt fœliciſsimum ſtatum comprehenſoris obtinebat illa, poſſet iſto dono prophetiæ potiri. Sed tamen vt erat viator verus, certiſsimè communicatum ei fuit huiuſmodi donum, ſicut Moyſi. Nam quãuis illi repugnaret habere cognitionem obſcuram eorum, quę ventura erant: nunquamq. ex hac parte diminuta fuerit eius cognitio, nec beatitudo animæ illius, cùm fuerit beata ab initio ſuę creationis: & ſic ex parte cognitionis animæ Chriſti non fuerit quaſi procul exiſtẽs reſpectu illarũ rerũ, quas cognoſcębat in verbo. Tamen quia adhuc non erat in termino, & multa ſperabat futura, vt Reſurrectio corporis eius, Aſcenſio ad cælos vna ſimul cum corpore, adducendo ſecum antiquos illos Patres, qui detinebantur in limbo: hinc apertè conuinci debent ex iſta parte, & ex parte rerũ cognitarum, prout procul erant, Prophetam dici potuiſſe. Vel aliter illis reſpondere poſſumus, quòd licet communiter, vt contigit antiquiſsimis Prophetis, donum prophetiæ contineat aliquam obſcuritatem reſpectu earum rerũ, quę euentura ſunt, prout dicit prophetantẽ: ſed tamen non eſt ita de intrinſeca ratione, & eſſentiali obſcuritas prophetię. Aliàs namq. denegandum eſſet hoc donum Moyſi, cùm de eo dicatur, quòd vidit Deum facie ad faciem, ideſt, clariſsimè: quod nullatenus eſt dicendum, cùm dicat Scriptura, *Prophetam ſuſcitabo eis ſimilem tibi.* Ex quibus conſequens ſit, vt neceſſariò fateri cogantur, ſingulariſsimè Meſsiam noſtrum munere prophetiæ functum eſſe. Neq; inde eſt cur occaſionẽ ſibi nanciſcantur aſſirmandi, Beatos omnes huiuſmodi dono potiri modò. Nã præter-

Reſpõ. (margin, beside "reperiri: certiſsimumq.")

Hebre. 4. (margin, beside "intelligant illi Rabbini")

Replica (margin, beside "teri cogantur")

præterquã quòd Paulum contrarium affirmare videmus dicentem: *Charitas nunquam excidit, &c. Siue prophetiæ cessabunt &c.* 1. Cor. 13.
Est certissimum similiter statui illorũ omnia fere quæ euentura sunt, siue quę sunt, siue quæ fuerunt, esse præsentia: prophetiam autem in rigore esse eorũ, quę procul sunt à communi hominum cognitione, cum quibus Propheta cõuersatur. Vnde cũ in patria nequaquã cum hominibus mortalibus vitam traducant Beati: hinc est eos nullatenus hoc excellenti prophetiæ dono frui. Quæ omnia quàm è contrario euenerint Messię nostro, qui non solum comprehensor, sed viator extitit: nullus est, qui non intueatur. Nam quãq. vt sic, clarissime cuncta quæ euentura erant, intueretur: sed quia procul erãt illa ab illis hominibus, cum quibus vitam traducebat: inde est, vt respectu horum Propheta meritò appellandus esset. Et nõ quicunq. ita vt ab eo essent maximè remota, quę euentura erãt propter imperfectionem cognoscentis, sicut contigit Ahię Seloniti: qui esto cæcus esset, cognouit vxorem Ieroboam, do- 3. Reg. 14
mũ suã ingredientẽ: vt Regum. Aut non assequtus fuerit intelligentiam eorũ, quæ in visione vidit, sicut contigit Pharaoni, Gene. 41.
& Balthasar, qui quamuis viderunt illas spicas, & manum scribentis: non tamen ad intima illarum visionum penetrarunt. Daniel 5.
Aut eorum, quæ loqutus fuerit, vt euenit Chaiphæ, cũ dixit, Ioã. *Quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* non intelligẽdo motionem Spiritus Sancti. Vel ignorantiam habuerit eorum, quæ fecit impulsu Spiritus Sancti: Ioan. 11.
vt euenit Iepte, quãdo irruit in eum Spiritus Domini ad debellandũ contra Ammonithas, esto non fuerit reuelata ei victoria. Iudicũ. 11
Sed adeo singularis & admirabilis Messias noster Propheta extiterit. vt non per visionem aliquam exteriorẽ alicuius rei sensibilis assequtus fuerit visionis intelligẽtiam, vt Hieremias, qui per ollam incensam, & facies eius a facie aquilonis, pręuidit exercitum Babilonis Regis venturum ad comburendam ciuitatem Hierusalem. Neq. aliquãdo per vocem aliquam tantùm instructus fuerit de aliquo super naturali, vt Samuel, audiens vocem Domini loquentis. Aut videndo alicuius effigiem eruditus fuerit de his, quę Dominus comminabatur, vt contigit Eliæ. Aut per aliquam effigiem simul apparentem, vnà simul vocem exprimentem: siue fuerit effigies illa alicuius viri sancti, sicut Machabeo. Onias apparuit Iudæ: siue Angeli, Hierem. 1 1. Sam. 3. 2. Mac. 15

vt

vt ferè sunt omnes reuelationes veteris testamenti: aut represen tantem Deum, vt Esai. dicitur. *Vidi Dominum sedentem &c.* Neq. tandem fuerit Propheta ex eo, quod per diuinam reuelationem sine apparitione alicuius figuræ, vel signi sensibilis fuerit eruditus de occultis per diuinam reuelationem, sicut contigit Dauid. Sed qui instar Moysis, vidit Deum facie ad faciem, licèt eò clarius, quo illo beatior extitit, & est: & tanquam ille qui est caput beatorum, & plusquam à nobis, & ferè ab omnibus Beatis dici potest: & etiam in essentia diuina clarissimè tanquam ille cuius anima hiposthaticè verbo diuino coniuncta erat, cuncta quæ fuerunt sunt, & euētura erant, & vniuersas cogitationes cunctorum mortalium, quæ præcesserunt, sunt, & futuræ erant, simul penetrabat. Neq. mirum profectò si hanc excelsam & in auditam prophetiæ celsitudinem assequtum fuisse Mesiam nostrum palàm testemur. Cum ei vni iuditium vniuersale cunctarum gentium, & nationum tanquam Regi supremo à Patre æterno commissum esse ab æterno intueamur, Psal. *Deus iudicia tua Regi da: & iustitiam tuam filio Regis. Iudicabit populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. &c. iudicabit* Psal. 72. *pauperes populi seruabit filios pauperis, & confringet calumniatorē.* Esai. *Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in rectitudine pro mansuetis terræ, &c. & spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Esai. 11. & Ioan. *Neq. enim Pater iudicat quempiam, sed omne iudicium dedit* Filio *&c. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est.* & Acto. *Quia ipse est, qui constitutus est à* Deo *iudex viuorum, & mortuorum,* & Apocalipsi. *Et vidi cælum apertum: & ecce equs albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, verax: & cum iustitia iudicat, & pugnat. Occuli autem eius sicut flamma ignis. &c. & vocabatur nomē eius verbum* Dei. Ioan. 5. Acto. 10. Apoca. 19

CAP. VIII.

Ostenditur Messiam nostrum instar Moysis legislatorem extitisse.

EX his omnibus (ni fallor) iam cunctis maximè innotescere sentio, quàm iustè Mesiæ nostro excellentissimum donum prophetiæ tribuere cogamur: & quàm apertè illi vni accomodari possint illa verba: *Et ponam verba mea in ore eius: & loquetur ad eos omnia, quæ præcepero ei.* Quandoquidem præter illa testimonia superius à nobis adducta, quibus ostendimus Mesiam nostrum

strum non solum Deum; sed
verum hominem fuisse: & ex
illa parte non solùm Prophetã
extitisse, verùm Deo maximè
Esai. 42. inferiorem fuisse fatemur, vt
clarè ipse Esaias testatus fuit, di
Esai. 49. cens. *Ecce seruus meus innitar ei,*
electus meus, &c. & iterũ. Et nunc
dixit D*ominus formans me ex vte*
ro seruum sibi vt reducam Iacob
ad eum, & Israel non congregabit
se: & gloriosus ero in oculis Do-
mini, & Deus meus fuit fortitudo
mea. Et dixit: Leue est, vt sis mihi
seruus ad suscitandum tribus Ia-
cob: & dessolatus Israel ad conuer
Esai. 52. *tẽdũ, &c. Esai. Ecce prudẽter aget*
seruus meus, exaltabitur, & eleua-
Zacha. 3. *bitur, & sublimis erit valde.* Za-
cha. *Ecce enim adduco seruũ meũ*
germen. Et nunc etiã eandẽ ex-
cellentiam ipsum met Messiam
prædicasse sæpè reperiemus, vt
illa verba demonstrant clarè,
Luca. 10. Lucæ. *Confiteor tibi Domine*
Luca. 22. *Pater cæli & terræ, &c.* & Luce
Pater si vis transfer calicem illum
Luca. 23. *à me,* & 23 *Pater dimitte illis: nã*
enim sciunt, quid faciunt, &c. Pa-
Ioan. 10. *ter in manus tuas commendo spiri*
Ioan. 17. *tum meum.* Ioan. *Pater meus qui*
dedit mihi, maior omnibus est: &
17. *Pater, venit hora, clarifica fi-*
lium tuum &c. Manifestaui nomẽ
tuum hominibus, quos dedisti mihi
de mundo. Tui erant, & mihi eos
dedisti &c. Nũc cognouerunt, quia
omnia quæ dedisti mihi, abste sunt.
Et verba quæ dedisti mihi, dedi eis.

Superest iam clarè à nobis in-
struantur, qui nullatenus ad-
huc intelligere valuerunt: Quo
modo nos tueri possimus legẽ
quam Messias noster cunctis
gentibus, & nationibus obser-
uandam tradidit, ita aliam esse
ab illa, quam Moses populo Is-
raelitico promulgauit, vt me-
ritò legis nostræ excellentia sine
vllo nostrorum crimine po-
tiri iam valeat. Et facillimè
hi instruentur, si aures attentas
ad ea quæ illos docebimus:
vel saltim corda prompta, &
præparata ad recipiendam do-
ctrinam veram & solidam no-
bis tradiderint. Nam quamuis
certissimum sit, legem scriptam
quam Moyses populo tantùm
Israelitio ex reuelatione diui-
na dedit, eandem esse, quam pri
mis nostris parentibus, & cæte-
ris gentibus & nationibus in
statu legis naturæ existentibus,
absq. vlla personarum acceptio *Psal. 4.*
ne, interiu impressit: vt Dauid
innuare visus fuit. Psal. *Signa-*
tum est super nos lumen vultus tui
& Paulus dicens: *Gentes quæ le-*
gem non habent: de l, scriptam;
ea quæ legis sunt, faciunt: id est, *Roma. 2.*
quæ consona sunt rationi. Et
hinc est vt lumine naturali mul
ti Philosophi eam absq. prædi-
catore, aut Propheta compa-
rauerint: Quod tibi non vis, al-
teri ne facias. Deumq. esse au-
thorem cũctarum rerum, à quo

omnia

omnia oriuntur, procedunt, & in eo conſeruantur. Ex quibus primis principijs eas concluſiones deducere fuerunt conati, quæ ſub præceptis primæ & ſecundæ tabulæ, ideſt, quæ expectant ad Deum, & ad proximos nunc clariſsime continentur. Datamq. fuiſſe in tabulis lapideis à Moſe poſtea populo tantûm Iſraelitico: ex eo quôd gentes & nationes oblitæ naturæ, & conditionis ſuæ, id eſt, quòd erant rationales: ſuis paſſionibus ita ſeſe conſecrarunt, vt illis verbis colligitur. Gene. *Et vidit Dominus, quòd multa eſſet malitia hominum in terra: & quòd omnis imaginatio cogitationum cordis eorum tantummodo eſſet malum omni die. Et pœnituit Dominum, quod feciſſet homines in terra: & doluit in corde ſuo. Et dixit Dominus:* Delebo *hominem, quos creaui à ſuperficie terræ.* Et ego: *Ecce ego adduco diluuiū aquarum ſuper terram, vt diſperdam omnem carnem, in qua eſt ſpiritus vitæ ſub cælo: omne quod eſt in terra, morietur.* Tamen tanta eſt diſtantia inter eam, & legem nouā, quam Meſsias dedit: quã tã nomine legis nouę licet nobis cõiectari. Ita vt poſsimus dicere inſtar Pau. *Et quid ergo ãpli us Iudæo eſt, aut quæ vtilitas* Circũ*ciſionis? multum per omnem modum:* Quæ ergo eſt differentia, aut quod diſcrimen inter illam legem Moyſis & inter nouam meſsiæ noſtri? multum quidem per omnem modum. Nam præterquam quòd illa ſolùm prohibebat actus exteriores, noſtra verò omnes actus exteriores, & interiores, vt ex illis Matth. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis:* Non *occides.* Qui *autẽ occiderit, reus erit iudicio.* Ego *autem dico vobis:* Quia *omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio &c. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis.* Non *mœchaberis.* Ego *autem dico vobis:* Quia *omnis qui viderit mulierm ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo: &c.* Illa ſolùm erat timoris, iſta verò amoris: illa ſeruitutis, iſta libertatis: illa dãnationis, iſta iuſtificationis. Certiſsimũ quidẽ eſt, quôd iſta eſt tãtæ perfectionis, quanta ad compeſcendum generis humani indomitas paſſiones, ad exuendum veterem hominem cum ſuis actibus, ad ſuſcitandum hominem iam mortuum in peccatis ad gratiam, efficiendo illum participem meritorum Paſsionis Chriſti, & cohæredem bonorum illorum cæleſtium, quos liberali manu electis ſuis in cæleſti illa patria ex tunc in perpetuum eſt largiturus, vt iam filij Dei nominentur, & ſint: vnaque ſimul cum Rege Chriſto ſuo

Gene. 6.

Paul. Rom. 3.

Matth. 5.

ſuo in perpetuas æternitates regnent, prius glorioſos tryũphos de Dæmone, & cunctis exercitibus eius agentes: erat ſummè neceſſariam & conueniens. Quæ omnia ſatis innuere videntur illa Matth. *Dico autem vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabis in Regnum cælorum*: & illa ſaluberrima conſilia, quæ ad comparandam ſummam perfectionis excellentiam, & ſupremos gloriæ gradus in illa adhibentur. Quæ tanto præſtantiora ſunt cunctis pręceptis legalibus, & cęremonijs, & vniuerſis illis fere ſexcentis pręceptis veteris legis; quo magis bona ſpiritualia ęterna quę obſeruantibus illam a Chriſto promituntur, excedunt illa bona terrena & caduca quæ ob obſeruationẽ antiquæ legis illi populo concedebantur. Et quando hęc omnia breuiſsimè complexus fuit noſter Paul. dicens: *Nihil ad perfectum adduxit lex: introductio uerò melioris ſpei, per quam approximamus ad Deum. Quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo*: & Hebręo. *umbram enim habens lex futurorum bonorum*: & ferè immenſam diſtantiam quæ inter ipſas leges reperitur, multis in locis ipſe manifeſtauit: ſed pręcipuè Epheſ. cum dixit. *Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos: & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati &c. Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos, in Chriſto Ieſu &c. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum &c. Legem mandatorum decretis euacuans*: id eſt, antiquam, quam plurimis decretis abundantem, breuiſsimis præceptis legis nouę euacuans: *vt duos condat in ſemetipſo in vno nouo homine: faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, &c.* Quæ maximè cohęrere, videtur cum verbis Hiere. *Ecce dies venient, dixit Dominus: & feriam cum domo Iſrael, & cum domo Iehuda fœdus nouum. Non ſecundum fœdus quod pepegi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: quia ipſi irritum fecerunt pactum meum, & dominatus ſum eis, dixit Dominus. Sed hoc erit fœdus, quod feriam cum filijs Iſrael poſt dies ipſos, dixit Dominus. Dabo legem meam in medio eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi*

Matth. 5.
Rom. 3.
Hebre. 10.
Epheſ. 2.
Hiere. 31.

ipſi erunt mihi in populum, &c. Omnes cognoſcent me à minimo eorum vſq. ad maximum eorum. Reliquum eſt vt velamen quod tādiu in cordibus & in oculis interioribus intellectus & animatum eorum nonnulli ex veſtris adhuc habent, exiſtimantes illa verba Propheticę. *Et erit: Vir qui nō obedierit verbis meis, ego requiram ab eo:* huc vſq. nullatenus neq. in tēporibus Meſſię noſtri, neq. in omnibus illis annis qui ex illo tempore vſq. ad noſtram ætatem præterierunt, adimpleta eſſe: longe auferamus. Vt deinceps denſiſsimas ignorantiæ eorum tenebras quibus fuerunt, & ſunt vndiq. miſere circundati, nos procul amandantes: ipſis verò ſingulariter iam nitidiſsimo huius loci ſplendore huc & illuc micāti illuſtratis, facilius ſit intueri hæc omnia iam dudum in integrum eſſe ad impleta. Si ad miſerandā calamitatē, Hieruſalē tot ruinis ampliſsimarum domorum abundantem, tot varijs necis generibus repletam, tot tantiſq. crudelitatibus inauditis refertam, tantaq. ſanguinis iuuenum, ſenum, virginum, matronarum, & aliarum mulierum inundatione, tantis deniq. & horrendis calamitatibus vndiq. affluentem, & circundatam: quæ iuſto iudicio Dei, vaſtata fuit abimis fundementis, ob cōtemptum quo maiores veſtri Meſsiam noſtrū, & legem eius fuerunt proſequuti, crudeliſsimo & ignominioſo mortis genere illum temerè, audacter & ſacrilegè tradendo: oculos ſuos aliquantisper ipſi conuertere nōn renuerint. In qua vna triſti & funeſta ruina in teſtimonium horum verborum: *Et erit: Qui non obedierit &c.* et illorum, quę iam tanquam præſentia cōtēplatus Dauid dixit: *Deus venerūt gētes in hæreditatē tuā, polluerunt templum ſanctitatis tuæ, poſuerunt Hieruſalem in aceruos. Dederunt cadauera ſeruorum tuorum eſcam volatilibus cæli, carnem ſanctorum tuorū beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitibus Hieruſalem, & non erat qui ſepelliret.* Pſal. 78. & in confirmationem eorum, quę præuidens Chriſtus dixit: Lucę. *Venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Luca 21. Reperient tot miſerandas ſtrages editas, tot ædificiorum euerſiones, tot templi dilapidationes, tot corpora mortuorum huc & illuc iacentia, & deniq. tot ex maioribus eorum in ſeruitutem miſerandam dirè redactos eſſe ab illis Romanis, quibus Deus tanquam miniſtris furoris & indignationis ſuę ad vlciſcendas iniurias illi illatas, ad confirmanda ea quæ antiquitus hoc teſtimonio,

Obiect.

Et

Et erit vir &c. prędixerat, fuit vſus: quôt modo valent iam cũ ctos omnes ad ingentem lachrymarum impetum, lamentabiles ſingultus, ad triſtes eiulatus & miſeranda ſuſpiria noctu diuq. edenda vehementer ſuis momẽtis commouere, & concitare. Quæ ne fictitia, aut tanquam fabuloſa â me dicta ab illis iudicẽtur: conſulãt hi, quæſo, maiores ſuos, Ioſephum de bello Iudaico, & ex Gentilibus cunctos ſcriptores illius temporis. Quorum monumentis, tot, tanta & atrocia, & dictu horrenda in illa vltima Hieruſalem vaſtatione miſeranda geſta fuiſſe reffe-runtur: vt cũcta animantia, imo & res inſenſibiles ad ingentem commiſerationem adhuc ipſis lectis iam vehementer concitari ſentiam. Et quid nẽ aliud teſtatur ingens illa templi euerſio? quæ tanta fuit: vt ex eo tempore huc vſq. illud caput extollere non valuerit. Quid illa tantorum bonorũ compilatio? quid illa demq. ferè omnium familiarum populi Iſraelitici deuaſtatio? Teſtantur ne Deum veracẽ in ſuis promiſsionibus, an fallacem in teſtimonio potiſsime à nobis allato: *Et erit: Vir qui nõ obedierit verbis meis. que loquetur in nomine meo, ego requiram ab eo: extitiſſe?* Certe ad exiſtimãdũ adducor tãtam eſſe ruinam, quæ illis ex tunc iniuncta eſt in teſtimonium huius veritatis: vt quamuis homines tacuiſſent, lapides tamen ipſi hanc eandem veritatem tanquam teſte fideliſsimi palam prędicarent.

Confirmatur vera expoſitio huius teſtimonij.

Neq. tantùm hanc comminationem & inuictam manũ Dei ad inferendum illis iſta atrociſſima & inaudita ſupplicia experti fuerunt illi, qui temporibus Chriſti eius præceptis, & Euangelio rebelles fuerunt: ſi annalium monumenta aliquantulum euoluere cõtenderimus. Sed etiam illi, qui contradicentes miniſtris Chriſti eandem legem alijs gentibus & nationibus prædicantibus, grauiſsimis tormẽtorum generibus eos afficere ſummoperè tentarunt. Quandoquidem reperiemus tantas contra illos Deum concitaſſe tẽpeſtates, ſic iniurias diſcipulis ſuis, & ſucceſſoribus eorum ab infidelibus illatas ſeuerè vltum eſſe: vt ferè nullus fuerit huc vſq. qui iram & omnipotentiam Dei ſubterfugere potuerit: quo minus pænas tanto ſcęleri debitas non perſoluerit adhuc in iſta vita. Et quia horũ ſuppliciorum pleni vndiq. ſunt libri, & hiſtoriæ cũctæ Gẽtilitatis abundantiſsimè ſunt referta: impetum noſtre diſputationis cohibentes, eò referamus, eſt neceſſe: vt cunctis oſtẽdamus hanc eandem promiſsio-

Obiectio. nem, imo comminationem ex tunc huc vsq. per vniuersas mũdi partes, regiones, & prouincias remotissimas semper in integrum Deum adimpleuisse. Nam quamuis certiores reddamur, his omnibus temporis interuallis præteritis, absq. vlla tẽporis intermissione, nunquam defecisse quàm plurimos, qui legi Christi & præceptis eius in omnibus se opponere viriliter non recusarunt: vt sunt Sarraceni, Maurithani, Indi, & aliæ quam plurimæ nationes, quæ maiorem partem totius mundi occupantes, innumeras strages in Ecclesiam nostram & eius ministros exercuerunt: ita inuicti huc vsq. permanentes, vt non solùm ditiores Imperio, & Regnorum latitudine multo maiores prænostris semper extiterint: verùm maioribus honoribus, titulis, & beneficiorũ generibus à Deo condecoratos esse intueamur: vt annalium monumenta testantur. Et insinuare visus fuit Dauid, dicens: Psalm. *Vt quid Domine manes in longinquo, abscondiis te opportuno tẽpore in ipsa angustia? Propter superbiam impij persecutionẽ sustinebit pauper, &c. Impius propter superbiam quam faciepræ sefert, non quæret Deum, nec erit Deus in omnibus cogitationibus eius: Prosperabuntur viæ eius omni tempore, &c.* & alibi. *Vsq. quo exaltabitur inimicus meus super me?* & Hierem. *Iustus es Domine, si contendam tecum &c. Quare via impiorum prosperata est, pacem habuerunt omnes præuaricantes præuaricationem? Plãtasti eos, etiam radicati sunt, profecerunt, etiam fecerunt fructum; prope fuisti ori eorum, & longe à renibus eorum.* Sed equidem libenter fateri possumus, adhuc in illis non minus verius, quàm in excidio illo Hierusalem esto his omnibus rebus potiantur, & potiti fuerint abundantissime: Deum in pænam inobedientiæ Euangelio Christi, & in confirmationem huius comminationis, vltum semper fuisse, & vlcisci in dies. Cùm non solùm sit certum, nunquam tantam pacem interius intra se hos diuites, potentes, filios inquam huius sæculi habuisse: quominus intus conscientias eorum acriter torqueri, vexari, & affligi continuò, non palam acclament; nunquamq; fructum istarum rerum eos percepisse, qui suauis conspectu Dei esset. Nũquamq. tot, tantisq. diuitijs, & honoribus & Regnis condecoratos fuisse: quominus iam de illis potissimè dicere nõ possimus: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid vtilitatis est homini de vniuerso labore suo, quo laborat sub Sole:* cũ illis nunquam

Psal. 9.
Psal. 13.
Hiere. 12.
Eccles. 1.

quàm satiatus fuerit oculus eorum videndo, neq. voluntas eorum fruendo? Coaceruauerunt sibi aurum, & argentum, dilatauerunt sua imperia, & Regna, cunctas delicias sibi parauerũt, magnificati fuerunt præ omnibus Regibus Christianis, cõsequti fuerunt omnia, quæ postulauerunt oculi eorum, nec prohibuerunt corda eorum ab omni lætitia. Sed nunquid cũ ipso Ecclesiastes acclamare nõ possumus? *Et ecce vniuersa sunt vanitas, & cogitatio spiritus*: præsertim cùm Dauid testetur Psalm. *Ne timueris, cùm ditatus fuerit vir: cùm creuerit gloria domus eius. Quoniam non cùm mortuus fuerit, accipiet omnia: neq. descendet post eum gloria eius.* Insuper similiter instruamur, nunquam ita Deum prope fuisse ori eorum, aut propitium, & liberalem cum eis: quominus non multum longè fuerit ab amicitia illorum. Quandoquidem in pœnam obstinationis, & perfidiæ eorum, & in obedientię quam euangelicæ doctrinæ & legi Christi ostenderunt, semper illi contradicentes: videmus consulto permisisse Deum, vt eisdem caliginibus instar eorũ qui in inferno constituti sunt, diu & perpetuò immorentur, & mors continua depascat eos. Vt illis quasi per scalarum gradus, suis momentis ad illas inferni tetras et æternas tenebras deducantur, cunctis bonis cælestibus & visione beatifica orbati: quibus miserè vitam suam cum ipsis Dęmonibus, tot tormentorũ generibus vndiq. circundati, traducant perpetuò, in illa terra tenebrarum & vmbræ mortis, terra inquam obscuritatis, sicut caligo mortis: in qua non sunt ordines, & tenebręscit sicut caligo.

Psal. 49.

CAP. VIIII.

Nulla tenus testimonium istud Deutero alteri præter Messiam nostrum applicari posse.

MAxima fœlicitate (vt arbitror) cunctis expectãtibus, instar Iossue validissimis rationibus, ex ipsa Scriptura petitis, expulimus à finibus nostris Perizeum, Iebuseum, Hetheum, & Hebęum, insidias dico Dęmoniacas, nouissime istorum nuper Iudaizantium, quæ eo magis illis antiquissimorum Rabbinorum sunt periculosiores, quo maiorem malitiam, exitiale virus nequitiæ, prauitatem intellectus, corda peruersa eorum pręseferebant, vt experti sumus. Solũ ergo superest, vt vltimã manũ huic disputationi imponẽtes, cęteris ostendamus

Q 2 solidam

ſolidam & veram intelligentiam huius teſtimonij: *Prophetam ſuſcitabo eis*: nullatenus ab aliquo percipi poſſe: niſi hæc omnia Meſsiæ noſtro, vt concors Apoſtolorum, & Diſcipulorum Chriſti, cunctaq. Patrum antiquornm ſententia palam acclamat: tantum tribuenda eſſe nobiſcum ſtatuat. Et quamuis hoc ita verum ſit, vt dubitandi iam nullus concedatur alicui locus, vt doctê palamq. demonſtrauit In *Midras cohelet*, id eſt, in expoſitione libri Eccleſiaſtici, ſuper illud primum caput eiuſdē. *Quid eſt, quod fuit*, dicitur, vt Galat. reffert, Rabbi Berachia, dicens nomine Rabbi Iſach: *Quemadmodum Moſes fuit Redemptor primus: ita erit Redemptor vltimus* Meſsias. *Qualis autem fuerit* Redemptor *primus*, Exod. *dicitur*: *Et tulit* Moſes *vxorem ſuam, & filios ſuos: & equitare fecit eos ſuper aſinum. Sic facturus eſt, vt Repemptor vltimus, ſicut dicitur* Zachariꝫ. *Pauper, & equitans ſuper aſinum, & ſuper pullum & filium aſinarum. Et quemadmodum primus deſcendere fecit manna* Exod. *Ecce ego pluam vobis panem de cælo: ita Redemptor vltimus faciet, ſicut dictū eſt* in Pſal. *Erit placenta frumenti in terra. Et ſicut* Redemptor *primus fecit aſcendere fontem. ita* Redemptor *vltimus, qui eſt* Meſsias, *aſcendere faciet aquas, ſicut dictum eſt*. Ioelis. *Et fons de domo* Dei *exibit, & rigabit torrentem, vel vallem ſiue plantiem* Sethim. Tamen vt deinceps in hac veritate cuncti perfidi, & obſtinati Rabbini clarius certiuſq. erudiantur: non alienum à ratione erit, vt breuiſsimè cūcta quæ Moyſes, & Meſsias noſter ſigillatim pręſtiterunt, à nobis conferantur. Vt non ſolûm aures eorum, quæ in audiendis tot deliramentis ſuperius adductis nimis defeſſę ſunt, aliquantulum concinnitate mira iſtorum omnium delinitę, denuò recreari incipiant: ſed etiam cunctorum mentes in altiſsima eorum contemplatione tanquā ſuſpenſæ firmiter figantur. Et ad hoc præſtandum equidem compellentur, ſi conſiderent, eum concentum ex vtriuſq. inclytis, & memorabilibus facinoribus editis ellici: vt iam & ſi non eadem, at ſaltim nullatenus inter ſe contrariari vniuerſis iā videantur.

Gala. l. 8. cap. 7.
Exod. 4.
Zachar. 9.
Exod. 16
Pſal. 72.
Ioel. 3 lii.

Et ſine reprehenſionis nota hęc omnia à nobis dici poſſunt: præcipuè ſi aliquanti per ad ea, quæ Moſech à principio ſuæ vitæ vſq. in finem edidit, mentem noſtram reuocemus. Quandoquidem adinuenemus, adeo cum illis quæ à Meſsia noſtro edita fuerūt, aſſimilari, vt iā clarā expreſsā, & ſi nō viuā imaginā earum omnium rerum præſe-

Conferūtur interſequę à Moyſe & Meſſia geſta fuerant.

præseferre palam iudicemus. Et quid ne aliud ostendere iam videtur, quando ob timorem ingentem quo erat Pharao, præcauens in futurum, ne ex Hebræis aliquis suscitaretur, qui populum Israeliticum à dura illa & miserabili seruitute, qua tandiu ab AEgyptijs opprimebatur, redimeret: Exod. ipsum
Exod. 1. caute præcepisse legimus obstetricibus: *Cum obstetricaueritis Hebræas, & videritis super sellas: si filius est, interficite eum. &c, omnem filium qui nascetur, in*
Exod. 2. *flumen proijcietis.* Ex quo factũ esse conspicimus, vt Mosech, in fluuium proiectus, industria filiæ Regis Pharaonis inde mirabiliter eductus, & educatus breuissimoq. temporis decursu transacto, cùm ipse egrederetur ad fratres suos, conspiciens onera eorũ, AEgyptiumq. percutientem virum Hebręum ex fratribus suis: ipsum interfecerit. Postea vero in terrã Moab, nè à Rege qui conscius erat illius homicidij, interficeretur receserit. Nunquid omnia ista non nê adumbrarunt ingentem illum timorem, & turbationem quavndiq. intus & exterius afficiendus erat Rex Herodes, postquam audiuisset proclamãtes Reges Magos, ingredien-
Math. 2. tes Hierusalem? *Vbi est, qui natus est, Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriẽte: & venimus adorare eum.* Aut quando ipsemet pręcauens in futurũ, nè ab isto Rege Imperium illud Hierusalem, quod tyrãnidè occupare cęperant Romani, auferetur: interficere fecit omnes pueros, qui erãt in Bethlẽ, & in omnibus finibus eius, ab imatu & infra. Et vnà simul cęlestem nostrum Redemptorem, diuino consilio & decreto personam Diuinarum, mittẽdum esse in profundum & vastum huius mũdi mare, tantis fluctibus procellosis laborum vndiq. expositum? Vt illla Ioan. Iuan. 1.
Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis. &c. Sanctissimisq. visceribus Virginis Mariæ, filiæ inquam Regis Magni excipiendum, eiusq. lacte & industria postquam ab ipsa in lucem editus esset, educandum fore: vt præseferunt illa Lucę. *Ec cencilla Domini: fiat mi-* Luca. 1.
hi secundum verbum tuum. & Lucæ: *Completi sunt dies pariendi,* Luca. 2.
& peperit, filium primogenitum. Nunquid ostendunt ne aliud præter ea quę Messias noster in lucem emissus prestitit? Quãdo contemplatus secum intestina, & sanguinaria bella, quibus iã diu per tot annorũ curricula populus Iudaicus, & Gentilicus inter se ardebant, non pugione, aut validissimis quibusdã armis, sed copiosissimis lachrymis & singultibus in præsepio int r du o

duo animantia cõstitutus, sic cõ posuit ea, ex tũc grauiter percutiendo eũ, qui tãtorũ bellorũ erat incẽtor (Dęmonẽ dico) vt
Esai. 7. Esaias præd xerat: *Verũ ante quã sciat puer reprobare malũ, & eligere bonũ: derelinquetur terra*
Esai. 8. *quã tu detestaris, à facie duorũ Regum suorum*. & cap. 8. *Et accessi ad Prophetissam, quæ concepit, & peperit filium: & dixit Dominus ad me. Voca nomen eius, festinando spoliũ accelerauit prædam. Quia antequam sciat puer vocare, pater mi, & mater mea: tollet opes Damesech, & spolia Someron corã Rege Asur*. Sicq. mirabiliter inflammata Gentiliũ pectora ad necẽ Iudæorum semper inhiantia extinxit: ad pacemq. deinceps inter eos ineundam sic ardenter ipsos commouit: vt Reges Magos qui totius Gentilitatis primitiæ erant, cũ muneribus onustos in signum huius nouissimę amicitię iã initę, non coactos, sed spontaneos ad adorandum Messiam nostrum tanquam cunctarum gentium, & nationum supremum Regem, & dignissimum dominum pa-
Matth. 2. lam aduentasse proclamet Scriptura, Matth. hisq. peractis nè ab Herode interficeretur, ipsum cum parentibus suis in AEgyptum secessisse clam. Quid ne aliud demonstrant
Exod. 3. illa Exod. *Et conspectus est Angelus Domini ei in flamma ignis de medio rubi. Et vidit, & ecce rubus ardebat in igne, & rubus non consumebantur, &c. Et dixit: Ne appropinques huc solue calciamenta tua è pedibus tuis: Quia locus super quo tu stas, terra sanctitatis est &c. Et nunc veni, mittam te ad Pharaonẽ: & educes populũ meũ filios Israel ex Aegypto. &c. quia ero tecũ*. Tantũq. & tam admirabilem virtutem Deum Moysi ad edenda portenta concessisse: qualem ex illis verbis in eodem cap. inferius adhibitis nobis colligere licet. *Et mittam manum meam, & percutiam AEgyptum cum omnibus mirabilibus meis, quæ faciam in medio eius: & postea dimittet vos*. & ex illis Exod, *Et multiplicabo, signa mea, & porten-* Exod. 7.
ta mea in terra Aegypti: & educam exercitus meos, populum meũ, filios Israel è terra AEgypti iudicis magniis. Et scient AEgyptij, quòd ego sum Dominus, cùm extendero manum meam super AEgyptum, & eduxero filios Israel è medio eorum. Forsan non demõstrarunt animam Christi ab initio suę creationis non Angelũ Domini, sed essentiam Diuinã vnà cũ beatissima illa Trinitate diuinarũ personarum sua visione clarissimè conspecturam: ita vt & si in illa pœnæ acerbissimæ omnium peccatorum, quas ipsa vnà cũ persona Christi passura erat in decursu suę vitę, vt Psalmista innuit dicẽs: *Dolor meus*

meus in conspectu meo semper: omnesque creaturæ quæ Passionis suæ fructu priuãdæ erãt, & per consequens damnandæ, ante oculos eius obuersarentur: nunquam tamen illam perturbatione aliqua, aut tristitia secundum rationem superiorem afficiendam fore, vt sua beatitudine orbaretur? Et ad hoc admirabile Incarnationis mysterium instar Moysis, qui soluit calciamenta è pedibus suis: eam naturam humanam ab omnibus passionum imperfectionibus liberam Messiam nostrum assumpturum fore: vt libere nobis dicere iam liceat, nouum hominem induisse, secundum illud: *Quod enim ex te nascetur sanctum.* Vnicaq; admirabili vnione naturam humanam cum persona verbi copulandam fore *hippostatice* ad edenda tot innumera, admiranda & portentosa miracula: quę omnia satis præseferre visus fuit Dauid illis verbis: *Filij viri, vsque quo honor meus ad ignominiam? Diligetis vanitatem, inquiretis mendacium semper? Et scitote, quia mirificauit Dominus sanctum suum.* & illa Psal. *Inueni Dauid seruum meum, oleo sanctitatis meæ vnxi eum. Cum quo manus mea firma erit, & brachium meum roborauit eum. Non exiget inimicus ab eo, & filius iniquitatis non affliget eum.*

Luc. 1.

Psal. 4.

Psal. 89.

Et concidam à facie eius hostes eius: & odio habentes eum percutiam. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me: Pater meus es, & Deus meus, & fortitudo salutis meæ. Quorsum enim à Deo solicita maxime stetisset sacra Scriptura in refferendo nobis, Moysen aquas in sanguinem conuertisse? indomitas maris, ellationes celleres ventorum agitationes compressisse? Hinc aquis securum iter Israeliticis præbuisse: & illis eisdem AEgyptijs miserandum exitium importasse? Illinc turbines, & eas tempestates pertimescendas concitare semper, vt voluit: tanquam si vniuersalis huius machinæ conditor esset, cũ potuisse: & alia innumera portenta edidisse, quæ AEgyptijs admirationem, cunctis alijs nationibus terrorem in gentem adferrent? Nisi vt illis omnibus nunc cuncti instrueremur, ex tunc tanquam digito intento omnia illa fælicitatem summam temporis aduentus primi Messiæ nostri demonstrare. Quæ tanta fuit, vt consequta fuerit non quemcunque Ducẽ, Prophetã, & legislatorem: sed Messiã nostrũ. Cui vni non tanquã ministro Dei,

vt Moysi contigit, sed tanquã
vero omnium rerum opifi-
ci, & conditori nõ solùm aquæ
elementum, aut inuicta vento-
rum vis ad breue tempus, sic
vnicè paruerunt: vt illa præsefe
Matth. 8. runt. *Qualis est hic: quia mare & venti obediunt ei?* Verum ita cũ-
ctarum rerum naturæ illi subdi-
tæ fuerunt: vt illis semper ad
Luca. 10. quoscunq. vsus vti valuerit, vt
Matth. 18 illa verba: *Omnia tradita sũt mihi*
à Patre meo, Lucæ. et illa Mat-
Luca. 3. thęi. *Data est mihi potestas in cœ-*
lo, & in terra: & illa Lucæ. *Po-*
Marci. 6. *test Deus de lapidibus istis suscita*
Ioan. 10. *re filios Abrahæ.* Marci. *& dabat*
illis potestatem spirituum immun-
dorum. & illa Ioan. *Potestatem*
habeo ponendi eam, & potestatem
habeo iterum assumendi eam. & il
la Marci. *Docens eos, sicut pote-*
statem habens. & illa: *si vis, potes*
Marci. 1. *me mundare:* docent. Vel forsan
doceremur, eò ab Spiritu san-
cto nunc referri, prout inquam,
vmbram habebant cuncta quæ
Moyses edidit illorum admira-
bilium portentorum, quę Mes-
sias noster singulariter in con-
firmationem veritatis Euange-
licæ, quam ipse prędicabat, edi-
dit. Hinc prębendo cęcis vi-
sum, mutis & balbutientibus
linguas disertas: illinc aures sur
dorum aperiendo. Hinc para-
lyticis agilitatem, & infirmis
robur concedendo: illinc mor
tuis vitam denuo restituendo,
& aquam in vinum commutan
do. Hinc Dęmoniorum exer-
citus ex corporibus humanis
expellendo, obdurata peccato-
rum corda cera molliora red-
dendo, in perennesq. lachryma
rum fontes & ardentissimum
Dei amorem concitando: illinc
vero ex idolatris fideles, &
ex peccatoribus & facinorosis
iustos & amicos Dei efficien-
do: quo nihil maius dici, aut
Christianis gloriosius euenire
potuit. Tandemq. sub specie-
bus panis & vini corpus &
sanguinem suum, & se totum
liberaliter famelicis Christia-
nis communicando: vt hoc prę
stantissimo & diuino cibo, &
potu animæ eorum satiaren-
tur: & instar columnę illius an
tiquæ, quæ lumen Israeliticis
in nocte, die vero vmbracula
præbebat, densissimis nostris
tenebris fulgentissimum splen
dorem impartiretur, & ab ęstu
concupiscentiarum nostrarum,
tanquam nubes protegeret:
cuncta ista miracula edens no-
ster Messias, non virga cæli-
tus sibi demissa, vt Moyses:
sed virtute propria, secundum
illud: *Quia virtus de illo exibat,* *Luca. 6.*
& sanabat omnes: & illud: Pater *Luca. 15.*
omnia mea tua sunt: & tua mea,
&c. *Ego & Pater vnũ sumus. &c.*
Qui videt me, uidet Patrem meũ?
Quorum omniũ meminit Esai.
antea, dicens: *Dicite stultis cor-* *Esai. 35.*
de:

de: *Confortamini, ne timeatis: Ecce Deus vester cum vltione veniet, &c. ipse veniet, & saluos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & laudabit lingua mutus: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & flumina in solitudine: & erit locus aridus in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.* & Psal. Psal. 147. *Lauda Hierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion, &c. Qui mittit eloquium suum terræ: donec velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam, pruinam quasi cinerem spargit: proicit glaciem suam sicut buccellas, &c.* & Psal. Psal. 29. *Afferte Deo gloriam nomini eius, adorate Deum in decore sancto. Vox Dei super aquas, Deus gloriæ intonuit, Deus super aquas multas. Vox Dei in fortitudine, vox Dei in decore. Vox Dei confringens cælos, & confringet Deus cedros Libani, &c. Deus Rex in æternum: Deus fortitudinem populo suo dabit.* & alibi. Psa. 102. *Benedic anima mea Domino, & ne obliuiscaris omnium retributionum eius. Qui propitiatur omni iniquitati tuæ: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de fouea vitam tuam: qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Qui satiat bono os tuum.*

Confir. Fortuito quodam casu, an diuino consilio litteris exarata esse arbitramini verba cantici illius, quæ cecinerunt Moses & filij Israel Exod. Exod. 15. *Cantabo Domino, quia magnificando magnificatus est: equum & ascensorem eius proiecit in mare, &c. Flauisti spiritu tuo: operuit eos mare, absorpti sunt tanquam plumbũ in aquis vehementibus, &c. Extẽdisti dexteram tuam, & deglutiuit eos terra, &c. Audierunt populi, irati sunt, dolor apprehendit habitatores Palesthinæ. Tunc territi sunt Principes Edon: robustos Moab apprehendit tremor.* Et quæ à Psalmista ad summam quandam omnia portenta à Moyse edita redacta fuerunt, his verbis. Psal. 78. *Scidit petras in deserto, & potum dedit eis in voraginibus magnis. Et eduxit fluenta de petra, & descendere fecit tanquam flumina aquas.* Vt statim his perlectis vnusquisque nostrum secum attentè contemplaretur, hæc omnia eò tendere: vt cunctorum mortalium cogitationes eò figantur, quo nos ista vocant: scilicet, vt perpetuò in memoria nostra ex tunc versetur admirandum illud Passionis Christi mysterium, cunctaque mysteria, quæ in illo peracta fuerunt. Quandoquidem in eo, instar liberationis populi antiqui ex AEgypto, non solùm mortem, & eum qui mortis habebat imperium, morte Christi peracta, ipsum deuicisse reperiamus: verùm eo

vno iam omnes erudiamur, vt cuncti peccatores ad veram cordis compunctionem, & peccatorum suorum detestationem ardentius inflammarentur: Messiam nostrũ è corporis sui lateribus perennes sanguinis fontes, quibus peccatorum corda emolirentur, dira cõfossione clauorum & lanceæ à Iudæis facta, copiosissimè effudisse: Patri autem suo animam in remissionem illorum tradendo. Neq; his tantùm satiatum esse, donec in testimonium immensæ potentiæ eius in præstãdis miraculis, vnà simul huius inauditi amoris quo homines fuit prosequtus: saxa durissima tanquam rationis & huius tanti beneficij participantia, inter se concuti, terram corpora defunctorum sibi commissa in lucem edere, splendidissimũ Solem obscurari, densissimis tenebris vniuersum mundum mi ferè circundari faceret. Vt his omnibus, adeò excellentiorem ipso Mosech in edendis mirabilibus omnes Messiam nostrum extitisse prædicarent: quò ista solùm à Deo effici potuisse iam dudum cognoscunt, & clarissimè intuentur.

2Cõfir. Et vt cũcta alia breuissimè à nobis præstringantur: Quis, quæso, tam hebeti ingenio est præditus, qui contemplatus Mosech, Prophetam eximium, & singularem legislatorẽ adeò arctissima amicitia cum Deo copulatum esse, qualem illa verba Exod. docent: *Moses loquebatur: & Deus respondebat ei in voce. Et loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem: sicut homo solet loqui ad amicum suum.* Exod. 19. Exod. 33. Et illi vni non qualemcunq; prouinciam, sed contestandi populum Israeliticum Deum demandasse, vt illa verba innuũt: *Descende contestare populum: ne fortè destruat terminum: vt ascendat ad Dominum, vt videant, & corruant ex eis multi*: Exod. 19. manifestandi palam cunctis Israeliticis voluntatem diuinam, vt ex illis verbis: *Descenditq; Mosech ad populum, & dixit ad eos. Et loqutus est Deus omnia verba ista, dicendo, &c. Non erunt tibi Dij alij coram me, &c.* Exo. 20. Adeoq; gloriæ diuinę participem extitisse, vt illa verba Exod. demonstranr: *Et ascendit Mosech in montem: & operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super montem Sinai, &c.* Exod. 24. & illa Exod. *Ego transire faciam omne bonum super faciem tuam.* Exod. 33. Diuinę vero volũtatis summè inuestigatorem, vt securè ipsius Dei nomine verba illa Leuitici proferre cuncto populo valuerit: *Si in decretis meis ambulaueritis, & præcepta mea seruaueritis, & feceritis ea: dabo pluuias vestras tempore suo, &c.* Leui. 26.

Ambu-

Ambulabo autem in medio vestri, eroque vobis in Deum, &c. Si autem non audieritis me, neque feceritis omnia præcepta ista, &c. dabo autem iram meam in vos. Tandem secum considerans præter ista omnia sic eximium & potentem fuisse oratione apud Deum: vt pane cæleſti, & coturnicibus de cælo miſsis cunctum populum nutriret: extenſiſque eius manibus ſuper Aaron, & Hur conſequtum fuiſſe à Deo, vt Ioſſue eam glorioſam victoriam de Amalech obtineret, qualem oſtendunt illa verba: *Et contriuit Iehoſuach Amalech, & populum eius acie gladij. Dixitque Dominus ad Moſech: Scribe hoc memorale in libro: & pone in auribus Iehoſuach.* Tantoque ardentiſsimo amore populi Moſech exarſiſſe, vt illa verba Exod. demonſtrant: *Et reuerſus eſt Moſech ad Dominum, & dixit: Obſecro, peccauit populus iſte peccatum grande, & fecerunt ſibi Deos aureos: & nunc ſi remitis peccatum eorum: & ſi non? dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* & illa Pſalm. *Obliti ſunt Dei ſeruatoris ſui, qui fecerat magna in AEgypto, &c. & dixit, vt diſperderet eos: Niſi Moſech electus eius extitiſſet in diuiſsione coram eo, vt auerteret iram eius, ne diſperderet.* Quis inquã quaſi ex profundo ſomno, lethargo lethali, grauiſsimo pondere iſtarum omnium rationum ſpergefactus, ſtatim in agnitionem veritatis, & earum omnium rerum quas iſta adhumbrabant, non adducitur? Et primô in arctiſſimum illud, & diſolubile amicitiæ nodum cum Patre æterno, & Spiritu ſanto. Sed quid nodi, aut amicitiæ nomine abutor? dicam, quod ſentio, vt veritati proprius accedam: in admirabilem, vnicam, & ſingularem illam eſſentiæ diuinæ vnitatem: qua Meſsias noſter vnus cum Patre & Spiritu ſanto ſemper ex ea parte qua Deus erat, extitit: quæ tanta fuit ſemper, & eſt, eritq; continuò: quanta ex illis verbis Matt. nobis aggurari licet: *Et ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, &c. Et ecce vox de cælis, dicens:* Hic *eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Memoria ſua firmiter tenens Meſsiæ noſtro non qualemcunq; prouintiam inſtar Moyſis, aut ſalutem corporalem Iſraelitarum gẽtium: ſed ſpiritualem inquam, & vniuerſalẽ totius generis humani, vt Paul. innuebat: *Dicit ſcriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, & diues in omnes, qui inuocant illũ:* illi

Exod. 17. *Exod. 32.* *Pſal. 106.* *Mat. 3.* *Rom. 10.*

Ioan. 10. illi esse demandatam iuxta illud Ioan. Ego *veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*. & Ioan. 9. Ioan. In *iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant*. & Matt. Mat. 18. *Venit enim Filius hominis saluare, quod perierat*. & Lucæ. Luc. 9. *Filius hominis nõ venit animas perdere: sed saluare*. & Ioan. Ioan. 3. *Non enim Deus misit Filium suum, vt iudicet mundũ: sed vt saluetur mundus per ipsum*. & Ioan. Ioan. 10. *Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet*. Insuper condendi eam legem cunctis hominibus: qualem illa verba Matth. Mat. 5. *Et aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes, &c.* & illa. *Nisi abũdauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & Pharisæorum* ostendunt. Tantaque gloria animam illius ab initio suæ creationis esse condecoratam: quanta præseferunt illa verba: Mat. 17. *Et splenduit facies eius sicut Sol, &c. Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula*. Ex ea verò parte, qua Deus erat, æqualis Patri, eadẽ gloria, maiestate, & potentia cum alijs diuinis personis vnà ipsum potiri: vt innuere videntur illa Ioan. Ioan. 1. *In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*. & illa Ioan. Ioan. 14. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum*. Quis adeò mentis inops, si attentè secum considerans, non quæcunque bona temporalia, & caduca, sed æterna & cælestia obseruantibus legem Euangelij, transgredientibus pœnas perpetuas, Messiam nostrum palam certissime pollicitum esse cunctis, siue Iudæis, siue Gentilibus, nulla personarum aut nationum consideratione habita, Ioan. *Amen, amen dico vobis: Si quis sermonem meum seruauerit: mortem non videbit*. Ioan. 8. Matth. *Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata*. Mat. 19. Marci. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur*. Marci. 16. & Matt. *Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternã*. Mat. 25. Insuper mente, & cogitatione conuolans celeriter iam nõ solùm in cibum illum cælestem, & diuinum, corpus inquam dominicum tantò manna illo præstantius, quantò Regem cælorum, & conditorem omnium rerum Deum, veraciter continet; Quo à tempore Passionis suæ hucusque fideles suos continuò alit, sustentat, & semper vsque ad finem mundi sustentare est paratus, secundum illud: *Ecce vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*: Matt. 28. vt illo haberent in hac vita mortali homines, quo Beatis aliqua ex parte assimilari,

valeant,

valeant. Quandoquidem si de-
bitê, vt par est, illud intra se
suscipiant: instar cælostium in-
colarum poterunt, quicquid
vellint, dicente Paulo: *Omnia*
Philip. 4. *possum in eo, qui me confortat:*
eoque consequentur, quicquid
Ioan. 14. illis conueniat: *Qui diligit me:*
diligetur à Patre meo, & man-
sionem apud eum faciemus. Sed
in gloriosissimum illum tryum
phum, quem Messias extensis
brachijs non super Aaron, &
Hur, sed in salutifero ligno Cru
cis: de Amalech, idest, de po-
pulo blanditijs nos lambente,
vt crudelem mortem nobis ma
chinaretur: hoc namque, *Ama-*
lech, innuit: id est, de morte, de
mundo, & de Dæmone, & cũ-
ctis asseclis eius est reportatus:
Esai. 51. vt Esaias dixit: *Brachia mea po*
pulos iudicabunt: id est, cunctas
congregationes siue homiuũ,
siue Dæmoniorum: & Abac.
Abacuc. 3 *Cornua in manibus eius. Ibi abs-*
condita est fortitudo eius ante fa-
ciem eius ibit mors. Et egredie-
tur Diabolus ante pedes eius: ste-
tit, & mensus est terram: Aspe-
xit, & dissoluit gentes: & con-
triti sunt montes sæculi, incurua-
ti sunt colles mundi ab itineribus
æternitatis eius, &c. Egressus es
in salutem populi tui, in salutem
cum Christo tuo. Percussisti ca-
put de domo impij, denudasti fun-
damenta eius vsq; ad collum. Ma-
ledixisti sceptris eius, capiti bel-
latorum eius, venientibus vt tur-
bo ad dispergendum me: cum vi-
ctoriam celeberrimam Paul.
summis laudibus extollebat, di
cens: *V bi est mors victoria tua?*
V bi est mors stimulus tuus? & 1. Cor. 15.
Hebræo. *Omnia subiecisti sub pe* Hebr. 7.
dibus eius. In eo enim quod omnia
ei subiecit, nihil dimisit non sub-
iectum ei. Non statim in claram
notitiam totus, imô in flagran-
tissimum & ardẽtissimũ amo-
rem Messiæ nostri, esto ferreus
& adamantinus sit, non traha-
tur, incendatur, & inflãmetur?
Præsertim, si mentis suæ aciem
converteret etiam in incensam
illam ardentissimam charita-
tem, qua Messias peccatorum
omnium salutis sitientissimus,
& inflammatus vitã suam pro
illis dare non solum est pollici
tus instar Moysis, verũ ita tra-
didit libenter: vt non solùm in
illo agone constitutus, pro ini-
micis suis, magnis suspirijs de
pectore eductis, & profusis la-
chrymis ad Patrem rogare, in
summis bonis habendum esse
duceret, vt illa verba insinuãt:
Pater ignosce illis: quia nesciunt
quid faciunt: verum millies pro
illis vitam, si fieri posset, offer-
re erat paratissimus, vt ex illis
verbis: *Consummatum est*: si in-
terrogatiue, vt aliquibus pla- Ioan. 19.
cet, legantur, colligere possu-
mus illis innuens leuissimos
& breuissimos fuisse crucia-
tus,

tus, & mortis agones, quos tũc, & per vniuersam eius vitam mortalem pertulit: si à nobis conferantur cum eo amore incenso, quo in salutem hominũ ęstuabat: vt ferè nec cruciatus, aut tormentorum nomine dignissimi videri aliquibus potuissent. Quæ præseferre visi sunt breuissimis verbis Ioan. noster: *Ecce agnus* Dei: *Ecce qui tollit peccata mundi*. & alibi. *Pater misit filium suum saluatorem mundi*. & Acto. *Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo opporteat nos saluos fieri*. & Colos. *Pacificans per sanguinem crucis siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt, &c.* Ephe. *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius*. Roman. *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem, & sanguinem eius*.

Ioan. 1. 1. Ioan. 4. Acto. 4. Colos. 1. Ephes. 1. Rom. 3.

Quod si vlterius mentem & cogitationem nostram reffcramus ad ea, quæ Moysi tanquam in figura contigisse nobis reffert Scriptura: Quis tam inuidus est nostræ summæ fœlicitatis, qui statim in eum scopum in quem illa omnia collimabantur ab Spiritu santo, oculos conuertens, Mosech præcursoris, munus aut figuram tantùm Messiæ nostri exercuisse, palàm non testetur, & clamet? Et palàm clamare cogetur: quoties conspexerit illa Exod. Et *murmurauerunt populus contra Mosech, dicendo: Quid bibemus? Et clamauit ad Dominum. Et docuit eum Dominus lignum. Et proiecit in aquas: & dulcuerunt aquæ. Ibi posuit statutum, & iudicium: & ibi tentauit eum, & dixit. Si obediendo obedieris voci Domini Dei tui, & rectum in oculis eius feceris, & obtemperaueris præceptis eius, & custodieris omnia statuta eius: omnem infirmitatem quam posui in* AEgypto, *non ponam super te, &c. Et venerunt in* Ellim: *& ibi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt ibi iuxta aquas*: clarissimè præfigurasse præcipuè Messiæ nostri Passionem, missam in cordibus hominum, per fidem charitate formatam: quæ & si vndique repleta fuerit aquis tribulationũ: ipsũ tamẽ facillimè vertere eã posse in dulcedinẽ, per virtutem patientiæ, & spei retributionis: vt Matthæ. ostenditur: *Cum vos oderint homines, & separauerint, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra est in cælis*, & illa verba, quę Christus protulit: *Hæc est voluntas eius, qui misit: vt omnis qui videt filiũ, & credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Et duodecim

Exod. 15. Mat. 5. Ioan. 6.

decim Apostolos, & 70. Discipulos Christi, quos ipse elegit: vt illorum doctrina cunctus orbis aqua salientis in vitam æternam potaretur: illorumq; prædicatione palmas victoriæ Christi mundus agnosceret: & iuxta doctrinam eorum in omnibus omnes vitam suam componere curarent. Insuper si consideret illa verba
Exod.24. Exod. *Et ingressus Mosech in medium nubis. Et ascendit in mõtem, & fuit Mosech in monte quadraginta dies, & quadraginta noctes*: ieiunium Messiæ nostri adũbratũ esse nõ fatebitur: de
Matt. 4. quo Matthæus dicit: *Tunc Iesus ductus est in desertum ab spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: postea esuriuit.* Et quid nè aliud
2 Cõparatio. testantur illa Nume.? *Et egressus est Mosech, & loqutus est ad*
Nume.11. *populum verba Domini. Et congregauit septuaginta viros è Senioribus populi: & stare fecit eos in circuitibus tabernaculi. Et descendit Dominus in nube, & loqutus est ad eum. Et separauit de spiritu, qui erat super eum: & posuit supra septuaginta viros Seniores. Et fuit: Cum requiesceret super eos spiritus, prophetauerunt*: nisi quòd descendente Christo in nube carnis, difusa erat per fidem Spiritus sancti gratia super populos, ex septuaginta gẽtiũ linguis electos: quando venit super eos donũ illud virtutis cælestis: vt illa
Act. 2. Acto. demonstrant: *Et cum cõplerentur dies Penthecostes: erãt omnes pariter in eodem loco. Et factus est repentè de celo sonus tã quam aduenientis spiritus vehemẽtis: & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Et apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis: seditq; supra singulos eorũ. & repleti sunt omnes Spiritu sancto. Et cæperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Non nè insinuant illa 3 Cõparatio.
verba Num. *Et dixit Dominus* Num.14.
ad Mosech: Vsquequò irritabunt me populus iste, & vsquequo non credent mihi in omnibus signis, quæ feci in medio eius? Percutiam eum peste, &c. Et dixit Mosech ad Dominum, &c. Et nunc magnificetur, obsecro, fortitudo Domini: quemadmodum loqutus est, dicendo: Dominus tardus ad iram, & multus misericordia, portans iniquitatem, & preuaricationem, &c. Parce, obsecro, iniquitati populi istius secundũ magnitudinẽ misericordiæ tuæ: eximia illam misericordiã, quã exercebat sæpe in peccatores Messias noster? vt illa
Matt. *Remittuntur tibi peccata* Matt.9.
tua. & illa. *Tunc accedens Petrus* Matt.1.
ad eũ, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei: Vsq; septies? Dicit illi Iesus:

Non

Non dico tibi, vsq; septies, sed vsque septuagies septies. & illa Lucæ. *Non enim veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam.* Luc. 5.
Quæ omnia satis innuere visus fuit Simeon, Lucæ, dicens: *Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos, oriens ex alto.* & Paul. ad Timot. Luc. 1.
Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. 1. Timot. 1.

VLT. CAP.

Breuissimè cuncta quæ in isto Propugnaculo adducta fuerunt refferuntur: vt Rabbini de suo errore resipiscant.

QVando ergo hucusq; admirabilem concentũ quẽ ex gestis Mose, & ex rebus illis miraculosè à Mesia nostro editis, suauiter elici cũcti Christiani experiuntur: vobis doctissimi Rabbini, si non ea verborum dexteritate, methodo, & artificio illis debito: at pro exigua mei ingenij tenuitate, vt valui, proposui. Ex quibus ad existimandum adducor clarissime, sic istam armoniam cælestem auribus internis vos perpexisse: vt fugatis falsis omnibus alijs expositionibus superius à vobis allatis, oculis vestris intueamini ista verba prophetiæ: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum tuorum, similem tibi, &c.* apertissimè Mesiam nostrum ostendere, & demonstrare: ita vt nullus offensionis locus cũctis attentè hæc omnia considerantibus relictus esse videatur. Conspiciatisq; vos vnà nobiscum, Mesiam nostrum eò magis cunctos alios Prophetas veteris legis vitæ sanctitate, miraculorum potentia, altissima rerum futurarum cognitione, & muneris officio præstantissimo excelluisse: quo necesse erat, vt representatam vmbram, & persona imaginem longè superarent. Intueamini etiam, in ferendo legem sic præeximiũ Mose præstitisse: quanta est sublimitas legis nouæ, maiestas, & præstantia celestium, & diuinorum bonorum, quæ obseruantibus illam promituntur, imò & cõferuntur à Deo. Aducq; vos certiores sitis, tanquã testes occulati omnium illorum prodigiorum, quæ Mesias noster nõ in terra AEgypti: sed ferè in vniuersis mundi Regnis, Prouincijs, imò & angulis vnà cum Apostolis, & successoribus eius, in ostensionem omnipotentiæ suæ, & veritatis Euãgelicæ, & doctrinæ, suę ediderit. Quas contradictiones, & persequtiones populus iste Christianorum vicerit, & superauerit gloriosè, ob inui-

ctam huius magni Ducis eorum Ieosuah, illi copiosissimê communicatam. Et quâm viriliter non per quadraginta, sed per mille & sexcentos annos fideles suos Christianos tutatus fuerit: immunes illos reddendo â tot inimicorum exercitibus, vndiq; â latere & â tergo eos circũdãtibus, & tot persecutionum & insidiarum generibus continuô contra illos noctu diuq; insultantibus. Et quoties venerunt, & irruerunt in occursum nostrum, vt legem istam nostram discerperent, dilaniarent, & funditus euerterent non rex Chesbon, & Og, rex Basa: sed ferocissimi illi Sarracenorum exercitus, immanissimæ Hercœsiarcharum classes, furentes totius Gẽtilitatis turmæ: & non semel, sed toties, quoties vix recenseri possunt: singulari adiutorio huius magni Ducis Messiæ nostri, non solùm eas ignominiose fugatas fuisse, verùm tot tryumphos gloriosos Fideles suos ab eis reportâsse: quos nisi Dominus inuicta sua manu illos tutatus fuisset, cõsequi posse, erat impossibile. Intueaminiq; tot, tantas, & tam profundas radices religionem Christianorum per vniuersas mundi partes firmiter iacuisse: quantas Dauid præuidit, dicens: *Vitem ex AEgypto proficisci fecisti: eiecisti gentes, & plantasti eã. Euacuasti ante eam: & radicare fecisti radices eius, & impleuit terrã. Opperti sũt mõtes vmbra eius: & rami eius vt cedri altissimæ. Misisti sũmitates eius vsq; ad mare: & vsq; ad flumẽ propagines eius:* & adhuc ipsa remotissima cũctarum nationũ regna, & semotissimæ prouintiæ testatur. Du dum contẽplantes, barbaras illas nationes, numero infinitas, moribus distinctas, quæ regiones illas Orientales, Occidentales, Australes, & Meridionales incolebãt, innumeris idolatriç, & superstitionibus, & erroribus infectas ad hanc nostrã Ecclesiam Catholicã liberê confugisse, omnibus erroribus quos tanquam iure hæreditario â parentibus eorũ in ipso lacte per longinqua annorũ interualla inbiberant, procul amandatis. Incolarumq; eius sanctitatem, & leges illius sanctissimas cũctas cæteras respublicas, statuta, habitatorũ etiã perfectione sic excellere: vt aliqua ex parte cum sanctitate cælestium illorum incolarum supernã beatitudinis patriam incolentiũ decertare valeat. Memores iam vltimi excidij, quod in Hierusalẽ, & in cunctos maiores vestros, in confirmationem eorum quç illis verbis prędicta fuerunt: *Et erit: Vir qui non obedierit ei, ego requiram ab eo*: & quæ ipsemet

Psal. 80.

R Chri-

Christus, in pœnã mortis suæ ab illis illatam, est cõminatus, sic miserè euenit: vt ex eis temporibus hucusq; nullatenus illi ciuitati, neq; vobis caput deinceps atollere amplius fuerit cõcessum: vt Hieremias palàm nomine antiquorũ vestrorum deplorabat, dicens: *Transmigrauit Iehudach, præ afflictionis, & præ multitudine seruitutis. Ipsa habitauit inter gentes: nec inuenit requiẽ. Omnes persecutores eius apprehenderunt eum inter angustas macerias. Viæ Sion lugent, eò quòd non sint venientes ad solemnitatem. Omnes portæ eius desolatæ, Sacerdotes eius suspirantes, virgines eius afflictæ, & ipsa est amaritudo. Fuerunt hostes eius in capite, inimici eius prosperati sũt: quia* Dominus *dolore affecit eam propter multitudinem præuaricationum eius. Paruuli eius abierũt in captiuitatem ante hostem: & egressus est à filia* Sion *omnis decor eius. Fuerunt* Principes *eius veluti cerui, qui non inuenerunt pascua, & abierunt absque fortitudine ante persecutorem.* Diuturnaque memoria vestra firmiter tenentes, illa Treno. *Recordare Domine, quid acciderit nobis. Aspice, & vide opprobriũ nostrum. Hereditas nostra versa est ad extraneos, domus nostra ad alienigenas. Pupilli fuimus absq; patre, matres nostræ veluti viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio venerunt, super colla nostra persecutionem passi sumus: laborauimus, non dabatur requies nobis.* AEgyptio *dedimus manum,* Assirio: hoc est, cunctis exteris nationibus, vt vitam traducere possent. *Patres nostri peccauerunt: non sunt, nos pœnas peccatorum eorum portauimus. Serui dominati sunt nobis, qui liberaret non fuit, ex manu eorum. Cessauit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster, cecidit corona capitis nostri*: miserè per tot annorum curricula in maioribus, & vobis ipsis impleta esse, & indies adimpleri. Vos ergo qui etsi non gens sancta, saltem tanquam populus antiquitus Deo maximè dilecti fuistis: cui vni potissimè factæ sunt omnes promissiones bonorum cælestium, quas abundantissimè obtinent Christiani in ista vita, sed copiosius & firmius in alia possidebunt: maximè congruum erit, vt hæc omnia simul attenta mentis considera tione contemplantes, vnà cum Hieremia Tren. in cælum voces, & clamores vestros emitatis, dicẽtes: *Vt quid in perpetuũ obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudinem dierum? Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros sicut ab initio.* Serui tui sumus, fratres equidẽ, & cõsanguinei, tui

Treno. 1.

Treno. 5.

Treno. 5.

tui Mesſias ſancte? Quæſumus, parcas nunc obſtinationi gentis tuæ, & fratrum tuorum: & peccato eorum, qui tamdiu obſtinato animo perverſe & proterue reſtiterunt aduentui tuo: *quia frater noſter, & caro noſtra tu es.* Memento, exoramus, quod ambulauerunt coram te in veritate, & corde perfecto Abraham, Iſac, & Iacob, & antiqui illi patres noſtri. Et quomodo fecerunt, quod eſt rectum in oculis tuis: cadat, obſecramus, deprecatio noſtra in conſpectu tuo: & nè permitas deinceps antiquam legem colamus, & veneremur: ne, moriamur cum illa. Domine, Deus *magne & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua: peccauimus, & iniquitatem fecimus, & impiè egimus, & rebellauimus, & receſsimus à mandatis tuis, & iudicijs tuis: & non obediuimus ſeruis tuis* per Prophe*tas*: id eſt, Meſsiæ tuo, qui loquutus eſt in nomine tuo, & cunctis eius miniſtris, Eccleſiam Dei gubernantibus. Ti*bi* Domine *iuſtitia, nobis autem pudor faciei, ſicut die hac viro Iehuda, & cunctis* Iud*æis propinquis, & longinquis in vniuerſis terris ſparſis, &c.* Et omnes Iſrael transgreſsi ſunt legem tuam, & declinauerunt, vt non obtemperarent voci tuæ. Et *ſtillauit ſuper nos maledictio, & ius iurandum, quod ſcriptum eſt in lege* Moſech, *ſerui* Dei: *quia peccauimus ei.* Et *ſtatuit verba ſua, quæ loqutus eſt ſuper nos, & ſuper* Iudic*es noſtros, qui iudicauerunt nos: vt adduceret ſuper nos malum grande, quod non fuit factum ſub omni cælo, quemadmodum factum eſt in Hieruſalem, &c.* Et *feſtinauit* Dominus *ſuper malum, & adduxit illud ſuper nos: quia iuſtus eſt* Dominus Deus *noſter in omnibus operibus ſuis, quæ fecit.* Et *non audiuimus vocem eius.* Et *nunc* Domine D*eus noſter, quia eduxiſti populum tuum de terra* Ægypti *in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc: peccauimus, impiè egimus* Domine *ſecundum omnes iuſtitias tuas. Auertatur, obſecro, furor tuus, & ira tua à ciuitate tua* Hieruſalem*, monte ſancto tuo: quia propter peccata noſtra & iniquitates patrum noſtrorum.* id eſt, rebellionem noſtram, & patrum noſtrorum, Hieruſalem, & cunctus populus tuus in opprobrium ſunt cunctis in circuitu noſtro. Et nunc audi Deus noſter orationem ſeruorum tuorum, & deprecationes eorum. Illuſtra faciẽ tuam ſuper corda eorum, quę iuſtitia & merore vndiq; tã diu ſũt cõſumpta. Aperi *oculos tuos, & vide deſolationes noſtras,*

Geneſ. 37.

Dan. 9.

duram captiuitatem nostram, & euersionem populi tui, super quem olim inuocabatur nomen tuum. *Quia non in iustitijs nostris prosternemus praeces nostras coram te: sed in miserationibus tuis multis, Domine. Exaudi Domine, parce Domine: attende, & fac ne moreris, propter te metipsum, Deus meus.* Quia ex nũc cognouimus, & vnanimiter cõfitemur, Messiã, quẽ iniustè & crudeliter maiores nostri ob inuidiam, & innumera bona opera, quæ in confirmationem Euangelicæ doctrinæ miraculosè ediderat, & nullus alius hucusque operatus erat, morti tradiderunt: quique postea cuncti, astantibus, immortalis, & gloriosus apparuit, & decursu temporis breuissimo, omnibus Apostolis aspicientibus, gloriosè ad cælos ascendit: & quẽ Christiani ex tunc hucusque semper, vt par est, venerati fuerunt, & venerantur adhuc: fuisse illum magnum Prophetam, quem Mosech illis verbis Deutero. *Prophetam suscitabo eis similem tibi:* ostendit. Et qui venturus erat in hunc mundum ad visitandum, & faciendam redemptionem plebis suæ: *Et erigendum cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut loqutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius. Ad conferendam salutem ex inimicis nostris & de manu omnium, qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti tui sancti. Ius iurandum quod iurauit ad Abraham patrem suum, daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia.* Adeoque potentem opere, & sermone semper fuisse ad educendum non populum Israeliticum de manu AEgyptiorum: sed vniuersum genus humanum ex durissima Dæmonis seruitute, qua diu opprimebatur: qualem & illa verba: *Iam Princeps huius mundi iudicatus est: & in me non habet quidquam.* & illa: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum:* præseferunt. In condenda verò noua lege adeô eximium, & singularem: quantum & legis Christianorum perfectio, & præstantia bonorũ quæ obseruantibus illam promititur, suo iure postulant, vt illa Ioan. *Dedit potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Qui nõ ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex volũtate viri: sed ex Deo nati sũt.* In assumẽda vindicta, & imponẽda pœna omnibus illis qui eius doctrinæ parere omnino recusauerit: adeò immẽsę & inuictę fortitudinis: vt nullus sit, qui eius potentiã sub-

Baruc. 2. *Deut. 18.* *Luc. 1.* *Ioan. 12.* *Ioan. 12.* *Ioan. 1.*

subterfugere valeat. Quandoquidem non solùm sic præsens vbique astat: vt si ascenderimus in cælum, ibi sit. Si stratum fecerimus in inferno, ecce illic sit. Si assumpserimus pennas Luciferi, & habitauerimus in nouissimo Occidentis: etiam ibi manus eius ducet nos, & tenebit nos dextera eius. Et si dixerimus, veruntamen tenebræ occultabunt nos: nox radiabit circa nos. Et tenebræ non occultabunt aliquid ab illo, & nox sicut dies lucebit. Tenebræ sicut lux, & lux sicut tenebræ. Præsertim, cùm illi vni subeat, quidquid voluerit facere, siue in cælo, siue in terra, &c.



R ʒ PRO-

PROPVGNACVLVM. QVINTVM.

AD EANDEM VERITATEM PALAM confirmandam, desumptum ex illo. 2. Samuel. 7.

Fuit Verbum ad Nathan, dicendo: Vade, & dic ad seruum meum Dauid. Sic dixit Dominus. Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, statuam semen tuum post te, quod egredietur e ventre tuo: & firmabo regnum eius. Ipse ædifficabit domum nomini meo, & firmabo solium regni eius, vsq; in sæculum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, &c. Misericordia autem mea non recedet ab eo, quemadmodum recedere feci à Saul à facie tua. Firma erit domus tua, & regnum tuum, vsq; in sæculum coram te: thronus tuus erit firmus, vsq; in sæculum.

SI aliquando opus, & maximè necessariũ est, vt qui Fidei Catholicæ, & Religionis Christianæ filij sumus, & ab omnibus nuncupari serio exultantes, summè gloriamur, illa dulcissima, & consolationis verba plenissima, quæ Christus Redemptor noster Matth. protulit, dicens: *Audituri enim estis prælia, & opiniones bellorum, &c. Videte, ne turbemini, &c.* firmiter impressa, memoria nostra retineamus: vt illis instructi, non solum in tensa Tyrannorum bella contra nos concitata, sed eorum præcipitẽ audatiam, qui tamq; Dæmoniorum instrumenta vitam non temporalẽ, sed spiritualem à nobis violenter Mat. 24.

lenter arripere contendunt, aduentum primum Christi (cui vni cunctorum vita, & salus spiritualis maximè innititur) à cordibus nostris, varijs & multitatis cauillationum, & apparentium argumētorum generibus, funditus euellere iam iam anhelantes, nōdum pertimescamus: hæc præsens profectò & opportuna se obtulit nobis occasio. Præcipuè, cū eò magis indies istorum Iudæorum pestilentem malitiam, & inflammatum odium conualescere, & incendi in nos, & cunctam religionem nostram Christianam experiamur: vt iam absq; vlla offensionis, aut iniuriæ nota, de illis cum Regio Propheta Dauid publicè acclamare possimus: *Dixit stultus: Non est Deus*: id est, nondum Messias apparuit visibilis ex sententia eorum. *Corrupuerunt viam suā*: qua securè id vnum facilè cōsequi possent, dicentes intus in cordibus eorum. *Non mouebimur à generatione in generationem sine malo.* Quorum ora ita maledictione plena, dolis, & fraude abundare cernimus: vt lingua illorum, nihil aliud præterquā peruersitas cunctis videatur. *Et tanquā sedentes perpetuò in insidijs villarum*: id est, in vanis maiorum suorum expositionibus. *In latibulis*, scilicet in obscura, & falsa Prophetarum intelligentia fixi. *Vt interficiant*, non solùm Christi asseclas, verùm cunctam religionem Christianorum radicitus extirpent, Fidelium mentes à veritate Euangelica auertentes: & ad latissimum tetrum falsitatis eorum cubile intromittant. Sed quando iam his omnibus seditionibus, malis, & perturbationibus nos vndique instantibus, Christus Redemptor noster inuicto animo nos quoque esse hortatur, imò iubet, Lucæ dicens: *Cùm autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri, &c. Ponite ergo in cordibus vestris non meditari, quemadmodum respondeatis: ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.* Intueamurque Regium Prophetam Dauid, non tantùm ob gloriosas de inimicis partas victorias maximè insignem, ob recondita verò vaticiniorum suorum oracula (quæ consultò nobis diuinitus reliquit, vt Iudæorum potissimè impetus contra nos efferuescentes retundere possemus) perceleberem, in hæc verba diuinitus prorupisse: *Dicam Domino: Spes mea, & arx mea Deus meus: sperabo in eo. Quoniam ipse liberabit te à laqueo venatoris, & à lue corruptionum, &c.*

Psal. 13. *Psal. 9.* *Luc. 21.* *Psal. 91.*

Alis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scutum, & clypeus veritas eius: vobiscum intrepidè denuò prælium inire, audacissimi Iudæi, non recusabo. Quandoquidem iam diu, & ex tunc potissimè eos animos me concepisse videã: vt certissimè sperem, sed quid sperem? imò iam intuear omnia machinamenta vestra in nos, & in Religionem nostrã intenta, Deum in manus nostras tradidisse: vt eisdem quibus acerbissimam mortem, & tristem interitum nobis inferre crudeliter moliebamini: corda vestra dirè & lethaliter à nobis transuerberentur: quousq; aduentum primũ Messiæ nostri iamdudum aduentasse, vnà nobiscum, eodẽ tempore à Prophetis statuto, & ab Ecclesia nostra assignato prædicetis. Quæ omnia palã vobis, & cunctis asseclis vestris clarius deinceps enitescent: si paulisper attentè & sine vlla animorum vestrorum perturbatione, amicè illa verba quæ superius testimonio citato retulimus, vt solùm veritatem nudam percipere, sensumq; intentum ab Spiritu sancto penitus penetrare possitis, exactius à nobis examinari patiamini: quæ sic se habent: *Sic dicit Dominus: Cùm completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis: statuam semen tuũ post te, quod egredietur è ventre tuo: & firmabo regnum eius, &c.* Quod testimonium, vt dicam quod sentio, sic profundis mysterijs, & signis apertissimis, ad dignoscẽdum aduentum primum Messiæ vndiq; abundat: quanto potissima, & præstantissima esse ea omnia ad separandam lucem à tenebris, vel (vt proprius loquar) ad exterminandam cunctam cæcitatem eorum, qui adhuc Messiam in carne mortali venturum temerè expectant, sentire iam sentio. Nec me fallit opinio, aut iam alicui nimis ad dicendum procax, ob id vnũ, videri debeo, aut meritò possum: præsertim cùm luce meridiana clarius adinueniamus, non solùm ista verba simul, verùm singulas dictiones, & syllabas (si vt par est, à nobis perpendantur) id vnum à vobis tamq; iure sibi debito iam impetrare contendere.

Neq; est cur statim ad hoc vnum dicendum retardari cogamur ex eo, quod recentes Rabbini vestri vestigijs antiquorum suorum insistentes, palàm intrepidè affirment, cunctam istam promissionem Dauidi à Deo factam, in Regio Salomone statim adimpletam fuisse. Tum ex eo, quòd intueantur, Regem Salomonem iure hæreditario in Reg- 1 Error. 1 Ratio.

Regno, & Imperio Dauid, tãq. filium primogenitum successisse: vt aperte illa Paralipome. verba demonstrant: *Dauid autẽ erat senex, & saturus dierum: & Regem constituit Salomonem, filium super Israel:* & illa Parali po. *Seditq. Salomon super solium Domini Rex pro Dauid patre suo: &c. Et paruerunt ei omnis Israel, & vniuersi Principes, & potẽtes: & omnes filij Regis Dauid dederunt manum sub Salomone Rege.*

1. Para. 23

1. Para. 29

2. Ratio

Insuperq. etiã legant, nõ quòd tantûm Salomonem extitisse, cui vni Deus extructionem admirandam suæ domus, singulari prouidentia, committendam esse statuit: vt illa verba Paralip. ostendant: *Dixitq. Dauid ad Salomonem filium suum &c. Et fecit verbum Domini ad me dicendo: Sanguinem in multitudine effudisti, & bella magna fecisti: &c. non ædifficabis domum nomini meo. &c. Ecce filius natus tibi, ipse erit vir quietus: & requiescere faciam eum ab omnibus inimicis suis in circuitu: quia Solomoch erit nomen eius &c. Ipse ædificabit domum nomini meo: & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem. Firmaboq'. solium Regni eius super Israel vsq. in seculum.*

1. Para. 22

3. Ratio

Imò & quòd magis est, Salomonem illam à primis fundamentis erexisse, & cõpleuisse, vt illa verba Paralip. innuũt: *Compleuitq. Salomon domum Domini, & domum regiam. Et omne quod venit in cor Salomonis, vt faceret in domo Domini, & in domo sua, prosperè fecit. Apparuit autem Dominus Salomoni nocte, & ait ei. Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domo sacrificij, &c. Et nunc elegi, & sanctificaui domum hanc, vt sit nomen meum, ibi vsq. in seculum.*

2. Para. 7

4. Ratio

Tum etiam ex eo, quôd clarissimè ipsa sacra Scriptura testetur, Salomonem vnicè tanq. filium charissimum (vt illa verba innunt:) *Ego ero illi in patrem* præexcelentem cunctis hominibus, sic diuitiarum abundantia, Prouinciarum, & Regnorum multitudine præstitisse, vt illa verba ostendunt Reg. *Salomon autem dominabatur omnibus Regnis a flumine terræ Palesthinæ vsq. ad terminum AEgypti. Offerẽtes munera, & seruientes Salomoni omnibus diebus vitæ suæ:* ita vt inuenti fuerint mille millia, & centum millia virorum educentium gladium in tribu Israel: & in Iuda quadreginta & septuaginta millia virorum educentium gladium, vt Paralipo. refertur. Similiter. Paralipo. instruamur, Deum Salomoni pollicitum fuisse: *Diuitias, & substantiam, & gloriam dabo tibi: ita vt non fuerit sic inter Reges,*

1. Reg. 4.

1. Para. 21
2. Para. 1

1.Par.22 *qui fuerunt ante te: & post te non*
2.Para.2 *erit sic.* Et fusius 1.Paral.22.& 2.Parali. 2.vsq.ad 9.

In sapientia autem, & cunctarum rerum naturalium intel-
5.Ratio ligentia adeo magnificatum præ omnibus fuisse: quantum ex illis verbis nobis licet augu-
2.Para.1. rari, Paral.1. *Dixit autem Deus ad Salomonem: Pro eo, quod fuit*
1.Par.22. *hoc in corde tuo, & non postulasti diuitias, substantias, & gloriam, & animas odio habentium te, &*
2.Par.1. *etiam dies multos non postulasti: petisti autem tibi sapientiam, & scientiam, vt iudices populum*
2.Reg.10 *meum, super quem regnare feci te: sapientia, & scientia data est tibi:*
2.Par.1. et ex illis Regum. *Dedit au-*
1.Reg.4. *tem Deus sapientiam Salomoni, & intelligentiam multam valdè: & latitudinem cordis secundum arenam, quæ est iuxta littus maris. Et amplior fuit sapientia Salomonis sapientia omnium filiorũ Orietaliũ, & omni sapiētia AEgyptiorũ, & sapientior fuit omni homine &c. Et veniebant ex omnibus populis ad audiendam sapientiam Salomonis, de vniuersis Regnis terræ, qui audierunt sapientiam eius.* Ex ex illis Paral.
2.Para.9 *Et vidit Regina Saba sapientiam Salomonis &c. Dixitq. ad Regem: Verum est verbum, quod audiui in terra mea de rebus tuis, & de sapientia tua &c. Et ecce, non fuit indicatum mihi dimidium multitudinis sapientiæ tuæ: addidisti famæ, quam audiui. Beati viri tui, et beati serui tui isti, qui stant corã te, & audiũt sapientiam tuam &c. Et omnes reges terræ quærebant faciem Salomonis, vt audirent sapientiam eius.* Ex ex illis Ecclesias. *& impletus est quasi flumen sapientia.* Quę Eccles.47.
omnia maximè cohærent, vt superius retuli, cum illis verbis testimonij superius adducti: *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Nam quamuis ista omnia verissima sint, insuper nos certiores reddimur, adeo in exercenda iustitia Salomonem, & gubernando populum Israeliticum iustum, & prouidum semper fuisse: vt siue graui reprehensionis nota, à nullo vnquã obiurgari potuerit. Sed absit à nobis tantum, & tam execrabile facinus, vt ob ista omnia, aliqua ex parte cohiberi deinceps possimus: quominus rem inceptam, quasi timore graui perterriti, deserere nũc tētemus. An arbitramini tã imbecillis animi nos futuros esse, vt trepidare videamur alicui: vbi nõ solùm nõ est timor, verùm nec timoris suspicio esse potest? Præcipuè, cùm hæc ita nostram causam agere sentiam, vt ex illis solûm tristem, & miserabilem interitum vestrum nunc clarius vobis liceat intueri.

Et

Equidem non inficior illis, verissima esse cuncta illa testimonia, quæ nuper in mediũ ab illis adducta fuerunt, imo libere fatemur. Sed vt lis ista nostra clarius ab vtrisq. discutiatur, quæso, vt interim dum corda vestra ad huius veritatis intelligentiam commodius pedetentim præparantur: memoria vestra adhuc iterum repetere contendatis (vt ex illorum lectione, & meditatione profunda statim instruamini) Regnum illud Salomonis, & posterorum eius, quod illis verbis Dauid patri suo dare Deus est pollicitus: & præexcellentem illam domum Sanctuarij, quam ipse Salomon ædificaturus erat, in perpetuum fore per mansuram. Et quamuis istam veritatem satis confirmare videatur dictio illa, *Golam*, quæ in testimonio supra à nobis allato reperitur: cùm frequentissimè perpetuitatem quandã significet, vt copiosius patebit diligenti indagatori sacræ Scripturæ. Sed tamen hanc eandem veritatem clarissimè demonstrant illa verba, quæ inferius in eodem loco subsequuntur, nẽpe. *Firma erit domus tua, & regnum tuum, vsq; in sæculum coram te: & thronus tuus erit firmus vsq, in sæculum:* & illa Paralip. *Et nunc elegi, & sanctificaui domum hanc, vt sit nomen meũ ibi vsq; in sæculum.* An tamẽ omnia ista in Salomone vestro, & eius Imperio, & successoribus eius, per tot annorum curricula subsequtis, fuerunt aliquando in integrum completa? an verò ad vnguem modò adimpleantur? vobis equidem si non adeo tantum bellum inflammatum inter nos esset iamdiu concitatum, certè commitendũ esse ducerem. Sed quid? doctrinę Euangelicę, veritatis partes iamdiu agenti, timoris, aut perturbationis aliquis est dandus locus? Eia, certè id vnum libenter vobis committam. Liberè ergo iam quidquid animo excogitaueritis, in publicum profferre vobis liceat: dum me vestris acutissimis rationibus, sine eo quod aliquibus illarũ aliqua ex parte conniuere videar, me paulatim ex tunc respondere patiamini.

Respõs.

2. Par. 7.

Atq; ita vobis est reseratus locus; vt palam in nos præcipiti, & malitiosa lingua vestra debacchantes, ex nũc prorumpatis, nos tantùm abesse, vt vim, & energiam sermonis Hebraici aliquando percalluerimus: quominus vix illum primis labijs degustasse cunctis meritò videamur. Quandoquidem cùm iamdiu omnibus, lectione Hebraica maximè versatis innotescat testimonium nuper adductum: *Et firmabo*

1. Obiectio.

mabo ſolium Regni eius vſq. in ſempiternum: abſq. vlla reprehenſionis nota verti poſſe: *& firmabo ſolium eius vſq. in ſeculum*: non ſolùm quia dictio illa, *Golam*, ſempiternum, & ſæculum ſignificet frequentiſsimè, vt concors peritiſsimorum Rabbinorum ſententia teſtatur: ſed etiam, quia ad id vnum fatendum neceſſariò nos compellunt ea, quæ inferius ſtatim in eodem teſtimonio apponuntur, nempe: *Firma erit domus tua, & Regnum tuum vſq. in ſeculum coram te*: ac ſi clarius diceret: durabit Regnum tuum diebus vitæ tuæ, & filij tui Salomonis. Quod vnum & ipſe rei euentus cõfirmauit apertè: cùm nobis refferat Scriptura, Regnum Salomonis, eo mortuo, miſerabiliter diuiſum fuiſſe inter filios eius Roboam, & Ieroboam: vt Paral. fertur. Ex quibus omnibus neceſſario iam cõſequitur, verba huius prophetiæ nulli alteri, præter Salomonem ſine grauiſsimo crimine adaptari poſſe. *2. Parал. 10*

Sed equidem doctiſsimi Rabbini, ſi huic vni ſubtili fundamẽto cuncta maiorum veſtrorum machinamenta contra nos intenta firmiter innituntur, vt illo vno apertiſsimum aduentus Meſsiæ noſtri ſignum diuinitus manifeſtatum, ex nunc prorſus obſcuratum maneat: mihi credite, ſtatim funditus corruent, & ſolo complanabuntur: & firma, ſtabilis, & inconcuſa vera intelligentia horum verborum ab Spiritu Sancto intenta, ex diuiſsione iſta, cunctis clariſsimè innoteſcet. *Reſpõſ.* Ingenuè equidem ignorantiam, & ſtultitiam noſtram fatemur: quæ tanta eſt, quanta vos palam nos inurendos eſſe vbiq. prædicatis. Liberè prædicamus, nihil aliud nos ſcire, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum: vobis ſcandalum, Gentibus quondam ſtultitiam. Sed certè in apertiſsima primi aduentus illius manifeſtatione, & dilucidatione ſic enixè & ardenter elaborare mecum diu ſtatui: vt eſtô nos ſtulti propter Chriſtũ, vos autem prudentes: nos infirmi, vos autem fortes: vos quidẽ nobiles, nos autem ignobiles a vobis habeamur: numq. tamẽ erubeſcemus ea quæ palàm in cognitionem aduentus Meſsiæ noſtri Prophetę prædixerunt, cunctis manifeſtare: *Per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris: per gloriam, & ignobilitatem: per infamiam, & bonam famã. Vt ſtulti, ſed ſapientes, ſcientes, Deũ ſtultã feciſſe ſapientiam huius mundi: & quæ ſtulta ſunt huius mũdi, Deum elegiſſe vt confundat ſapientes: Et quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis.* *2. Cor. 6* *1. Cor.*

Isaia. 29. & 33. *cationis, saluos facere credentes.* Præsertim, cùm Esaias acclamet: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi? non nè stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?*

Replica. Ergo vt ad rem reuertamur, vobis equidem doctissimis, & omnium peritissimis Rabbinis, tamq. vnicis Hebraicæ linguæ assertoribus, & magistris antiquissimis cōcedimus, dictionem istam, *Golam*, sæpissimè pro sæculo, vsurpari in sacra Scriptura: vt palàm perhibet vnanimis, & concors sententia antiquorum Rabbinorum, quibus fidem habere congruum est, imò compellimur. Ita vt non semper perpetuitatem, sed tempus longissimum, licèt determinatum, significet. Et huius sententiæ visus fuit Rabbi Abraham: quando

Exod. 21. interpretatus illa verba Exodi. *Si dicendo dixerit seruus &c. accedere faciet eum Dominus ad iudices &c. Et perforabit dominus eius, aurem eius subula, & seruiet, ei, Legolam, in sæculum*: dixit in sæculum, insinuans totam vitā heri, vel serui. Et Rabbi Samuel, quando explicans illa verba Samuel. *Et adducam eum,*

1. Sam. 1. *& apparebit in faciem Domini, & habitabit ibi Golam, in sæculum*: dixit vsq. ad annum Leuitarum, nempè iubilei: id est, ad annum quinquagesimum. Et Rabbi Abraham, quando exponens illa verba Psalm. *In sæculum obliuiscar præceptorum*: Psal. 119. addidit Legolā, dicitur: ac si diceret, *omnibus diebus vitæ meæ*. Et quando interpretatus illa verba Psal. *Nunquid in sæculum irasceris nobis? Legolam*, reperitur: Psalm. 85 insinuans multum tempus. Et Rabbi Kimi. quando explicans illa verba Hieremiæ, *à sæculo confregisti iugum*: addidit, Ieremia. 2 *Mebolam*, idest, ex multo tempore.

Aliquando vero significare durationem conuenientem, & possibilem ei rei, cui iungitur: vel durationem aliquam sine intermissione: ita vt, si Deo attribuamus, æternitatem significet: vt est illud Psalm. *Regnum tuum regnum omnium sæculorum*. Psal. 143. Psalm. *Quoniam dixi in sæculum misericordia ædificabitur*: Psalm. 89 & in eodem Psal. *à sæculo, & in sæculum tu es*. Psal. *sit nomen* Psal. 112. *Domini benedictum, ex hoc nunc in sæculum sæculi*. Psalm. *Quo-* Psal. 117. *niam in sæculum misericordia eius*. Eccl. 24. Eccles. *Vsq. ad futurum sæculum* Isai. 9. & 63. *non desinam* Isaię. *Pater futuri sæculi*, & 63 *à sæculo nomen tuum*.

Aliquando determinatum tēpus, licet longissimum, vt Psal. Psal. 148. *Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ, quæ super cælos sunt &c. statuit ea in sæculum, & in sæculum*

sæculi.

ſeculi &c. Vt ferè ſunt cũctæ leges, & ceremoniæ veteris legis, quæ obſeruari debebãt *in ſæculũ*: ideſt, vſq. ad aduentum Chriſti. Ea cõditione, vt his rationibus cõmoti ceſſationẽ cũctorũ præceptorũ legalium, & ceremoniarũ quæ per multũ tẽpus erant duraturæ, non autem in perpetuum, vnà nobiscum deinceps palam fateri cogamini. Ignominioſeq. à veſtris Synagogis tamquã ſumme væſani, & ignorantes exnunc extermineutur, & ludibrio iã habeãtur ab omnibus illi: qui ex eo, quòd lectitant Geneſ. *Erit fœdus meum in carne mea in fœdus æternum*: quibus Circunciſsio fuit inſtituta: & illa Exodi *Cuſtodient filij Iſrael ſabbathum in generationes ſuas, pactum æternum inter me & filios Iſrael*: quibus obſeruatio Sabbathi præcipiebatur: & illa Exo. *Erit Deus hic vobis in memoriale. Et ſolemnizãtibus eam ſolemnitatem Domino in generationes veſtras, lege æterna*: immolationem agni Paſchalis oſtendentia: & illa Deutero. *Et quæ manifeſta ſunt nobis, & filijs noſtris vſq. in æternum, vt faciamus vniuerſa legis huius*: cunctas leges, & cæremonias antiquæ legis exprimentia: temerè in eum errorem fuerunt prolapſi: vt affirment Circunciſsionem obſeruationem Sabbathi, & immolationẽ agni Paſchalis, & aliorum ſacrificiorum in æternum fore ſeruandam. Sed iſto hæc omnia ſpontaneè vobis tribuamus: & inſuper fateamur, quod magis eſt, in teſtimonio allato nulla tenus reperiri dictionem illam, *Neza*, aut *Vagued*, aut *Sela*, quæ durationem abſolutam, & perpetuam, abſq. vlla temporis intermiſsione, iuxta Rabbi *Kimi* in lib. Seraſim. radicalium, & traditionem Domus Rabbi Eleazar, ſignificant: ſed ſolum, Golam, quæ ſæpè finitum tempus, & illud breuiſsimum, vel aliquãdo longiſsimum, licet determinatum (vt ſuperius diximus) ſignificat. An exiſtimatis, me ita à tergo & à fronte vndiq. circũuentum eſſe his omnibus: vt illis conuincar affirmare, regnum Salomonis, & ſtabilitatem ſolij eius, & domum Dei, quam ipſe erexit, & iſto teſtimonio demõſtratur, non in perpetuũ fore permanſuram, ſed ad tempus: & per conſequens fruſtratum fuiſſe argumentum noſtrũ, ex iſto loco deſumptum, ad manifeſtandum primum aduentum Meſsiæ, vt iſta verba præſeferebant: ex eo, quòd ſolùm adinueniamus dictionem illam, *Golam*? Certe, nec mentior equidem, potius fruſtabuntur, imo fruſtratas omninò fuiſſe cunctas ſpes, & cogitationes veſtras, fateri iam nos poſſumus. Quandoquidem conſequũ-

Genes. 17

Exodi. 31.

Exod. 12.

Deute. 29

ti sumus dudum, quod tandiu desiderabamus: scilicet vt fateremini jam, Regnum Salomonis, & solium eius temporale, quo ipse potitus fuit, adeo perexiguum extitisse: vt nullatenus ei vni applicari possint cuncta verba huius testimonij, superius adducti. *Et firmabo solium Regni eius vsq. in sæculum &c.* Si inperpetuum intelligenda esse docuerimus. Cùm ergo iam habeamus reum confitentem, & quod magis est, veritatem palam prædicantem: An in adhibendis testimonijs, & cumulandis rationibus dudum immorabimur? minime gentium. Fateantur ergo isti palam (vt refert Scriptura) solium, & Imperium Salomonis tandiu durasse, quamdiu ipse vixit: vt inde cunctis innotescat, Salomonis Imperium breuissimo temporis spatio finitũ fuisse. Nobis verò locus amplissimus solùm relinquatur ad manifestandum, illis verbis: *firmabo regnum eius &c Firma erit domus tua, & regnum tuum vsq; in sæculum*: non quodcumq; regnum temporale, & sęculare, sed cæleste, & æternum Deum pollicitũ fuisse Dauidi. Id enim breuissime consequemur, si huius testimonij verba originalia attentè inspiciamus: & cuncta, quę in illo continentur, exactè examinare, imo & penetrare contenderimus.

Nã quãuis in omnibus verbis huius testimonij, solùm dictione illa, *Golam*, vtatur sacra Scriptura, vt facilè patebit intuenti textum Hebraicum: cùm in eo capite tribus vicibus reperiatur ista dictio. Sed tamen prӕterquã Septuaginta interprete, clarissimè significationem huius dictionis cunctis subiecerunt: cùm loco illius interprӕtandum esse statuerunt, *sempiternum*, dicentes, *& erigam thronum eius vsq. in sempiternum &c. fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsq. in æternum coram me &c.* Etiam Regius noster Vates hanc eandem veritatem Psal. cunctis manifestare est conatus: quando præcauens in futurum Spiritus Sanctus insidias vestras, & Rabbinorum vestrorum malitiam, & cogitationes in damnum, & pernitiem Religionis nostræ Christianæ maxime paratas: vt huic tanto occurreret malo, præsertissima remedia adhibere sollicitè contendens, faciens periphrasim horum verborum, quæ superius a nobis adducta fuerunt, dixit: *Percussi fœdus cum electo meo, iurauit Dauid seruo meo, vsque in æternum firmabo semen tuum. Et ædifficabo in generatione, & generationem thronum tuum, vsque in sempiternum.* Respõs. *Psal.* 89.

Quo

Quo testimonio, præterquã illæ dictiones, *à generatione in generationem*, aperte exprimunt perpetuitatem seminis illius, qui occupaturus erat regnũ quod ex extirpe eius progressurum erat: tamen hoc idem confirmat illa dictio, *Sela*, quæ ibi reperitur, & correspondet in sempiternum: vt optimè colligitur ex illis verbis Abacuc. Habac. 3. *Deus à meridie veniet, & sanctus de monte Pharam*, Sela, idest, semper & Psal. *Et gloriam meam in puluerẽ deducat*, *Sela*: idest, semper: & inferius: *denudando fundamentum eius vsq. ad collum*, *Sela*, idest, semper: & Psalm. *Et quæritis mendacium*, *Sela*: idest, semper, & Psalm. *in opere manuũ suarũ corruet impius*, *Sela*: idest, semper. Et similiter lectio Chaldaica, quæ sic legit. *Dispoſui fœdus Abraham dilecto meo: iuraui Dauid seruo meo, vsq. in æternũ firmabo filios tuos: & ædifficabo à generatione in generationem sedem regni tui, in æternum*: & ea, quę apponũtur inferius, vt textus Hebraicus præsefert: *Semel iuraui Dauid per sanctitatem meã: si Dauid mentiar, semen eius in sempiternum erit. Et thronus eius sicut Sol coram me, sicut Luna stabilietur perpetuo, & testis in cœlo fidelis*, Sela, i. semper. Cui fauere videtur lectio Chaldaica, quę sic habet. *Semel iuraui in nomine sancto meo, nequaquã Dauid mentiar, filij eius in perpetuũ erũt. Et thronus eius lucidus sicut Sol in conspectu meo, sicut Luna firmata ad signum æternum, & testimonium in cælo fidele, in perpetuum.* Et hoc idem corroborant ea, quæ superius in eodem Psalmo præcedunt, nempe. *Et ponam in perpetuũ semen eius, & thronum eius sicut dies cæli*: quo loco in textu originali reperitur, *Lagad*, i dest, in perpetuum: vt colligitur ex illis Psalm. *Et terrebuntur Gade gad, vsq. in æternum*, Psal. 23. & Psalm. *Et filii eorum sedebunt Gade gad, vsq. in sæculum sæculi, & inferius: hæc requies mea Gadegad*: idest, vsq. in sẽpiternũ. Vel Psal. 132. vt Chaldęus. *Et ponam in perpetuum filios eius, & sedem eius sicut dies firmitatis cælorum.* Si ergo stabilitatem Regni Salomonis, & solij eius diebus cælorũ, & firmitati eorum comparandam esse statuit Spiritus Sanctus: qui & si initio fuerunt creati, secundum illud: *tu autem* Psal. 102. *Domine initio terram fundasti, & opera manum tuarum sunt cæli*: tamen nunquã corrũpentur, & desinent esse: cùm sint incapaces peregrinarum impressionum, nulliq. corruptioni subdãtur, sed semper in eodem statu perseuerantes permaneãt. Quis tantùm sibi vindicare erit ausus, vt sedem istam & solium, quod Deus Dauid, idest, Messiæ nostro, & veris successori-

Psal. 4. Psal. 7. Psal. 9.

bus eius est pollicitus in æternum: breui tempore vitæ Salomonis finitum fuisse iam dictitet? Fieri ne potest, vt si ista omnia attente considerasset, in eũ errorem prolaberetur? Consultius namq. vobis, & Rabbinis vestris esset, hæc omnia præmeditari iterum atq. iterum: antequam in publicum hæc deliramenta, imo blasphemias cũ ctæ Ecclesiæ Christianorũ proponere temere auderetis. Quorsum diceret Psalm. *Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam &c. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*: vel vt Chaldeus legit: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu constitueris Dominus in orbe futuro, propter iustitiam: eo quod fueris Rex immaculatus, diuinitas Dei in dextera tua*? & Daniel acclamat. Et palam: *Videbam in visione noctis: Et ecce cum nubibus cœli tamquam filius hominis veniebat, & vsq. ad antiquum dierum peruenit, & coram eo appropinquare fecerunt eum. Et ei dedit potestatem, & gloriam, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ ei seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur*. & Daniel. *Et in diebus regum ipsorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum nõ corrumpetur, & regnum populo alteri non dimittetur: Comminuet, & consumet omnia ista regna, & ipsum stabit in sæculum*. Quæ omnia maximè cohærent illis verbis Psal. *Regnabit Dominus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam*: & Psalm. *Regnabit Dominus in sæculum, Deus tuus Sion, in generationem & generationem*: & potissimè cum illis, quæ in nouo Testamento Lucæ dicuntur. *Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*.

Psal. 109. *Daniel. 7.* *Daniel. 2.* *Psal. 47.* *Psal. 145.* *Luca. 1.*

Neque quidquam cõtra nos, & ea quæ nuper retulimus, aduersarij nostri moliri poterunt: ex eo quod cùm adinueniant in fine huius promissionis Dauid factæ: postquam dixerat Nathan, nomine Dei, Dauid ea, quæ euentura erant filio suo Salomoni: *Statuam semen tuum post te, quod egredietur è ventre tuo: Et firmabo regnum eius &c. Firma erit domus tua, & regnum tuum vsq. in sæculum*: statim addidisse. *coram te, thronus tuus erit firmus vsq. in sæculum*: sicut legit similiter nostra Vulgata: *Et fidelis erit domus tua &c. vsq. in æternum*: ad existimandum ducantur, Regnum Salomonis firmum, & stabile conseruari debere tantùm per cunctos dies Salomonis, ad quos solum fuerat facta promissio Nã præterquam

3. Replica.

Resp͂õs.

terquam lectio Septuaginta sic se habeat: *& fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsq. in æternum coram me* (qua lectione admissa, satis nos illorum obiecti respondisse arbitror: præsertim cùm Psal. De eadem promissione mentionem faciens similiter dicat: *semen eius in sempiternum erit, & thronus eius sicut Sol in conspectu meo:* & Chaldęus, *sicut Sol in conspectu meo &c.* Possumus facile illorum spiritus efferuescentes omnino retundere, dicendo: quòd consultò Hebraica lectio, instinctu particulari Spiritus sancti, ita modò se habet, *lephanexa,* idest, coram te: vt ex ea cunctis innotesceret, iam Spiritum sanctum ex tunc alloqui cœpisse, non cum Dauid, & filio suo Salomone tantùm, qui figuram gerebat nostri Messiæ: sed potissimè cum vero nostro Dauid, & Salomone: cum eo, inquam, qui nec fecit peccatum, nec est inuenta in ore eius iniquitas: cuius regnum æquitatis, & iustitiæ appellandum erat: & cuius regni nullus futurus erat finis. Quandoquidem iamdiu ab æterno præuiderat, regnũ illud temporale Salomonis ob scelera execrãda & nefaria eius peccata statim diuidendum fore, & momento temporis post eius mortem scindendum esse. Cui vni optime adaptanda sunt illa verba, *Firmũ erit domus tua, pacifice Salomon: & regnũ tuũ vsq. in perpetuũ corã te,* idest, cui esse, & viuere semper, vt Deo vero essentialiter conuenit, secundùm illud: *Christus heri, & hodie ipse, & in sæcula:* vt homini autem vero, à dexteris Patris per resurrectionem eius ad cœlos constituto, numquam deinceps illum posse mori, secundum illud: *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur:* & Apocal. *Ego sum primus, & nouissimus, & viuus: & fui mortuus: & ecce sum viuens in sæcula sæculorum.*

Psal. 89.

Hebr. 13.

Roma. 6.

Apocal. 1.

CAP. I.

Error nouus eorum qui dictitant, cuncta huius testimonij verba ad impleta fuisse in posteris Salomonis, conuincitur.

ALij verò hæc omnia attẽtè & mature considerantes, contemplantesq. nullatenus vim huius testimonij subterfugere posse, his & alijs expositionibus nouiter ab ipsis excogitatis: quo minus palam aduentum Messiæ iamdiu pręteritum esse, quasi conuicti vndiq. fateri cogatur: in aliam periculosiorem expositionis

sitionis scyllam, cupientes vitare charibdem, miserè inciderunt. Dictitantes, absq. vlla temporis intermissione, regnum illud, & thronum Salomonis, estò breuissimo tẽporis spatio apud Salomonẽ perseuerauerit: tamẽ ex tũc, hucusq. semper perseuerasse, saltem in posteris, & successoribus eius: quamuis maiestas, amplitudo, & excellentia Imperij illius non ita in omnibus regibus simul, qui illum sub sequti fuerunt cunctis illis regnis & nationibus, ad quas dispersi fuerunt, sicut in Salomone clarissimè manifestata fuerit: & ad hoc dicendum illis innituntur fundamentis.

1. Ratio. Primum est huiusmodi, scilicet ex eo quod intueamur cuncti, si vniuersam paginam sacræ Scripturæ euoluamus, nullatenus populum Iudaicum orbatum esse proprio, & vero rege ex familia, & extirpe eorum ex tunc, vsq. ad istam vltimam transmigrationem: quominus clauum, & gubernationem Iuda, Hierusalem, & confinium ciuitatum, quibus Salomon fuit potitus, ipsum tenuisse affirmare palam iam cogamur. Præsertim, cùm aperte adnumeniamus, estò post mortem Regis Salomonis, ob scelera vel ipsius, vel execranda flagitia filij eius Ieroboam, totiusq. populi

2. Para. 12 Israel, de quibus dicitur. Paral. *Et fuit: Cum confirmasset Regnum Roboam, & cùm roborasset illud: dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo*: Deum ita iratum fuisse in illos, vt in pœnam tanti criminis permisserit, vt Sesac Rex AEgypti ascenderet contra Hierusalem, & tulerit thesauros domus Domini, vt inferius in eodem capite reffertur. Insuper Athaliam impiam matrem Regis vna cum filijs suis, vt Paralipomenon, destruxisse domum Dei, vt illa præseferunt: *& omnes sanctificationis domus Dei fecerunt ipsi Bahalim*. Et Regem 2. Par. 24.
Aram in pœnam peccati, quod Ioas Rex perpetratus fuerat, occidendo Zachariam, cum magno exercitu irruisse in Hierusalem, & Iudam, cunctos 2. Par. 24.
Principes illius populi deuastãdo: vt Paralipomenon. Consceleratum Achaz congregasse 2. Para. 28
omnia vasa domus Dei, eaq. comminuisse, cunctaq. ostia domus Dei clausisse. Decursuq. temporis legamus, Regem 2. Para. 36
Chaldæorum vniuersum domum Dei incendisse, cunctumque populum Dei in duram seruitutem adduxisse, per septuaginta annorum spatium. Postremo vt vno verbo concludamus, abominabilem Antiochum ita funditus ab imis fundamentis domum illam regiam euertisse: vt nullum vesti- 1. Mach. 5.

S 2 gium.

gium priſtini nitoris in ea re-
ſ ctum eſſet. Numquam tamen,
nobis intueri licuerit, his &
alijs innumeris ruinis, & ca-
lamitatibus, ita prorſus deſtitu-
tum fuiſſe populum Iſraeliti-
cum, vt his & alijs temporibus
vero rege, ſaltem ex eius pro-
ſapia, & familia aliquando or-
batum fuiſſe fateri nos poſsi-
mus. Maximè cùm ipſa ſacra
Scriptura aperte proclamet, vt
cunctas iſtas difficultates vnà
ſimul diluat, in eiſdem locis ad-
ductis Regem Roboam humilia
tum quondam, maximèq. auer-
ſum à Deo, poſtea in priſtinam
2. Par. 12. Dei amicitiam redijſſe: ex quo
factum fuit, vt dicat ea. *Et robo
rabit ſe Rex Roboam in Hieruſa-
lem, & regnauit:* Ioas Amaſiam,
Ezechiam in Regno Salomo-
nis ſucceſiſſe: & illam innume-
ram Regum multitudinem ex
1. Par. 3. genealogia eius extitiſſe, qualē
Paralipo. reffertur. Et quod ma
gis eſt, adhuc in illa captiuita-
te Babilonis, vt Rabbi Samuel
in expoſitione Cantici Canti-
corum, ſeptuaginta duobus iu-
dicibus potitum fuiſſe ex fa-
milia eorum, quibus iudicandi
cauſas illis demandata erat pro
uintia: poſt duram verò illam
oppreſsionem ſummos Sacer-
dotes Hebręorum gubernacu-
la illius populi tractaſſe: nun-
quāq; ex illis tēporibus vſq. ad
iſtam vltimam deſtructionem
templi Hieruſalem, inuictiſsi-
mis Machabęis, ex genere eo-
rum ſuam proſapiam trahenti-
bus ita miſerabiliter populum
Iſraeliticum deſtitui potuiſſe:
quominus ſceptrum, & Impe-
rium iſtud glorioſiſsime illos
occupaſſe cunctæ, & ſemotiſsi-
mæ nationes cum magna ipſa-
rum clade, & iactura non præ-
dicent.

Neque minus firmum argu- 2. Ratio.
mentum ad id vnum dicendum
eſſe exiſtimant, & ſibi perſua-
dent: cùm conſiderant, Impe-
rium illud Salomonis, & ſi non
apud Iudæam, Hieruſalem, cun
ctaſq. eius finitimas regiones,
& prouincias: at ſaltem apud
alias ſemotiſsimas Orbis par-
tes adhuc extunc apud eos ex
tare firmum, & ſtabile, & ſi nō
temporale, ſaltem ſpirituale: &
ſemper extitiſſe, eſt adeo cer-
tum quo iam vndique conui-
cti fateri tenemur, ipſum po-
pulum Iſraeliticum ſolum fuiſ-
ſe, qui extunc hucuſq. inter cū-
ctas alias gentes, & nationes ve
ro Deo cultum, & reueren-
tiam: & non qualemcunq. tri-
buere eſt conatus: ſed qualem
Moyſes illis tribuere præce-
pit. Præſertim, cùm intue-
antur loco illius ampliſsimæ
Domus Dei, templi inquā Sa-
lomonis, non quibuſquam, ſed
tātis, & ſanctiſsimis tēplis exūc
vbiq. potiri quotſunt innumerę
illę

illę congregationes, & Synagę, quas apud Italos, Germanos, Venetos, Genuēſes, Vngaros, Græcos, & apud vniuerſam Aphricam, & Aſiam abſq. vlla intermiſsione obtinent, cunctis nationibus vnanimiter applaudentibus.

Reſpõſ. Validiſsima equidem iſtorum iuditio ſunt hæc argumenta, & firmiſsima fundamenta, quibus eorum ſententia innititur, & corroboratur: quandoquidem illis innixi, nullis argumentorum telis hucuſq. nec varijs tormentorum generibus, vt ipſimet gloriantur, dimoueri potuerunt a noſtris, & ſi millies eos deturbare tentauerint. Sed certè meo iudicio multò validior, & firmior apparet obſtinata illorum malitia: quandoquidem, illa vna ſola in cauſa eſſe potuit, vt tamdiu his futilibus, & vanis fundamtntis fulciti, in execrando iſto ſuo errore perſeuerare potuerint. Fieri nc poteſt ex eo, quòd vnà vobiſcum fateamur, ex tunc, ideſt, à tempore Salomonis vſq. ad aduentum Prophetæ illius magni (Meſsiam dico) nullatenus ſceptrum è domo, & familia veſtra ablatum fuiſſe, ſed diuinitus varijs prodigiorum generibus, innumeris victorijs de cunctis inimicis veſtris reportatis, ſic fulcitum eſſe: vt nomen Iudæorum non ſolùm celebre, & inſigne apud cunctas alias Reſpublicas ex tunc haberi cœperit: verum vniuerſis alijs nationibus remotiſsimis terror, & pauor ſemper fuerit, vt cunctæ annalium antiquorum hiſtoriæ vetuſtiſsimæ proclamant, et tamq. teſtes occulati, exteræ gentes & nationes atteſtantur: Vt inde occaſionem nanciciſcamini affirmandi omnia huius prophetiæ, non de vero noſtro Meſsia, ſed de Salomone, & poſteris eius, qui vſq. in illud prædeffinitum tempus fuerunt ſubſequuti, interprætari debere? Queſo nē, ſi finitum fuit illud Salomonis Imperium (vt vos nuper fatemini) ob delicta eorum, qui illi in Imperio ſucceſſerunt: vel ob idolatriæ fœdiſsima vitia, quibus ipſe, & fere cunctus populus ſe ingurgitauerunt: vel ob alia innumera & execranda peccatorum genera, quibus ſe totum tradidit, vt adimpleretur, quæ Spiritus Sanctus in futurum euentura prædixerat, Paralipomenon: *Si autem auerſi fueritis, & dereliqueritis ſtatuta mea, & præcepta mea, quæ dedi coram vobis: & ambulaueritis, & ſeruieritis Dijs alienis, & incuruaueritis vos eis: euellam eos de terra mea, quam dedi eis.* 2. Para. 7 & Hieremiæ. *Expellam vos a facie mea, ſicut expuli omnes fratres veſtros, omne ſemen.* Hiere. 7. & 49.

semen Ephraim. & 49. *Dispergam eos in omnem ventum, & ventilabo eos in omnes ventos istos, & non erit gens, ad quem non venient profugi*, & Amos. *Cecidit, nec addet, vt surgat virgo Israel*, & alibi. *Detestor ego superbiam Iacob, & palatia eius odi.* & Threnorum. *Quare in æternum obliuisceris nos; derelinquis nos in longitudinem dierum.* & Oseæ. *Quia post dies multos manebunt filij Israel absq. Rege, & absq. Principe.* & Hieremiæ. *Pro eo, quod non paruistis verbis meis: ecce mittam, & assumam vniuersas cognationes aquilonis, ait Dominus &c. & adducam eas ad terram istam, & ad habitatores eius, & ad omnes nationes istas in circuitu: & interficere faciam eos, & ponam eos in stuporem, & in sybilum, & in solitudines sempiternas. Perdereq. faciam ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ &c. & erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem &c.* Et imperium tantum, tempore Salomonis & posterorum eius, verba illa testimonij superius adducti. *Et firmabo solium regni eius &c.* personare vos adhuc contenditis, cunctis istis rationibus supra à vobis allatis? Cùm clarissimè iamdiu intueamini in confirmationem huius nostræ veritatis, à morte Messiæ nostri hucusq. populum Israeliticum illo amplissimo Imperio orbatũ esse: vt vniuersæ gentes & nationes testantur, imò & ipse Dauid palam sæpessimè prædixit: Qua ratione illa verba: *Firma erit domus tua, & regnum tuum vsque in sæculum &c.* quorum paraphrasim faciens Dauid, illis verbis est *vsus*, dicens, Psalm. *Semel iuraui per sanctitatem meam: si Dauid mentiar, semen eius in sempiternum erit. Et thronus eius sicut Sol coram me, sicut Luna stabilietur in sæculum* vestræ expositioni adhærere posse impiè dictitatis, solertissimi sacræ Scripturæ interpretes, imò malitiosi & peruersi corruptores? Si in perpetuum thronus illius erat duratúrus: quid fuit in causa, vt iam cessauerit. Vel ergo dicere tenemini ignoranter (si non peruerse) verba huius testimoni vos interpretatos fuisse: aut exinde necessariò conuinci, vt in nostram ingrediamini sententiam. Affirmantes testimonium istud Paralipomenon nequaquam regnum temporale Salomonis, sed spirituale, Christi inquam & filiorum eius, qui fidei eius assentientes, cuncta eius pręcepta executioni mandare curarunt, pręseferre. Cûm ergo hæc ita se habeant

Amos. 5. Amos. 6. Thre. Vlt. Osea. 3. Hiere. 25. Hiere. 25. Psal. 89. 1. Para. 7

habeant, consultò equidem dixi superius, in periculosiosiorem dicendi scyllam, cupientes vitare charibdem, vos incidisse.

CAP. II.

Confirmatio præcedentis erroris prorsus euertitur.

NEQVE adhuc illam subterfugere valebunt, aut aliquo adiumento vobis extremè indigentibus esse poterunt illi: qui esto solicite & ardenter id vnum assequi conentur, vt suorum ingeniorum aliquod specimen cunctis præbeant, affirmare audent, innixi secundo fundamento supra à nobis allato: illa verba: *& firmabo regnum eius &c.* potissimè regnum spirituale præseferre: quo singulariter, à tempore Salomonis vsq. in hunc diem, vniuersus populus Israeliticus inter alias nationes vnice fuit potius, & potitur modò. Cùm ipse solum, idolotria ferè in vniuersas mundi nationes, regna, & prouincias extunc hucusque grassante, imo occupante: vt innumeri superstitionis ritus, & varia idolorum genera, quibus ferè vniuersus mundus infectus erat, attestantur: ita se totum cultui Dei veri tradiderit, & consecrauerit: vt ob id vnum populus acquisitionis, gens sancta, & peculium Dei vocari meruerit: vt illud Deuteronomio. *te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris præ omnibus populis, qui sunt super faciem terræ.* & illa Deuteronomio. *Beatus es Israel: quis sicut tu? Populè, qui seruatus es per Dominum, scutum auxilij tui, & qui est gladius excellentiæ tuæ.* Deute. 7. Deute. 33.

Nam præterquā quòd illis respondere possumus, quòd sacra Scriptura sæpissimè refert, auguribus, & superstitionibus Populum Israeliticum plerumq; abundasse, post promissionem istam Dauid factam: varijsque idolatriæ generibus antiquitus fuisse deditum, vt illa verba Isaiæ ostendunt. *Pudore enim afficiemini ab hortis, quos elegistis* & illa. *Domus Iacob, venite, & ambulemus in lumine Domini. Dimisisti enim Populum tuum, domum Iacob: quia superstitione repleti sunt præ araneis, qui sunt* Respōs. Isaia. 1. Isaia. 2.

sunt ad Orientem Israeli: & augures fuerunt, sicut Philistim, &c. Operi manuum suarum incuruauerunt se. Et illa Hieremię. *Sacerdotes non dixerunt.*
Hierem.2 *Vbi est Dominus? & tenentes legem, non nouerunt me &c. & prophetauerunt in Baalim &c. Vt pudore afficitur fur, quando deprehenditur: sic pudore affecti sunt Domus Israel: ipsi Reges eorum, & Principes eorum, & sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum, dicentes ligno: Pater meus es tu. Et lapidi: Tu genuisti nos. Quia verterunt ad me dorsum, & non faciem &c. Et vbi sunt Dij tui, quos fecisti tibi? Surgant nũc, liberabunt te in tempore mali tui.* & supra: *Si quidẽ transite ad insulas Chitim, & videte, & in Cedar mittite: & considerate vehementer, & videte, si fecit simile. Num mutauit gens Deos suos? et ipsi non sunt Dij. Populus verò meus mutauit gloriam suam in id, quod non prodest.* Et illa quæ habentur Hieremiæ, Ezechiel. Oseæ, Amos, Michεæ. Est valdè probabile, cùm a tempore Passionis Christi nondum illi cognoscere Messiam nostrum voluerint: sed potius tamquam purum hominem, imò facinorosum morti tradere ardentissime conati fuerant, vt eius nomen in perpetuum à memoria cunctorum euelleretur; in pœnam tanti criminis tot errorum densissimis nebulis illorum mentes allucinatas fuisse, circa cognitionem veri Dei: quot obstinata illorum malitia, execranda in Christum crudelitas, obcęcatio intellectuum eorum miseranda nobis iam certissime pollicentur. Et quia illorum erroribus execrandis ita ferè vndiq. abundant vniuersę historiæ, & libri, quot recensere minime licet: nè cunctarum aures, imò elementa ipsa corumpantur: nullatenus in eis resserandis aliquantulum immorabor. Cùm satis mihi ad id vnum dicendum esse duxerim, illos Messiam nostrum in propria sua venientem, & miracula edentem nondum cognouisse, ob auaritiæ amorem, quo erant incensi: vt nunc ob metum grauem, quo ipsi afficiuntur, dum eundem Messiam ad iudicium vniuersale, nunc venturum, secum considerant: ea deliramenta sibi credenda fingant, quibus tãquã graui quodam letargo consopiti, pœnas ipsis iam iam inferendas sentire non valeant. Quorum omnium miserabilem statum, vndique densissimis tenebris circumuentum præsentire visus, fuit Dauid, quando præuidens illorum ruinam, diuinitus dixit, Psalm. *In tenebris ambulant*, &c. & Psalm. *Fiant*

Hiere.32. & 4
Ezec.6.14 23.30.
Oseæ.4.& 8.
Amos.2.
Michæ.2
Psal.81.

Pſal. 34. & 69. *Fiant viæ illorũ tenebræ, & lubricitationes. Erit menſa eorum coram eis laqueus: & retributionis offendiculum. Obſcurabuntur oculi eorum, ne videant.* Iſai. 42. & 59. *Ponam tenebras ante eos.* & 59. *Impegimus meridie, quaſi in tenebris.* & Threno. Thren. 3. *In tenebroſis collocauit me.* & Nahum. Nahum. 1. *Inimicos eius perſequentur tenebræ.*

Neque mirum profectò, ſi modò his & alijs errorum generibus decipiantur, & decepti extunc fuerint: cùm non ſolùm lumen iuſtitiæ, & intelligentiæ Prophetarum, & oraculorum cæleſtium illis fuerit iuſtiſsimè detractum: verùm illis ſacerdotibus, magiſtris & Rabbinis vndiq; abundare illos reperiamus: vt eorum doctrina cæteri in cognitione Dei, & præceptorum eius inſtruantur, quorum meminit Ezechiel. Ezech. 22. dicens: *Coniuratio Prophetarum eius in medio eius, ſicut leo rugiens, rapiens rapinã, animam comederunt, opes, & gloriam acceperunt, &c. Sacerdotes eius contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea. Inter ſanctum & prophanum non fecerunt diſtinguere: & inter immũdum & mundum non fecerunt ſcire, &c. Prophetæ autem complanabant eos luto abſq; firmitate, videntes vanum, & diuinantes eis mendacium, dicentes. Sic dixit Dominus Deus. Et Dominus non eſt loqutus.* Et illis deniq; Principibus Prophetis & Senioribus circumfluere, vt illorũ veſtigijs in omnibus inhæreant, quos contemplabatur iamdudum Sophonias, Sopho. 3. dicens: *Principes eius in medio eius vt leones rugientes: iudices eius vt lupi veſpertini, nec oſſa quidem dimiſerũt in mane. Prophetæ eius contemptibiles: viri præuaricatores. Sacerdotes polluerunt ſanctitatem, trãſgreſsi ſunt legem meam.*

Quando ergo his & alijs præclariſsimis viris Imperium veſtrum, vel potius Synagogas veſtras condecoratas fuiſſe, & eſſe vos palàm conſpicitis: Quis adeò ex vobis præceps, & furioſus eſſe poterit, qui dictitare, ſed quid dictitare? imò mẽte concipere audeat, & ſi non regno temporali illo Salomonis, at ſaltem ſpirituali ſemper vos & maiores veſtros hucuſque fœliciter potitos eſſe? Niſi vniuerſum rerum ordinem, Inuehitur cõtra Iudæos. 1. cõ ipſis creaturis à Deo impreſſam peruertere temerè conetur. Si enim Imperium veſtrũ ſpirituale eſt: Quid fuit in cauſa, vt hucuſq, vos & maiores veſtri expelleritis, *Spiritum filij ſui: quem miſit Deus in corda veſtra,* Ad Gal. 4 vt ea illuſtraret, viuificaret, & incenderet in amorem eius? Et vt iam cũcta Prophetarum oracula vt cortex exterior litteræ iacet, ſolũm

interpretanda eſſe vobiſcum decreueritis, omnẽ alium ſenſum ſpiritualem procul amandantes: *Scientes quod littera occidit, ſpiritus viuificat, & omnia ſcrutatur.*

2. Cor 3. 1. Cor. 2.

2 Inuehitur cõt. illos.

Quomodo opera carnis veſtræ non ſolùm non ſunt mortificata, verùm ita vigent cum ſuis paſsionibus, vt ferè cũctis alijs gentibus homines animales videamini? Quomodo ita auaritiæ, luxuriæ, & alijs rebus caducis & temporalibus eſtis conſecrati: vt in illis ſummam veſtram fœlicitatem conſtituiſſe ferè omnes iam arbitrentur? Quomodo ita auerſi in omnibus à præceptis Dei, & ab ipſo Deo? Quomodo deniq; bonorum iſtorum cæleſtium & ſpiritualium, quibus Chriſtiani in hac vita, virtute Paſsionis Chriſti, fruuntur: & illorũ æternorũ, quibus ſunt cõdecorandi à Deo in patria illa cæleſti: adeò obliti, & immemores eſtis: tantùm ad bona iſta viſibilia, terrena & citò peritura, inſtar maiorum veſtrorum, quibus ea tantùm in antiqua lege Deus fuit pollicitus, ita continuò tanquã ſuſpenſi inhiãtes?

Deut. 38.

3 Inuehitur.

Si regnum veſtrum ſpirituale: vbinam ſunt dona ſpiritualia in vobis, quibus vitam ſpiritualẽ traducatis? Fieri nè poteſt, vt ex Scriptura habeamus, hoſtiam obtuliſſe Deo Abel, Geneſ. Fide Enoch trãſlatum eſſe, nè videret mortem, Geneſ. Fide Noe aptaſſe arcam Geneſ. Fide grauidam fuiſſe Sara ſterilem. Geneſ. Fide obtuliſſe Abraham Iſaac vnicũ filium ſuũ, credentẽ in ſpem contra ſpem: Fide Iacob morientem filios benedixiſſe Geneſ. Fide Ioſeph iã diſcentem, de profectione filiorũ Iſrael memoratum fuiſſe, Exod. Fide Moyſen reliquiſſe AEgyptum. Exo. Fide celebraſſe Paſcha. Fide tranſiſſe filios Iſrael mare rubrum, tanquam per aridam terram: Gedeon, Barac, Sanſon ſepte, Dauid, Samuel & innumeros Prophethas Fide viciſſe regna, & operatos eſſe iuſtitiam. Vos autem cùm oculis veſtris videritis & manibus veſtris contrectaueritis cuncta, quæ operatus eſt verbum vitæ, Meſsias noſter, ob ſalutem potiſsimè veſtram, vt vos à duriſsima peccatorum ſeruitute, & mortis imperio liberaret: adhuc adeò increduli ſitis, vt immemores omnium iſtorum, primum aduentum eius nunc nunc, & Meſsiam veſtrum expectetis? Quem maiores veſtri viderunt, alloqui fuerant, & ſpiritum Patri ſuo tradentem, vt vos cum illo conuiuificaret, conſpexerunt: & quod grauiſsimum eſt, modò iterum & ſæpè hoc Imperium veſtrum

Geneſ. 4. Gẽ. 5. & 6 Gene. 21. Gen. 40. Gen. 50. Exod. 12. & 14.

veſtrum ſpirituale maximè appellari debere aſſeratis? O generatio praua, & incredula: quis talia, tam abſurda & obſcena dictitare vos docuit? quis veſtram inſaniam illam & ſtoliditatem ſuſtinere iamdudum poterit, aut conabitur?

Inuehitur cō tra illos

Si enim ſpirituali regno adhuc potimini: quæſo, indicetis mihi, nè vagari incipiam hâc & illac, vbi nam fides illa primi aduentus Meſsiæ veſtri, & cunctorum myſteriorum, quæ pro ſalute generis humani ipſe eſt operatus? Quia ſpirituale lumen animabus impartitur, oſtium vitæ æternæ in vmbra mortis conſtitutis reſeratur: participeſque illorum cæleſtium bonorum, quæ cunctis promeruit, & dare eſt pollicitus, efficiuntur: & ſine qua nullus hucuſque ſaluari poteſt, ſecundum illud: *Non eſt aliud nomen, in quo nos opporteat ſaluari, &c.* Si inter Synagogas veſtras iniquas, & conuentus malignantium, & congregationes execrandas commoratur: Vbinam Spes ſpiritualium præmiorum vitæ æternæ, quam Deus elargiturus eſt illis, qui ſecundum propoſitum eius ſunt ſancti? Si his tantùm quæ vmbram habent futurorum bonorum, mentes veſtræ iamdiu abundantiſsimè ſatiantur: inter vos quem locum obtineat? quæ vè ſit nunc ſpes veſtra ab vberibus matrum veſtrarum, nobis dicatis, rogo? Si enim in eum illam conſtituitis, quem venturū adhuc ſperatis? hæc minimè ſpes vocari debet: cùm ea quæ habentur, nullatenus ſperādu eſſe in rigore dicantur. Quòd ſi adhuc mentibus veſtris nondum tanquam præſentem illū eſtis amplexi: id vnum ignauiæ veſtræ, & malitiæ potius, quàm eius ſummæ bonitati tribuatis, maximè vellim: acclamante Iſaia. 65. *Expandi manus meas tota die ad populum contradicentem mihi.* Eia verò dicite iam: *Vbinam inter vos charitas illa Dei, diffuſa in cordibus omnium fidelium? Quæ patiens eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit, quæ ſua non ſunt. Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet* (Quia Deo copulamur, & præcepta eius in integrum ſeruantur, & multitudo peccatorum opperitur.) Siue erga proximos veſtros, ſiue erga Deum, à morte Paſsionis Chriſti vſque in hunc diem, apud Rempublicam veſtram cubet: ſiue in hieme, ſiue in

Acto. 4.

Eſai. 65.

Roman. 5.

1. Cor. 13.

verè

vere, autumno, æstate, & alijs partibus anni, mensis, aut diei. Forsan ne cubat (dicite iā mihi) in obstinato illo odio, quo nos, Ecclesiam Christianorum hanc sanctam, & Messiam nostrum tanquā canes rabidi, sanguinis nostri sitientissimi, ex tunc nocte diuque tanquam in malo confirmati prosequimini? An in execrandis illis orationibus, quas quotidie, mane, meridie, & nocte ad Deum in dissipationem Religionis Christianæ semper ex tunc effudistis, & effuditis modò? An in intestina illa rabie, qua vos adinuicem insidiantes, ardetis? An in illa tyrannide, qua pauperes & viduas opprimitis, iustitiæ nullum locum adhibentes, cuncta secundùm propriā voluntatem metientes, & æstimantes? An denique in illis cōuenticulis iniquitatum malitiæ, quibus continuò tanquam capitales inimici, & acerrimi hostes in omnibus, dura ceruice, & incircuncisis cordibus instar parentum vestrorum, Spiritui sancto, ore Prophetarum voci feranti resistitis?

5 Inuehitur contra illos. Si spirituali regno vos potimini, indicate, rogo, an apud Synagogas reperiantur illa dona Spiritus sancti, quorum meminit Isaias? *Spiritus Domini, spiritus sapientiæ*: ad sapiendū archana Dei, & intelligendum

Isai. 11.

eius secreta, & prævidendum mortalium nouissima. *Spiritus, intelligentiæ, & intellectus*: ad intelligendum delicta vestra, & maiorum vestrorum: scrutandum & discernendum legem, & mandata Dei. *Spiritus consilij, & fortitudinis*: ad imitandum perfectionem sanctorum Patrum, & perferendos labores pro nomine Dei: & agrediendum ardua, & difficilia. *Spiritus scientiæ*: ad cognoscendum quàm malum sit dereliquisse Deum. *Spiritus pietatis*: ad exercendam misericordiam in proximos. *Spiritus timoris*: ad timendum Deum tanquam patrem, & iudicem, qui rationem de cunctis operibus vestris est sumpturus. Si apud vos hæc eadem reperiri affirmatis: Quorsum tanta ignorantia in perscrutandis mysterijs diuinis? inconsideratio in præuidendis rebus futuris? obliuio in fatendis delictis? tanta desidia in obseruatione legis? tanta denique libertas in exequēda propria voluntate, & sequēdis passionibus vestris apud vos viget? Quando ergo hæc scęlera vestra ita cunctis gentibus, & nationibus iamdudum patent: vt quamuis nos ea silētio inuoluere conaremur, Synagogę vestrę hęc omnia vnanimiter & publice prædicarent. Non nē summæ libertati, &

& eximiæ arrogantiæ, & temeritati vobis, & cunctis assèclis vestris est tribuendum, palã iã dicentibus, loco sanctissimi tẽpli illius Salomonis (quod ita maximè gratum extitit Deo, tum ob amplitudinem admirandam illius domus, tum ob eximiam Sacerdotum sanctitatem, qui illic in adhibendo cultu Deo inseruiebant, ad vnguem cuncta cærimonialia præcepta legis, vt illis præceptum erat obseruando) tot innumeris tẽplis alijs, quot sunt Synagogæ vestræ, diuinitus vos, & maiores vestros, post miserandam templi Hierusalem euersionẽ, â Romanis factam, vsq; in hũc diem potiri.

6 Inuehitur. Si enim memores estis Dauid contemplantẽ maiestatem, excellentiam, & immẽsam amplitudinẽ Dei, aperte docuisse, Deum quem cæli cælorum capere non possunt, non qualemcunque domum inhabitare debere: sed eam, quam vbique sanctitudo & sanctitas circundant, & exornant: *Domum tuã* (Psal. 92.) *decet sanctitudo.* & Psal. *Dilexi* (Psal. 27.) *decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ.* Psal. *Introibo* (Psal. 5.) *in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum.* & Psal. *Do*- (Psal. 10.) *minus in templo sancto.* & Psal. (Psal. 29.) *Et in templo eius omnes dicent gloriam* & Psal. *Sanctum est tẽ*- (Psal. 64.) *plum tuum, mirabile in æquitate.* Qua ratione ausi estis dicere cunctas Synagogas vestras, in quibus tanquam in speluncis latronum, & in cubilibus draconum nihil præter rapinam miserandam pauperum, fraudẽ, dolum, multiplex mendacium, innocentium sanguinem effusum, abominationes detestandas, inanes clamores, execranda sacrificia, abominabiles prçces, blasphemias execrabiles, innumerabiles seductores, falsos Prophetas, seditiosos & impuros homines, ne dicam obstinatos Dçmones, cuique licet intueri, qui indies magis & magis Deum ad iracundiã, & vindictam incendunt: in locum tẽpli illius Salomonis diuina prouidentia fuisse extunc suffecta? Acclamat Isaias: *Domus* (Isai. 56.) *mea domus orationis est.* Dauid: (Psal. 5.) *Domine, mane audies vocem meã: mane præparabo tibi orationem, quia non Deus volens iniquitatem es. Non habitabit iuxta te malignus: non stabunt stulti coram oculis tuis. Odisti omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinolentum & fraudulentum abominabitur Deus:* & nos patienter sustinebimus, vt Synagogç vestrç, eorum inquam, quorum oculi semper contra pauperem respiciunt, vt illum decipiãt: quorum os maledictione plenum est, & dolis & fraude: lingua per-

peruerſitas,& iniquitas:guttur eorum ſepulchrum patens:aures maximè promptæ ad audiẽdas in Deum blaſphemias, & obduratæ in malum: nares infectæ odoribus ſpurciſsimis peccatorum:manus plene ſunt ſanguine:pedes eorum ad malum ſemper currunt, & manẽt in inſidijs villarum,in latibulis, vt occidant innocentem: & ſicut leô in cubili ſuo inſidiantur ad decipiendum pauperẽ, & tradant eũ in rete ſuum:interiora eorum praua & intimũ eorum prauitates, corda verò in malitia perpetuò obſtinata:

Pſal. 9. *Dixerunt enim in corde ſuo, non mouebimur tunc à generatione in generationem: quia non eueniet nobis malum. Oblitus eſt Deus, occultauit faciem ſuam, nè videat in ſæculum:* quorum cogitationes propenſæ ad perditionem, & vnanimiter aduerſus Deũ, & ſanctos eius: deſideria verò eorũ carnalia,& corrupta: quorum deniq; opera vndiq; malitia & peruerſitate abundant:nobis hæc omnia clariſsimè intuẽtibus,imô audientibus,honorifico illo templo Salomonis nomine ſingulariter condecorari nunc debeant: ita vt â cœteris omnibus,vt quid cæleſte & diuinum, ſummo cultu & reuerentia ex tunc colantur, & venerentur?

7. Inuehitur contra illos. Supremum locum occupant apud vos cuncta vitiorum genera, execranda idolatrię peccata, inaudita cunctarum immaniſsimarum gentiũ & nationum ſcælera: quibus vniuerſi homines illarum congregationum, ſiue principes, ſiue infimi, abſque vlla ætatis, conditionis, aut ſexus differentia, tanquam ſues expurciſsimi diu & noctu voluptantur,arctiſsimo amicitiæ vinculo cum ipſis Dæmonibus copulati. Ex quo conſequtum eſt, vt adeò abominabiles, & execrabiles hucuſque Deo facti fueritis: vt nec ſuper vos, neq; ſuper maiores veſtros ex eo tempore vſque in noſtram ætatem, inſtar montium Gelboe, rorem cæleſtis ſapientiæ diſcendiſſe,neque Solẽ ſplendidiſsimum iuſtitiæ, & veritatis, ob opacitatẽ peccatorũ veſtrorũ,efficaciter illuxiſſe ſciamus. Et nos adeò inſani & ſtulti erimus: vt cũ hęc omnia intueamur, & audiamus Dominum, per Iſaiam cunctas iſtas congregationes veſtras prohibentem,tanquam ſpurciſsimas,nefarias,impias & ſacrilegas: *Vt*

Iſai. 1. *quid mihi offertis multitudinem victimarum veſtrarum: dicit Dominus. Satur ſum holocauſtis arietum, &c. nè addatis afferre ſacrificium mendax: ſuffimentum abominatio eſt mihi, &c. Kalendas veſtras & ſolemnitates veſtras.*

strās, odio habet anima mea, sunt mihi oneri, laboraui sustinendo. Et quando extenderitis manus vestras, occultabo oculos meos à vobis. Et quando multiplicaueritis orationem, nō audiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et per Oseam hoc idem confirmatum: *Et cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatē eius, neomeniam eius, sabathum eius, & omnem festiuitatem eius:* modò non solùm congregationes vestras, & conuentus, quos quotidie facitis per vniuersas mundi regiones, sustineamus: verumetiam libenter patiamur, vt à vobis summis laudibus celebrentur: dictitantes, eam sanctitatem vnamquamq; illarum præseferre, quam antiquitus templum illud sanctissimum Salomonis continebat? Nequaquam id præstabimus, mihi credite: sed potius misericordia commoti, vnà vobiscum miserandum statum, & ruinam in qua constituti estis, continuò, si vobis placet, deplorabimus. Quandoquidem in pœnam grauissimorum peccatorum vestrorum, & parentum etiam, nostris oculis conspiciamus, vos, miserè orbatos esse non solum dominio, & imperio temporali: sed etiam spirituali.

Osea. 2.

Si benè memini, quotiescunq; contemplabar ad Abraham, Isaac, & Iacob, Dauid & alios patres vestros factam tantùm fuisse à Deo promissionem, nempe, daturum se nobis: equidem omnium cæterarum nationum fœlicissimos quondam vos appellatos fuisse recordor. Sed hæc, & alia quamplurima, & innumera quę mihi dicenda nunc ad inuicem se obuersabantur, contemplatus: mihi parcite, in aliam, & multò contrariam sententiam ingredi sum coactus. Præsertim, cùm eo miseriores vos cunctis barbaris etiam nationibus intuear modò, quo ex maiori fastigio miserè deturbatos esse: & quo etiam maiores vestros cunctis alijs gentibus totius mundi Deo amantissimos extitisse, nunc miseré flens, mecum considerans dico. O desiderabilis terra Israel, ô Popule maximè quondam dilecte Deo, sic miserabiliter à cunctis gentibus conculcatus es? Quomodo cæciderunt potentes tui, & tam amplo, illustri, augusto & regali imperio temporali sunt tandiu orbati? Et ab illo supremo honoris culmine, ad quod tanquam amici & filij Dei populus acquisitionis, erant honorificè euecti, iam in illud miseriarum pelagus turpiter & ignominiosè sunt detur-

deturbati. Vt iam non nisi tanquam vilissimi & infames homines, durissima seruitute oppresi vitam traducere valeant. Ne quæso, tantum malum, & infortunium anuntietur apud Trogloditas, Masagetas, Garamantas, aut in plateis aliarum semotissimarum gentium: nê forte cunctæ illæ vna simul, vt vehementius corda vestra dilacerent, & transfigant, id permittente Domino in pœnã peccatorum vestrorum: inusitata quadam lætitia, & alacritate de ista vestra miserabili ruina, tristique interitu vestro gaudeant.

Filij Israel flete iam, non super Saul, qui vestiebat vos coccino cùm delitijs, & ascendere faciebat ornamentum aureum super vestem vestram: sed ex eo, quòd qui quondam dominabamini cunctarum gentium, vectigalia, & tributa magna illis imponentes: quorum sceptrum ab omnibus Gentilitatis regibus vnicè colebatur: quorum insignes de inimicis reportatæ victoriæ singularem Dei amicitiam, cum quo arctissimè copulati erant, palàm ostentabant: quorum fortitudo, maiestas, & amplitudo inuictam, immensam, & nunquam interituram Messiæ nostri dominationem, & imperium, cuius meminit Daniel: *Et in diebus regum ipsorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non corrumpetur, & regnum populo alteri non dimittetur. Comminuet, & consummet omnia ista regna, & ipsum stabit in sæcula*: apertè adumbrabat: in eam miserandam conditionẽ peruenerunt, vt non solùm tanquam serui infames tributa Principibus infidelibus (quo nihil grauius dici potest) quotannis pensitare cogantur, magno ludibrio omnibus expositi: verùm cunctæ gentes illorum comertium execrandum vitare in summis bonis habendum esse habeant, & delectentur. Vlulate popule Israelitice: quandoquidem tu qui antea illustribus titulis, & nominibus exornabaris â Deo tuo: qui debilitabas reges Gẽtilium: qui conturbabas terrã, & concutiebas regna: cunctisque inimicis tuis ingentem incutiebas timorem, donec tibi parerent, & tuo imperio subderentur: nunc prostratus es ad terram, & non qualemcunque, sed Turcharum: & ad eas mundi, nê dicam inferni, partes est detractus, quorum Principes instar Dæmoniacæ potestatis sanguinarium bellum contra Deum, per tot annorum curricula concitarunt, & concitant modó. Plange exterius & interius, quando eam

Dan. 2.

eam modò aduerſam experiris fortunam, qua tibi vni maximè conſiderare licet (vt in memoriam tuam reuocans illam, ad grauiores planctus cōmouearis) cuncta illa, quæ Ezechiel dicta erāt: *Et templū quod erat gloria ornamenti eius, in magnificentiam poſſuit, &c. Et dabo illud in manum alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in ſpolia, & contaminabunt illud, &c. Introibunt in illud latrones, & pollvent illud, &c. Et adducam peſſimos gentium, & poſſidebunt domus eorum. Et ceſſare faciam ſuperbiam fortium, & polluentur ſanctuaria eorum:* non ſolùm diu impleta eſſe: verùm etiam iamdudum conſpicere ciuitatem illam Hieruſalem, quæ tota tunc in alendis ſacerdotibus, qui cultui Dei erant conſecrati, & cunctis alijs Iudæis, qui ad celebrandum Paſchalia feſta per annum ibi aliquoties conuenerant, erat intenta: nūc in ea vna re eſſe tantùm occupatam, vt intra mœnia ſua cunctas infidelitatis gentes contineat, eaſque alat, & ſuſtentet copioſiſsimis, eius fructibus: quas igni inferni iamdudum dedicatas eſſe clariſsime omnes contemplamur. Tandem lugeamus omnes; cunctaque corda noſtra in copioſiſsimos aquarum riuos liqueſiant, prorumpant, & conuertantur: grauia, ingentia & continua ſuſpira in cælum & coram Deo emittamus: eò quòd cùm omnia iſta veriſsima, & non futilia eſſe intelligant hi miserandi Iudæi, contemplenturque: nullum ex familia eorum ex tunc hucuſque extitiſſe adeò ſalutis eorum ſitientiſsimum, qui maiores ſuos, eorūq; vxores, & filios â tam dura ſeruitute liberare contenderit. Et quod grauius eſt, cùm intueantur prorſus omni ſpirituali regno eſſe priuatos: nullus ex eorum Sacerdotibus, Scribis & Phariſæis ita in illos & in cunctum ſalutem ſpiritualē ipſorū animatus fuerit: qui hæc omnia illis iterum ac ſæpè recogitāda propoſuerit. Vt illis optime & prudenter animaduerſis, in veram compunctionem peccatorum ſuorum traherentur: & in viam ſalutis æternæ, quam adhuc illis clemens ille, & miſericors Deus, Meſsias noſter, & eorum (qui fratrem ipſorū eſſe prędicabat) paratam habet, tutiſsimè ducerentur: reſipiſcētes prius nō ſolū de obſtinato ſuo errore, in quo tanquam Dæmones firmiter perſeuerant: verùm de hoſtili & inteſtino odio, quo in nos, & cunctam Chriſtianorum religionem continuò palam, & turpiter debacchantur, & concitantur.

Ezech. 7.

men certiores iamdudum facti sumus, apud Deum eam gloriam ob confesſionem huius solidę veritatis maiores nostros consequtos fuiſſe: & eam nos ſimiliter consequturos fore, ſi in integrũ Meſsiæ noſtri præcepta ſeruauerimus: quæ nec iudicio mortalium minui, iniurijs temporum obſcurari, & maleuolorũ inuidia deleri: ſed perpetuô ſit duratura, & quã immortalitas alet, & æternitas intuebitur.

2 Argu. Atque ita vt iſta lis noſtra incœpta ſtatim finiatur, licentiam ſibi iam aſſumant illi doctiſsimi Rabbini affirmandi publicè, regnum & imperium illud Salomonis, etſi tantûm temporale fuerit, tantę tamen magnitudinis, & excellentiæ extitiſſe: quantum ex illis verbis Reg. *Salomon autem dominabatur omnibus regnis, à flumine terræ Philiſtim vſq; ad terminum AEgypti. Offerentes munera, & ſeruientes Salomoni omnibus diebus vitæ eius, &c. Ipſe enim dominabatur omni loco trans flumen Tiphſaeh vſq; ad Hazah omnibus regibus, qui erant trans flumen. Et pax erat ei ex omnibus lateribus eius in circuitu: & habitauit Iehuda, & Iſrael confidenter, vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dam vſque Berſebah, omnibus diebus Salomonis*: nobis licet augurari. Diuitiarum verò abundantia ſic præ omnibus regibus qui illum præceſſerunt, & fuerunt inde ſubſequti, ſingulariter eum abundaſſe: quantum illa verba Regum præſeferunt: Non *erat argentum, nec reputabatur in diebus Salomonis quidquam, &c. & magnificatus eſt rex Salomon præ omnibus regibus terræ.* In diuitijs & ſapiẽtia adeô ſingularem, quantum ex illis Paralipo. *Præbuitque rex argentum, & aurum ſicut lapides, &c.* & Regum & Paral. & ex Ioſeph. lib. Antiq. & ex illa magnifica tẽpli conſtructione, præter alias quãplurimas domos ab ipſo ædificatas, vnuſquiſq; noſtrum poterit clarè iam intueri.

1. Reg. 4. — 1. Reg. 10. — 2. Par. 1. — 1. Reg. 6. ſque ad 10. 2. Par. 2. vſq. ad 8. Ioſeph. li. 8. anti. c. 3. & li. 7. cap. 16.

Reſpõ. Nam tantûm abeſt, vt regnũ illud temporale Salomonis ſpirituale noſtrum Chriſtianorum adæquet aliqua ex parte: vt ſine magna noſtrorum iniuria nullatenus cum illo comparari poſsit, etſi ad extollendum magnificentiam regni illius nunc ab inferis cuncti facundiſsimi Rethores tam Gręci, quam Latini excitarentur. Et quid ne temporale ſpirituali, terrenum illud & caducum cæleſti noſtro & ſempiterno conferendum erat? An modò ignoratis, quę pluſquam genere diſtant interſe,

cũ in nullo conueniant, nec in aliquo ad inuicem propriè cõparari poſſe?

Collatio regni tẽporalis Salomo. cum regno ſpirituali Meſsiæ noſtri.

Sed ex nunc conferantur inter ſe, ſi vobis placet. Vobis fatemur, regnum illud Salomonis temporibus illius, ſemotiſsimis & maximè inter ſe diſtantibus Prouincijs terminari. Sed Chriſtianorum regnum, quis adhuc ignorat eiſdem quibus Solis curſus terminatur, finiri modó? Quæ enim gens, aut natio tam remota, & ferinis moribus imbuta, aut tam longè à finibus noſtris maximè diſtans reperiri potuit, ad quam regni cælorum notitia, verbo Meſſiæ, & Apoſtolorum voce, proſſeminata nondum peruenerit? Et non hucuſque perſpexerit fere innumeros ex omnibus illis nationibus extitiſſe, qui collum ſuauiſsimo iugo religionis Chriſtianæ liberè ſummittere ardentiſsimè conati fuerint, continua venerationis & cultus, orationis & fidei officia illi exhibentes? Salomonis Imperium quondam deuitiarum multitudine vndique abundans, ſubditorum maximarumq; rerum familiarium abundantia, & vitæ etiam temporalis ipſorum dominabatur; Regnum vero Chriſtianorum pretioſiſsimo Chriſti ſanguine vndique madens, eſt refertum, ſecundum illud Petri: *Sciẽtes quod nõ corruptibilibus auro, & argento redẽpti eſtis, &c. Sed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati, & incontaminati Chriſti.* 1. Petri.1. Et non ſolùm iſtarũ omnium rerum, ſed etiam voluntatum (quod proprium eſt Dei, iuxta illud: *Cor regis in manu Dei, &c.*) ſingulari, & omnium fœlicisſimo dominio potitur: qua vna re nihil maius, aut celebrius fingi poteſt. Illud breuiſsimo temporis ſpatio finitum fuit: noſtrum verò per tot annorum curricula manet ſic conſtans, & illeſum, & manebit in æternum: vt illius conſtantia firmitas regnorum Perſarum, Medorum & Græcorum omnino obſcurata maneat. Ex his ergo, cunctis innoteſcere ſemio, quid vos veſtra arrogantia, & ex comparatione iſtorum regnorum fueritis conſequuti.

Replic.

Neque quidquam minus ſe conſequuturos ſperent, qui ex eo quòd intueantur, priſcis illis & fœlicisſimis Salomonis temporibus, populum Iſraeliticum non qualemcunque domum ad ſacrificandum victimas, holocauſta & varia illa ſacrificiorum genera, quæ Leuitico præcipiebantur: ſed templum illud ſanctiſsimum Hieruſalem habuiſſe: cuius eximia amplitudo, & admirabilis ſan-

ſanctitas ea fuit, quanta ex fundatoris magnificentia, & ſapiētia coniectari poſſumus, illis verbis: *Magnificatus eſt Rex Salomon præ omnibus Regibus terræ, in diuitijs, & ſapientia:* Et quanta nobis, apertè oſtendunt illa verba Paralipomen. *Compleuitque Salomon domum Domini, & domum regiam. Et omne quod venit in cor Salomonis, vt faceret in domo Domini, & in domo ſua, proſpere fecit. Apparuit autem Dominus Salomoni nocte, & ait ei: Audiui orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificij. Si clauſero cælum, & non fuerit pluuia: & ſi præcepero locuſtæ, vt deuoret terram: & ſi miſero peſtilentiam in populum meum, & humiliauerit ſe populus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, & orauerint, & exquiſiuerint faciem meam, & conuerſi fuerint à vijs ſuis malis: Ego exaudiam de cælo, & parcam peccato eorum, & ſanabo terram eorum. Nunc oculi mei erunt aperti, & aures meæ intentæ ad orationem loci huius. Et nunc elegi, & ſanctificaui domum hanc, vt ſit nomen meum ibi vſque in ſæculum. Et erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Et illa quæ præcedunt: *Et gloria Domini repleuit domum: & non potuerunt Sacerdotes ingredi domum Domini, quia repleuit gloria Domini domum domini. Et omnes filij Iſrael videbant, quando deſcendebat ignis, & gloria Domini ſupra domum, &c. Et confitebantur Domino: quoniam bonus, quoniam in ſæculū miſericordia eius.* Eò inſaniūt, vt audeant iam temerè excellentiam Chriſtianæ noſtræ, & Catholicæ Eccleſiæ Romanæ, tot tantiſque ſumptuoſiſsimis templis per vniuerſas mundi partes diuinitus exornatam, conuitijs execrandis illam proſequi: & varijs irriſionum generibus eam & nos vbiq; irrīdentes, hàc & illàc dilacerare? Sed irrideant iam nos hi ſpurciſsimi homines, & inimici noſtri, amplius & amplius varijs moleſtijs & vexationibus, nos ſuis crudeliſsimis linguis proſequantur: nam nullatenus omnibus illis cohiberi poterimus, quominus cum Propheta AEgeo iam prorrumpamus: *Maior erit gloria domus huius nouiſsimæ, quam primæ: dixit Dominus exercituum.* Quandoquidem ſi conditoris huius ampliſsimæ domus cæleſtis excellentiam, bonaq; cæleſtia quibus ob eius conditorem vndiq; circūdata pullulat, intueamur: conſpiciemus quaſi in vehemētem admirationem horum omnium raptum Dauid vix eam fari potuiſſe, dicendo: *Numquid Sion dicet, homo & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſsi-*

3. Par. 1. *2. Par. 7.* *AEge. 2.* *Pſal. 87.*

Pſal. 48. tiſsimus? & Pſal. *Sicut audiui-
mus, ſic vidimus in ciuitate Dei
exercituum, in ciuitate Dei *no-
ſtri: Deus componet eam vſque in
ſæculum ſempiternum.* Vel vt
Chaldæus legit: *Deus funda-
uit eam in ſæcula ſæculorum.* Et
ita vndique bonorum cæle-
ſtium abundantia præ cunctis
omnibus eam polluiſſe: quan-
tum Paulus illis verbis innuit,
de fundatore eius loquens. Co
Ad Col. 2. loſen. *In quo ſunt omnes theſau-
ri ſapientiæ, & ſcientiæ* Dei *abſ-
Iſai. 11. conditi.* & Iſaias: *Et requieſ-
cet ſuper eam ſpiritus* Domini:
*ſpiritus ſapientiæ, & intelligen-
tiæ: ſpiritus conſilij, & fortitu-
dinis ſpiritus ſcientiæ, & ti noris*
Coloſ. 2. Domini. & Coloſ. *Quia in ip-
ſo inhabitat omnis plenitudo di-
uinitatis corporaliter: & eſtis
illo repleti, qui eſt caput omnis
principatus, & poteſtatis.* Quæ
omnia olfacere viſus fuit Iſai.
quando in eius encomijs cele-
Iſai. 54. brandis totus occupatus, dixit:
*Ecce ego colloco in carbunculo la
pides tuos, & fundabo te in ſa-
phiris: & ponam ex margaritis
feneſtras tuas, & portas tuas ex
lapidibus, inſtar flammæ rutilan-
tibus: & omnem terminum tu-
um ex lapidibus deſiderabili-
bus. Et vniuerſi filij tui erunt
docti à* Domino*, & multiplica-
bit pacem filiorum tuorum: in
iuſtitia fundaueris, &c. quiſquis
congregauerit ſe tecum contra
te, cadet.* Quę maximè cohæret
cum his, quæ Meſsias in de-
curſu vitæ ſuæ fecit: quando
non ſolùm teſtantur Euange-
liſtæ de illo, abſque vlla per-
ſonarum differentia, cunctis
ipſum prædicaſſe Euange-
lium, & regnum cælorum: &
hoc idemque Apoſtolis ſuis
præcepiſſe, Marc. *Euntes in* Marc. 16.
*mundum vniuerſum, prædicate
Euangelium omni creaturæ.* &
Matt. *Baptizantes eos in nomi-* Mat. 28.
*ne Patris, & Filij, & Spiritus
ſancti. Docentes eos ſeruare om-
nia, quæcumque mandaui vobis,
&c.* (in qua vna re edenda
ferè omnes ſucceſſores Chri-
ſti maximè elaboraſſe eſt cer-
tum:) verùmetiam Meſsiam
noſtrum inſtar Adami, cuius
coſta de latere eius deducta
Eua condita fuit: ſuo pretio-
ſiſsimo ſanguine, morte, &
Paſsione dilectam iſtam ſuam
Eccleſiam quæ in æternum
duratura erat, conuiuificaſſe:
vt illius vita cęleſti viuens,
illiuſque diuinitatis particeps
effecta, Fideles eius incolæ
vnà cum Paulo dicere poſ-
ſent: *Viuo ego, ſed non ego, vi-
uit autem in me Chriſtus.* Quæ
quidem præſentire viſus fuit
Dauid, dicens; *Ego dixi Dij* Pſal. 81.
eſtis: & filij excelſi omnes; &
conſonant his, quæ Ioanne
dicuntur: *Dedit eis poteſtatem* Ioan. 1.
filios Dei fieri, &c.

Quod

Excel-len. Ec-clesiæ Christia norum.

Quòd si ad particulares, cælestes & admirandas Ecclesiæ nostræ prærogatiuas, quibus à Passione Christi vsque adhuc vnicè potitur ipsa vna inter cunctas alias Respublicas, oculos conuertimus: Qui erunt ita accuti, & perspicaces, qui eximio illarum fulgore, & inaudito splendore non statim obscurentur, & obtenebrentur? Maximè si contemplentur, eas esse, quas sine particulari & cælesti reuelatione nusquam nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque cor hominum excogitauit. Neque immeritò hęc omnia à nobis dicuntur, cùm clarissimè omnes intueamur illis vnicè & singulariter illam exornatam, cum illa cælesti regia Beatorum domo de gloria & fœlicitate decertare valere. Et præterquam quòd aliquid horum significare visus fuit Isaias, cùm dixit: *Et erit: In nouissimis diebus præparatus erit mons domus Domini in vertice montium: & eleuabit se præ collibus, & confluent ad eum omnes gentes, &c.* id est, Ecclesia quæ prędicatione Christi, & miraculis eius in monte Sion fundata, ab ipso Deo eleuata fuit super omnes congregationes huius mundi, & super cunctos reges, & principes terræ. Et idem Isai. quando postquam huius Ecclesiæ nostræ quamplurima encomia recensuit, addidit: *Hæc est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum a me est, dixit Dominus.* Et Dauid quando postquam fundatoris huius Ecclesiæ delineamenta celesti penicillo depinxit, dicens: *Pulchruisti præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: eo quòd benedixit tibi Deus in sæculum:* statim huius amplissimæ domus memor, summis laudibus eam commendauit, dicens: *Astitit coniux ad dexteram tuam in diademate aureo, &c. Tota inclyta est filia regis intrinsecus: polimitis aureis induta cum vestibus phrygionicis. Adducētur regi virgines post eam cōmitantes eam ducentur ad te. Pro patribus tuis erunt filij tui, pones eos principes in vniuersa terra. Memorare faciam nominis tui in omni generatione, & generatione: propterea populi confitebuntur in sæculum, & vltra.* & Psal. *Magnus Dominus, & laudabilis valde in ciuitate Dei nostri, mōte sancti tatis. Pulcher locus, & gaudium vniuersæ terræ mons Sion, ad latera, &c. ciuitas Regis magni Deus in ædibus eius notus est, ad eleuationē, &c. Cogitauimus Deus misericordiā tuā, in medio tēpli tui.* & Ps. *Fundamēta eius in mōtibus sanctis: diligit Dñs portas Siō, super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicūtur de te ciuitas Dei, selah, &c.* Dō-

Isai. | Isai. 54. | Psal. 45. | Psal. 48. | Psal. 87.

Dominus numerabit, quando ſcribet populos, iſte natus eſt ibi, ſelab. & Salomon in ſuis Canticis: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* & Cantic. *Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra. Oculi tui columbarum intra cincinos tuos. Capillus tuus vt grex caprarum, quæ aſpiciunt de monte Galaad. Dentes tui vt grex ouium tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro: quæ omnes faciunt gemellos, & ſterilis non eſt inter eas. Sicut filum coccineum labia tua, &c. Sicut turris Dauid collum tuum, ædifficata ad docēdum tranſeuntes: mille clypei ſuſpenſi ſunt in ea, omnes clypei potentium, &c. Tota tu pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, &c. Abſtuliſti cor meum, ſoror mea ſponſa, abſtuliſti cor meum vno ex oculis tuis, & vna torque colli tui. Quam pulchri ſunt amores tui, ſoror mea, &c. Fauum ſtilant labia tua, ſponſa: mel & lac eſt in lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor Lebanō. Hortus obſirmatus, ſoror mea ſponſa, fons obſirmatus fons ſignatus. Plantationes tuæ paradiſus malorum punicorum cum fructibus dulcibus cyperi cum nardis. Nardus & crocus calamus odoratus, & cinnamomum cum cæteris arboribus thuriferis. Mirrha, & aloes cum omnibus præcipuis aromatibus. Fons hortorum puteus aquarum viuentium, & fluentium ad Lebanon.* & Canticor. *Pulchra es amica mea ſicut tirſa, decora ſicut Hieruſalem, terribilis vt caſtra cum vexillis, &c. Viderunt eam filiæ, & beatam dixerunt eam, &c.*

Cant. 2. Canti. 4. Cant. 6.

Tamen ſi pauliſper in proſequendis Eccleſiæ noſtræ laudibus immorari vellimus, etiam ſi breuitate laconica vtamur, adinueniemus vix tantam prouintiam noſtris humeris ſuſtineri poſſe, quominus iam tanquam graui reprehenſione digni a cunctis iudicemur. Neque mirum profecto, cùm clariſsimè intueamur, Deum Optimum Maximum, diuinitus in oſtenſionem immenſæ ſuæ charitatis, qua homines cunctos proſequebatur, tanta multitudine innumerabilium miraculorum (vt ſic vniuerſum genus humanum quòd tamdiu maximè ab eò auerſum ſuggeſtione Dæmonis erat, illis portentis ad ſe allicere facilius poſſet) Eccleſiam iſtam, quæ inſummitate montis Sion ædifficari cœpta fuit à Meſsia noſtro, promulgatione prima legis Euangelicæ ab ipſo facta (ob quod vnum, & quia in eo monte peracta fuit Paſsio Chriſti Redemptoris noſtri, manifeſtata eius glorioſa Reſurrectio, & admi-

admirabilis ad cælos. Afcenfio, & defcenfus Spiritus Sancti fuper Apoftolos demonftratus: meritô mons ille cunctis alijs eminentior aparuit, & extitit: vt inde vniuerfas fere mundi partes, regiones & oras latifsime occuparet) ab æterno fic mirificê conftruendam & exornandam elegiffe. Vt in ea iam habitaret ipfemet Deus magestatis, non per aliquot annorum curricula ficut primo tẽplo contigit, vt teftatur Scriptura: fed cunctis diebus, quibus vniuerfa ifta Ecclefia militans duraret: & donec hæc eadem ad Ecclefiam illam tryũphantẽ vt vnâ cũ fuo capite fit, transferratur: vt David antea cecinit, dicens: *Quoniam elegit Dominus Sion, & defiderauit, vt effet habitaculum fibi. Hæc requies mea vfq. in fæculum: hic habitabo, quoniam defideraui eam*, & Pfal. *Mõs Dei eft mons Bafan*: ideft, *mons pinguis, mons excelfus, mons Bafam, vt quid faltatis montes excelfi. Hic eft mons, quem defiderauit Deus inhabitare: & Dominus inhabitabit in fæculum.* Quæ maximê confonant cum illis, quæ dixit Math. *Data eft mihi omnis poteftas in cælo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus fancti. Docentes eos feruare omnia, quæcumq. mandaui vobis: & ecce ego vobifcum fum omnibus diebus, vfq. ad confumationem fæculi.* Et non qualicumq. gloria, & maieftate con decoratam; vt accidit tabernaculo, & templo Salomonis in vltima die eius ædifficationis: fed eadem, qua in cælis Beatis fuis fe ipfum ad beatificandum exhibet licet fub fpeciebus facramentalibus: vt illis dignè refecti fideles fui, fanctificati & iuftificati manentes, tamquam filij eius diuinam illam patriam comparare, & cum ipfomet Deo vniri valeant: vt Ioannes nofter innuit, dicens: *Amen, amen dico vobis, nifi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius fanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum fanguinem: habet vitam æternam, & ego refufcitabo eum in nouifsimo die. &c. Et qui manducat me, & ipfe viuet propter me. Hic eft panis, qui de cælo defcendit: non ficut manducauerunt patris veftri manna, & mortui funt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

Pfal. 132.
Pfal. 6.8
Math. 28.
Ioan. 6.

Infuper cùm non folûm reperiamus, etiam inftar templi illius Salomonis, Ecclefiam iftã noftram Chriftianorum non ad quæcumq. facrificia hircorum, agnorum, vitulorum, bubalorũ immolanda (quæ tantùm deferuiebant ad emundationem corporis, vmbramq. habebant bo-

bonorum cæleſtium) præ omnibus alijs ædificatam fuiſſe: ſed ad immolandum in ea Deo ſacrificium iuſtitiæ, & laudis: & non qualecumq; ſed incruentũ ſacrificium filij ſui. Quod non tantùm in memoriam mortis, & Paſsionis pro hominibus exhibitæ: ſed ad expiationẽ peccatorum, & emundationem interiorem animæ, & ſanctificationem digniſsimam hominis, vſq. ad finem mundi perpetuò abſq. vlla intermiſione inſeruit: ſecundùm illud Pauli Hebr. *Si enim ſanguis hircorum, aut taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſantificat ad emundationem carnis: quanto magis ſanguis Chriſti qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum* Deo, *emundabit conſcientiã noſtrã ab operibus mortuis, ad ſeruiendũ* Deo *viuenti?* & illud Corinth. Ego *enim accepi à* Domino, *quod & tradidi vobis. Quoniã dominus* Ieſus, *in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, & gratias agẽs, fregit, & dixit. Accipite, & mãducate.* Hoc *eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Hoc *facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cenauit, dicens:* Hic *calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Hoc *facite, quotieſcumq. bibetis in meam commemorationem. Quotieſcumq enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem* Domini *annuntiabitis donec veniat.* Verum etiam adinueniamus, eam, ex quo cæpit tantæ & tam eximę fuiſſe præſtantię & celſitudinis: vt poſsimus iam palam cunctis teſtari, huic congregationi ſanctiſsimæ Chriſtianorum fuiſſe tantùm conceſſum, vt habeat intra ſe ea cæleſtia dona, quibus homines peccata corde perfecto deteſtari, in amicitiam Dei redire, & ſanctificari interius, Deumq; iratum contra homines, bona cœleſtia meritò illis denegantem, maximè paccatum, benignum, & ad miſericordiam exercendam ſummè promptum reddere quotieſcumq. voluerint, valeant: ſi illis, vt par eſt, dignè ad iſta conſequenda pręparentur, diſponantur, et vtantur. Et vt apud cunctas alias nationes publicè prędicare poſſint, ſic vnicè à Deo à tempore Paſsionis Chriſti vſq. adhuc dilectam fuiſſe, Eccleſiam noſtram, & in perpetuum diligendam fore: quantum ex corporali, & continua ſacramentali eius præſentia, qua cum hominibus extunc commoratur, innumeris beneficiorum generibus illos vndique afficiendo, vt ex illis verbis: *Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominũ, & illis ecce vobiſcũ ſum vſq. ad conſumationem mundi;* cunctı iam dignoſcere poſſint.

Ad Hebr. 9

1. Cor. 11.

Prouer. 8.

Math. 28.

An

An vlla iſtarum prærrogatiuarum potita vmquam fuerit antiqua, & ſancta illa Domus Salomonis non ſolùm vobis, verùm priſcis illis maioribus veſtris qui eius ſummę fœlicitatis participes fuerunt, dicendum relinquo. Præſertim cùm hæc omnia ſecum conſiderans Dauid, & vtriuſq. domus, illius inquam antiqui templi, & noſtræ Eccleſiæ comparationem facere conatus, omnibus ex vtraq. penſatis quaſi in vehementem admirationem huius cæleſtis noſtræ ſortis Chriſtianorum (qua dignos nos fecit Meſsias noſter in partē ſanctorum eius in lumine; ideſt, illius felicitatis ſummæ Beatorū participes nos aliqua ex parte reddendo dixit Pſalm. *Confitebor Domino toto corde, in ſecreto rectorum, & congregatione. Magna opera Domini, quæſita omnibus volentibus ea. Gloria, & decor opus eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum. Memoriam fecit mirabilium ſuorum: clemens & miſericors Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*: ac ſi diceret. Multa quidem ſunt, & ſtupenda beneficia, quę olim exhibuit Deus cunctis mortalibus, tam in rerum creatione, & gubernatione, quàm in mirabili populi Iſraelitici de AEgypto deductione: condecorans illum tot ſacrificiorum generibus, & maieſtate illa templi Salomonis: ob quæ omnia cunctus ille populus vt omnium celeberrimus, & maximè Deo gratus, ab omnibus celebratus fuit. Sed tamen omnium mirabilium ſuorum memoriale nobis in carne veniens dabit: quando Fidelibus ſuis corpus ſuum in eſcam, & in cibum ſpiritualem, & ſanguinem in potum præbebit. Et Pſalm. *Lauda Hieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion*: ideſt Eccleſia Chriſtianorum, *Quoniam roborauit vectes portarum*: ita vt ad te non poſsit accedere malum. *Et benedixit filijs in medio tui*, implens benedictionibus cæleſtibus. *Qui poſuit terminum tuum pacem*: vt nullo metu inde perturberis. *Adipe frumenti ſaturare faciet te*: ideſt, adipe diuinitatis ſuæ inhabitantis ſacramentaliter ſub ſpecie panis & vini &c. *Non fecit ſic omni genti: & iudicia non cognoſcent*: ideſt, hoc beneficio beneficiorum nuſquam vlla gens, aut natio præter Chriſtianos fruentur, neq. adhuc potitę fuerunt.

Pſal. 111.

Pſal. 147.

CAP.

CAP. IIII.

Vt clarius malitia Iudæorũ cunctis oſtendatur, nũc denuo iterũ maieſtas templi Salomonis cum magnificẽtia Eccleſiæ noſtræ Chriſtianorum cõparatur.

QVod ſi adhuc in nos irruere conãtur, ſummis laudibus vſq. ad cælum extollentes, amplitudinem illam excelſam ſanctiſsimæ domus Hieruſalem adeo vnicam, & ſingularem extitiſſe: vt nullis Rethorum floſculis, aut orationis artificio comprehendi vlla ratione valeat. Præcipuè cùm ipſa ſacra Scriptura teſtetur, diuinitus ipſam conſtructam fuiſſe in eminentiſsimo vertice montis Moriach, vbi Abraham obtulit primum ſacrificium Deo. Geneſ. *Cæpit ædifficare altare Domino*: & Dauid ſimiliter præſtitit, quemadmodum Paralipo. dicitur. *Et cæpit Salomon ædifficare Domum in Hieruſalem in monte Moriach, qui monſtratus fuerat Dauid patri eius*: Et nõ in quacumq. ciuitate, ſed in illa cunctarum omnium ciuitatum antiquiſsima, nobiliſsima, & turribus & mœnijs fortiſsima, Hieruſalem inquam. Cuius excellentiam, longo verborum apparatu non ſolùm à Ioſepho lib. de bello Iudaico, & antiquitatum, maximè commendatam eſſe cuncti intuentur: verùm ab ipſa Scriptura ſacra, modò illã appellante Salem; *Rex Salem protulit panem & vinum*, Geneſ. modò Luza, Geneſ. *& venit Iacob in Luzam, quæ eſt in terra Chanaam*: modo Bethel. Geneſ. *& ſurrexit Iacob mane &c. et vocauit nomen loci ipſius* Bethel: modò Iebuzæi, Ioſue: *Iſta eſt hereditas filiorum Benjamin &c. Iebuzi ciuitas Dauid*: & Paralip. & *iuit Dauid, & omnis Iſrael Hieruſalem: ipſa eſt Iebus, & ibi Iebuſæi habitatores &c. & cæpit Dauid arcem Sion, ipſa eſt ciuitas Dauid*: modo Hieroſolyma: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam &c.* vt iſta nominum varietate, & multitudine, clarius cũctis innoteſceret tam ciuitatis, quàm templi illius Salomonis amplitudo. Tum etiam ex eo, quod inſpiciũt, adeò ingentem diuitiarum ſupellectilem, atq. auri & argenti multitudinem in eius erectione cum magno totius Regni Iſrael, & aliarum ciuitatum prouinciarum remotiſsimarum detrimẽto fuiſſe conſumptam, quantam ex illis verbis quæ Paralip. Dauid filio Salomoni dixiſſe fertur: *Confortare, & roborare: ne timeas, neq. paueas. Ecce ſecundùm paupertatem meam præparaui pro domo Domini auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò, & ferri abſq. pondere*: & ex illis Paralip.

Replica.

Gene. 22.

2. Para. 3.

Ioſeph. 6. de bello Iudaico c. 8: & l. 8. antiquo. c. 2 & 3.

Gene. 14. & 33.

Gene. 28.

Ioſue. 18.

1. Par. 11.

1. Par. 22.

2. Par. 2.

Ex

Ex ipſis ad ſolicitandum ſuper opus Domus Domini fuerunt viginti quatuor millia: & Præfecti & iudices ſex millia. & ex illis

2. Para. 2. Paralipo. *Et numerauit Salomon ſeptuaginta millia virorum portantium, & octoginta millia virorum cædentium in monte: & Præpoſitos ſuper eos tria millia, &*

2. Para. 3. *ſexcentos:* & ex illis Paralipo. *Altitudo autem centum & viginti: & texit eam intrinſecus auro mundo. Domum autem magnam texit lignis abiegnis, & texit eam auro bono &c. Et texit domum lapide pretioſo ad gloriam &c*: et tandem vt ex libris Paralipomenon, & Regum ſuſpicari nobis licet. Eia adhuc in encomijs celebrandis illius magnifici templi Salomonis ſolicitè intendant: Nam eſtò tantis, & inauditis ſumptibus, & in opulentiſsima illa Ciuitate Hieruſalem conſtructum eſſe conſpiciant: dictitent tantaq; celebritate, precio, & veneratione apud vniuerſum populum Iſraeliticum, & cunctas alias nationes fuiſſe habitum: vt nunc multò grauius hi miſerabiles de miſerando excidio, ruina, & vaſtitate illius doleant, memores illius grauiſsimæ culpæ, quam contra Deum maiores eorum perpetrarunt: ob quam nūc ita miſere humi poſtratū conſpiciūt, vt cunctos ad commiſeratione cōcitēt: tamē magnificentia domus noſtræ eam eſſe ex quo erigi cæpit, dictitare iam cuncti fideles poſſumus: quæ omnium laudes, encomia, imo inuidiam cunctorum, ſic longe ſuperat: vt nec illis vmquam eguerit, aut egeat modò: nec cunctorum ſuorum inimicorum odia, tela, & machinamenta pertimeſcat, aut vnquam pertimeſcere valeat.

Nam præterquam hæc eadem Domus noſtra Chriſtianorum ſpiritualis, quæ domum illam, & templum Salomonis temporale, & materiale fuit ſubſequuta, in eodem templo ortum habuerit: cûm in eo Meſsias noſter veram prophetarum intelligentiam cunctis explicare cæperit, tamquam digito demonſtrans, Meſsiā quem venturum oracula ipſa annuntiabant, iam dudum illorum foris, & plateis aduentaſſe: vt illa verba Lucæ demonſtrant. *Et factum eſt in vna dierum, docente illo populum in templo, & euangelizante: conuenerunt Principes Sacerdotum, & Scribæ cum ſenioribus, & aiunt dicentes ad illum. Dic nobis, in qua poteſtate hæc facis? &c. Dixit autem ad illos: quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe David? Et ipſe David dicit in libro pſalmorum: Dixit Dominus Domino meo ſede a dextris meis &c.* & Lucæ. *& erat autem diebus docens in templo.* & Marci. quotidie

Respõ. Lucæ. 2. Lucæ. 21. Marci. 14

tidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis. &c. Et in eademmet ciuitate ædificari cœpta fuerit à noſtro vero Salomone Chriſto, illo ſacrificio cruẽto, quo ſe ipſum in ara crucis Deo Patri ſuo, pro redemptione generis humani, in hoſtiã & ſacrificium iuſtitiæ & oblationis, obtulit. Et quando in eodem monte Sinai poſt Reſurrectionem ſuam, legem diſcipulis ſuis vt illam cunctis gẽtibus prædicarent, tot miraculorum varietate confirmatã tradidit. Huiuſq; noſtræ domus, cœleſtis inquam Hieruſalem fundamenta adeo excelſiorem locum cunctis occupare ipſamet

Pſal. demonſtrent, quantum Dauid acclamare viſus eſt, dicens: *fundamenta eius in montibus ſanctis,*

1. Cor. 3. *&c.* quæ maximè cohærent illis Chorint. *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus,* & illis Epheſ. Ergo

Epheſ. 2. *iam non eſtis hoſpites, & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei ſuper ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu: in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in tẽplum ſanctum in Domino.*

Adinueniemus ſimiliter tantam non auri & argenti, ſed innumerabilium cruciatuum Chriſti abundantiã adhibitam fuiſſe: tantamq; pretioſiſsimi ſanguinis eius copiam ad conſtructionem huius noſtræ Eccleſiæ cum tanto vitæ Meſsię noſtri diſpendio (quo nihil maius à nobis excogitari poteſt) diffuſam fuiſſe: quantam præſeferunt illa verba, quæ Threno nomine ipſius dixit Hieremias. *O vos omnes qui tranſitis per viam: attendi* Hieremi. 1.

te, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniam vindimiauit me, vt loqutus eſt Dominus in die *iræ* Ad Phi. 2.

furoris ſui. & illa Pauli. *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in* Chriſto *Ieſu. Qui cum in forma* Dei *eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe æqualem* Deo: *ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiẽs, in ſimilitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo.* Humiliauit *ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis.* &

Lucæ. Et *clamans voce magna* Luca. 23.

Ieſus, ait: P*ater in manus tuas com*mendo Spiritum *meum.* E*t hæc di*cens, *expirauit.* & illa ad Epheſ.

Et ambulate in dilectione, ſicut & Epheſ. 5.

Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo *in odorem ſuauitatis.* & illa Roman. *Commen-*

dat autem charitatem ſuam Deus Roman. 5.

in nobis: quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum.

Inſu-

Inſuper reperiemus, tot & tãtos operarios à tempore Paſſionis Chriſti vſq. in hanc ætatem noſtram, in augmentum huius ædificij cæleſtis, in ędificationem corporis Chriſti desudaſſe: tot deniq; donec (vt cũ Paulo Epheſ. loquamur) omnes occurramus in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: abſq; vlla intermiſsione ex nunc futuros eſſe, qui in hac vna eadẽ re incumbent: quot fuerunt, ſunt etiam, & erunt innumerabiles illi cætus fortiſsimorũ Apoſtolorũ Chriſti, inuictiſsimorum Martyrum ſplendidiſsimæ cohortes, lucidiſsima ornatiſsimorum Doctorum agmina, celeberrimi præſtantiſsimorum Confeſſorum exercitus, & innumeræ illæ ſanctarum Virginum, & innocentium hominũ claſſes, quibus extunc vndiq; huc uſq; circundata viguit, & alijs innumeris vigebit in perpetuum. Quibus muris vallidiſſimis munitam, & vallatam Eccleſiam Chriſtianorum, non tantùm intra mœnia antiquæ Hieruſalem, inſtar antiqui eius templi, modò comprehenſam iamdiu videmus: ſed tam altas apud cunctas Orbis partes ieciſſe radices: vt ferè nullis terminis, aut oris mundi eam circunſcriptam intueamur: quę præuidit Iſaias, dicens: *Et erit: In nouiſsimis diebus præparatus erit mons domus Domini in vertice montium, & eleuabit ſe præcollibus. Et confluent ad eam omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & aſcendamus ad montem Domini, ad domum Dei Iacob, &c.* (Iſaia. 2.) & Dauid Pſalm. *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultu ſuo nos, Selach: vt ſciamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutem tuam.* (Pſal. 67.) & Pſalm. *Et radicare feciſti radices eius, & impleuit terram. Operti ſunt montes vmbra eius, & rami eius vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius.* (Pſal. 80.) & Iſaias. *Et ponam in omnibus montibus meis viam, & ſemitæ meæ exaltabuntur. Ecce iſti à longinquo venient: & ecce iſti ab Aquilone, & Occidente, & iſti de terra &c.* (Iſaia. 49.) & Iſaiæ. *Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ non inuocauerat nomen meum.* (Iſaie. 65.) & Malachiæ. *Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum eius magnum nomen meum inter gentes: & in omni loco incenſum offeretur nomini meo, & oblatio munda. Quia magnum nomen meum inter gentes.* (Mala. 1.)

(Epheſ. 4.)

Cuius noui templi erectionem, amplitudinem, & excellentiam olfaciebat Iſaias, cùm dixit: *Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam: & non* (Iſaie. 65.)

& non memorabuntur priores;
nec aſcendent ſuper cor: ſed gaude
te, & exultate in ſæculum ſæculi
in his,quæ ego creo: quia ecce ego
creo Hieruſalem exultationem,&
populum eius gaudium &c. Et nō
audietur in ea vltra vox fletus, &
vox clamoris, &c. Et erit antequā
clament,exaudiam: adhuc ipſis lo
quetibus audiam. Luppus & ag-
nus paſcētur ſimul: & leo ſicut bos
comedet paleam:& ſerpenti puluis
panis erit. Non nocebunt,neq. occi
dent in omni monte ſanctiiatis meæ,
dicit Dominus.

2 Replica. Quando ergo iſta omnia ſic
ſe habent: conſurgant, conſur-
gant iam in adiutorium illorū,
& illis maximè opitulētur qui
omnia tantùm ſecundùm exte-
riores ſenſus æſtimantes, cun-
cta quę ſub cæli ambitu conti-
nentur, tamquam terreni, ſolum
oculorum iudicio iudicāda eſ-
ſe ſecum ſtatuentes: memores
priſtini ſplendoris, quo intus
& exterius templum illud Sa-
lomonis tamquam cœlum chri
ſtallinum fulgebat, varietate la
pilorum pretioſiſsimorum, qui
bus mirifice nitebat, vt omniū
animos ad eius contemplatio-
nem ſuſpenſos quaſi inuitos,&
reluctantes ad ſe traheret: ita vt
potius diuinitus, quam humana
arte, & induſtria hominum il-
lud fabricari potuiſſe cuncti ar
bitrarentur: quorum omnium
apertiſsimum teſtimonium ſatis
præbere videtur illud Ioſephi
dicentis: Templum illud candido Ioſe. li. 8.
lapide fuiſſe conſtructum, itaque antiq. c. 3.
hoſpitibus illuc aduenientibus pro
cul monti niueo ſimilis videretur.
& illa Paralipo. Porro aurum Ioſ. li. 6.
erat probatiſſimum,de cuius lami- de bello Iu
nis texuit domum, & trabes eius, daico c. 8.
& poſtes,& parietes,& oſtia: & il 2. Para. 3
la Regum. Nihil erat in templo 1. Reg. 6.
quod non auro tegeretur, & illa
Paralipo. Ego autem totis viribus 1. Par. 29.
meis præparaui impenſas domus
Domini Dei,mei aurum ad vaſa
aurea, & argentum in argentea.
&c. & lapides onychinos, & qua-
ſi ſtibinos, & diuerſorum colorum,
omnemq. pretioſum lapidem, &
marmor purum abundantiſſime; &
illa Reg. & ædificatum fuit de 1. Reg. 6.
lapidibus &c. Et malleus, & ſecu
ris, & omne ferramentum non ſunt
audita in domo Domini, cùm ædi-
ficaretur. Adhuc memoriam te-
nentes admirandam rerum abū
dantiam, quibus templum illud
abundabat: maieſtatem illius lo-
ci,qui Sancta Sanctorum appel
labatur,cuius aditus ſemel in an
no Summo Sacerdoti erat con
ceſſus: intra quem tantum Ar-
ca fœderis cum duabus tabu-
lis legis, & illi duo Cherubin
continebantur: innumerā illā
ſacrificiorum multitudinē, qui
bus ad expiationem peccato-
rum vtebantur: varietatem pro
digiorum multorum, quibus il-
luſtrabatur adeo illa domus cō-
ſulto

ſultò ita obliuiſcuntur amplitudinis admiranda noſtræ Eccleſiæ: vt ſolùm illud Salomonis templum memoria perpetua,& celebritate æterna à cũctis, non talibus condecorãdum eſſe exiſtiment.

Sed obliuiſcãntur hi perpetuò noſtrę domus, ſi tantæ & ſummæ fœlicitati ſibi tribuendũ eſſe exiſtimant, nũc depriſtino antiquiſsimi illius tẽpli ſtatu eos recordari, obliti iã infortunij ruinæ miſerandæ ipſius, ad quã Dei permiſsione diuinitus eſt deductum: ſuo delirio tamquã veſani, & furioſi amatores alantur: ſectatoreſq. eorum, adhuc magnificentiam illius templi perpetuò extollant noctu & diu. Nam Chriſtiani & fideles, memores miſericordiæ magnę, & operum admirabilium, quæ in conſtructione huius etiam tẽpli noſtri Meſsias noſter vnicè adhibuit: contẽplantes etiã quod omnia illis in figuram cõtigerunt in comparatione magnificentię Eccleſiæ noſtræ: ex nunc in perpetuum cuncti, interius & exterius occupati verſabimur, & delectabimur in prædicanda eximia,& ſingulari Chriſtianorum fœlicitate, cũ

Iſaia. 55. Iſaia. *Audite audiendo me: & comedite bonum, & delectabitur in craſsitudine anima veſtra.*

Aſsidua cogitatione conſiderantes excellentiam huius noſtræ præſtantiſsimæ Eccleſiæ Chriſtianorum, quæ maximè elucet in illo aureo charitatis amore, cui fideles adinuicem innixi, inter ſe & cum Deo arctiſsimè copulantur: vt clariſſimè illa verba Chriſti præſeferunt. Ioan. 2. Ioan. *Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. &c. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis: ſi charitatem habueritis inter vos mutuam.* Matth. Matth. 5. *Audiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebitis inimicum tuum. Ego autem dico, vobis. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos.*

Clariſsimè intuentes, conſtructionem eius cæleſtem non ex lapidibus onychinis, diuerſorum colorum, marmoreis, & prætioſis: ſed ex lapidibus viuis conflatam fuiſſe: vt Petri. 1. Pet. 2. *Ad quem accedentes lapidem viuũ, ab hominibus quidem reprobatũ, &c. Et ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini domus ſpiritualis.* vt Iſaias ſignificauit. Iſaia. 28. *Ecce ego fundo in Sion lapidem, lapidem munitionis, anguli pretioſi, fundamenti fundati: Qui crediderit in eum, non feſtinet:* ex quorum gratiſsimo aſpectu tãquam ex aſpide, ſaphiro, berilo, topatio, chryſopraſo, hiacinto, & ametiſto (quorum Apoca. 21. Ioannes Apocal. meminit) tan-

tus, & tam eximius splendor in cunctos extenditur, quantum præseferunt illa verba: *Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* & illa: *Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno Patris eorum.*

Math. 8.

Matt. 13.

Cognoscentesq; tanta dexteritate à Messia nostro. Et à Petro, & cunctis Pontificibus successoribus eius decursu temporis, qui eius incremento consuluerunt, fuisse fabricatam: eam solidam doctrinam, incorruptas leges, saluberrima cõsilia, & sanctissimas scripturas fidelibus suis tradendo, quibus nullus auxilio Dei fultus, vix offendere, aut à recta veritatis via, voluntateq; diuina recedere, aut in aliquem errorem, aut erroris suspicionem turpiter elabi vnquam potuerit: quantam demonstrant illa Cantic. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*: & illa Mathęi. *Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* & illa Timot. *Hæc tibi scribo, sperans me venire ad te cito Si autem tardauero: vt scias quomodo oporteat in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis*, & illa Ephes. *Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipsam sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata.*

Canti. 4.

Mathe. 16

1. ad Ti. 3.

Ephes. 5.

Insuper memoria recolentes vnanimiter, in domo ista nostra Christianorum in locum oraculi, quod Sancta Sanctorum appellabatur, intra quod tabulæ legis Mosaycæ continebantur: & duo illi Cherubim, quorum alis arca cooperiebatur, & obseruationis perfecta decem præceptorum Decalogi: fœliciterque eam vnam potiri præsentia sacramentali corporis Christi, qui per anthonomosiam à Daniel, Sanctus Sanctorum appellatur. Cuius aspectu non solùm recondita mysteria diuina hominibus referantur, verùm vitæ eius exemplo cuncti ad obseruantiam perfectissimam decem præceptorum decalogi, & cuiuscũq; excellentissimę perfectionis instruuntur: vnà cum duobus testamentis, quibus eam notitiam tam huius cælestis mysterij, quam aliorum quæ Christus in hac mortali vita edidit, certissimam comparant: vt de illis quibuscumque poscentibus

Regum. 8.

2. Para. 3.

Dan. 9.

poſcētibus poſſit rationē reddere. In locum aharis illius ęnei, quo carnes animalium offerebantur: auſteritate pœnitentiæ exornari, qua paſſiones carnis domantur. In locum illius maris fuſilis, ſuper duodecim bobes poſitiq; quo Sacerdotes lauabantur: Sacramento Baptiſmi, per duodecim Apoſtolos in cunctas gentes ſparſo. In locum decem candelabrorum: diuinis eloquijs, quæ lucem ſapientię cunctis prefeferunt, ſecundùm illud. *Lucerna pedibus meis verbum tuum*. In loco illarū decem menſarum, quibus imponebantur panes propoſitionis: Sanctorum Patrum doctrina, quorum commentarijs cunctę difficultates ſacrę Scripturæ omnibus tamquam manducandum faciles proponuntur. In locum illius atrij, quo Sacerdotes, & Leuitæ miniſtrabant: vita perfectorum, qui excellentia virtutum Deo appropinquant, & alijs verbo & opere normam viuendi perfectam oſtendunt. In locum illius altaris aurei: cordibus inflammatis interna charitate, & caſtitate, quorum luce cæteri ad eorum immitationem incēduntur. In locum thuribulorum, & mortariorum: orationibus ſanctorum, flammis charitatis ad cœlum peruenientibus, vbi Chriſtus eſt in dextera Patris. In locum forcipum, quæ reſcindebant partes lichinorum combuſtas: ſapientiſſimis doctoribus, quibus eſt iniunctum miniſterium ſeparandi hiſtoriam ab allegoria, & ab vmbra veritatem: vt ſic clarius lucem clariorem ſacra Scriptura cunctis præbeat. In locum illorum oſtiorum, quibus ingrediebantur ad Sancta Sancto rum: Sacerdotibus, qui baptizantes, inſtruendo alios in doctrina Euangelica, & cōmunicando ſanguinis & corporis Chriſti myſteria, prima limina Eccleſię cęteris pādant. In lopum tot ſacrifficiorum, quę immunditiam carnalem mūdabant: ſeptem Sacramentis, quibus intus homo in verum Dei amicitiam generatus, eiuſque diuinitatis particeps, mediante eius gratia, efficitur: ſecundum illud Ioan. *Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri*. Tandemq; in locum illorum prodigiorum, quæ Rabbini antiqui veſtri in templo illo fieri quotidie firmiter tenent, ſecundum Talmud Babilonicum capit. 7. heleq; vt Galatinus lib. 8. reffert, nempè quòd numquam aborta uerit mulier propter nidorem carnis ſanctuarij, neq; carnes ſanctuarij fetebant, neq; muſca fuit viſa in macello templi, neq;

Ioan. 1

Gala. li. 8. cap. 8.

contigit accidens Sacerdoti magno in die propitiationis; neq; inuenta fuit corruptio in manipulo, aut in panibus facierum: ſtantes anguſti erant, procidentes vero, vt adorarent, ſpatioſi erant: numquam nocuit ſerpens, aut ſcorpius; numquam pluuiæ extinxerunt ignem lignorum præparationis; neq; ventus vicit columnam fumi: fragmenta vaſorum fictilium á locis ſuis abſorbebantur, ſicut cineres altaris interioris, & candelabri: tot, tantiſq; innumeris miraculis vndiq; abundare Eccleſiam fidelium: quot ſunt conuerſiones ſpirituales peccatorum, quibus reſurgentes á ſuis peccatis in antiquam Dei amicitiam redeũt: & quot ſunt ſpirituales victoriæ, & inclyti triumphi, quos incolæ eius continuo de carne, mundo, & Dæmonibus, & cunctis aſſeclis eius conſequuntur. Quorum omnium ſumma adeo ingens, & immenſa eſt, vt omnem numerum, & cunctas Ariſmethicæ regulas longè excellat, & ſuperet.

3. Replica. Tandem feſtinent iam arrogantes, & ſuperbi Rabbini veſtri, vt cauſam veſtram agentes, effundant in nos virus, quo interius abundant malitiæ ſuę: cunctamque ingeniorum ſuorum acutiem nunc, nunc oſtentent. Et præcipuè qui amplitudinem antiquam veteris illius templi Salomonis vbique prædicantes, acclamant, & vociferantur quoties recordantur, adeò tanta cantorum, vatum, & ſacrificiorũ frequentia & miniſtrorum ſollicitudine ſingulari illud abundaſſe, eo, miroq; ordine, & diſpoſitione cunctas legis Moſaycæ ceremonias, debitis ſuis horis, abſque vlla intermiſſione celebrari: qualem oſtendunt illa verba Paralipomenon. Et *quatuor millia ianitores, & quatuor millia laudantes Deum in inſtrumentis, quæ fecit ad laudandum,* 1. Para. 23
& illa Paralipo. *Tunc obtulit Salomon holocauſta &c. Et ſtatuit iuxta ordinem Dauid patris ſui diuiſiones Sacerdotum in miniſterio ſuo, & Leuitas in cuſtodijs ſuis; vt laudarent, & miniſtrarent coram Sacerdotibus per ſingulos dies & ianitores in diuiſionibus ad ſingulas portas. Et non declinauerunt à præcepto Regis, tam ſuper Sacerdotibus, & Leuitis in omni re.* 2. Para. 8.
Tum etiam quoties intuentur Synagogam illorum antiquam tantam magnificentiam, maieſtatem & ſanctitatem præ ſe ferre, imo continere: quantam contemplabantur clariſsimè illi priſci, & antiqui Rabbini: quando illam inſtar ſeptuaginta nominum legis diuinę, & illorum ſeptuaginta nominũ, quæ Deo tribuebantur:

August. Iustinia. in Psalterio super Psal. 118.

bantur: septuaginta etiam similiter nominibus, eisq; illustrissimis in ostensionem excellentiæ ipsius ex exornandam esse palam decreuerint. Ita vt ex tunc apellaretur. Vxor *adolescentiæ, vir, iustus, duces, fratres, amici, gens, mater, Efraim: proceres, fortis, liberati, nuces, vinculum, exaltata filij, filij Dei viui, benedicti, benedictus, filia, electi, clara, coniugata, gens magna, ortus clausus, vitis, desiderati, sublimati, semina sanctitatis sapientes, boni, singulares lucidi, pretiosi, Israel. Rectus Iacob, Ioseph, Iuda, adolecens dilecti, sponsa, possessio, vinea, Sacerdotes, serui, Reges, fons signatus, hæreditas, liberales, gratiosi, adolescens, planta secretum, alti, modesti populi societas: populus serui, redempti, ouis, iusti sancti, empti, multi, augmentati, tribus Dei, perfecti.*

Nam humiliabuntur vsq; in puluerem cogitationes arrogantes eorum, & in terram proster nentur, confusionem grauem ferent, & ignominiam patientur: si ob ista omnia populum illum antiquum suum, & Synagogam veterem, vna simul templum Hierusalem & amplissimum Imperium Salomonis cū populo nostro, Ecclesia nostra Christianorum, & regno spirituali, clauemq; illius tenentibus Petro, & cunctis alijs Pōtificibus successoribus eius, qui fœliciter absq; vlla temporis intermissione per tot annorum curricula ex tunc hucusque potiuntur temerè, & arroganter aliquatenus conferendū esse existimauerint.

Quandoquidem si paulisper oculos, & mentem ad Ecclesiæ nostræ celsitudinem conuertere voluerint: conspicient, eam tanta, & inuincibili Militum veteranorum frequentia, & Anachoritarum, Confessorum, Virginum, Heremitarum multitudine vigere: qui hymnis, & laudum cantionibus, gratiarū actionibus, immensam Dei bonitatem celebrātes, noctu diuq; perpetuas excubias instar illorum cælestium spirituum agunt: tāta, & numerosa propugnatorum frequentia circundari: qui hęreticorū & cunctorum inimicorum Ecclesię spurcissima ora obturantes, immunitati eius intendunt. Hinc ingeniosis commentarijs, & doctissimis contionibus lupos, & bestias feras ab eius cōmercio, nè cęteros inficere eorū rabie pestifera valeat, arcendo: illinc iuditiaria potestate tamquam qui claues habent regni cælorum fungentes, verè contritis Sacramento pœnitentiæ aditum cælorum reserando & obstinatis peccatoribus intercludendo. Hinc perennes Baptismi, & aliorum sacramentorum fontes alijs cōmunicando:

municando: illinc cæleſtiũ charismatum dona in animarum paſtum impertiendo: vt non ſolûm pro ſingulis eorum mille, & mille millia poſsit ſuppeditare: verumetiam in numero, & in rectitudine aliqua ex parte cum illa cæleſti Beatorum patria poſsit decertare. Vnde non mirũ iam, ſi eò ſynagogam ſimul cum templo illo Salomonis Eccleſiã noſtrã, & regnum ſpirituale Chriſtianorum ſic excellere longe, lateque ſuperare clariſsime intueamur: quo ſunt illuſtriſsima nomina quibus illam celebrare conati fuerunt non inſani Rabbini, ſed
Pſalm. 2. Dauid Pſalm. *Conſtitui Regem meum ſuper Sion, montem ſanctum*
Pſal. 44. *meum*, Pſalm. *Aſtitit regina, vel coniux ad dexteram tuam in diademate aureo &c. Tota inclyta eſt*
Pſal. 60. *filia Regis*. Pſalm. *Quis deducet me ad ciuitatem munitam*: & Pſal.
Pſal 48. *Magnus Dominus, & laudabilis valde in Ciuitate Dei noſtri, monte ſanctitatis. Pulcher locus, &*
Pſal. 46. *gaudium vniuerſæ terræ. &c. Ciuitas Regis magni*, Pſalm. *Fluminis eius riui lætificabunt Ciuitatem*
Pſal. 8. *Dei, ſanctum locum habitaculorum altiſsimi*. Pſalm. *Ex ore paruulorum, & lactentium fundaſti forti-*
Pſal. 15. *tudinem*, Pſalm. *Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo, & quis habitabit in monte ſancti-*
Pſal. 16. *tatis tuæ?* Pſalm. *Hæreditates ceciderunt mihi in iocundis, & hæreditas ſpetioſa eſt mihi*. Pſalm.
Quoniam tu populum pauperem Pſal. 18.
ſeruabis. Pſalm. *In Sole poſuit tabernaculum eius*. Pſalm. *A te laus* Pſal. 19.
mea in congregatione multa. Pſal.
In tuguris germinis accubare faciet me, ad aquas requietum ducet Pſal. 22. Pſal. 23.
me. &c. Præparabis coràm me latam menſam contra hoſtes meos. &c. Pſalm. *Quis aſcendet in montem Domini?* Pſalm. *Lauabo in* Pſal. 24. Pſal. 26.
innocentia manus meas, & circuibo altare tuum domine. &c. Domine dilexi habitaculum Domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Pſalm. *Serua popu-* Pſal. 28.
lum tuum & benedic hæreditati tuæ: & paſce eos, & extolle eos vſq. in ſæculum. Pſalm. *Beata* Pſal. 3.
gens, cuius Dominus Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem ſibi. Pſalm. *Confitebor ti-* Pſal. 35.
bi in cætu magno. in populo tuo forti laudabo te. Pſalm. *Annun-* Pſal. 40.
tiaui iuſtitiam in cætu multo.
Pſalm. *Ipſæ educent me, &* Pſal. 43.
introducent me ad montem ſanctitatis tuæ, & ad tabernacula tua:
Pſalm. *Eliget nobis hæredi-* Pſal. 47.
tatem noſtram, gloriam Iacob, quem dilexit. Deus ſedit ſuper thronum ſanctitatis ſuæ. Pſalm. Pſal. 51.
Bene fac in voluntate tua ipſi Siõ: ædifica muros Hieruſalem. Pſal. Pſal. 65.
Beatus, quem elegiſti, & appropinquare feciſti: habitabit in attrijs tuis. &c. Riuus Dei re-
pletus eſt aquis. Pſalm. *Con-* Pſal. 68.
gregatio tua habitabit in ea &c.

Hic

Hic est mons, quem desiderauit
Psal. 69. Deus inhabitare. &c: terribi-
lis Deus in sanctuarijs suis: Psal.
Et semen seruorum eius hæredi-
Psal. 80. tate accipiet eam: Psalm. Res-
pice è cælo, & vide, & visita
vitem istam: & habitationem,
quam plantauit dextera tua: &
Psal. 132. Psalm. Hæc requies mea v-
Psal. 135. que in sæculum. Psalm. Quo-
niam Iacob elegit sibi Dominus,
Psal. 149. vt sit peculiaris sibi. Psalm.
Cantate Domino canticum no-
uum: laus eius in congregatione
piorum.

Canti. 1. Et Salomone Cantic. Ni-
si cognoueris te, pulchra inter
Cantic. 2. mulieres. Cantic. Sicut li-
lium inter spinas, sic amica mea
inter filias. &c. Surge tibi
amica mea, formosa mea. Can-
Cantic. 3. tic. Quæ est ista, quæ as-
cendit è deserto, sicut columnæ
fumi &c. En lectus ipse qui est
ipsi Salomon &c. ædificium fe-
cit sibi Rex Salomon ex lignis li-
Canti. 4. banon. Cantic. Vulnerasti cor
meum soror mea, sponsa. Can-
Cantic. 6. tic. Vna est columba mea, im-
maculata mea: vna est matri suæ,
electa est genetrici suæ. &c. Quæ
est ista, quæ videtur veluti auro-
ra, pulchra vt Luna, electa vt
Sol, terribilis vt castra cum ve-
xillis. &c. reuertere Sulamith,
Cantic. 8. Cantic. Vinea mea quæ est mihi,
&c.

Isaie. 5. Et Isai. Vinea fuit dilecto
Isaia. 9. meo in colle pingui. Isai. Ad mul-
tiplicandum principatum, & pa-
cem absq. fine, super solium Da-
uid. Isaiæ. Ideo glorificabunt te Isaie. 25.
populus fortis & ciuitas gentium
fortium timebunt te. Isaiæ. & ha
bitabit populus meus in habitacu- Isaia. 32.
culo pacis, & in tabernaculis fi-
dutiarum, & in requiebus opulen-
tis. Isaiæ. Et exultabit solitudo, Isaia. 35.
& florebit velut rosa &c. Glo-
ria libanon data est ei, decor Car
meli &c. Et erit locus aridus in
stagnum, & sitiens in fontes aqua
rum. &c. Et erit ibi semita, &
via: & via sanctitatis vocabitur Isaia. 54.
ipsa, & capit. 54. Lauda ste-
rilis quæ es, vt mulier quæ non
peperit. &c. & cap. 60. & Isaia. 60.
ponam te in gloriam sæculi, gau-
dium generationis & generatio-
nis &c. Virgultum plantatio-
nis meæ opus manuum mearum,
vt glorificer: & cap. 65. Quia Isaie. 65.
ecce ego creo Hierusalem, exul-
tationem, & populum eius gau
dium, & Hieremiæ. adhuc ædi- Hierem. 31
ficabo te, & ædificaberis virgo Hiere. 32.
Israel: & 32. & ædificabitur
Ciuitas Domino &c. Non euel-
letur, neq. destruetur vltra. & Hiere. 33.
33. adhuc erit in loco isto deser-
to &c. Habitaculum pastorum, Ezec. 34.
& accubantiu pecorum. & Eze-
chiel. Et ponam eos, & quæ sunt
in circuitu collis mei, benedictio-
nem &c. Vos autem pecudes meæ, Eze. 36
pecudes pascuæ meæ homines & c. Eze. 37.
36. terra illa desolata facta est si-
cut hortus bedē. & 37. Et faciam

eos

Ez. 37. *eos gentem vnam in terra.* & Micheas. *Ad te autem turris gregis, turris filia Sion vsq. ad te veniet, & veniet dominium primum.* Mi. he. 4.

CAP. V.

Procul amandatis falsis Rabbinorum expositionibus, vera intelligētia illorum verborum: et firmabo regnū eius &c. ostenditur.

VT video, cōpressimus iam temulentos, & arrogantes istos vestros spiritus, superbiam istā vestram, & præcipitem libertatem, qua in nos temere, & in nostram Ecclesiam, & regnum spirituale Christianorum turpiter debachari priuatim, & palam solebatis: itavt iam confussione & ignominia vndique vos cooperiri sentiam. Cûm ergo iam obturauerimus ora leonum, rugientium ad interitum fidelium: extinxerimus impetum ignis ardentissimi; quo omnia quæ ad aduentum Messiæ nostri expectant, comburi, & in nihilum redigi hi sanguinarij conabantur: effugauerimus tot argumentorum acies, & lanceas vibrantes in nos contortas: misericordia Dei conualuerimus de infirmitate: adeoq; fortes facti fuerimus in decursu huius disputationis, vt castra fortissima verterimus inimicorum nostrorum. Solûm superest, vt maiori dolore hi interius, exterius autem confussione torqueantur, & afficiantur à nobis: adhuc ipsis spectantibus, cunctis alijs breuiter, ne nauseam & fastidium generare videamur, ostendamus (expulsis iam spurcissimis, & execrandis Rabbinorum expositionibus à conspectu nostro,) cuncta illa verba, quæ Deus Dauid pollicitus fuerat: *& firmabo regnū eius &c. & solium regni eius vsq. in sæculum &c:* adimpleta fuisse in integrum in nostro vero Salomone, Messia inquam. Qui adeo pacificus, humilis, & benignus extitit vt noster Dauid innuit, dicens nomine ipsius Messiæ: *Cum his qui oderant pacem, eram pacificus:* vel vt Hebręus: *Multum sibi habitauit anima mea cum osore pacis ego pax & dum loquebar, illi ad bellum.* et Isaias, *Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater sæculi princeps pacis.* & Isaias. *Ecce & ego declino ad eam tanquā fluuium pacis* & Micheas: *& erit iste pax Assirijs*: vt non solûm constituerit pro terminis huius Ecclesię pacem, secundum illud Ioan. *pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.* & Ioan. *Hæc loqutus sum vobis, vt in me pacē habeatis:* quorū omnium meminit Psalmista Psal. *Lauda Hierusalē* Dominum

Psal. 120. Isaia 9. Isaia 66. Michea. Ioan. 24. Ioan. 16. Psal. 147.

Dominum, lauda Deum tuũ Sion, &c. qui posuit terminum tuum pacem: verùm certiores nos reddat Paulus, ipsum Messiam nostrum adeò pacis amatorem extitisse: vt vnire potuerit populos Gentilicum & Iudaicum inter se arctissimo amicitiæ vinculo: cùm tamen adeò intestinis, & sanguinarijs bellis inter se arderent: quantum illa verba Ephes. insinuant: *Nunc autem in Christo Iesu, vos qui ali quando eratis longe, facti estis pro pe, in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum & medium parietem maceriæ, soluens inimicitias in carne sua, &c. Faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens, euãgelizauit pacem vobis, qui longe fuistis: & pacem his, qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem*: vt ostendunt illa verba Roman. *Non enim est distinctio Iudæi, & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.*

Ephes. 2.

Ad Rõ. 10

Et quid homines exteros, & nationes contrarias in vnum copulare? imò quantum fuit in se, reconciliare valuerit per mortem ipsius cunctos mortales qui inimici facti erãt, Deo, & Angelis eius, ob peccatum primi nostri parentis: & ob peccata personalia in pristinã amicitiam Dei, cum qua condi ti fuerant â Deo primi nostri parentes, restituere: vt apertissimè demonstrant illa verba Colosen. *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum. Pacificãs per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Et facilimo negotio id vnum con sequemur, si singula cælestis illius promissionis verba superius allata cum his quę in Messia nostro, & in Ecclesia eius mirificè elucent, breuiter com parare contendamus: vt ex illarum conferentia, cunctis dein ceps clarius concors consonan tia eorum conspiciatur.

Ad Col. 1.

Et conspicietur equidem, si consideremus, verba illa quæ in limine nostræ cælestis promissionis ab Scriptura sacra adhibentur, scilicet: *Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis: statuam semen tuum post te, quod egredietur è ventre tuo, & firmabo regnum eius*: eò potissimè ab Spiritu sancto esse prolata: vt illis auditis & lectis, statim mẽtis nostræ oculos attolleremus in filium Dauid, illum scilicet, quẽ Isaias, mortuo iamdiu Dauid, id est, ex semine eius, per tot

tot regum & illustrium virorum successiones, tāquam per quosdam aquæductus adhuc venturam cernebat: dicens: *Et egredietur virga de stirpe Isai: & germen de radicibus eius fructificabit. Et requiescet super eum spiritus* Domini, *spiritus sapientiæ & intelligentiæ, &c. & odorari faciet eum in timore* Domini. *Nec secundum visionem oculorum suorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium suarum arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in rectitudine pro mansuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cingulum renum eius. Et habitabit lupus cum agno, &c. Et erit: In die illa, radix Isai. quæ stabit vt vexillum populorum, illam gētes quærent: & erit requies eius in gloria, &c.* Et Hierem. *Ecce dies venient, dicit* Dominus: *& suscitabo ipsi David germen iustum. Et regnabit rex, & prosperabitur, & faciet iuditium, & iustitiam in terra, &c. Et hoc est nomen eius, quod vocabunt:* Domi*nus iustitia nostra.* Et Ezech. *Et suscitabo super eas pastorem vnum; & pascet eas seruus meus* Dauid: *ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem, &c. & seruus meus* Dauid *Princeps in medio eorum. &* 37. *Et Rex vnus erit vniuersis ipsis in regem: & non erunt vltra duæ gentes, &c. Et seruus meus* Dauid *erit* Rex *super eos, & pastor vnus erit vniuersis ipsis.*

Isai. 11. *Jerem. 23.* *Ezec. 34.* *Ezec. 37.*

Cuius regnum adeò firmum, & stabile futurum in perpetuum erat: quale & illa verba Angeli, hæc eadem exprimentia demonstrant: Lucæ. *Et dabit illi* Dominus *Deus sedem* Dauid, *patris eius: Et regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis.* Neque mirum equidem, quòd tantam stabilitatem, & duratione͂ huic regno Dauid, Mesiæ inquam nostri Angelus pollicitus fuerit: & nos, debito iure, eidem ex nunc iam tribuendū esse palā prædicemus. Cū intueamur, regnum Mesiæ nostri nullatenus, vt Salomonis imperium, te͂porale, sed spirituale esse: & ex tunc quo cæpit hucusq; extitisse, & in futurum idem fore, ipsomet acclamante Ioā. *Regnum meum non est de hoc mundo.* At spirituale cúm nec temporum mutationibus, aut malecolorū telis, inuidiæ, iniurijs, aut vllis procellarū aut tempestatum huius mundi generibus sit subiectum: sed tanquā altioris, & eminētioris cōditionis particeps, & horum omnium tanquam omni materia carens expers sit: perpetuitatem sibi nanciscatur, est necesse.

Luc. 1. *Ioan. 18.*

Quâm

Quàm verò spirituale regnum Mesiæ nostri extiterit, & quàm meritò sine vlla arrogantiæ nota ipsemet illa verba protulerit: *Regnum meum non est de hoc mundo*: satis quisque vestrum intueri poterit, si mentem, & cogitationem refferat ad decursum vitæ mortalis, quem Mesias noster cũ hominibus commorans, traduxit. In quo sic in omnibus quæ fæcit, dixit & cogitauit, ita spiritualis & cælestis extitit: vt ad contradicendum bonis temporalibus, quibus homines tanquam animantia rationis expertia reddũtur, in lucem illum editum fuisse, vt eius exẽplo solum ad cælestia, & æterna bona cuncti mortales ex tunc aspirarent: omnes iam arbitrari possimus. Et quid nè aliud præstitit, quando paupertatem ita est vnicè amplexus, vt Lucas nomine ipsius prefferat: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput suum*, Humanos applausus ita contempsit, vt Ioan. reffert: Ego *autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet, &c*: *Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est*. Ciborum suauitatem & multitudinem ita respuit, vt illa verba Ioan. insinuant: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me*. Auri & argenti abũdantiam sic tanquam purgamẽta huius mundi habẽda duxit: vt illa verba Matt. præseferũt: Nolite *thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur*. *Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi nec ærugo, nec tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furantur*. Sic cunctas sæculi voluptates vt execrabiles, detestandas, & fugiendas omnino esse, palàm testatus fuit: vt illa verba Luc. *Vę qui saturati estis: quia esurietis. Vę vobis qui ridetis nũc: quia lugebitis, & flebitis*. & illa: Pri*mum quærite regnum* Dei, *& iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis*: demonstrant. Forsan nè aliud quidquã nobis ostẽdere cũctis istis verbis est conatus quam vt ex his instrueremur, de cælo ad terrã Mesiã nostrũ fuisse delapsũ in cõtradictionẽ, & in ruinã inmoderatarũ voluptatũ, & delitiarũ huius sæculi. quarũ desiderio homines tãquã vecordes, & vesani, & quodã letargo cõsopiti detinebantur: nè lucẽ, & splẽdorẽ cõspicerẽt cælestium bonorum, quæ suis Deus ab origine mũdi dãda decreuit: in hac vita & potissime in alia post resurrectionẽ mortuorũ. Vt deinceps in eorum consequtionẽ ardentissime omnes incumberent, & desudarẽt: cer-

Marginal notes: Luc. 9. — Ioan. 8 — Ioan. 4. — Matt. 6. — Luc. 6.

certiores facti à Deo, cęlestia illa bona cūctas huius mūdi diuitias, delitias, & dignitates eò magis antecellere, & superare: quò cælestia temporalibus bonis, perpetua caducis, sempiterna non consistentibus certissimè præstant, & præeminent. Neque quidquam aliud ipsum prædicasse, aut docuisse adinuenietis. Quandoquidem cuncta Euangelistarum testimonia apertè testantur, ita in extirpatione huius pestiferæ pestis, quæ ferè omnium animos, & corda sic occupauerat, vt ferè nullus locus bonis cælestibus esset relictus: noctu diu, priuatim, & publicè illum fuisse occupatum: vt iam illum non solum tanquam nouæ doctrinæ impositorem haberent, verùm tanquam authorem falsæ cuiusdā sectæ morti illum maiores vestros tradidisse proclamet Scriptura Marci: *Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua?* & Lucæ. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram.* & Matt. *Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam:* & supra: *Postquam autem crucifixerunt eum, &c. & circa horam nonam, exclamauit Iesus voce magna, dicens. Heli, Heli, lamaz abathani.* Quod vnum optimè confirmare videtur, si circumspiciamus, cuidam dicenti: *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui:* Messiam respondisse: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? &c. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Et cùm in istum scopum cūctam regni eius gubernationem semper intentam esse experti simus: non est cur, quispiam ex vobis in admirationem rapiatur, eo quòd intueatur, cūcta eius pręcepta, & consilia eò tendere, vt animalis, & terrestris homo cælestis & spiritualis reddatur: vt sic cum Deo qui spiritus est, arctissimè copuletur, secundum illud Corint. *Qui autem adhæret Deo, vnus spiritus, &c.* Aut eo quòd conspiciat, regnum Messiæ nostri semper sic prosperatum fuisse: vt firmum, & stabile, & absque vlla eius iactura semper constans perseuerauerit, & perseueret modò. Et quòd regnum eius appelletur regnum omnium sæculorum, Psal. *Et dominatio tua cum omni generatione, & generationem.*

Marc. 1.
Luc. 23.
Matt. 27.
1. Cor. 6.
Psal. 145.

Et quamuis in exordio suo Christianorum regnum magnis incrementis, Christi & Discipulorum eius exemplo, augeri cœperit: quando nihil aliud.

aliud præter ſalutem animarũ ſpiritualem comparare: conabantur, vt Paulus ad Timoth. nomine fere omnium Apoſto-
2. Tim. 2. lorum dicebat. *Ideo omnia ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria cæleſti:* & aperte id teſtantur illa ver-
Act. 4. ba Act. *Et cum oraſſent, motus eſt locus in quo erant congregati: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto: & loquebantur verbum Dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum quæ poſſidebant aliquid, ſuum eſſe dicebant: ſed erant illis omnia communia, &c. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant: vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebãt, & ponebant ante pedes Apoſtolorum.* Deinde quę temporis illorum veſtigiis inhærens latius propagatum fuerit, quamplurimis Hilarionibus, Benedictis, Auguſtinis, Hieronymis, Dominicis, Franciſcis, & aliis innumeris ſanctiſſimis Viris: quorum numerus arenam maris, & ingentem ſtellarum, aut guttarum aquæ multitudinem facile ſuperat. Qui Deo tãtum conſecrati, ita cuncta huius mundi tanquam ſtercora fuerunt arbitrati, vt nihil vnquã illarum rerum ab illo fine eos amouere, nec per minimum tẽpus valuerit. Tamen ſine iniuria aliorũ palàm dicere poſſumus, modò his noſtris temporibus & illis adhuc innumeris exornari, & abundare: quibus ferè vniuerſus terrarum orbis maximè illuſtrari, imò & nobilitari poſſit. Et meritô id verum fateri poſſumus: quandoquidem experti iamdudum ſumus, poſthabitis omnibus huius ſæculi bonis apparentibus, ſcilicet, diuitiis, fama, delitiis: & contempta vita illa temporali: ipſos in maioribus bonis ſemper habuiſſe cum Dauid, abiectos eſſe in domo Dei, quam in tabernaculis diuitiarum, delitiarum, & exiſtimationis imperiti vulgi ſuum domicilium collocare. Summè anhelantes non ad iſta caduca, fluxa, & citò peritura, & quæ non conſiſtunt, nullatenuſque mentem humanam ſatiare valent: ſed ad ea quæ non videntur, & quæ ſunt æterna: Aſpicientes in caput huius regiminis in authorem fidei, & conſummatorem, Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta: atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitãtes etiam eum, qui talem ſuſtinuit à peccato-
ribus aduerſus ſemetipſum Heb. 12.
contradictionem: vt non fatigarentur animis ſuis deficientes.

CA-

CAPIT. VI.

Manifeſtatur ſenſus teſtimonij ſuperius adducti: Et ipſe ædificabit domũ nomini meo &c. in oſtenſionem præſtantiæ noſtræ Eccleſiæ.

COnſtantiam, & perſeuerantiam regni ſpiritualis Meſsiæ noſtri, *qui conſtitutus fuit* Rex *ſuper Sion, montem ſanctum eius* (vt Dauid inſinuauit) illis præcipuè verbis adumbratam, ſcilicet initio teſtimonij: *Et firmabo regnum eius, &c. & firmabo ſolium regni eius vſq; in ſæculum*: vt potuimus dudum veſtris oculis ſic contrectandam præbuimus: vt etiamſi amplitudo & maieſtas huius noſtri regni ſpiritualis ſit, vt hucuſque probauimus, oculis veſtris carnalibus aliquatenus clarè iam conſpici poſsit. Reliquum eſſe videtur, vt verba quæ in eodem teſtimonio inferius apponuntur, ſcilicet: *Ipſe ædificabit domum nomini meo, &c.* Quandoquidem non qualemcunque domum terreſtrem, ſed cæleſtem, ſpiritualem, & diuinam iſtam noſtram Eccleſiam Chriſtianorum, quæ meritò corpus Chriſti dicitur à Paulo. Epheſ. *Et ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam: quæ eſt corpus ipſius: & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet*: apertè demõſtrant: ſimiliter vobis manifeſtata relinquamus. Et relinquemus equidem, ſi vna nobiſcum intelligatis, iuſtar illius excellentiſsimæ domus quam Salomon in Hieruſalem quondam extruxit, Meſsiam noſtrum cõdidiſſe ex latere ſuo non Euã illam peccatricem: ſed Eccleſiam iſtam Chriſtianorum, ſanctam, & immaculatã, eam fortitudinẽ, & eum ſpiritum viuificum, cæleſtem & diuinum illi vnicè impertiendo: quo etſi oppugnari à multis, concuti, & infeſtari contigerit: nunquã tamen expugnari, vinci, aut proſterni valuerit. Sed tãquam cæleſti & diuino ſpiritu animata, perpetuò viguerit, & continuò cõſiſtat immobilis, & eadem ſemper manens perſeueret.

Et conſultò equidem vnà nobiſcum Eccleſiam noſtrã, & iſtam congregationem Fidelium, ex viuis lapidibus conſtructam, meritiſsimam illã domum Domini quam templum illud Salomonis repræſentabat, appellare tenemini. Nam præterquã quòd intuemur omnes, oſculo oris verbi diuini, ſcilicet, Spiritu ſancto inſuflante ſuper Apoſt. Ioan. *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta ſunt*: ex tunc hucuſq; fundatam illam fuiſſe:

Ephes. 1.

Ioan. 20.

& co-

& eodem ſpiritu cæleſti, & flatu inuiſibili indies ali, augeri, & ſuſtineri per cūctos Apoſtolorum ſucceſſores: eaq; pulchritudine intus & exterius exornatam, quam præſeferūt illa Cāti.

Cant. 1.

Formoſa filia Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salo*monis*: id eſt, ſicut pelles illius veri Salomonis, qui eſt pax noſtra, & fecit vtraq; vnum: de quo dicitur, extendit cælum ſicut pellem. Et inſtar illius pulcherrimæ pellis cælorum, quæ in modum magni cuiuſdam tētorij vniuerſam operiens faciē terræ, Solis, Lunæ, atq; Stellarum varietate tam ſpectabili humanos oblectat aſpectu: charitate, nempe: *quæ nunquam excidit*: iuſtitia illa, *quæ manet in ſæculum ſæculi*: patientia pauperum *quæ non peribit in finem*: timore Domini ſancto *qui permanet in ſæculum ſæculi*: voluntaria paupertate, quæ regnum æternū promeretur: humilitate, quę exultationem perpetuā expectat: fortitudine, prudentia, & temperantia tanquā quibuſdā margaritis vndiq; cingi: quibus cęleſte & ſpirituale & ſemper eſſe cōſequitur. Sicq; Dei cultu, & ſplendore perpetuo diuinitus illā enitere videmus, vt cunctos cæleſtes ſpiritus ad eius amorē quaſi quibuſdam catenis conſtrictos ad ſe alliciat, & trahat. Reperiemus etiā, eam

1. Cor. 13.
Pſal. 111.

vnam ita in celebrandis diuinis laudibus vnicè totā dedicatam eſſe, inſtar illius Eccleſiæ tryūphantis: vt in in illam transformatā fuiſſe aliqua ex parte cūcti arbitrentur. vt ſatis cōfirmare videntur illa Pauli: *Noſtra cōuerſatio in cælis eſt.* & Cor. *Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem tranſformamur*: id eſt, eandem quam intuemur: & aptiſsime adhumbraſſe Salomō Cant. dicentē: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij*: Adeoq; gratam & iucundam Deo extitiſſe: vt illam in domum & non qualēcunq; ſed quietis, & delitiarum eligere curauerit, eamq; in propriā hæreditatem ſibi vendicās, proprioq, nomine exornans: ſecūdum illud: *Delitiæ meæ eſſe cū filijs hominum.* & Cāt. *En lectulū Salomonis*: id eſt, in quo verus Salomon Chriſtus totus vnā cum Patre, & Spiritu Sancto requieſcit: vt fideles ſuos cæleſtium bonorum quæ in alia vita eſt copioſiſsime elargiturus, in iſta mortali vita iam participes & conſortes efficiat. Cuius fortitudo inuicta adeò magna eſt: vt inſtar orbium cæleſtium, quibus Deus tamdiu commoratur, & in æternū eſt eſt commoraturus: ex quo cœpit,

Philip. 3.
2. Cor. 3.
Cant. 3.
Prouer. 8.
Cant. 3.

pit, nullam ruinam vnquã fuerit, nec paſſuram in perpetuũ ſperet, ſecundum illud Matth. *Matth. 5.* *Cælum & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt.*

Neque id mirum, cùm à latere & à tergo & vndique tot doctorum, concionatorum ſapientiſsimorum, & ſanctorum virorum ſtructiſsimis claſsibus illã ſtipari cernamus, qui eius incolumitati peruigilant noctu & diu, cunctas inſidias hæreticorum, & cunctorum inimicorum, & Dæmonis poteſtates in illam intentas longè propellentes: quot præſeferre viſus fuit Salomon Cantic. cùm dixit: *Cant. 3.* *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſsimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* & Cant. *Cant. 4.* *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Quæ omnia palàm teſtabatur Paulus Corint. dicens: *1. Cor. 12.* *Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundẽ ſpiritum. Alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu. Alij operatio virtutum, alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum, &c.*

2. Ratio. Neque ſolùm ob iſta omnia illam meritiſsimam domũ Dei appellare tenemur; ſed ex eo quod inſtar eius ſponſi, quem Salomon Cantic. nomine Spõſæ ſuæ: *Cant. 2.* *Roſam campi, & lilium conuallium,* & pulcherrimum appellabat. Cant. *Cant. 1.* *Ecce tu pulcher es, dilecte mi: & dulcis,* cuius pulchritudo adeo ſingularis erat, vt illa verba Cantic. ſignificãt; *Cant. 5.* *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſsima. Genæ illius ſicut areolæ aromatum, conſitæ à pigmentarijs. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primã. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Vẽter eius eburneus, diſtinctus ſaphyris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri, guttur illius ſuauiſsimum, & totus deſiderabilis:* adinueniamus ea pulchritudine cæleſti, & admiranda continuò illam fuiſſe exornatam, qua potuerit ſponſum ſuum ſic ad eum admirabilem eius amorem incendere, & inflãmare; qualem illa verba præſeferunt: *Vulneraſti cor meum,*

ſpon-

sponsa mea: vulnerasti cor meum: vel vt alij legunt: *Abstulisti cor meum, &c.* Neque est cur in tantam admirationem iam rapiamur, ex eo quod sponsus, scilicet, Christus noster tanto & tam incredibili amore istius sponsæ, Ecclesiæ inquam fidelium à tenera eius ætate vsque in hæc nostra tempora, quibus iam grandæua facta fuit, teneri cœperit: & in eodē semper fixus, & constans perseuerauerit: & in domum suam præ omnibus alijs singulariter elegerit. Quandoquidem nihil est in ea, quod non summam & admirandam pulchritudinem, venustatem, & decorem inauditum prę seferat: si sponso eius est adhibenda fides, eam Canti. his verbis commendanti: *Quam pulchra es amica mea: quam pulchra es:* id est, pulchra inquam actione & interius: quia sicut virgula fumi per desertum ascendit. Pulchra exterius conuersatione, & prædicatione, tantam multitudinem gentium, & diuersarum nationum ad tui consortium pertrahens. *Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet:* id est, simplicitatem magnam præseferentes, præter eā pulchritudinem internam earum omnium virtutum, quæ interius in corde reconduntur. *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaa:* id est, cogitationes cunctæ illius in eum scopum tendentes, scilicet, vt consequantur præmium beatitudinis, esto ardua & difficilia ad illius consequtionem sint aggredienda: inhærentes vestigijs illius magni montis Christi, præparati in verticæ montium. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas:* id est, protectores tui firmi & stabiles: ita vt occidi possint pro deffensione legis Euangelicæ, sed nullatenus flecti: eam albedinem, id est, innocentiam vitæ, & eam vnionem inter se, & compositionem morum cūctis ostendentes: vt cęteri vidētes eorum opera bona, glorificent deinceps Deū, qui in cælis est. Fertilis in operibus geminę charitatis. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce:* id est, prædicatores tui in prædicando dominici sanguis pretio occupati, fluxas cogitationes hominum restringētes, nè difluant: quorum doctrina suauis apparet: dum quæ prædicāt, opere adimplēt. *Sicut fragmentum mali punici ita genæ tuæ:* id est, exterius omnia ista virtutum genera verecundia quadam contegentes, quæ virgineo pudore tamquam aurora

Canti. 4.

X rora

rora omnium actionum decolorat principia, & venustat reliquas virtutes. *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli*: illis præstantissimis viris abundans qui lac Euangelicæ doctrinæ cæteris infundant, qui acutê quæ sunt agenda, discernunt: & veloci cursu operationis de valle lachrymarum auolant. Et eandem fidem, & sacramenta alijs prædicantes, vitam in floribus scripturarũ, & exẽplis Sanctorum traducunt.

3 Ratio. *Cant. 7.* Quod si ad alias innumeras perfectiones quibus Sponsus illam exornari statuit, Cantic. et quas fœliciter iamdiu vnice Christiani experimur, sermonem conuertamus, quis erit tam ferreus, aut adamantinus, qui illarum excellentia cælesti illustratus, cum omnes illæ nihil prẹter quid cæleste & diuinum redoleant, Ecclesiam nostram tabernaculum dignissimum, & sedem amplissimam maiestatis Dei, quam illa verba adumbrabant: *Ipse ædificabit domum nomini meo*: nõ acclamet? Præsertim si animo lustrauit, *quam pulchri sunt gressus eius in calceamentis*: quomodo in omnibus per Euangelica consilia gradiens filia ista principis, illius inquã, qui est Princeps terræ: & arctissima vnione ex populo Iudaico & Gentilico fabricata fuerit manu potenti sponsi illius, qui fecit vtraq; vnum Ephes. *Iunctura femiorum tuorũ sicut monilia*: id est, quam fæcunda ad gignẽdum filios ipsi Christo spiritualiter, secundum illud: *Dedit illis potestatem filios Dei fieri: Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, &c. Vmbilicus tuus crater tornatilis*: nunquam indigens poculis: Vtens ad horum fœtuum procreationem testamento veteri & nouo, tanquã duobus vberibus, ex quibus lac nutriendis filijs in Christo suggatur, secundũ illud Petri. *Sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem*: id est, quam firmiter fide quæ per charitatem operatur, ipsa capiti suo Christo inhæreat. Ephes. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*: quam perennibus aquis sapientiæ, & doctrinæ ad potandum eos, qui laboribus vndique opprimuntur in isto miserabili mundo abundet. *Oculi tui sicut piscinæ in Esebon quæ sunt in porta filiæ multitudinis*: id est, quanta discretione polleat ad discernẽdum fideles ab infidelibus. *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum*: hoc est, quam eminentissimo capite, quod est Christus, cuius summitas non est alia præterq; diuinitas: ex cuius influxu nõ solum

Ephes. 2.
Ioan. 1.
1. Petr. 2.
Ephes. 5.

lum humanitas Chriſti,ſed cũcti eius fideles virtutem ſpiritualem recipiunt,fruatur vnâ ſimul cum Apoſtolis: qui tãquã comæ huius capitis pro amore regis Chriſti,proprio eorũ ſanguine,palmam martyrij fuerũt tanquam purpura condecorati. *Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis ſicut purpura Regis iuncta in canalibus*:id eſt,quę deniq; tota interius pulchra per fidem,decora exterius per honeſtatem:chariſsima,id eſt,pretio magno redempta, nempè ſanguine Chriſti:rectitudine iuſtitiæ ita affluens,ſicut illa demonſtrant:*quàm pulchra es, & quã decora,chariſsima in delicijs: ſtatura tua aſsimilata eſt palmæ.*

CAPIT. VII.

Demonſtratur verba illa: & ipſe ædificabit domum,&c.non tantum vniuerſalem Eccleſiam Chriſtianorum,ſed etiam Angelicam Virginis Mariæ de Pilari præſeferre.

SVb vmbra illius quem deſideraueram, vos dudũ Rabbinos doctiſsimos conſedere ſentio:aſſequutos iam veram intelligentiam teſtimonij ſuperius à nobis adducti: & per cõſequens cognitionem clariſsimã aduentus primi Meſsiæ fœliciter tenẽtes manibus veſtris & firmiter: niſi animus meus me fallit. Supereſt ergo,vt poſt quã iã miſeratione diuina introduxerit vos in iſtam domũ ſuã, & in cellam vinariam Meſsias veſter:vt in charitate ſpõſi veſtri vnâ cum ſponſa ſua, Eccleſia inquã noſtra deinceps incẽſi, ardentiſsimè inflamemini, inſtarq; ſponſæ iſtius publicè in hæc verba cum illa prorrũpatis ex tunc: *Dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur &c.* (Cant. 1.) *Fulcite me floribus, ſtipate me malis:quia amore langueo.* (Cant. 2.) *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me,&c. Oſtẽde mihi faciem tuam,ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis,& facies tua decora,&c.* Vt & ipſe prorũpam: Tenui iam, quod diu ardentiſsimè concupiui:nec dimittam donec vos, & cunctas Synagogas veſtras introducam in domum matris meæ. Id eſt donec nõ tantũ huius tantæ fœlicitatis qua potimur Chriſtiani,vos cunctæque aliæ ſemotiſsimę Synagogę veſtrę participes efficiantur: verũ etiã aſcendatis nobiſcũ in palmam,hoc eſt,in contemplationem tantorũ myſteriorum,quę ipſemet Meſsias in ſalutẽ veſtrã,& cunctarũ animarum eſt operatus. Et apprehẽdere ſolicitè conemini vberes, ſuaues & ſalutiferos, illos fructus, qui ex altiſsima conſideratione eorum cunctis iam diu patent: cum fructus iſtorum dulcis gutturi veſtro ſit.

Vt inde fœliciter conſequamini, ſcilicet, vt ſint vbera veſtra ſicut botri vineæ: ita vt ex abũdantia lactis huius ſacræ doctrinę, nẽpe cognitione aduẽtus Meſsię veſtri cunctis alijs cognitionem eandem impertire poſsitis. Contemplantes intra vos metipſos, cum omnibus ſanctis in charitate radicati, quę ſit latitudo, longitudo ſublimitas, & profundum huius etiam noſtri Templi maximi ſpiritualis, & domus Dei. Quãta veró ſit, & quàm ingens fœlicitas, quam à tempore fundationis ſacræ Virginis, inquam, Marię de Pilari cuncti Chriſtiani inter vniuerſas alias nationes tantùm potiũtur: & quã dictu inexplicabilis ſingularis, & inuiſa ea, quam Aragonenſes potiſsimè inter omnes alias Prouincias, & remotiſsima regna ex tunc potiri cœperunt. Quandoquidem vnâ cum iſta Eccleſia fidelium, inſtar illius ampliſsimi templi Salomonis, frui potuerunt ampliſsima iſta domo materiali, omnium quotquot ſunt, fuerunt, & erunt, multis & iuſtiſsimis de cauſis celeberrima: ampliſsimam iſtã domum Virginis Mariæ de Pilari intelligo, materialem dixi: Cęleſtem, Angelicã, & Apoſtolicam dicere equidem conabar. Cùm iamdiu de illa vna diuinitus certiores reddamur, eam eſſe, & fuiſſe, quæ & antiquitate, cùm ferè eiſdem temporibus ac Eccleſia noſtra vniuerſalis Chriſtianorum cœpit, miraculoſè erecta fuerit: duratione verò cùm eò vſque iſta noſtra fidelium congregatio militans in illam tryumphantem transferatur, perpetuò ſemper eadem perſeueret: vniuerſalem noſtram Eccleſiam, etſi non prorſus adequare, at ſaltem ferè in omnibus, veſtigijs illius inhærerepalàm cunctæ nationes acclamare iam vnà nobiſcum meritò poſsint.

Proſpera igitur nauigatione noſtra non fortuitu quodã caſu, ſed cæleſti Spiritus ſancti aura inſuflante appullimus iam eò, quò tandiu ardenter deſideraueram, in domum inquam Matris, & genetricis meæ, in aulam iſtam regiam meritiſsimam, refugij, ſolatij, & quietis domum: in ſacellum inquã noſtrum, & ſanctuarium Virginis Mariæ de Pilari. Quo nomine ſuauiſsimo nuper a nobis prolato, ſic cor noſtrum, & caro noſtra exultauerant in eius ardentiſsimum amorem: ſic repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione: vt vix cohiberi potuerim, nè ingratus Deo, & hominibus iam videar: quominus cum Prophleta prorumpam: *Nunc, inquam, dicent inter gẽtes:* magni-

magnificauit Dn̄s facere nobiscū: nunc facti sumus lætantes. Et meritò in hæc verba palàm erū pere possumus: cùm ista Angelica camera, & Apostolica domo habeamus iā Christiani, qua nō solùm celebres, & immortalis memoriæ digni, instar illius populi Israelitici templo suo Salomonis, inter alias nationes reddamur: verùm cunctorum mortalium, fœlicitati à primo nascentis mundi exordio vsq; in hanc nostram ætatem continuatę nullatenus inuidere possimus.

Magnificentia sanctissimę domus Virginis de Pilari.

Genes. 8.

Nam quamuis eo pretio, & æstimatione altare illud quod Noe Gen. 8 ædificauerat, apud Deum fuerit: qualem innunnt illa verba: *Et ædificauit* Noe *altare* Domino. *Et tulit ex omni iumento mundo, & ex omni volatili mundo, & obtulit holocausta in altari: & odoratus est* Dominus *odorem quietis. Et dixit* Dominus *in corde suo*: Non *addam, vt maledicam vltra terræ propter hominem, quia cogitatio cordis hominis mala est à pueritia sua: & non addam vltra, vt percutiam omne viuens, quemadmodum feci.* Vel vt Chaldæus legit: *Et suscepit* Dominus *cum beneplacito oblationem eius. Et dixit* Dominus *cum verbo suo*: Non *addam maledicere rursus terram propter peccata hominum, quoniam sensus cordis humani malùs est ab infantia sua: & non addam percutere omne cubans, sicut feci.* Et certiores reddamur, altare illud quod Abraham in gratiarum actionem Deo consecrauerat, postquam cælestem illā benedictionē Deus sibi, & posteris eius fuerat pollicitus, adeò gratum fuisse Deo: vt illud in causa fuisse videatur multis, vt eam vindictam Deus susceperit de Pharaone, qualē temeritas, & execrandum eius facinus postulabat, Genes. *Et percussit* Dominus *Pharaonem percussionibus magnis, & domum eius.* Similiter illud, quod Genes. 13. & Genes. 26. erexit. Et potissimè illud, quod in sacrificium filij sui, Genes. 22. inuicto animo ædificauit. Cuius altaris sanctitas, & sacrificij dignitas sic oculos diuinæ Maiestatis ad misericordiam, & liberalitatem eximiam excitarunt: vt non solùm Angelus Domini de cælo statim illi dixerit: Ne *extendas manum tuam in puerum: & ne facias illi quicquam, &c. Et leuauit Abraham oculos suos, & vidit: & ecce aries post se, detentus in perplexitate spinarum cornibus suis. Et perrexit Abraham, & accepit arietem, & obtulit eum in holocaustum*: verùmetiam cælesti illa benedictione illum exornari Deus voluerit, vt quæ inferius

Genes. 12.

Genes. 13. & 26.

Gene. 22.

sequuntur, demonstrant: *Clamauit autem Angelus Domini ad Abraham secundo, de cælo dicens: Per me metipsum iuraui, dicit Dominus quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, &c. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes.*

Insuper etiam estô nobis refferat sacra Scriptura, memoria perpetua dignissimũ fuisse altare illud, quod Isaac, Genes. ædificauit Domino, in ostensionem gratitudinis eorum, quæ illi dixerat Deus: *Ego sum Deus Abraham patris tui: nolli timere, quia ego tecum suum: benedicam tibi, &c.* Et illud postremò celeberrimum, quod Iacob præcepto Dei in obsequium illius fecit: vt illa Genes. docent: *Et dixit Dominus ad Iacob: Surge, ascende in Bethel, & mane ibi: & fac ibi altare Deo, qui visus est tibi, dum fugeres à facie Esau fratris tui. Et dixit Iacob familiæ suæ, & reliquis, qui erant secum: Remouete Deos alienigenarum, qui sunt in medio vestri, & mundate vos, & mutate vestimenta vestra: & surgamus, & ascendamus in Bethel, & faciam ibi altare Deo, qui exaudiuit in die angustiæ meæ, & fuit mecum in via per quam ambulaui. Et dederunt ipsi Iacob omnes Deos alienigenarum, qui erant in manu sua, & in aures, quæ erant in auribus suis, &c. Et venit Iacob, & ædificauit ibi altare, & vocauit locum el Bethel: id est,* Dei domus, Dei inquam fortissimi.

Genes. 26.

Genes. 35.

Sed nos maiestatem huius altaris, & sacelli Angelici memoria perpetua, & singulari cultu recolentes, nunquã adeô immemores tanti & tan inusitati huius benefici erimus: quominus illam priuatim & palàm omnibus illis anteponendam esse non prædicemus. Vnà simul acclamantes: O *templum sanctissimum, si oblitus fuero tui, obliuiscatur mei dextera mea: Adhereat lingua mea palato meo, si non meminero tui*, & cunctis alijs longo interuallo te excellere non ostendero. Quandoquidem præterquam quòd omnibus antiquarum rerum lectione mediocriter instractis apertissimê iamdiu constat, huius nostri altaris, & sacelli sanctissimi primum conditorem eius extitisse non Noe, virum illum iustum & perfectum, de quo Genes. dicitur: Et Noe *inuenit gratiam in oculis Domini, &c. Noe vir iustus & perfectus fuit in generationibus suis.* Nõ Abraham fidelem in tentatione, credentem in spem contra spem, filium suum vnigenitum in holocaustum Deo offerre conantem.

Psal. 13.

Sacellũ virginis cũ altaribus veteris testamẽti cõfertur.

Genes. 6.

ßem. Non Isaac innocentem ligna ac victimam super suos humeros portantem. Non Iacob cum Angelo Dei luctantem, Angelosque Dei per scalam ascendentes & descendentes, imó ipsum Deum in sumitate scalæ intuentem. Sed Iacobum nostrum: qui eam inuenit gratiam apud Deum, vt inter primos Apostolos vocaretur à Domino: adeò iustum præsentia Christi, vt hoc nomine iusti quasi iure debito illi exornatum acclamet Scriptura: patrem non fidei populi Israelitici, sed fidei populi Christianorum, qui non solum credidit in spem contra spem, sed seipsum in hostiam pro amore magistri sui libenter tradidit: cum ipsomet Deo sic strenuè fortissimis amoris tellis dimicantem, vt iam non solùm illius sodalem in Ascensione ad montem, testem in eius Transfiguratione, fratrem Domini, Virginis Mariæ legatum: prosseminatorem potissimum verbi Euangelici: primum inter Apostolos Christi Martyrem: sed in hac vita diuinæ essentiæ claré, & non enigmaticê, aut in somnijs speculatorem extitisse proclament sacra eloquia. Tanto illis Patriarchis præstantiorem, & sanctiorem: quantó singularis innocentia eius vitæ, ardentissimum desiderium propagandi Euangelium, ingens salutis spiritualis animarum cura, flagrãs in Christum amor quo incensus se totum in victimam obtulit, excellẽtiorem locum suo iure postulant, & efflagitant.

Similiter clarissimê intuebimur, sacellum nostrum adeò oculis Dei venustum fuisse, tum propter eximiam conditoris sanctitatem, & venerandam illam Virginis Mariæ corporalem præsentiam, qua illud tanta cælestium spirituum frequentia vndique stipata, singulariter, dum adhuc nostram vitam mortalem traduceret, illustrare voluit: tunc etiam ob innumera illa & sancta orationum, & sacrificiorum libamina, quæ in illo ex tunc hucusque offeruntur, & vsque in finem mundi à filijs suis absque vlla intermissione in conspectu eius offerenda erant. Sicque illud vnum vnicè Deũ ad eam magnam & ingentem misericordiam excitasse: vt fateri iam compellamur, & compellantur remotissimæ mundi nationes (etiam si magno inuidiç liuore ob id potissimê diu consumãtur Celtiberiã nostrã regionem eam vnã fuisse inter cũctas Orbis totius gẽtes, quæ depulsa p oculâ finibus eius infidelitate, & propulsatis diuinitus varijs idolatriæ generibus,

quibus ferè ab initio mundi miserabiliter infecta erat: sic firmiter Religionem Christianã cum tanto Virginis Mariæ, & Iacobi nostri honoris incremẽto ex tunc hucusque amplexa fuerit: vt à prima erectione huius Angelici Templi vsq; in hæc nostra tẽpora nullus dies, neque nox, neque hora vnquam extiterit, in qua diuinas laudes, gratiarum actiones absque vlla intermissione vndiq; in ea personuisse palàm non tantum mortales, sed innumerà illa agmina cælestium spirituũ acclamare valeant. An verò hoc inuisum & inauditum Dei donum altare illud Noe, Abraham, Isaac & Iacob, aut aliorum Regum & Prophetarum, aut totius veteris testamẽti assequutum vnquam fuerit, proferant iam hi qui contradicũt sacrę Scripturæ? ipsa palã acclamante, temporibus eorum, tot & quamplurimis Gentilitatis erroribus vndique infectũ fuisse populum illum Israeliticum: quot fuerunt suplicia atrocissima, quæ illi iustissimè inflicta fuerunt à Deo.

Quòd si forma constans, & diuturna stabilitas ædificij cuiusdam materialis insignem, & eximiam domus amplitudinẽ, immensam maiestatem, & nescio quid admiratioins præsefert cunctis, qui illam attentè contemplantur: ex quo originem habuisse arbitror, vt amplissima Medorum, Græcorum, Persarum, & Romanorum regna eo quòd per tot annorum curricula semper eadẽ, fixa, & perseuerantia cunctas inimicorum suorum classes deuincẽdo, extiterint: semperq; primatũ inter alia Imperia obtinuisse testetur illa delusa & vetusta antiquitas: Sacellum gloriosum ter quaterque, & infiniti es beatum, si beatitudinis est capax: Domus Sanctissima Virginis Mariæ de PILARI: Quis, inquam, tuam stabilitatem, firmitatem, & constantiam dudum contemplatur, qui statim digito linguam, & labia compescens, totus suspensus quasi in vehemẽtem extasim, & stuporem elatus, te vt quid cæleste, Angelicum & Deificum non intuetur? Intusque & exterius summo cultu, & ingenti timore, & reuerentia non suspicit, colit, & summè veneratur, & cum Iacob Patriarcha in illa verba non proclamat? *Terribilis est locus iste: verè hic non est aliud, nisi domus, & porta cæli*: aut cũ nostra Ecclesia: *Hæc est domus Domini, firmiter ædificata supra petram.* *Gene.* 28.

Dicant iam in gentibus Israel, arcam illam quam Moyses ex præcepto diuino construen-

Exod. 37. ſtruendam curauit Exod. valdè percelebrem cunctis ędificijs, quæ vſq; illam erecta ſumptuoſe fuerunt, extitiſſe: non ſolùm ex eo, quòd Scriptura ſacra commemoret ex lignis ſethim eſſe confectam: *Et fecit Beſalel arcam è lignis ſetim &c. Et texuit eam auro mundo intrinſecus & extrinſecus: & fecit ei coronam auream in circuitu,* Exod. aut ex *Exod. 37.* eo, quod Moſes tulit, & poſuit teſtamentum in arca, & vrnam manna plenam, & virgam Aro*Num. 17.* nis, quæ floruerat: Sed etiam ex eo potiſsimè, quòd tandiu miraculoſè perſeuerauerit, quòt fuerunt anni plus fere mille, qui tranſierunt à temporibus Moyſis, quo constructa fuit, vſq; ad miſeranda tempora Nabuchodonoſor Regis Babilonis: quibus Nebuzardam magiſter laniorum, ſeruus Regis Babel veniens in Hieruſalem non ſolùm Regem Sedechiam in durã captiuitatem adduxit, verùm miſerè combuſit, vt Regum fertur: *4. Reg. 25.* *Domum Domini, & domum regiam &c. Columnas autem æreas, quæ erãt in domo Domini, confregerunt eaſdem, & tulerunt eas in Babel.*

Proſiliant ſimiliter, publicis clamoribus acclamantes, templum illud Salomonis cum tanto totius regni, & cunctarum finitimarum prouinciarum, & ſe motiſsimorum regnorũ ſumptu, & iactura conſtructum, celeberrimum omnium quod quot fuerunt, extitiſſe. Non tantùm eo quod inſtar pyramidum AEgypti, in quarum conſtructione mille & octoginta talenta in raphanos, allia & cæpas artificibus vt illis veſceretur, fuiſſe erogata narrat Plinius. Aut *Plinius.* murorum Babilonis: ad quorum *Luca. l. 8.* ædificationem trecenta millia *Herodotus* homiunm adhibita fuerunt (vt Propertius. lib.) tantùm ad co- *Proper. l. 3* quendos lateres. Aut templi Dianæ ab vniuerſa Aſia ducentis & viginti annis extructi: aut ſepulchri Arthemiſæ, Reginæ Carię, vt Martialis ſpatiũ 4011. pedum in circuitu continentis: *Martial. 1* aut Coloſſi Rhodiorum, ex cuius ære Soldanum nonigentos Camelos oneraſſe fertur: ſimulacri Iouis Olimpici, de quo Propertius. *Nam neq; Pyramidum ſumptus ad Sydera ducti, nec Iouis elei celum imitata domus:* Aut domus *Proper. l. 2* tandem Cyri, Medorum Regis, quam fabricauit Menon illigatis auro lapidibus: in cuius admiranda ædificatione tantam argenti auri abundantiam exhauſtam fuiſſe proclamat Scriptura: quantam (niſi fides diuina id manifeſtum faceret) aſſentire illis eſſet cunctis difficilimum, & fereimpoſsibile. Sed etiam ob eam potiſsimam rationem, quia ſicut miraculoſè illud factum fuiſſe teſtantur Sacræ paginę,

3.Reg. 6. acclamantes: Regum. *Domus autem cum ædificaretur, ex integris lapidibus, vt allati erant, ædificata eſt: & malleus & ſecuris, & omne inſtrumentum ferreum non fuit auditum in domo, quando ædificabatur*: diuinitus per tam longinquorum annorum continuationem à temporibus Salomonis vſq; ad tempora Titi & Veſpaſiani Imperatorũ Romanorũ perduraſſe cunctæ gẽtes & nationes proclamẽt vbiq.

Nam nos liberè dicere, & acclamare poſſumus abſq; alicuius iniuria, aut reprehenſionis nota, non cum Martiali: *barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis*: Conſpicientes iamdiu cõſtructam iſtam domum Angelicam Virginis Mariæ de Pilari: Iam vniuerſa terra exultet, lætentur inſulæ finitimæ tam Chriſtianorum, quàm totius Gẽtilitatis. Dentibus ſuis fremant, & tabeſcant, & pudore graui afficiantur omnes illi, qui huic noſtræ domui ſic inuident: vt arcã illã, & templum illud antiquum, quorum omnium nihil præter ruinam triſtem nobis nũc licet intueri, eã conferendã eſſe temerario auſu contenderint: nõ attentè ſecum conſiderãtes gloriam, & decorem cæleſtem huius noſtræ cæleſtis domus, cuius meminiſſe viſus eſt Dauid, quã-

Pſal. 96. do Pſalm. dicebat: *Cantate domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem ſalutem eius. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis valde: terribilis eſt ſuper omnes Deos, &c. Gloria & decor coram eo: fortitudo & gloria in ſanctuario eius.* Neque intuentes, & contemplantes non fortuito quodam conſilio, ſed diuino ſtatim poſt admirabilem Chriſti Redemptoris noſtri ad cęlos Aſcenſionem, ipſam ſacrã, & Deiparam Virginem Mariam, adhuc vitam mortalem inter homines agentem, miniſterio Angelorum ex Hieruſalem, in Ciuitatẽ Auguſtã Cæſarauguſtam deportatam, eiuſq; præſentia corporali in vertice marmoreæ noſtræ columnæ conſedentẽ, inter innumeros Angelorum choros vna ſimul cũ noſtro Iacobo & diſcipulis eius confluxiſſe: vt iam deinceps nullus huius ampliſsimę domus ſedẽ, aut poſſeſſionẽ quã Virgo Maria in ſuam ſingulariter adaptauerat, occupare auſus eſſet. Si ergo ita ſummo mane, id eſt, in principio prędicationis Euangelicæ mater Chriſti ita Angelicã & Regiam ſuã domũ nobilitare, illuſtrare, & tutari præ omnibus alijs tẽplis cœpit, vt illi vni fidẽ Euãgelij vſq; in finẽ mũdi perſeueraturã fore ſemper, abſq; vlla intermiſsione, illã pollicitã fuiſſe innumera annaliũ monumenta, inueterata tot grauiſsimorũ ſanctorũ Patrum traditio, & fore vniuerſalis exterarum & remo-

tiſsima-

tissimatū prouintiarū cōsensus, & applausus cōmunis testatur, publiceq; fatetur, & acclamat: Quid mirū est, si modò proffeeramus nō solū sanctitate, & nobilitate, verū duratione arcā illā, & Tēplū Salomonis longo interuallo ipsam superasse: Deus in medio huius tēpli vnâ cū matre sua, & cōmoueri poterat? neq; cōmouebitur vnquā. Sonuerunt & concitatę fuerant potēter primitus gētes barbarę cōtra illā: vt funditus eā dissipando, dissiparent simul fideles, ad quā tanquā ad tutissimū refugij portū se recipiebāt, vt in ea diuinas laudes persoluētes, mysteriaq; Passionis Christi, & ea omnia quę pro redēptione generis humani ipse ædiderat, secū singulari gratiarū actione perpetuo recolētes noctu diuq; vacarent.

Exarserūt equidē in illā Datianus, & alij crudelissimi Imperatores, quādo in fideles illos Christi meritissimas nostre religionis Christiane primitias huius nostre Augustę Ciuitatis cōciues nobilissimos nūc vero cellestis illius patrię beatorū gloriosissimos incollas inuictissimos & innumerabiles Martyres intelligo & in illos heroes & santissimos viros estrenuū nostrū Lābertū inuictū, Vincentē venerandū, Valleriū Engratiā illā Regiā singulare mullierū ornamentū Christianissimorum vero Hispanię Regū celeste decus & in magnanimos & inclytos cō-militones eius eā miserādā strāgē exercuerūt: ita vt cūcta ciuitas absq; habitatoribus, quasi vidua, & orbata, & prorsus desolata cūctis illis videretur. Decursu verò tēporis postea trāsacto cōmotę sunt Arabū & Sarracenorū validissime classes, quibus oppugnata iacuit inclyta & Augusta Cæsaraugustana nostra Ciuitas, & misere per quadringētos & plus annos illorū execrādo imperio, & ditioni fuit subdita. Sed non timuit vnquā inuicta, & angelica ista nostra domus, etiā si vniuersa Tyrannorū crudelitas, & Sarracenorū ingēs potestas cōtra illā excitate, fuerint, dęmoniacis potestatibus vnâ simul illis fauentibus. Nā his omnibus procellis cōtra illā cōcitatis, vna semper, & eadē, immobilis, & in eodē loco perseuerās id vnū assequta est, quo æternitati perpetuę suū nomē consecrauerit; singularitesq; inuicta Dei manus sic cūctis clarius illuxerit, scilicet, vt omnes isti excelsitudinē huius tēpli intuētes, ne dicā quid diuinitatis internis animę oculis cōsiderārātes, nō solū illi nefarias & sacrilegas suas manus inferre, verū nec cōspicere illā de longinquo aut interius aliquid contra illam mollitri imo excogitare, auderēt: ita vt cum Psalmista illa proclamare potuerit. *Viderunt te aquæ Deus viderūt te aquæ & timnerūt &c*, vel vt Chaldeus

legit

leg t, *contremuit populus: & insuper inter turbatæ sunt abyssi. Deus nobis spes, & fortitudo, auxilium in angustijs inuenimus vallidum propterea non timebimus cum mutabit terram, & cum mouerit montes in cor maris. Sonabunt, turbabuntur aquæ eius, contremiscent montes propter sublimitatem eius.* Quam verò ĉcō tra Archæ illi euenerit, quę huc & illuc vagans, semptem mensibus sub Philistinorum ditione captiua in regione eorum iacuit, satis demonstrant illa Samuel. *Et arca Dei capta est &c. translata est gloria ex Israel, eo quod capta est arca Dei, &c.* & illa Samuel. *Fuit autem arca Domini in agro Philistinorum septē mensibus*: postea verò per Nabuchodonosor vnâ cum templo fuerit igni tradita, satis vnicuiq; nostrum intueri licebit ex illis Paralipo. *Et ascendere fecit contra eos Regem Casdim, & occidit iuuenes eorum &c.* Et *vniuersa vasa domus Dei, magna, & parua, & thesauros domus Domini &c. omnia adduxit in Babel, & incenderunt domum Dei.*

1. Sam. 4.

1. Sam. 6.

2. Par. 17.

Neq. minus grauem, & miserandam ruinam templum illud Salomonis passum fuisse ad inueniemus, si monumenta antiqua Sacræ Scripturę euoluamus. Quandoquidem, præterquam quod apertè acclamant desolatum fuisse à Chaldęis, cū in duram seruitutem populus Israeliticus fuit adductus: & iterum per Esdram & Zorobabel reædificatum miserabiliter euersum fuisse per Anthiochū AEgypti regem, vt illa Machab. verba declarant. *Et irruit super Ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, &c.* Et *effuderunt sanguinem innocentem per circuitum, sanctificationes contaminauerunt &c. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum: sabatha eius in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & sublimitas eius conuersa est in luctū.* Reperiemus, vltimā eius desolationem factam per Romanos post Passionem Christi adeò magnam, ingentem & miserandam extitisse, & perseuerare modò: qualem & Christus prædixit Math. *Non relinquetur hic lapis super lapidem*: & Iosephus vt testis occulatus testatur: & populus Israeliticus ex tunc suis oculis hucusq; intuetur, & miserabiliter lamentatur, quoties secum attentè oculis suis contemplantur in tantam ruinam fuisse redactum: vt iam nec vllum pristini nitoris, imo nec ędificij vestigium in illo appareat.

1. Mac. 1.

Mat. 24.

Cùm ergo tanta huius Angelici Templi inuisa sanctitate, & admiranda & inaudita firmitate

te, fœliciſsima & Chriſtianiſsima Aragonenſium natio diuinitus inter cunctas totius Orbis nationes, quæ præceſerunt, conſiſtunt, & erunt, ſola fruatur. Quid mirum iam, ſi cum ob ſingulare iſtud beneficium â Deo illis liberaliter impenſum, Aragonenſes ſemper in euertenda idolatria, in extirpandis hæreſibus, & propellendis Iudęis à finibus Hiſpaniæ euigilantiores: in debellandis Sarracenis fortiores, in dilatando Imperio Chriſtianorum clariores, in tutandis rebus fidei promptiores, in agēdis Summorum Pontifium partibus ſolertiores, in reprimendis ſciſmaticis, quietem Eccleſiæ noſtræ perturbantibus validiores, in propaganda per vniuerſas mundi Prouincias Religione Chriſtiana acriores, in conſulendo authoritati eius ſplendidiores, in vindicandis iniurijs Chriſto & ſanctis eius illatis animo elatiores, in comprimenda audatia inimicorum fidei, teſtimonio cunctarum remotiſsimarum nationum celebriores, perpetuô ſingulariter extiterint? ita etiā vt ob ea, & alia innumera ab illis præclare geſta, vt celeſtes heroes ſumma veneratione fuerint habiti? Quid mirum inquam iam? Cûm hoc quaſi naturali, imo neceſſaria ſequela inde conſequitur, in ſignum tantorum & cęleſtiū donorum, quibus ex tunc hucuſq; fæliciter condęcorantur: & ad manifeſtationem apertiſsimam amoris ſingularis, quo iſtā Hiberiam regionem ſanctiſsima Virgo Maria vnicè fuit proſequta, & proſequitur modo: & fœlicitatis eximiæ, qua incolę eius Aragonenſes potiuntur â temporibus illis fœliciſsimis vſq; in hanc noſtram etatem: ipſi ſicut antiquiſsimi, & Chriſtianiſsimi ex cunctis alijs remotiſsimis gentibus & nationibus, & Chriſtianorum regnis etiam propinquiſsimis extiterint: qui non ſolûm ſeditionibus popularibus, vniuerſam ferè noſtram Hiſpaniam ſæpiſsimè graſſantibus contra veros & naturales Reges eorū, furenter concitatis (vt ſæpè vicinis noſtris Regnis contigit, ex quibus tanta, tam dira, & miſeranda clades iniecta fuit religioni Chriſtianæ, & eius propagationi, quantam modô præ lachrymis vix exprimere poſſum) vnquam inſici valuerūt: verùm fideliſsimi ſicut & Deo, ſic & regibus eorum mirificè fuerunt. Ita vt in ſedandis miſerandis tumultibus aliorū Regnorū, in Reges ſuos nefariè inflammatis: in extinguendis populorum nefarijs ſeditionibus, in Principes eorum malitioſè incenſis: in comprimenda quāplurimarum prouintiarum, ciuitatum,

uitatum, & equitum præcipiti audatia: in mitigandis execrandis vulgi, & plebeiorum coniurationibus, & in tutandis Christianissimorum Regũ partibus, nè tyrannide execrabili à suis subditis inobedientibus, & infidelibus miserè oppressi, tanquam alieni, ignoti & infames, maiestate, & imperio suo orbati longè in semotissimas terras, regna, & nationes amandarentur: cunctas res domesticas, eorum honorem, vitam filiorum & propiam illos sępissimè tanquam Christianissimos filios, meritissimasq; primitias religionis Christianæ, memores illorum semper, quæ Christus Redẽptor noster protulit: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo*: spontaneè & viriliter exposuisse continuò, cuncta antiquitatis, & cæterarũ nationum volumina acclament. Et quod maius est, vetustissima illa nostrorum competitorum recentiũ monuméta (quos dicam, ipsi & omnes intelligũt) nunc nunc ipsis inuitis palàm vbique testentur, ac prædicent. Quid mirantur hi, quòd literarum vetustissimi codices cunctis palam proferãt, Celtiberiã nostram regionem fortunatissimam, instar rubi illius qui quondam ardebat, & non consumebatur: tẽporibus illis miseris, quibus Hispaniæ Regna varijs Arrianorum, & alijs Hæresiarcharum falsis dogmatibus hac & illa inficiabantur, incendebantur, in ô miserabiliter tãquam paleæ consumebantur, à vera fide longè aberrantes: eã vnam diuinitus non solum puram, in contaminatam, & ab omni contagionis liberã, Apostoli sui Iacobi doctrinam, & Christi vndiq; amplectẽtẽ perseuerase: verùm magnæ admirationis, & stuporis cunctis extitisse, præcipuè attente intra se contemplantibus, in illa vna in integrum adimpleta fuisse, quę Psalmista cecinit: *Non accedet ad te malum: nec flagellum apropinquabit tabernaculo tuo.*

Quid admirantur iam veterani, et simulati isti amici nostri, si auribus eorum sæpè persõnare experiantur, Celtiberiam nostram ex tunc hucusque frequenter eos innumeros, insignes, & spectatos viros literis per celebres: inuicta animi fortitudine bellicosos: ad gubernacula tum secularia, tum spiritualia administranda prudentes: sanctimonia admirabiles, & maximè venerabiles in lucem, & in salutem communem totius fidei Christiane copiosissimè suofœraci partu edidisse: Qui non solùm vniuersas disciplinas, artem bellicam, & cunctas religiosorum classes, meritissimum

mum prudentium nomen iuſtiſsime, ſibi vendicantes, continuò exornarunt: verùm Catholicam iſtam noſtram fidelium Eccleſiam ſic ſingulariter condecorarunt, nobilitarunt, & illuſtrarunt: vt illis, habeat iam latiſsimum, & glorioſiſsimum Chriſtianorum Imperium: quibus non tantùm cum priſcis illis, & ſpectatiſsimis viris, quos quondam populus Iſraeliticus diuinitus obtinuit: verùm etiã cum illis, qui á temporibus Chriſti hucuſq; per vniuerſas totius Orbis partes percelebres extiterunt, ſine aliqua cæterarum nationum iniuria de iſtarum omnium præſtantiſsimarum, & admirabilium virtutum gloria, & excellentia palam decertare valeat. Sed vt eò vnde aliquãtulum aberrauimus, celerrimè reuertamur: parcite, quęſo, ſaltim vos amici noſtri, quandoquidem meæ conditionis oblitum ad hæc & alia maiora eſtò veriſsima, in medium aducenda inuiſa & inaudita noſtra Aragonenſium fœlicitas, conſtans fidelitas, & fœda, & execrãda quorundam maleuolorum, nunc nunc turpiter & falſè debachãtium in nos nuper manifeſtata inuidia, ſic me quaſi quibuſdam calcaribus adhibitis inuitum, & reluctantem, ſuis momentis ardenter concitabant: vt niſi antiquus, & internus, imoChriſtianus amor quo vos ſemper ſum proſequtus, mihi impedimẽto eſſet, vix impetũ orationis ceptę compeſcere valerem. Eia laudet iam populus Iſraeliticus expetatos illos ſuos Leuitas, & præſtantes Sacerdotes, quibus iniunctum erat munus portandi iniquitatem ſanctuarij, & peccata Sacerdotij: vt Nume. 18. dicitur: offerendi ſacrificia pro peccatis populi: docendi legem Moſaycam cunctos, quę populi vtriuſq; ſexus, & conditionis in cognitione legis & profetarum inbuere, in omnibus rebus ſpiritualibus vniuerſalem adminiſtrationem habere: ſuos inquam, Aarones, Eleazaros, Pinhas, Abiſay, Achimatiam, Azariam, Iechoniam, Salatiel, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Matatiam, Oniam, Simonem, Abiathar, Azor, Sadoc, Achim, Eliud, Mathan, &c. quorum induſtria, cura & adminiſtratione præcepta legis Moſaycæ, cunctæq; cæremoniæ illius obſeruatę in integrũ, & vniuerſa ſacrifitiorũ, victimarũ, holocauſtorũ, & oblationũ genera Deo oblata fuerunt per tot & tam lõginqua tẽpora, & cultus Dei incolumis, & integer perſeuerauit: ita vt illorũ gubernatio vt quid cæleſte ab exteris ſemotiſsimis gẽtibus, & nationibus venerata ſẽper fuerit. Acclamẽt annalũ antiquiſsima monumen-

Nume. 18.

numenta, & summis laudibus vsq. in cęlum efferant prodigiosa illa miracula: quibus Deus mirabilem præomnibus alijs falsis antiquitatis Dijs se olim exhibuit, populum suum Israeliticum percelebrem inter alias cunctas gentes, & nationes efficiendo. Iam cunctis sigillatim exprimant fœlicissima illa tempora, de quibus perhibet sacra Scriptura ad præsentiam illius arcæ veteris testamenti Iordan qui repleuerat omnes ripas suas, impetum aquarum suarum, & torrentium hàc, & illac inundantium compressisse: ita vt aquis illis tanquam aceruo vno valdè procul hinc & illinc amandatis, non solùm Sacerdotes portantes arcam, verùm cunctus Israel transiret per Iordã tãquam per sicum. Iosue. *Iosue. 4.* Dagon, cæcidisse super faciem suam in terram, caputq; Dagon, & palmas eius concissas fuisse Samuel. *1. Samu. 5.* Vacasq; illas, quæ illam portabant Samuel ex *1. Sam. 6.* agro Philistinorum per viam Betsemes perrexisse sine alicuius duce, absque eo quòd declinarent neque ad dexteram, neque ad sinistram. Impœnamque delicti quod commiserunt Betsemitæ, eo quod aspicerent nimia curiositate quę erant intus in arca Domini, è populo illo quinquaginta millia, & septuagiuta viros vnà simul desideratos esse: ita vt Bethsemites isto prodigio admirati, prorũperẽt in hęc verba. *Quis poterit stare corã Domino, Deo sancto isto? & ad quid ascendit ad nos?* *1. Sam. 1.* Hinc Ozam morte mulctatum, statim postquam illam tetigerat *1. Para. 13.* Paralipo. Insuper benedixisse Deum domui Obededom, & omnibus qui erant ei propter arcam Dei: & illinc repleuisse domum in quam ingressa erat arca, gloriam Domini: ita vt non possent Sacerdotes stare ad ministrandum propter nubem.

Sed incolæ fœlicissimi huius amplissimi Regni Aragonum perpetuis laudibus efferimus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua, diuites in virtute, & viros misericordię. Quorum pietates non defuerunt, & inclyta facinora adhuc viuunt, & æternitas eas tuebitur. Quorum Nepotes hęreditas sancta: & filij eorum spirituales propter illos vsque in æternum manebunt: semenq; eorum & gloria numquam inueterascet. Torquatos inquam illos, Indaletios, Thesiphontes, Esiquios, Primitiuos, Secũdos, Cecilios, Athanasios, Euphrasios, discipulos charissimos diui Iacobi, & meritissimos religionis Christianæ pro seminatores primos. Quorum prædicatione, & sanguinis copiosissima effusione

fusione madefactam non terrã istam tantûm, sed obstinata Gẽtilium corda, tot feraces, & vberes Gentilitatis salsuginosam, & infructiferam regionem fructus Deo, & Mariæ sanctissimę gratos annuatim, & cõtinuò dedisse est certum: quot valuerũt vniuersas alias Hispaniæ vrbes, & Europæ oppulentissimas ciuitates verbi doctrina imbuere, nobilitare, & adimplere: noctu diuq; iugiter coram nostra ista arca cælesti fœderis diuini, domum istam Angelicam dico, diuinas laudes, & encomia cælestia instar cælestium spirituũ tryumphantis illius Ecclesiæ in ista celebrare: proclamantes cum Psalmista: *Confitebimur Domino, inuocabimus nomen eius.* Prædicabimus cunctis nationibus opera eius: recordabimur mirabilium eius, quæ fecit in conspectu innumerabilium Gẽtium, & nationum in memoriã pacti eius, & verbi, quod est pollicitus nomine sanctissimæ Matris eius cunctis huius Regni habitatoribus dicens. *En do vobis non terram Chanaam, portionem hæreditatis vestræ: sed sacellũ istud sanctissimum in hæreditatem vestram, in refugium, quietem & solatium cunctis afflictionibus vestris. Hæc sedes mea, scabellum pedum meorum: hic habitabo in sæculum sæculi, quoniam elegi ea.* Silentio perpetuo interim nos

Psal. 75.

venerantes (ne illorum excelsitudini, & immensitati iniuriam irrogasse videamur) innumeram illam multitudinem miraculorum, quæ filius eius Iesus, magister noster, ob pręsentiam particularem genitricis eius, cum tanta illius & matris suæ laude & gloria indies operatur. Intra nos tantùm memoria continua recolentes erectionem eius miraculosam, tot cælestium Angelorum multitudine, & testimonio insignitam, & exornatam adeò stupendam, inuisam & inauditam esse: qualem nec mẽs, aut animus desiderare, nec cõcipere valent.

Et cûm iam eam nacti simus sortem, & conditionem, vt ad illius encomia celebranda diuinitus, ob tantam rei maiestatem, omnem aditum nobis interclusum esse sentiamus: Quid mirum: si memores istarum omnium rerum, acclamemus. Quæ enim quæso, tã diserta, & facunda erit Oratoris lingua; quæ statim non obmutescat: si exprimere tantũm contenderit cælestem illam virtutem huius arcæ cælestis, quæ in in illa singulariter emicuit. quando eius pręsentia aquæ non Iordanis, sed Gentilitatis, quæ repleuerant cunctam istam Celtiberiam regionem, sed quid? Hispaniam omnem: aufugarari cæperunt in alias se-

 motissi-

motiſsimas nationes, tamquam in vno aceruo ſecedentes miraculoſe ab ea. vt in illa ſuum tabernaculum fidem Chriſti, & religionem Chriſtianam ex tūc hucuſq; ſemper firmiter conſtituiſſe cuncti fideles, & Gentiles adhuc acclament? Cuius ne labia fauum & mel, (nè dicam vim admirabilem audientium cordibus imprimentia) diſtillantia, non ſtatim comprimetur: Si admirandam huius noſtræ arcæ vim recenſere conentur? qua non Dagon, ſed cuncta idolatriæ genera quæ primatum in regione iſta noſtra ab initio mundi habuerunt, funditus concuſſa, & auulſa fuerant? Cuius etiam vires validiſsimæ non proſternentur: ſi ad ſummam quandam redigere tentauerint tot flagellorū genera, quibus potenti manu Dei adhuc in iſta vita affecti, in alia verò ęternæ morti traditi fuerunt omnes quotquot arcam noſtram animo tantùm infeſtare, & oppugnare fuerunt auſi? Cuius denique tanta dicendi peritia, aut qui eloquentiſsimi Cicerones, Demoſthenes, Iſocrates, Pericles, aut celeberrimi illi Athenarum & Romæ Oratores non deficient, enerbabuntur, inhabileſq; reddentur: ſi vt par eſt, ſingulari dicendi artificio, maximo verborum ornatu, & nitore, magnificis præconijs celebrare, & exornare temerè contenderint innumeras illas, & cæleſtes benedictiones: quibus ob ſanctiſsimum Sacellum noſtrum Aragonenſium ampliſsimum & inuictiſsimum Regnum inter alia quā plurima regna, Deum Optimum Maximum, præcibus genitricis ſuæ ſanctiſsimę, ſingulariter ex tunc illuſtrare, & cumulare continuo hucuſq; cuncti conſpiciunt? Hinc ampliſsimā iſtam ditionem Celtiberiam, quæ tamdiu deſertum, inuia ſolitudo, habitaculū draconū, atriū filiabus ſtrutionis, domicilium cunctis beſtijs ſilueſtribus, & ipſis Dæmonibus extitit, ſpinis vrticis, & peſtiferis paludibus vndiq; circundata: quaſi hortum irriguum, amenum paradiſum, religionis Chriſtianę municipium, fidei domum, cæleſtemq; incolarum oblectamentum efficiendo. Illinc cunctos hæreſum, & ſectarum præſeminatores, qui tamquam beſtię ſanguinariæ extremum, & perpetuum interitum fidelibus molriebantur, longè ab eius finibus, nè vlterius habitatoribus huius regionis nocere poſsint, exterminando: vt Iſaias inſinuare viſus fuit. *Non erit ibi leo: & ledens inter beſtias non aſcendet per eā, nec inuenietur ibi.* Ita vt acclamare ex tūc, vnâ cū maioribus noſtris, & cū Iſaia iā poſsimus. *Et erit ibi ſemita, & via & via* Iſa. 35. Iſai. 35.

ſancti-

sanctitatis vocabitur ipsa: ita vt non transeat per eam pollutus, & hæc erit ipsis: Gloria Liba nō data est huic nostrę Angelicæ domui decor Carmeli & Saron: in illa conspicient cæteræ nationes gloriam Domini, & decorem Dei nostri.

Quando ergo iam huius nostræ Apostolicæ domus tanta est, & tam ingens & inaudita celsitudo, vt meritò cunctam dicendi vim maximè excellat: & ea ista, quę nuper in eius laudibus referendis, breui & celeri cursu quasi per transenam, præstrinximus, eo à nobis allata fuerint: vt aliquam mei ardentissim amoris, quo in illam totus, & si omnium exiguus & indignus eius alumnus flagror, significationem ostendens, cunctis clarius deinceps innotesceret, illa verba, quæ superius interpretari agresus, sum scilicet. *Ipse ædificabit domum nomini meo &c. Firma erit domus tua &c.* non tantùm congregationem istam vniuersalem fidelium, sed Angelicam, & Apostolicam istam nostram domum, quæ ob eius eximiam excellentiam, & Dei domus appellatur, & vsq; in finem mundi eadem met cōstans est certissimè permansura, apertissimè adumbrasse: finem, si finis eius laudibus est ponendus, aut adhiberi potest, necesse est libenter imponamus. Donec doctissimus concolega, & frater noster imoperillustris Presul meus Doctor Bartholomeus Laurentius, ob variam, & multiplicem litterarum cognitionem inter omnes, quot sunt nostra tempestate, insignis, ac percelebris: ob expectandā autē eius vitæ innocentiā, singularē præstātissimorū morum cādorem cunctis ad immitandum exemplar meritissimum, vir deniq; omnium seculorum memoria dignissimus, suis splendidissimis commentarijs, iam iam in lucem edendis, doctius, exactius & copiosius ista omnia prosequatur: præsertim cùm adhuc nobis non minus difficiliora certamina obeunda relinquantur.

PROPVGNACVLVM. SEXTVM.

Dessumptum ex illo testimonio Psalmi. 2. Vt quid congregabunt se gentes, & populi meditabuntur inane? Astabunt Reges terræ, & Principes consilitabuntur pariter aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: &c. Et ego constitui Regem meum super Sion. &c. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo gẽtes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

CVM Vera sint, quę nõ solum Christiani, sed ferè cũcta Orbis terrarũ regna, lõgo rerũ vsu & experimẽto palã nobis tãquã infallibilis veritatis esse testãtur, ea, quę Spiritus sanctus per Salomonẽ nobis, & cũctę posteritati cõmẽdata reliquit: nẽpe: *Rex in iudicio stare faciet terrã*: vel vt
Prou. 29. nostra Vulgata sanctissima legit. *Rex iustus eriget terram.* Nõ mirum profectò, Rabini doctissimi, alicui vestrum esse iam debet, si quotiescũque ex hac parte assidua mẽtis cogitatione me cum contemplor, Regem vestrum Messiam adeò iustum, & potentem extitisse semper, & modò etiam esse non tantum ad stabiliendum terram, & vniuersam hãc ingentẽ Orbis machinã: verũ ad firmandũ mortaliũ corda in bonum, & conuertendum omnes cogitationes potentissimorum Regum in viam salutis ęternæ, vt illa verba Isaiæ præseferunt. *Propinqua est iustitia vel, iustus meus: egressa est salus mea.* Isaiæ. 51. Et Psalmo. *Verbo Dei cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis exercitus eorum.* Psal. 33. *Congregans quasi in vtre aquas maris: ponens in thessauris abyssos.* Et Psalmo. *Tui sunt cæli, & tua est terra: Orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti.* Psal. 89. Et Iob. *Qui remouet cor ducum populi terræ.* Iob. 12. Et Prouerbiorum. Prou. 21.

Vt

Vt riuuli aquarum eſt cor Regis in manu Domini:*ad omne quod voluerit,inclinabit illud* : ex altera autem tandiu experior,obſtinationem veſtram per tot annorũ curricula continuò preualuiſſe, & indies magis ac magis inualeſcere:toties in magnã & vehemẽtẽ admirationẽ totus hac & illac,in inueſtigatione huius dificultatis diſtractus rapiar:cui ſcilicet hoc vnũ potiſsimè tribuendũ eſſe iudicẽ. Sed quãdo mihi ancipiti iſta cogitatione verſanti neſcio quis ſpiritus cęleſtis ad aurẽ mihi velſicans,ſtatim meũ cor ſic interius illuſtrauit,vt huius rei cauſam iam non ſummæ bonitati diuinæ, quæ adeo bona eſt,qualẽ pręſeferũt illa verba Pſalm.*Profectò bonus eſt Iſraeli Deus:ſed mundis corde.* & Iacobi.*Deus enim intentator malorũ eſt*:neq; eius potẽtiæ immẽſæ, *quæ omnia quæcũque voluit in cælo,& in terra fecit*:ſed ſummæ veſtræ malitiæ,& execrãdę obſtinationi meritò imputari debere palã fateri cogamur:quã Pſalmiſta præſentire viſus fuit Pſal,dicens:*Os tuũ dimiſsiſti ad malitiã.* Et Iſai. *Audite me duri corde*,Eze.*Fili hominis, mitto te ad filios Iſrael,ad gentes rebelles, quæ rebellauerunt cõtra me. Ipſi, & patres eorũ præuaricati ſunt in me vſq; ad hunc ipſum diẽ. Et filij dura facie,& duro corde ſunt.* Quę ea eſt,& ſtetit ſemper: vt illorũ

Pſalm 73
Iacobi, 1.
Pſal. 49.
Pſal. 50.
Iſaia. 47.
Eze. 2.

cæleſtiũ radiorũ,quos ſecũ abũdantiſsimè ille verus Sol iuſtitie, & ſplẽdidiſsimus, Rex inquã,veſter,aut ſaltẽ noſter, vt liberaliter & ſi cũctis,vobis autẽ potiſsimè, impertiretur, vt Zacha.dixit:*Ecce Rex tuus venit tibi* adducebat:participes fieri per fidẽ,continuò renueritis. In hac ergo vnã re totus ipſe in decurſu noſtræ diſputationis inceptæ maximè incũbã:ſi forſan huic tantæ cæcitati,& peruerſitati præſertiſsima remedia ex vera intelligẽtia horũ verborũ Pſalmi applicare valuero. Et certè me ea vobis adhibiturũ fore ex nũc polliceri audeo : ſi cuncta verba huius teſtimonij internis animæ veſtræ oculis,vt illa ſemel atq; iterũ perpẽdatis maturè,& ſolicitè perſcrutemini, à me dudũ vobis ſubijci. libenter patiamini.Nã ſi id vnum deinceps aſſequtus fuero. ſimiliter vos aſſequemini equidẽ à nobis,vt eã aduẽtus pręteriti Meſſiæ ſplẽdidiſsimã lucẽ intueamini, qua fugatis denſiſsimis obſcuritatis tenebris,ipſamet nocte obſcurioribus,propriũ & naturalẽ Regẽ veſtrũ tanquã verũ Dominũ,totiuſq;generis humani meritiſsimũ Saluatorẽ (Meſſiã dico) ſumma alacritate, lætitia, & exultatione,interius, & exterius quaſi inuiti,imo volũtariè deinceps excipere cogamini.

Zacha. 9.

Neq;quidquã aliud cũctis om nibus ſperare iã licet, ſi ſingula huius teſtimonij verba paulatim â nobis diſcutienda proponantur. Nã præterquã quòd vnicuique noſtrũ dudũ iã tanquã clarũ, & manifeſtũ apparet: ſingu gula totius huius Pſalmi carmina, orationes, & ſillabas eò tãtũ tẽdere: vt Chriſtũ, & Meſsiã cũctis oſtendant, nõ tantũ per ea, quę cõtra ipſum machinanda erant à Gentilibus, & vniuerſo populo Iſraelitico: ſed etiã per ea quæ Meſsias ipſemet ex huiuſmodi iniurijs, & acerbiſsima morte, crudeliſsimè ſibi illatis, decurſu tẽporis poſt mirabilem eius Reſurrectionẽ in cõſpectu omniũ glorioſe aſſequuturus erat. Et hinc eſt, vt clariſsimè in cõfirmationẽ huius veritatis in limine huius pſalmi cõſpiciamus, pſalmũ iſtũd inſtar. 1. 33. 43. 91 93. 94. 95. 96. 97. 99. 104. 105. 107. 114. 115. 117. 118. 119. 136. 137. 147. 148. 149. ſuperſcriptione, & titulo nõ fortuito quodã caſu, ſed diuinitus carere. Vt inde occaſione cũcti nãciſcerẽtur, mẽte & cogitatione trãſcedendi, & čõuolandi, nõ inquam in Regem illum Dauid, Regnũq; tẽporale illius, quod breuiſsimo tẽporis ſpatio ſtabile permanſit: ſed in eũ Regẽ, *in quo mouemur, viuimus, & ſumus*: et cuius fruitione iucũdiſsima beatitudinis æternę participes futuri ſumus. In eũ inquã, qui eſt caput totius Ecclesię militãtis, & triũphantis: cunctorũq; cæleſtiũ ſpirituũ firmiſsima ſalus: Meſsiã intelligo. *Quẽ conſtituit hæredẽ vniuerſorũ Deus: per quẽ fecit & ſecula. Qui cùm ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius, portansque omnia verbo virtutis ſuæ: purgationẽ peccatorũ faciẽs, ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis: tãto melior Angelis effectus, quanto differẽtius præillis nomẽ hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo Angelorũ? Filius meus es tu: ego hodie genui te &c. Et cũ iterũ introducit primogenitũ in Orbẽ terræ, dicit: Et adorẽt eũ omnes Angeli Dei, &c. Et tu in principio Domine terrã fundaſti, & opera manũ tuarũ ſunt cæli. Ipſi peribunt, &c. Tu autem idẽ ipſe eſt, & anni tui nõ deficiẽt.* Heb 1.

Pſalmi qui ſuper ſcripti erant.

Inſuper reperiamus ſimiliter, hoc idẽ primã dictionem huius Pſalmi *Lama*, palã vociferari, ſi ſingulas literas huius dictionis ſeiungentes ad inuicẽ, perſcrutemur ita vt per primã litterã, *Lamedh*, quæ ſignificat ſcientiã, nõ aliud præterquã verbũ æternũ: de quo dicitur Eccleſiaſtici. *Ego ex ore altiſsimi prodiui, primogenita ante omnẽ creaturã. Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens &c. Ab initio & ante ſæcula creata ſum, & vſq; ad futurum ſeculũ nõ deſinã &c.* Quę cõſonãt illis Ioan. *Ego enim ex Deo proceſsi, & veni.* Et illis. Chor. *Nos autẽ prædicamus Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidẽ ſcandalũ, Gẽtibus autẽ ſtultitiã: ipſis autẽ vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtũ, Dei virtutẽ, & ſa-* Heb. 1. Eccleſ. 2. Ioan. 8. 1. Corint.

Coloſ. 2. *& ſapientiã*. Et illis Coloſ. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*. Per ſecundã literam *quæ eſt*, Mem, *ideſt, a quo* per tertiam *quæ eſt* H. *ideſt, viuere, & eſſe*. Ac ſi clarius dicerent, Meſsiam noſtrum eſſe ſapientiã, à qua omnis conſiſtẽtia rerũ naturaliũ, & ſupernaturaliũ dependet, ſecundum illud Pſalmi. Pſal. 33. *Verbo Domini cæli facti ſunt*: quę maxime cohęrent cũ illis Ioan. Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil*: Et illis: *Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis: &c.* Et *vidimus eũ, plenũ gratiæ, & veritatis*. Et illis: *Lex per Moyſen data eſt: gratia autem, & veritas per Ieſum Chriſtum facta ſunt*.

Neq; hæc omnia id per allegoriã, ſed proprio & literali ſenſu intelligẽda eſſe de Meſsia vnuſquiſq; noſtrũ, & veſtrũ etiam iudicabit: ſi paulisper oculorum acies ad ea quę in principio huius pſalmi adducũtur, cõuerterit, nẽpe. *Vt quid cõgregabunt ſe gentes, & populi meditabuntur inane? Aſtabunt Reges terræ, & Principes cõſilitabuntur pariter aduerſus Meſsiã eius?* vel vt Chaldęus legit: *Quare fremunt populi, & nationes loquutur vana? Conſurgunt Reges terræ, & poteſtates conueniũt in vnũ: vt deficiãt à Deo, & certent cũ Meſsia eius?* Et ad ea quæ apponũtur inferius in calce Pſalmi: *Oſculamini filiũ, ne forte iraſcatur*. Et hoc idẽ ſentire viſus fuit Rabbi Salomon in cõmẽtarijs huius Pſalmi, dicẽs: *Patres Hebræi hunc Pſalmũ expoſuerunt de Meſsia*. Et Midras Tehillim, ideſt, cõmẽtarius Pſalmorũ, ex dictis Rabbinorũ cõflatus.

Sed antequã ad verã interpretationẽ accedamus horũ verborũ, vt illis firmiſsima argumẽta ad cõuincendũ maiores veſtros in his, quæ ſpectãt ad aduentum primũ Chriſti, deſſumere poſsimus, ne in medio diſputationis curſu nos aliquatenus ab hoc noſtro inſtituto retardare valeant: rationi maxime cõſonũ erit, vt hãc veritatẽ validiſsimis fundamẽtis corroboremus, cunctaq; huius pſalmi de Chriſto eſſe intelligẽda manifeſtemus: initio tã quã nefarios, & cõſceleratos, omniumq; ſcelerũ colubione cõcretos, impudicũ illũ Abenezra, vt reffert Eugubinus ſuper pſal. 2. & alios neotericos Rabbinos, quorũ meminit Lira ſuper eũdẽ pſalmũ, tãquã à vera intelligentia huius pſalmi maxime alienos ſtatim lõge propellamus. Quandoquidẽ vt veritatẽ intentam ab Spiritu ſancto (qua cũcta corda perfidę illius nationis, cognitione clariſsima aduẽtus Meſsiæ illuſtrarẽtur) cũctis iam vndiq; patenter obſcurarẽt: temerario quodã auſu affirmant, vniuerſa huius pſalmi, ſiue quæ ſunt in principio, copulentur medijs: ſiue quæ ſunt in medio, his quę ſunt in finẽ, apponãtur:

tur, ſi attente, & prudẽter à peritiſsimus viris examinẽtur, nihil aliud præterquam Regem Dauid perſonare.
1. Ratio

Nam quamuis in hãc ſententiam illos ingreſſos fuiſſe ſentiamus, ex eo quòd ſuperſcriptio huius pſalmi, vt Vulgata noſtra legit, & fere cuncta ſanctorũ Doctorũ tum Latinæ, tum Græcæ Eccleſiæ turba aſſentitur, quæ ſic ſe habet: *Pſalmus Dauid*: illis maxime fauere videatur, tum etiam quia illa quæ ſequuntur, ſiue vt Hebręus legit, *& Principes conſiliabuntur pariter aduerſus Deũ, & aduerſus Chriſtũ eius. Dirumpamus vincula eorũ & proiciamus a nobis laqueos eorũ.* ſiue vt Chaldęus: *Cõueniũt in vnũ, vt deficiant à Deo, & certent cũ Meſsia eius. Diſoluamus vincula eorũ, & proiciamus à nobis funes eorũ.* ſiue vt Vulgata lectio, *Aſtiterunt Reges terræ &c. Aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtũ eius. Dirũpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugũ ipſorũ*: nullatenus (cũ pluritatẽ ſuppoſitorũ ſignificent) adaptari poſſe arbitrentur Meſsiæ vero ſuo, qui Deus verus vnâ cũ Patre, & Spiritu ſancto, & vnus erat, & eſt, vt Iſaias prædixerat, *Paruulus enim natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, &c. & vocabitur nomẽ eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis.* & Iſaias. *Ecce virgo prægnans, & pariet filium, & vocabis tu mater nomen eius Emanuel*: ideſt, nobis cũ Deus. Et Iſaias. *Ecce Deus ſalus mea, cõfidã, & non pauebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus*, & Pſal. *Emittet verbũ ſuũ, & liquefaciet eas, flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ*. Et Iſaias, *Ecce Deus veſter &c. Ipſe veniet, & ſaluos faciet vos*. Oſeas. *Saluabo eos in Domino Deo ſuo.*

Iſai. 9. | Iſai. 7. | Iſai. 12. | Pſal. 147 | Iſai. 35. | Oſeas, 1.

Inſuper etiã ad id vnũ dicendũ cõpellantur ex eo, quòd palã acclamet ſacra Scriptura, Dauid ſæpe appellatũ eſſe Meſsiã, ideſt, vnctũ (id namq; verbum Maſ ã certiſsimè ſignificat, a quo oritur, venerãdũ nomẽ Meſsie) quia vnctus fuerat in Regẽ à Samuel, ex præcepto particulari Dei, vt illa Samuel. *Tulit Samuel cornu olei, & vnxit eũ in medio fratrũ ſuorũ, & mãſit Spiritus Domini ſuper Dauid à die ipſa, & deinceps.* & Sam. *Et venerunt omnes ſeniores Iſrael ad Regẽ in Hebrõ, & percuſsit cum eis Rex Dauid fœ lus in Hebron corã Domino, & vnxerũt Dauid in Regẽ* & illa Sam. *& venerũt viri Iuda, & vnxerũt ibi Dauid.* Præcipue quãdo cõſiderãt, continuo & importune, crudeliter Dauid infeſtatũ fuiſſe a Rege Saul, & Principibus domus illius, vt illa verba Sam. inſinnãt, *fuit autẽ Spiritus Domini malus ſuper Saul. &c. Et quæſiuit Saul percutere lãcea Dauid, & pariẽtẽ, & ſub* duxit
2. Ratio | 1. Sam. 16 | 2. Sam. 5. | 2 Sam. 2. | 1. Sam. 19

dixit ſe à facie Saul, & percuſsit lanceã parietem: & Dauid fugit, & euaſit nocte illa. Miſsit autem Saul nuntios ad domum Dauid, vt cuſtodirent eum, & occiderent cũ mane. Et illa Samuelis. *Fugit autem Dauid, &c. Et dixit corã Ionathan: Quid feci, quæ eſt iniquitas mea, quod peccatũ meũ, coram patre tuo, quia quærit animam meam eximie.* Et illa Samuelis: *Quæſiuit autem eum Saul omnibus diebus, & non tradidit eum Dominus in manu eius.*

1.Sam 23.

3.Ratio Inſuper cùm intuentur, illum acerbiſsime vexatum nunc à Philiſteis, nunc à filio ſuo Abſalon, contendente patrem ſuum Dauid regno priuare: vt colligere licet ex illis Samuelis. *Miſsit autem Abſalon exploratores in vniuerſas Tribus Iſrael, dicendo: Cum audieritis ſonitũ buccinæ, dicite: Regnauit Abſalon in Hebron.* Et ex illis Samuelis. *Et ecce inde vir egrediebatur è familia domus Saul: & nomẽ eius, Simhi filius Gera. Egrediebatur, egrediendo: & maledicebat, & lapidabat lapidibus Dauid, &c. Sic autem dicebat Simhi, dũ malediceret ille: Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir impie: reddidit tibi dominus omnem ſanguinem domus Saul, pro quo regnaſti: deditque dominus regnum in manu Abſalon filij tui.* Et ex illis Samuelis. *Dixit autem Achitophel ad Abſalõ: Eligã nunc duodecim millia virorum, & conſurgam, & perſequar Dauid nocte:* Obque omnia fertur ipſum Dauid in hæc verba prorupiſſe Pſalmus. *Deus quid multiplicati ſunt inſectatores mei? multi cõſurgũt aduerſus me. Multi dicũt animæ meæ, non eſt ſalus huic in Deo in ſempiternum:* Et Pſalmus: *Libera me Domine de manu inimicorum meorum, & perſequentium.* Et Pſalmus: *Inimici mei autẽ viuentes confortati ſunt; & multiplicati ſunt, odientes me mendaciter.* Quę omnia maximè cohærere videntur, cũ illis verbis teſtimonij ſuperius adducti: *Vt quid congregabũt ſe gẽtes, & populi meditabuntur inane? Aſtabunt Reges terræ, & Principes conſiliabuntur aduerſus dominum, & aduerſus Christum eius?*

1.Sam.16 · 2.Sam.21 · 2.Sam.15 · 2.Sam.16 · 2.Sam 17 · Pſalm. 3. · Pſal. 30. · Pſal. 37.

4.Ratio Tandem deniq; ex eo potiſsime, quia contemplantur ea, quæ inferius iſtis verbis ſubſequntur, nempe: *Ego autẽ conſtitutus ſum Rex ſuper Sion:* vt Vulgata legit: nulli alteri præter Dauid conuenire poſſe, acclamante Sacra Scriptura, Dauid non ſolum Regem ſuper Sion cõſtitutum eſſe, ſed primum extitiſſe, qui inter Reges populi Iſraelitici, cœpit arcem Sion. Samuelis. *Et cepit Dauid arcem Sion: ipſa eſt ciuitas Dauid &c. Et habitauit Dauid in arce: vocauitq; eam ciuitatem Dauid, &c.* Inſtar illorum

2.Sam. 5.

verborum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo gentes in hereditatem tuam, & possessionen tuam omnes termi nos terræ.* Quando quidem non solum fuerit Dauid magnificatus super populum Israel, qui singulariter fuit apellatus à Deo primogenitus, & filius suus, vt Rabbi Ioseph innuit, secundum Liram in psalmum istum. Et ex titerit â Deo amicus Deo, vt illa verba ostendunt, *inueni Dauid secundum cor meum*, ita vt tãquam filius fuerit ab illo habitus: verum ad tam supremũ fastigiũ dignitatis fuerit euectus, vt testetur Scriptura, prostratis Philisteis, quatuor illis insignibus victorijs de illis partis, fere cunctas remotissimas nationes coactas ab illo fuisse, vt vectigalia illi vni quotannis defferrent. Ob quę omnia illum proclamasse fertur in ea, quę Samue

2. Sam. 22

li dicuntur: *Dominus petra mea, & arx mea, & liberator meus mihi fuit. Deus fortitudo mea, sperabo in eo. Scutũ meum, & cornu salutis meæ: eleuator meus, & refugiũ meũ, saluator meus. A rapina saluũ fecisti me laudabilem: inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. &c. Et liberauit me ab inimico meo forti, ab odio persequentibus me. &c Persecutus sum inimicos meos, & disperdidi eos. &c. Et non surgent, & ceciderunt sub pedibus meis, &c. Et contundi eos sicut puluerẽ terræ sicut lutũ platearum cõminui eos, & cõpsumpsi eos, & perfodi eos. &c. Et ceciderunt: custodisti me in caput gentiũ. Populus quẽ non cognoui, seruiuit mihi: filij alieni mentiti sunt mihi, ad auditũ auris audient mihi &c. Deijciens populos sub me: propterea cõfitebor tibi Domine in gentibus, & nomini tuo psalã. Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiã Christo suo Dauid, & semini eius vsque in sæcula.*

CAP. I.

Refelluntur argumenta Rabbinorũ cõtra mẽtẽ Spiritus sancti intẽtata.

SEd tamẽ iure optimo de illis iã dicere possumus cũ Dauid, quôd defecerunt in scrutinijs eorũ, idest in inuestigatione solidę veritatis, & intelligẽtia horum verborũ: mẽtiti fuerũt in stateris suis, & in profundum erroris abyssum immersi fuerunt. Quandoquidem ea quę sunt Messię nostri Christi, Redẽptoris totius generis humani Regi Dauid tẽporali tribuenda esse temerè fuerũt arbitrati. Rabbini doctissimi, si iustitiã vnquã amplexi estis, & illius desiderio modò flagramini, quæso, quæ sunt Cæsaris, reddite Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Ne patiamini, vt inuidię ingens liuor, quo in nos, & cunctã nostrã religionẽ estis inflãmati, ita corda & mentes vestras peruersè occupare valeat: vt cũctis alijs gentibus remotissimis indies magis & magis clarius innotescat per uersitas, & iniquitas vestra execrãda: cũctorũq aures sic maxime offeren-

ſſendat, vt nullatenus vobis ali
qua deinceps fides ſit adhibẽda.
Eia, veritas, quæ tanquã abſ-
condita in latibulis cordiũ, &
ſynagogarũ veſtrarũ tãdiu latuit,
& latet modò, nunc in lucem
prodeat: vt illã cũcti aperte in-
tueri valeant. Vobis tribuo, ſu-
perſcriptionẽ huius pſalmi, vt
côcors ſanctorum patrũ vniuer
ſalis Eccleſię noſtræ ſententia,
& ſanctiſsima noſtra Vulgata
lectio affirmat, eã eſſe, *Pſalmus
Dauid*: quãuis neque textus He
bręus, aut Chaldęus, neque Di-
uius Hieronymus in ſua trãſla-
tione riguroſa, ex Hebręo in La
tinũ facta, neque Lira iſtã vn-
quã fuerint aſſecuti: multiſque
& iuſtis de cauſis illã lectionẽ, tã
quã de fide ab Eccleſia noſtra
approbatã, Hebraico textui, &
cuicunq; alteri lectioni iuſtiſsi-
me eſſe anteponendã. Sed nun-
quid, aut quia interpres lectio-
nis Vulgatæ addidit, inſtigante
interius Spiritu ſancto, illã ſuper
ſcriptionẽ, vt cunctos ſtatim in
cognitionẽ veri Dauid, ideſt
Meſsię noſtri dirigeret, aut vt
huius pſalmi authorẽ Dauid ex
titiſſe omnes intelligerent: no-
bis aditus omnino interclusus
eſſe iã debet, vt de Meſsia no-
ſtro cuncta illius pſalmi nulla-
tenus interpretari valeamus: ſed
vna vobiſcũ fateri cogamur, vni
uerſum iſtũ pſalmũ regi veſtro
Dauid abſq; vlla cõtradictionis
ſpetie adaptari debere neceſſa-
riò? Quę inſania vos tenet, do-
ctiſsimi Rabbini? aut quis erro
ſic vos peruertere potuit? Si hoc
futili fundamento errorẽ veſtrũ
fulciẽdũ eſſe palam dicitis, non
dũ cõſpicere cæpiſtis cunctum
pſalmorũ veritatẽ duũ iã rue-
re? Quis namq; ex eo quòd in-
tueatur tantũ inſcriptione iſta, *Pſal. 15.*
nẽpe, *Pſalmus Dauid*, *Pſal.* iux-
ta cõputationẽ Hebræorũ eſſe
illuſtratũ: cuius argumentũ in ea
re vna verſatur, nẽpe vt cũctis
manifeſtẽtur proprietates eorũ
qui digni ſunt, vt cælorũ patriã
perpetuo incolãt: *Pſal.* in quo *Pſal. 23.*
reditus populi de Babilonia prę
dicitur, vt Caſsiodorus: vel fœli
citas Gentiliũ qui cõuertentur
ad legẽ euãgelicã, vt Euthymius: *Pſal. 24.*
Pſal. qui generale dominium
Dei demõſtrat, vt Lira: *Pſal.* fa *Pſal. 29.*
ctũ in cõſumatione tabernaculi,
ut repponeretur ibi arca Domi
ni, vt Hieronymus: *Pſal.* qui nor *Pſal. 101.*
mã vitæ iuſtorũ oſtẽdit, vt Caſ-
ſiodorus: *Pſal.* qui totus eſt in- *Pſal. 110.*
tentus in oſtenſione ęternita-
tis Chriſti, vt Lira & Paulus: *Heb. 1.*
Pſalm. qui inditium nomine *Pſal. 141.*
totius Eccleſiæ militãtis mani-
feſtat, vt Titelmanus: & *Pſal.* qui *Pſal. 145.*
cunctos mortales ad ſuſtinẽdas
perſecutiones hortatur: adeo in
ſenſus religioni chriſtianæ eſſe
poterit, qui vt ſacrã Scripturã ab
imis fundamentis euertat, affir-
mare iã audeat, omnes iſtos Pſal
mos de ipſo Dauid Rege, & de
his quæ in decurſu vitæ illius
illi euenerũt interpretari tãtũ de
bere? Quãdoquidẽ pręter ſũmã
authori-

authoritatem tātorum Patrū, & aliorum quos meritò ſilentio inuoluēdos (ne cæteris nauſeam parere videar) mecum ſtatui, quæ tanta eſt, vt cunctorum Rabinorum interpretationibus, illam anteponendam eſſe omnes meritò affirment: ſi contextum horum Pſalmorum ſecum perpendat, conſpiciet clare, nullatenus ipſi Dauid, ob repugnātiam quam interſe important, acommodari poſſe, nec debere.

Quis ne adeò ita ad dicendum protectus, aut ad audendū ita procax fingi, aut excogitari poteſt: qui ex eo quòd intueatur, in ſuperſcriptione tituli *Pſalmi* eſſe conſtitutam

Pſal. 25. in textu originali ſolum particulam illam, *Dauid*, ideſt *Dauidis*: qui totus eſt intentus in inſtruendis hominibus, vt in rebus aduerſis in Deo ſpem ſuā figāt, vt Auguſtinus. *Et in Pſal-*

Pſal. 26. *mo*. qui perfectionem virorum perfectorum, martyrum potiſſimè demonſtrat, vt Titelma-

Pſal. 27. nus. *Et in Pſalmo*. qui auxilij diuini admirandam virtutem

Pſal. 28. depingit. *Et in Pſalmo*. qui deprecandi formam cunctis ſubij-

Pſalm. 35. cit. *Et in Pſalmo*. Qui excidium inimicis Dei deprecatur, vt

Pſal. 36. Genebrardus. *Et in Pſalmo*. qui conſilia ad ferendū aduerſa prę‑

Pſal. 103. bet, vt Euthimius. *Et in Pſalmo*. qui excitat omnes ad laudandum Deum, vt Lira. *Et in Pſal-* Pſal. 44.
mo. qui prędicit victoriam, quā Meſſias, & ſancti eius de dęmone, & cunctis aſſeclis eius reportare debebant: hac tantū ratione cōmotus, palam docere contendat de medio auferendā eſſe cuncta illa myſteria, quæ nuper attulimus: & alia innumera, quæ Spiritus diuinus in illis demonſtrare eſt conatus, vt intuenti attētē patebunt: & tantum in illis quæ ad Regem Dauid expectant, à nobis eſſe meditanda, & contemplanda? Certe Rabbini doctiſſimi, nullus eſt refugij locus vobis conceſſus, niſi vna nobiſcum affirmetis, omnes iſtas ſuperſcriptiones ideo eſſe ſuperimpoſsitas ab Spiritu ſancto, vt illis inſtruerentur cūcti mortales, vniuerſos iſtos Pſalmos edidiſſe Dauid impulſu Spiritus ſancti ad ea myſteria manifeſtāda, ad quæ Spiritus ſanctus cor, & linguam Regis Dauid concitabat. Quod ſi iſta eſt mens veſtra, nullatenus hucuſque inter nos eſt initum certamen: nam nos libere id vnum fatemur, carmina iſtorum Pſalmorum edidiſſe Dauid. Sed intueamini rogo, quòd ex hoc non inde affirmare poſſumus, cuncta illorum pſalmorum Dauid eſſe applicanda: ſed partim noſtro vero cæleſti, & diuino Dauid, cuius Dauid ille terrenus figu-

figuram gerebat, partim eius membris, id est, Ecclesiæ eius, cuius caput ipse semper extitit.

Respõ. 2 Argu. Quando ergo omnia ista suauissima pace inter nos inita, constituta sunt: superest, vt scrupulum similiter errandi illis auferamus, qui ex eo quod textus Hebraicus sic habet inferius in eodem Psalm. post illa verba: *Vt quid congregabunt se gentes, &c. aduersus Dominum, & aduersus Christum eius? Dirumpamus vincula eorũ, & proijciamus a nobis laqueos eorum*: arbitrantur nullatenus Christo conuenire posse, cum in illo vnam tantum personam futuram esse in duabus naturis acclament cuncta oracula prophetarum. Nam quamuis facile possemus cum Lira vestro ab illis nos expedire, & cum alijs grauissimis Patribus affirmantibus, verba ista nomine diuinarum personarum, Dauid Spiritus sancti reuelatione protulisse, instar illorum Genes. *Descendamus, & corrumpamus linguas eorum*, contra coniurationes iniquas, & nefarias congregationes, quas Pontius Pilatus, & Herodes in morte Christi, vt illum crudelissime morti exponerent, excogitauerant, vt rei euentus certissime ostendit. Quandoquidem non solum scholastica historia, verum Iosephus narrat in pœnam tanti criminis alterum per Imperatorem Romanum in exilium missum fuisse, Herodẽ autẽ de regno deiectũ: cunctosque asseclas eius gladio, aut duræ seruituti per totum Orbem fuisse mancipatos.

Genes. 11.

Sed vt præcipuum sensum, intentum ab Spiritu sancto sequamur, illis fatemur, verba illa, *proijciamus, &c.* linguas blasphemas esse impiorum, & conscleratorum, qui contra Christum impudenter erant debachaturi. Id est (vt proprius loquamur nos, qui Passionem illius iam dudum præteritam esse credimus) execrãdas voces Herodis, Pilati, & Scribarum, Pharisæorum, & illorum omnium qui morti Christi fuerunt cooperati, palam præseferre. Cui expositioni fauere videtur lectio Chaldaica, quæ sic habet: *dicunt, dissoluamus vincula eorum*: & ita in confirmationem huius expositionis statim subsequitur: *Habitans in cælis videbit: Dominus subsanabit eos.* Sed ob id fateri cogemur, Christo pluralitatem personarum inesse? nequaquam profecto. Sed fatebimur consulto, Regem Dauid nomine inimicorum Christi illa verba protulisse: *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipsorum*: tum Respõ.

vt

vt ex his dignoſceremus, Patrem,& Spiritum Sanctũ vnà cum Filio myſterium Incarnationis,& redemptionis generis humani ab æterno, his & alijs determinatis modis,conſuluiſſe. Impertientes hominibus eam legem Euangelicam, & conſilia cæleſtia,quibus homines tanquam firmiſsimis compedibus intra terminos,& cancellos rationis, imò amicitiæ diuinæ perpetuô continerentur, & per illam tutiſsimè ad patriam beatitudinis conuolare poſſent: vt ex his omnibus ſempiterna gloria, & laus eadem vnà ſimul in Patrem, Filium,& Spiritum Sanctum qui omnes vnus Deus ſunt, promanarent. Tum etiam, vt ex his duas voluntates in Chriſto eſſe,humanam & diuinam perfidi,& conſcelerati quidam homines palàm nobiſcum faterentur. Et vt ex illis, dona illa cæleſtia Spiritus ſancti, quę enumerauit Iſaias: *Et requieſcet, &c. Spiritus conſilij, & fortitudinis*, &c. in Meſsia noſtro abundantiſsimè iam emicantia, ex tunc Fideles conſpicere poſſent: quibus munitus vndique, reparationis generis manus arduum, & dificillimum aggreſſurus erat. Ob quæ omnia prorupit Pſalmiſta, nomine crucifigentium Chriſtum. *Dirumpamus vincula* Iſai.c.11.

illorum: Id eſt, illa conſilia, & arma validiſsima illorum: hoc eſt illius, qui veri hominis, & veri Dei,Chriſti, ſecundum illud: *Perfectus homo, perfectus Deus,ex humana carne ſubſiſtẽs*: quibus vnâ ſimul cum illis duabus voluntatibus, humana & diuina, & illis admirabilibus operationibus inter ſe diſtinctis,eſto mirificè eſſent coadunatę,certiſsimè ab vno eodẽq; dependentes:cunctos mortales ad iugum legis Euangelicæ, & Eccleſiam vnã attrahere conabatur. Meſsias noſter.

Neq; dificilius tertiã rationem Rabbinorũ veſtrorũ enodabimus,ſi dicamus: quòd quãuis nullatenus nos illis inficiari poſsimus,Dauid vnctum ſępè fuiſſe: & ideo quãplurimis locis veteris teſtamenti Meſsiã appellatum eſſe, vt illa verba innuunt Pſalmi. *Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine: & nomini tuo hoc cantabo.Magnificans Deus ſalutes Regis ſui, & faciens miſericordiam Meſsiæ ſuo Dauid,& ſemini eius vſq; in ſæculum.* & illa: *Aſpice faciem Meſsiæ tui.* & illa:*Propter Dauid ſeruum tuum,nè auertas faciẽ Meſsiæ tui*: ſed equidem nullibi in tota ſacra Scriptura reperiri aliquem locum,in quo Dauid Meſsias, id eſt, vnctus per anthonomaſiã, & excellentiã quãdam, ſicut Meſsias noſter apella- Reſpõ. 3 Argu. Pſal.18. Pſal. 84. Pſal. 131. 1 Ratio. Quare Meſsias diceba-tur vnctus per antono.

āpellatūs fuerit. Et consultò profectò Spiritus Sanctus isto honorifico, & cęlesti nomine, Mesię,inquam, Redemptorē nostrū exornādum esse voluit, id est,vnctus.Quandoquidē nō solùm reperiemus, illum vnū extitisse,plenū gratia, vt Isai.
Isai. 11. *Et requiescet super eum Spiritus Domini:Spiritus sapientiæ,& intelligentiæ: Spiritus consilij, & fortitudinis:Spiritus scientiæ, & timoris Domini.* Illiq; vni iniunctum fuisse munus, non quodcunq;, sed impartiendi illam copiosissimè omnibus:& præcipuê his,qui præordinati fuerant à Deo in vitam æternam:
Isai.61. vt idem Isaias docuit, dicens: *Spiritus Domini Dei super me, ea propter vnxit me Dominus. Ad annuntiandum mansuetis missit me:vt obligarem contritos corde:vt prædicarem captiuis libertatem, & vinctis apertionem carceris. Vt prædicarem annum voluntatis Domini,& diem vltionis* Deo *nostro. Vt consolarer omnes lugentes:vt ponerem lugentibus in Sion: & darem eis gloriam pro cinere, oleum gaudij pro luctu,pallium laudis pro spiritu tristo.Et vocarem eos arbores iustitiæ,plantationem* Domini *ad glorificationem.* Quę omnia maxi-
Ioan. 1. mè cohærēt cum illis: *Vidimus plenum gratiæ,& veritatis,&c.* & alibi: *De plenitudine eius omnes accepimus.* & illis: *Dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c.* & illis: *Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* & illis
Romanorum: *Paulus seruus Iesu Christi,&c. per quem accepimus gratiam,&* Apostolatum. & *Rom. 1.*
Rom. *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* & *Rom. 7.*
Ephes. *Cuius gratia estis saluati.* ad Titum. *Apparuit enim* *Ephes. 2.*
saluatoris gratia Dei,*&c.* Verū *Ad Tit. 2*
etiam adeo singulariter illū ingenti,& copiosissimo misericordiæ oleo vnctum fuisse,prę ter cæteros omnes: vt eo valuerit pro redemptione totius generis humani, & expiatione omnium peccatorum,se ipsum in victimam,& sacrificium Patri svo,intercedente morte crudelissima,liberè,& spōtanê offerre.Cuius excellentiā vnctionis nō solùm cuncti Reges,& Sacerdotes summi populi Israelitici vnctionibus suis adhū brarunt:verū tanquā digito intento Daniel ostendit, dicens:
*Et scies,& intelliges ab exitu sermonis,&c. vsq; ad Messiam ducē: idest,vnctum,*per anthonomasiā: *Dan. 9.*
*hebdomadæ septem, &c. & post hebdomadas sexaginta,& duas occidetur Christus:*id est, Messias. An verò Dauid,aut alius quispiā ex cunctis Regibus,& Sacerdotibus Israeliticis, his varijs & honorificis vnctionū generibus,hac insigni & excelē-

ctissima

ctissima vnctionis gloria exornatus fuerit, adhuc Rabbinorum vestrorum iudicio decernendum relinquo.

2 Ratio. Neque ob ista omnia tantũ Messiam nostrum vnctum appellare iam tenemur (vt vnctionis suæ excellentia clarius innotescat cunctis) sed ex eo quòd vnctus fuerit vnctione illa singulari, & omnium suprema, vnctione inquam lætitiæ, & summæ fœlicitatis: id est, gratia illa vnionis, omnium quotquot sunt, fuerũt, & erũt, singularissima, & maxima: qua humana natura illius ita mirabili quodam nexu vnita fuit personę diuinæ Filij, nempè Messiæ nostro: vt iam homo Deus, & Deus homo meritò nuncuparetur: imò ex duabus illis naturis, humana & diuina, vna, & eadem persona resultaret. Ex qua diuina vnione id consequtum fuisse apertè cognoscimus: vt istæ duæ voluntates in illis naturis longè distinctis reperirentur, scilicet, humana & diuina: hoc admirabili tamen nexũ ita interse vnitę, vt iam etsi dictinctæ, non tamen contrariæ, aut dissimiles inter se, sed quasi vna, & eadẽ propter conformitatem illam, qua humana voluntati diuinæ erat copulata, & in omnibus illi subdita, cunctis semper visa fuerit, imò verè extiterit. Cuius vnctionis admirandam excellentiam olfacere visus fuit Rabbi Simeõ Ben Iochai: quãdò explicans illa verba Genes. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram* (vt refert Iustinianus super istum Psalm. 2.) dixit: *Traditum est nobis quòd in tẽpore tertio, quod consequetur primum sanctorum Patrum tempus, & secundum tempus Prophetarum: completa est hæc maxima copula, & coniuncti sunt, & incorporati mundi superiores, & mundi inferiores. Ab hinc verò incorporatus est mundus superior mundo inferiori, mediante corpore sancto. Quodammodo verò ridebant mundi, & congratulabantur simul, efficiebantque vnum corpus. Quoniam corpus quod erat superius, erat etiam inferius: Deus sanctus & benedictus superius, Deus sanctus & benedictus inferius. Et prosiliens spiritus de vagina, venit in corpus. Et in his omnibus tantùm vnus videbatur, ille nimirum, cui dicitur: Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus exercituum implet terram totam gloriæ suæ*: Quæ consonant cum illis verbis Ioan. *Et verbum caro factum est.* *Ioan. 1.*

Ex qua inaudita vnctione non solùm resultasse credimus, vt ipse Messias, id est, vnctus noster, vnctus fuerit oleo sanctitatis, vt Psalm. prædixit: *Inueni Dauid seruum meum: oleo san-* *Psal. 89.*

sanctitatis meæ vnxi eum. Cum quo manus mea firma erit: & brachium meum roborauit eum. Non *exiget inimicus ab eo: & filius iniquitatis non affliget eum, &c. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso.* Vel vt Chaldæus legit: *Inueni David seruum meũ: vnctione sancta mea vnxi eum. Quoniam et manus meæ paratæ sunt in adiutorio eius: sed & brachium meum virtutem dabit ei, &c. Et veritas mea, & bonitas mea cum ipso, &c.* & Isaias demonstrat: *Et dedit cum impijs sepulturam eius, & cum d uite inter mortuos suos: cùm tamen non iniquitatem fecerit, nec dolus fuerit in ore eius.* Quæ maximè cohęrent cum illis Luc. *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur* Filius Dei. & illis Ioan. *Ego sum via, veritas, & vita.* & illis ad Titum. *Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit.* Sed etiam similiter vnctus fuerit omnibus illis gratiarum generibus, excepta Fide, quas enumerat Paulus. *Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij verò sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in vno spiritu. Alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.*

Isai. 53.
Luc. 1.
Ioan 14.
Ad Tit. 3.
1. Cor. 12.

Sed quid vnctum, imò authorem omnium illarum gratiarũ non acclamabimus? Cùm non solùm opera illius, verum gratiæ illæ, quas vna simul cũ Spiritu sancto, & Patre in die Penthecostes Apostolis, & discipulis eius copiosissimè fuit elargitus: testentur, & exclament vnctum similiter omnibus eximijs virtutibus: ita vt & ipsas virtutes cunctas nouo nitore suo illustrauerit, & nobilitauerit: vt Psalmus docuit. *Pulcherrimus fuisti filiorum hominum: diffussa est gratia in labijs tuis.* Vel vt Chaldæus legit: *Pulchritudo tua, ò Rex Messias, maior filiorum hominum: datus est spiritus prophetiæ in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.* Tandem Messiam nostrũ vnctum fuisse singulariter à Deo, præ omnibus mortalibus quis nondum palam fatebitur? Et non quacunque vnctione, sed ea vnctione, quæ ob eius excellentiam vnctio lætitiæ appellatur à Regio Dauid, dicente. *Thronus tuus Deus in sæculum, & in æternum: sceptrum æquitatis sceptrum regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti impietatem: propterea vnxit te Deus. Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Vt myrrha, & storax, & cassia lignea in cunctis vestimentis*

Psal. 45.
Psal. 45.

Z

ſtimentis tuis, de prætorijs eburneis: quibus lætificauerunt te. Vel vt Caldæus legit: *At ò tu Rex Meſsias, quoniam dilexiſti iuſtitiam, & odiſti impietatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ abundantius, quàm cõſortes tuos. Myrrha, & ligna aloes, & caſsia lignea ſuffumigabunt omnia indumenta tua:* ac ſi diceret: At tu Meſsias, quia mandata Patris tui impleuiſti, & repudiaſti Diabolum, qui eſt caput totius iniquitatis: propterea vnctus fuiſti à Deo, Patre tuo oleo lætitiæ præ omnibus, qui te præceſſerũt, ſiue Reges, ſiue Sacerdotes fuerint. Nã ceteri omnes oleo corruptibili ſunt inuncti, noſter verò Meſſias à Deo Patre, oleo exultationis, nempè reſurrectionis, aſcẽſionis, & dominationis eſt delibutus totus: cæteri per gratiã. A veſtimentis ergo eius, id eſt, ab aſſumpta humanitate, qua tanquam veſtimento diuinitas circundabatur: ſtillauit odor myrrhæ, cũ fuit traditus ſepulturæ. Fluxit aloes, cùm, cõpreſſo ſerpentis veneno, tartarea reſtrinxit incendia. Produxit caſſia iam in eo homine, per quẽ vicit infernos, aſcẽdit in cęlos.

Cùm ergo ex his omnibus luce meridiana clarius conſtet, Dauid veſtrum nõ fuiſſe Meſſiam noſtrum, id eſt, quem Pſalmiſt. verba demonſtrant: cum nullatenus his gratiarum vnctionibus fuerit vnctus: imò potius homicidam, adulterũ, & ſuperbum, his & alijſque vitijs infectum fuiſſe acclamet Scriptura, quæ repugnant, vt illum iam per anthonomaſiã Chriſtum, & vnctum, ſicut verus Meſsias noſter ab omnibus patribus veteris, & noui teſtamenti vocatus fuit, imò veriſsime extitit: apellare poſsimus.

Non eſt cur aliquandiu immoremur, vt ſatisfaciamus quartæ rationi magiſtrorum veſtrorũ. Dicentes, eſtò Dauid cœperit arcem Sion, & magnificatus fuerit ſuper populum Iſraeliticum, amicuſque fuerit maximus Dei: ſed non eſt cur, illi tribuamus, quę Spiritus ſanctus Meſsiæ noſtro tantùm cõcedenda eſſe voluit. Cũ illi vni tot vnctionũ gratię generibus vncto, & mirabiliter exornato incubuerit ſupremũ faſtigium huius fortiſsimæ arcis Sion, id eſt Eccleſiæ noſtræ, occupare: vt inſinuant illa verba: *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam:* & tanquam meritiſsimum, & ſupremum caput, influxum cæleſtem in cuncta membra ſua, id eſt, in vniuerſas gentes, & nationes Fidelium communicare: & per conſequens tanquam verum, & vnicum Filiũ naturalẽ Dei ab omnibus haberi, & venerari. Reſpõ. 4 Argu.

CAP.

CAP. II.

Nouæ expoſitiones denuo excogitatæ reiciuntur:

NEque minori cura, & ſo
licitudine exnunc in-
tenti eſſe debemus, vt
ſtatim celeriter ac viri-
liter occurramus illis, qui vt
impetum noſtræ diſputatio-
nis inceptę prorſus ſubterfu-
gere valeant: tanquam preci-
pites, hàc & illàc diſtracti, in
varios errores prolabi nondũ
recuſant. Modô dictitantes,
cuncta huius Pſalmi, ſed potiſ-
ſimè illa; Ego *conſtitui Regem
meum ſuper Sion*: in Rege Saul
adimpleta fuiſſe, qui non ſo-
lûm fuit rex primus Iudæorũ,
& perconſequens ſuper Sion,
& populum Iſraeliticum; ob
petitionem illius populi ſingu
lariter â Deo illi datus, vt illa
verba oſtendunt Samuelis.
1. Sam. 8. *Nunc conſtitue nobis regem ad
iudicandum nos ſicut omnes gen-
tes*. & illa Samuelis. *Samuel au-*
1. Sam. 9. *tem reſpexit Saul, & Dominus
alloqutus eſt eum. Ecce vir, quem
dixi tibi: iſte dominabitur popu-
lo meo*: verùm Aagag Regem
Amalechitarum, vniuerſum
quæ populum eius interfecit,
& Præſidem Philiſtinorum: vt
1. Sam. 13. Samuelis fertur. Modò in-
& 15. fortiſsimo illo Rege Iehu, quē
vnum potiſsimè ad vlciſcen-
dũm iniurias, Prophetis ſan-
ctis illatas per manus impij
Achab Regis Iuda Deum ele-
giſſe perhibit Scriptura. Ob 2. Reg. 9.
quæ præclara facinora Regum 2. Reg. 11.
dicitur Deum illi dixiſſe: *Pro
eo quòd bene feciſti, vt faceres,
quod rectum erat in oculis meis:
iuxta omnia quæ erant in corde
meo, feciſti domui Achab: filij
quartæ generationis ſedebunt ti-
bi ſuper ſedem Iſrael*. Hinc in
Rege Ezechia, de quo non ſo-
lùm habetur Regum: *Feciſſe* 2. Reg. 18.
rectum in oculis Domini, *iuxta
omnia quæ fecit David pater
eius. Ipſe remouit excelſa, &
contriuit ſtatuas, & ſucidit lu-
cum, confregit ſerpētem Æneum,
&c. & poſt eum non fuit ſimilis
illi inter cunctos Reges Iehuda,
& qui fuerunt ante eum. Adhe-
ſitque Domino, & non declinauit
ab eo. Cuſtodiuitque præcepta
eius, quæ præcepit Dominus Mo
ſec: & fuit Dominus cum eo, in
omnî loco ad quem egrediebatur,
proſpere agebat*: verum quôd
percuſerit Philiſteos vſque ad
Haza, & terminos eius: ita vt
in eius auxilium Angelum Dei
contra Senacherib ſic deſcen-
diſſe fortiter perhibeatur, vt cē-
tum, & octoginta millia fuerint
deſiderati, vt ex Samuel. colli- 1. Sam. 19.
gitur.

Illinc deniq; in Rege Ioſia,
qui regnauit in Hieruſalem,

 adeo-

adeòq; nimis zelotes fuit cultus Dei, vt illa Regum demon-
2. Reg. 23. strant: *Et cessare fecit sacerdotes, quos posuerunt Reges Iehuda, vt suffirent in excelsis, &c. Et educere fecit lucum è domo Domini extra Hierusalem, &c. & combussit eum, &c. & iugulauit omnes Sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria. Et combussit ossa hominum super ea: & reuersus est in Hierusalem, &c. Et sicut ipse non fuit ante eum Rex, qui reuersus sit ad Dominũ toto corde suo, & tota anima sua, & tota validitate sua, iuxta omnem legem Moseh. Et post eum non surrexit sicut ipse.* Quæ omnia maximè cohærent cum il-
2. Para. 34 lis quę Paralipomenō habētur.

Sed quid adeò nè insani, aut præcipites esse debemus, vt istorum deliramenta aliquatenus nos perturbare valeant: ita vt in illis refferendis tempore abuti iam cogamur nequaquam. Nec tanti momēti apud nos vnquam futura esse sperent, vt in illis aliquantulũ deinceps immoremur. Nam vt illorum pręcipites linguas compescamus, satis nobis & illis erit, si illis subijciamus, quod apertè cunctis testatur ipsa sacra Scriptura: scilicet, nunquam tanta sanctitate, aut amicitia cũ Deo floruisse cunctos illos Reges: aut ea animi magnitudine, & potentia viguisse vnquam: vt ob illa omnia illis simul, aut alteri eorum cuncta huius Psalmi, & potissimè illud: *Filius meus es tu, &c. postula à me, & dabo tibi gentes, &c. osculamini filium, nè pereatis, &c. beati omnes qui sperant in eo*: adaptari posse fateri possimus. Præsertim, cùm dudum experiamur, cunctos illos impuros peccatores impotentes ad redigendum fere cunctis gentes in eorũ ditionem omnibus visos fuisse, & extitisse: si cum oleo sanctitatis, fortitudinis, & cælestium virtutum, & maximorum donorum Spiritus sancti, quibus vnctus fuit Messias noster à diuinis personis, ex ea parte qua homo tantum erat, seclusa eius diuinitate, qua æqualis Patri, & Spiritui sancto, imo vnus cum illis in natura & in essētia erat: conferre impudenter tentauerimus.

Aperti sunt (ni fallor) à nobis putei iam aquæ viuæ, quos conscelerati non Philistini, sed Rabbini, inuidentes fœlicitati summæ Christianorum: ne ex his tot prouentus in cunctā religionem Christianam pullularent circa cognitionem clarissimā aduentus Messiæ: & quos malitiosè vanis eorũ interpretationibus, & expositionibus obturauerũt, implētes eos terra: id est, arbitrātes, cũcta carmina huius Psalmi tantum Reges illos

tem-

temporales, quos superius cõmemorauimus, personare: neglectis omnibus illis mysterijs, quæ Spiritus sanctus ad instructionem Fidelium, tam respectu Passionis Christi, quàm Resurrectionis eius: & eorum omnium, quę post illam fuit assequtus, prouidè in illo delitescere, ac cõprehendi voluit.
Gene. 26. Cõsequens est, vt instar Isaac, qui Genesis in memoriam tanti beneficij, quo deuinctus fuit â Deo, quando fodit puteum alium, & non fuerunt obiurgati super eo pastores Gerar: ascendens in Bersebat, ædificauit ibi altare, & inuocauit nomen Domini, & tetendit ibi tabernaculum suum: nè ingratitudinis labem pestiferam incurrisse cunctis videamur, reliquum tempus in penetrandis, & manifestandis abditissimis arcanis, ad cognitionem clarã aduentus Messiæ nostri maxime expectantibus, & iam cunctis scaturientibus, conteramus. Vt illis non solum Fideles semel ac iterum inter se, tanquam vino dulcissimo & suauissimo, & aqua salutari deinceps semper propinari possint: verùm perfidi Rabbini eorum inexplebilem sitim, qua in aduentum Messiæ futurum anhelantes sunt, abundantissime explere valeant.

3 Error. Et facilè id consequemur, si ante quam rem istam aggrediamur, & cuncta iurgia, quæ inter nos, & magistros vestros excitari poterant, tanquam puteos aquæ turbidæ & putridæ, Christianorum, & cunctarum animarum saluti maximè nociuos statim obstruamus, nê decursu temporis alios inficere valeant. Expositiones iniquas intelligo eorum, qui vt tantum bonum quod ex aduentu præterito Messiæ nostri vsque in hanc nostram ætatem Fideles fœliciter potiuntur, de medio nobis auferre molliantur: tueri audent, cuncta huius Psalmi nullatenus aduentum Messiæ significare. Quandoquidem vniuersa illius carmina tantùm abest, vt iam aliquid in futurum euenturum annuntient, vt erat aduentus Messiæ, qui subsequturus erat longè post Dauid, & alios reges veteris testamenti: quominus omnia illa iam tanquam præterita cunctis refferant, & narrent. Eo innixi fundamento, quia non solum nostra Vulgata lectio, quam nos sanctissimam appellamus, omnia ista de prętcrito legenda esse statuit, dicens: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, &c.* verum Textus Hebraicus id vnum præstet, legens:

gens: *Quare tumultuauerunt gentes, &c.* Et similiter obstruamus cisternam illam fœtidam, & spurcissimam, quam tanto animi conatu, precipitique temeritate, imò diabolica astutia fodere cœperunt nunc denuo recentes Rabbini, in malum totius religionis Christianæ: affirmantes, Messiam non a suis, nempè, à populo Iudaico, sed à Gentilibus interficiendum fore: vt dictio illa, *Goim*, apertè demonstrat: cùm tantùm in rigore loquendo, & propissime significet Gentilium nationem. Ex quo necessario consequitur iam, quòd non solùm sint liberi illi, & maiores eorum à peccato grauissimo illo, quod in Messiam illos commisisse, morti illum tradendo, nos tandiu credimus, & continuò docemus: verùm sit modò integrum illis, adhuc sperare aduentum primum Messiæ, si cuncti huius psalmi Messiæ verò tribuenda esse decernamus, illis nunc denuo palàm dicentes cum
Isai. 32. Isaia: *Stultus stulta semper loquitur*: & cum Regio Dauid: *Oculos habent, & non vident, &c.*

Diluitur illorũ ratio. Et verè non vident hi, aut vllam sacræ Scripturæ intelligentiam sunt assequuti: alioquin namque facilè hi intelligerent, Vulgatam nostram lectionem de præterito loquentem, diuinitus, & non fortuito quodam casu ab interprete esse sic translatam: vt cunctis innotesceret excellentia prophetiæ Dauid, quando ea quæ euentura erant, iam tanquam præterita, ob diuinam reuelationem & notitiam claram, qua erat illustratus, contemplabatur, imò recensebat. Neque enim ob id interpres viciator Scripturę, sed potius fidelissimus illius apellari debet: cùm præterquam ad id vnum præstandum Spiritus sanctus linguam, & manus eius excitasse est credibile: certissimum est lectione originali maximè compulsum esse, quæ in rigore est de præterito: vt illud verbum, *Raguesu*, id est, *tumultuauerunt* demonstrat.

Replica Aut inde nobis obijcere possunt illa verba Paul. scilicet: *Si quis euangelizauerit vobis præter id, quod euangelizatum est: anathema sit.* Quandoquidem preterquam quod hoc Galat. 1. idem intendit Spiritus sanctus, quando voluit, vt Psalmista de his loqueretur de præterito, vt textus ipse originalis palàm præsefert: statim inueniemus, eundem Dauid diuino spiritu concitatum, vt præcaueret malitię vestrorum Rabbinorum potissimè, absq; vlla orationis interpositione, ne cuncta huius

Psal.

Psal. præterita fuisse aliqui arbitrarentur, addidisse, *vlehumin*, hoc est, *populi iegu*, id est, *meditabuntur inania: Itiazebu*: hoc est *astabūt sese Reges terræ &c. Nenazequa*: id est, *dirumpemus, &c. Venaslica*: hoc est, *& proijcere faciemus*: quę omnia in rigore sunt futuri temporis, interposita illa, *vaf*, dictione copulatiua. Vt his dignosceremus, quę Regius Dauid tanquam prętèrita intuebātur, recenseri euentura esse in futurum: vt sic non solùm omnis erroris occasio cunctis tolleretur, verùm veritas prophetię primi aduentus futuri Mesię nostri, ob signa ista particularia, à Propheta adhibita, Spiritu sancto cor Prophetę illustrante, cunctis demonstraretur.

Repl. 2. Quod si lectio Chaldaica omnia transferenda docuit de præsenti tempore, sic legens: *Quare fremunt populi, & nationes loquuntur vana? Consurgunt Reges terræ, & potestates conuenīūt in vnum, vt deficiant à Deo, & certent cum Mesia eius? Dicūt: Dissoluamus vincula eorum, & proijciamus, &c.* id prestitisse illam credamus, est verisimile, scilicet ex eo, quòd interpres spiritu forsam diuino iam tanquam pręsentia contemplabatur, quæ in futurum prędixerat Propheta & futura erāt postea longo temporis spatio intericcto.

Insuper similiter etiam animaduerterent, nullatenus tantùm sibi fidendum esse in illa dictione, *Goim*, id est, gētes: vt ob illam in eam sententiam, adducti fuerint, imò errorem, vt arbitrarentur Mesiam nondum venisse: ex eo quòd Messias noster, quem nos verum extitisse credimus (si Euangelistis est adhibenda fides) à Iudæis fuerit interemptus, non autem à Gentilibus. Quandoquidem pręterquam quod dictionē istā, *Goim*, palàm attestantur quāplurima testimonia sacræ Scripturæ non solùm nationem Gētilicam, sed Iudaicam pręseferre: vt docent illa verba Genes. *Et faciā te in gentem magnam.* & illa Gen. *Et eris in patr. m. multitudinis gentium.* & illa Exo. *Et vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta.* & Gen. *Duæ gentes sunt in vtero*: in quibus locis sicut in alijs innumeris apertè constat, dictionē istam *Goim*, nationem Iudaicam significare: cùm huius tantū fuerit Abrahā dominatus, vt apertè demōstrant, quę sequūtur, Genes. *In semine tuo benedicētur omnes gentes terræ*: id est, populus Iudaicus, & populus Gentilicus: *in semine tuo*, id est, in Messia venturo, & ex stirpe tua benedicētur. Est certissimū morti, & Passioni Christi nō solū

Diluitur ratio 2. illorū

Genes. 12.
Genes. 17.
Exod. 19.
Genes. 15.
Genes. 17.

populũ Iudaicũ, sed etiã Gẽtilicũ vnà simul fuisse cooperatos: vt Euangelistæ nobis resserũt, sed præcipuè Ioan. dicens: *Cohors autem, & Tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum*: & inferius: *Respondit Pilatus: Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi.* & illa Marci *Milites autem duxerunt eum intro in atrium Prætorij: Et conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei, plectentes spineam coronam, &c. & educunt illum, vt crucifigerent eum, &c.* & illa, quę antecedunt in eodem capi. *Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis.* & illa Ioann. *Dixit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo traddidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum, &c. vbi crucifixerunt eum.*

Ioan. 18.

Marc. 15.

Ioann. 19.

Vera intelligen. horum verborũ

Quòd si tandem hi oculos perspicaces aliquando etiam per minimum tempus habuissent: vix mihi persuadere possum, quominus statim non solum in notitia istarum rerum, quas nuper recensuimus, singulariter imbuerentur: vt illis densissimas ignorantiæ tenebras quibus circundantur, à se expellere, & excutere valerent: verum etiam conspicerent, & experirentur concentum cælestem, quem faciunt ista verba huius Psalm. scilicet: *Astabunt sese Reges terræ, & Principes tractabunt vnà aduersus Deum, & Messiam eius, &c.* Si conferamus ea omnia cum illis Ioann. *Collegerunt ergo Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, &c. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis: quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* & illis Matthæ. *Principes autem Sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum.* & illis Lucę: *Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, Principes Sacerdotum, & Magistratus templi, & Seniores: Quasi ad latronem existis, &c. Et vt factus est dies, conuenerunt Seniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu est Christus, dic nobis? &c. quid adhuc desideramus testimonium?* & illis Matthæi. *Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Cayphas. Et concilum fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.* & colligitur ex illis Luc.

Ioann. 11.

Matt. 26.

Luc. 22.

Matt. 26.

Ait

Lucæ. 23. illis Lucæ. *Ait autem Pilatus ad Principes Sacerdotum, & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, &c. Stabant autem Principes Sacerdotum, & Scribæ, constanter accusantes eum.* Et illis Ioan. *Cum ergo vidissent* Ioan. 19. *eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige: crucifige eum.* Et illis Lucæ. *Et quærebant* Lucæ. 22. *Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo eum interficerent.*

Nam etsi prima facie maximè inter se aduersari videantur Replica aliquibus: præsertim cùm Psal. dicat: *Astabunt Reges terræ*: vel vt Chaldæus legit: *Conueniunt Reges terræ*: at in morte Christi sit certissimum nullum Regem extitisse. Sed tamen maxima equidem conuenientia in illis, si maturè à nobis considerentur, apparet, & certe relucet. Quandoquidem nomen illud, *Malche*, idest, Reges, non solum adinueniamus significare eos, qui ad regiam dignitatem sunt euecti, vt cuncta gubernacula reipublicæ teneant: sed etiam eos, qui cæteros legibus, vel statutis moderantur: & qui consulunt, & deliberant, quam vitam hi, & alij traducere debeãt, vt Respublica quieta pace fruẽs, diu perseueret. Et huius sententiæ fuit Rabbi Iona in exposi- Prouer. 31. tione illorum verborum Prouer. *Ne dederis mulieribus substantiam tuam*: Et vias tuas ad delendum *Melachim*, idest, consiliarios tuos. Et hoc idem verbum *Malac*, à quo oritur istud nomen Rex innuit: significans, regnanare, & consulere: vt docet lexicum Complutense, & dictio sequens: *Et Principes consiliabuntur*: quo loco nomen, *Rozenin*, demonstrat eos, quibus ob subtilitatem intellectus, & peritiam in cognoscendis rebus, & decidendis causis, grauissimis consultationibus præsunt, vt saluti Reipublicæ consulant: ac si clarius loquamur, consiliarios.

Ex quibus omnibus iam clarissimè cunctis innotescere videtur sensus verborum Psalm. cùm dixit. *Vt quid congregabunt se gentes*, tàm Iudaicę, quam cæterarum nationum. *Et populi*, idest, populares vicorum, aut ciuitatum meditabantur inania? *Astabunt Reges terræ*? idest, qui vices aguntCęsaris, & totius populi Israelitici: & gubernacula ea tenent, quibus cęteros omnes legibus, & institutis particularibus, & consilijs gubernant. *Et principes tractabunt, vel consiliabuntur aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*: idest, qui sunt à secretis synagogæ mortẽChristi machinabuntur. vt Isaias postea prædi- Isai. 1. xit *Principes tui declinantes, & socij furum.*

Ioan. 18. *est in eo.* Et illa Ioan. *Respondit Pilatus: Nunquid Iudæus ego sum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum, non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis. &c. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam in eo inuenio causam.* Et

Ioan. 19. Ioan. *Exiuit ergo iterũ Pilatus foras, & dixit eis: Ecce eum vobis adduco foras: vt cognoscatis, quia nullam in eo inuenio causam: &c. Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam.* Et illa In-

Matth. 27 dę Matth. *Peccaui tradens sanguinem iustum:* & inferius. *Nihil tibi, & iusto illi?* Et illa

Acto. 2. Actorum. *Viri Israelitæ, auditæ verba hæc:* IESVM NAZARENVM, *virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, &c. Hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes, interemistis.*

Isai. 53. Et multo antiquius Isai. *Verè langores nostros ipse tullit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, &c.* Et posuit Dominus *in eo iniquitatem omnium nostrorum. &c. Propter scelus populi mei percussi eum, &c. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.* Et Isai. 38.

tu autem eruisti animam meam, vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. & Micheas. *Quis Deus. Sicut tu, parcens iniquitati, & tran-* Mich. 7.

siens super præuaricationem residui hæreditatis suæ? Non tenuit in sæculum furorem suum: quoniam vult misericordiam. Reuertetur, miserebitur nostri, subijciet iniquitates nostras: & proijciet in profunda maris omnia peccata nostra. Quæ omnia memoria perpetua recolebat Paul Hebrę: dicens: *Portansq; omnia verbo* Heb. 1.

bo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens: Et Hebręorum. *Sic & Christus semel oblatus est* Heb. 9.

ad multorum exhaurienda peccata.

Tum etiam vt illis eisdem instruamur, Iudæos & maiores vestros in Passione Christi grauissima scelera perpetrasse, non solùm contra humanitatem, sed etiam contra diuinitatem Mesiæ nostri: vt apertè pręsagire videbantur illa ver ba

ba. Psalm. *Aduersus Dominum. & aduersus Mesiam eius.* In quibus vnicuiq; intueri licebit, loco domini in textu originali nomen non quodcunq; diuinum, sed inefabile, quale est, *Iehouah* esse positum, vt inde dignosceretur ab omnibus Christi diuinitas: & loco Christi Messiam, vt innotesceret cunctis vera eius humanitas. Vel vt alij volunt, contra Patrem, prout est origo, & principium communicandi diuinitatem alijs personis, significatũ nomine illo inefabili: & contra Christum, nomine Mesiæ expressum.

Et certè si attentè cruciatus omnes, blasphemiæ, & iniuriæ quas maiores vestri vnà cum Gentilibus in morte, & pasione Christi illi intulerunt, à nobis considerentur: reperiemus, diuinitus Regem Dauid in illa verba prorupisse: *Aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Quandoquidem crudelissimi vestri carnifices esto grauissima peccata fuerunt perpetrati cõtra humanitatem: cùm ad Christum vnà cum Iuda, cum gladijs, & fustibus, turbaq; plurima maiorum vestrorum ex consilio Sacerdotum, & Seniorum accesserunt: & manus in illum iniecerunt, & tenuerunt eum tamquam latronem: & duxerũt ad Caypham Principem Sacerdotum: cùm expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæderunt, & palmas in faciem eũ, eius dederũt: cùm exuentes clamidẽ coccineã circũdederũt ei: & plectẽtes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arũdinem in dextera eius: & genu flexo ante eum, illudebãt *Math. 27.* ei, dicentes: Aue Rex Iudęorũ. Et exuentes in eum, acceperũt arundinem & percutiebant caput eius: & postquam illuserunt ei, exuerunt eum clamide, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent: cùm dederunt ei acetum bibere, cum felle mixtum: & quando crucifixerunt eum inter duos latrones, & imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Sed tamen nõ minora, sed meo iudicio multo maiora & execranda delicta cõtra Patrem eius, & contra eius diuinitatem, quæ intus in humanitate eius latebat, secundum illud *In quo habitat omnis pleni-* *Colos. 2.* *tudo diuinitatis: corporaliter,* com*miserunt.* Quando cœperunt il- *Luca. 23.* lum accusare, dicentes: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari. & dicentem, se Christum Regem esse. Et dixerunt:* Tolle *hunc, & dimitte nobis* Barabã. *Et responderunt, & dixerunt ei:*

si non

Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Similiter & *ſummi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſe ipſum non poteſt ſaluum facere? Si Rex eſt Iſrael, deſcendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet eũ, ſi vult. Dixit enim, quia Filius Dei ſum. &c. Sine, videamus, an veniet Elias, & liberet eũ?* Et tandem vt alia ſilentio contegamus, quando: *Altera autem die, quæ eſt poſt pareſceue, conuenerunt Principes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit, adhuc viuens: Poſt tres Dies reſurgam. Iube ergo cuſtodire ſepulchrum vſq; in diẽ tertium: nè forte veniant Diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant Plebi: Surrexit à mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priori.* Ioan. 18. Matth. 27

Sed ex hijs quid nè conſecuti fuerunt maiores veſtri? quẽ fructum peruerſa illorum malitia fuit aſſecuta? quid nè illis profuit tot machinamenta excogitare, vt nomen illius deleretur in eternum, & vnâ cum morte ſepeliretur? dicentes: *Dirumpamus vincula eorũ, & proijciamus à nobis iugum ipſorum. Profuit namq; illis: vt habitans in celis irrideret eos: & Dominus ſubſanaret illos:* faciens vt in maiorem confuſsionem eorum, Cẽturio, Gentilis ille acclamaret. *Verè hic homo Filius Dei erat.* Et in teſtimonium huius veritatis velum templi ſcinderetur in duas partes, à ſummo vſq; deorſum: & terra moueretur & petrę ſcinderentur, & monumenta mortuorum aperirentur, & multa corpora Sanctorũ qui dormierant, ſurgerent: & exeũtes de monumentis, poſt reſurrectionem venirent in ciuitatẽ, & apparerent multis: tantaq; & tam inaudita miracula in teſtimonium omnipotentiæ infinitæ Meſsiæ noſtri tunc ederentur, quanta nec mens vlla concipere, aut excogitare vnquam valuit. Quæ iniinuare viſus fuit ipſe Meſsias, cùm dixit: *Si illi tacuerint, lapides clamabunt.* Et quòd poſtea Meſsias id adeptus eſſet ex morte illa crudeliſſima, quam maiores veſtri illi intulerunt, ſcilicet quod Paul. teſtatur Rom. *Vt Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moriturus, vltra illi non dominetur mors:* Rom. 6. Luca. 19. ſurgeret incorruptibilis, glorioſus in virtute. Et ſicut in Adã omnes moriebantur: ita in illo omnes viuificarentur. Et ſicut per vnum hominem mors: & per hominem reſurrectio mortuorum. Et quæ reffert Paul. Roma. *Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratiam Dei, & donum in gratiam vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abun-* Roma. 5.

abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum: ita & donum. Nam iuditium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Si enim *vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiā gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnū Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem. &c. Vbi autem abundauit delictum, ſuper abundauit & gratia.* Et quod omnia ſint ſubiecta ſub pedibus eius. Quod Dominus exaltauerit illum, & donauerit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Sedeatq; à dextris, quoad vſq; ponat inimicos eius ſcabellum pedum ſuorum. Inſuper conſtitutus fuerit iudex viuorū, & mortuorum, Acto. Tandemq; conſtitutus fuerit ad dexteram ſuā in cæleſtibus, ſuper omnē Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem: & omne nomen, quod nominatur nō ſolùm in hoc ſæculo: ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecerit ſub pedibus eius: & ipſum dederit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Quæ iam clarè intuebatur Regius noſter Propheta, quando nomine Patris æterni loquentis cum Filio ſuo, dixit quæ ſtatim ſequentur, ſcilicet: Ego *autem conſtitui* Regē *meum ſuper* Sion, *montem ſanctitatis meæ: narrabo noctu & diu præceptum* Dei. Quæ verba ſi attentè, & mature inſpiciantur à nobis: non minorem nitorem cunctis præſeferre videntur, ad intuendum iam aduentum primū Meſsiæ, dici præteritum. Et vt corda veſtrorum Rabbinorum, de quibus ſermonem inſtituens Meſsias noſter Matth. dixit. *Incraſſatum eſt cor populi huius, oculos ſuos clauſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur:* cera molliora ad illum ſtatim benigne excipiendum mentibus ſuis reddantur: & cuncta in veram compunctionē obſtinationis præteritæ, maxima lachrymarum abundantia, liquefiant.

Acto. 1. — Matth. 13

CAPIT. III.

Vera intelligentia eorum, quæ ſequuntur: Ego *autem conſtitui* Regem *meum, &c. oſtenditur.*

DOctiſsimi Rabbini, fieri nō poteſt, vt cūcta huius Pſal. carmina legatis ſe-

pe ac iterum in ſynagogis ve-
ſtris, & tantis cimerijs tenebris
ſitis vndiq; circundati? Vt adhuc
cũ Paulo de vobis dicere poſsi
mus: ſed obtuſi ſunt ſenſus eo-
rum: nam vſq; in hodiernum diẽ
id ipſum velamen in lectione
veteris teſtamenti manet non re
uelatum &c. Sed vſq; in hodier
num diem cùm legitur Moy-
ſes, velamen poſitum eſt ſuper
cor eorum. Venit iam rex no-
bis, & vobis potiſsimè, vt Za-
char. teſtatur: *Exulta filia Siõ,*
Ioan. 9. *iubila filia* Hieruſalem: *Ecce Rex*
tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator:
& ipſe pauper, & aſcendens ſuper
aſinam, & ſuper pullum filium aſi-
Pſal. 5. *næ*. Ipſe, inquit, pauper qui à Da
Pſal. 24. uid Pſal. *Rex mi, & Deus mi.*
Pſal. 19. Pſal. 47. Pſal. *Dominus virtutum ipſe eſt*
Pſal. 68. *Rex gloriæ.* & Pſal. *Et ſedebit Do*
minus Rex in æternum. Pſal. *Quo*
Pſal. 74. *niam Rex omnis terræ Deus* Pſal.
Rex virtutum dilecti. Pſal. *Deus*
Pſal. 95. *autem Rex noſter ante ſecula.*
Pſalm. *Rex magnus ſuper omnes*
Eccle. 1. *Deos* Eccleſiaſtici primo. *Om-*
Hiere. 10. *nipotens, & Rex potens*: Hiere.
Apoc. 19. *Deus viuens, & Rex*: Apoc *Rex*
Regum, & Dominus dominantium:
& paſsim acclamatur, & vt pa-
lam teſtabantur pueri illi in do-
minica Palmarum: *Oſanna filio*
Matth. 21 *Dauid*: Matth. Et adhuc renui-
ſtis excipere illum? Ita vt de vo
Ie. 5. bis cum Hieremia poſsimus dice-
re: *Et renuerunt accipere diſci-*
plinam: & duriores fuerunt facies
eorum petra, renuerunt reuerti: Et
cum Pſal. *Repuliſtis, & deſpexi-*
ſtis, diſtuliſtis Chriſtum veſtrum. Pſal. 88.
Auertiſtis teſtamentum ſerui ve
ſtri, prophanaſtis in terra ſan-
ctuarium eius, deſtruxiſtis om-
nes ſepes eius. Viderunt maio-
res veſtri, & modò vos intuemi
ni Regem Meſsiam conſtitutũ
eſſe Regem ſuper Sion, non tã-
tùm illã terreſtrem, in qua tot
miracula ab illo ſunt edita in cõ
firmationem huius veritatis: ſed
in ſupremo vertice huius cæle-
ſtis Sion, id eſt, Eccleſiæ vniuer
ſalis: cuius Imperiũ à mari vſq;
ad mare terminatur, & à flumi-
ne vſq; ad terminos Orbis ter-
rarum. Pſal. *Cuius thronus vſq;*
ad ſempiternum, Samuel. *Stabiliã* Pſal. 78.
thronum Regni eius vſq; ad ſempi- 2. Sam. 7
ternum, nec vnquam diſsipabitur.
Dan. *Suſcitabit Deus cæli regnũ,*
quod in æternum non corrumpe- Dan. 2.
tur: imò indies multiplicabitur
Iſai. *Et multiplicabitur eius impe-*
rium. Et ob id tantùm quia vi Iſaia 9.
derunt, & vos veſtriſmet oculis
interius veniſſe intuemini, mo-
dò illũ cõtempnendũ temerè di
citis? Et illo contempto inſtar
maiorũ veſtrorũ, qui vitulũ ſibi
aureũ in Deum, & non quem-
cunq; ſed illum qui eduxerat il-
los de terra AEgypti, falſo fin-
xerũt, vt illũ colerẽt: nouũ Meſ-
ſiã vẽturũ adhuc fingitis, & ſpera
tis? Sperate adhuc: forſan veniet.
Inuocate eũ voce maiori: Deus
enim

1. Reg. 18. enim est: forsitan loquetur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur.

Conspicitis iam Regnũ Messiæ tantùm Imperio, & latitudine amplissima Assiriorum, Persarum, Græcorum, Romanorũ, & cunctarum omnium semotissimarum nationum regna latissima longe supperasse, (cùm illa omnia exiguis aliquot terrarum terminis circunscribantur: Christi regnum nec terræ, aut cælorum finibus contineatur,) quantùm ex illis licet colligere: *Data est mihi potestas in cælo, & in terra.* Duratione adeò perpetuum consistere: vt insinuat illa Dani. *Potestas eius potestas æterna, quæ non aufferetur: & regnum eius quod non corrumpetur.* Isai. *Super solium Dauid, & super regnum eius, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodo & vsq; in sempiternum.* Quę quidem consonant illis. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationẽ sæculi &c.* Et illis: *cælum, & terra transibunt. &c.* Et illis: *& portæ inferi non præualebunt aduersus eã.* Potentia, & virtute eo admirabile ex quo cepit, fuisse: quo est certum Imperium Christi non tantum ad corpora, verùm ad animas extendi: Matth. *Timete eum, qui potest corpus, & animam perdere in gehemnã.* Opibus verò cælestibus sic abundare, quantum ex excellentia Sacramentorum, & innumeris gratiæ generibus, quibus est vndique refertum, aliqua ex parte coniectari licet: Et adhuc Messiam nostrum huius regni Regem vestrum extitisse, & extare adhuc, acclamare erubescitis: palam dicentes vnà cum maioribus vestris: Non habemus Regem?

(Margin: Matt. 28. — Dan. 7. — Isaie. 9. — Matt. 27. — Matt. 5. — Matth. 10)

Quod si Regis nobilitate, ac sanctimonia subditi maximè exornantur, & nobilitãtur: Quid est, quod vos impedire valeat, vt Messiam nostrum (Iesum dico) hominem clementissimum, iustissimum, opulentissimum, fortissimum, & sempiternum, & quid? imò cum his omnibus verum, & vnicum, & consubstantialem Patris Filium, & Deum Patri æqualem, nunc in Regem vestrum coaptare ita audacter renuatis, semper errantes corde, neq; cognoscentes eius vias? Præsertim cum his omnibus titulis meritò illum exornari debere acclamet vester Isaias. quando cunctas Messiæ nostri excelentias ad breuissimam quandam summam redigere conatus, dixit: *Vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater sæculi, Princeps pacis.* Admirabilis namq; extitit Rex iste noster Messias, admirabilis Deus, admirabilis in carne fa- Isaie. 9.

ctus

ctus homo, admirabilis conceptione, admirabilis ortu: admirabilis vita, admirabilis paupertate, laborum perpessione, ac morte. Admirabilis resurrectione, & ascensione: & admirabilis in miraculis edendis. *Consiliarius*, quia tot consilia Euangelica præceptis decalogi superaddidit: quot hominem perfectum, meritissimũ Christi imitatorẽ reddere valent, *Deus* inquam qui extitit Patri ęterno æqualis: *fortis* ad debellendos hostes tartareos, mortem atq; peccatũ. *Pater sæculi futuri*, electos ad ciuitatẽ cælestẽ admitẽdo *Princeps pacis* tã internæ conscientię, quam cęlestis gloriæ.

Tandem si vtilitate homines terreni commouentur ad colendum, & venerandum Regem suum: & hinc est, vt ob proposita præmia populus Israeliticus præceptis Dei diu dedicatus fuerit: Quid est, quod vos retardare possit, vt ob id vnum saltim Messiam vestrum, tamquam Regem magnificatum super omnes Reges terræ, opibus cælestibus, & diuitijs ęternis vndiq; affluentem, & abundantem colere adhuc recusetis? Cûm nõ tantùm testetur Paulus Messiã nostrum fuisse, *Qui non solũ eripuit nos de potestate tenebrarum: sed etiam transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum*. Verùm acclamet Ioã. vitam æternam ministris, & subditis suis Messiam nostrum pollicitum esse, imó dare: *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea.* Hortatur Dauid cunctas gentes, & nationes, vt Messiam, qui petra est fortissima, in qua Ecclesia nostra est ædificata: summa cordis lætitia: & iubilo excipiant. *Venite: inquit, laudemus Dominum: iubilemus fortitudini salutis nostræ:* idest, Christi nostri. &c. *Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos: in cuius manus sunt omnes inuestigationes terræ, & fortitudines montium. Ei, cuius est mare, &c. Venite, adoremus, & incuruabimus nos, genu flectamus coram Domino, factore nostro. Quia ipse est Deus noster, & nos populus pascuæ eius, & pecus manus eius:* Et adhuc non solum tamquam Regem excipere, verum nec tamquam fratrem, & carne vestram agnoscere erit vobis integrum? *Miluus in cælo cognouit tempus suum turtur hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui:* Vos autẽ cunctis animantibus insipientiores futuri estis, vt adhuc aduentum primum Messiæ, ex quo non quæ-

Colos.1.
Ioan.10.
Psal.95.
Hier.8.

cũq; sed salus vestra spiritualis, & æterna consistit, & dependet, non cognoscatis: sed semper vanis maiorũ vestrorũ interpretationibus obcęcati, erretis corde: ita vt nullatenus splẽdidißimas semitas Meßiæ vestri, qui iamdiu visitauit vos oriens ex alto, intueamini? Venit Rex vester, & lumẽ & gloria Domini super vos orta est, eo tẽpore, quo tenebrę opperiebant terrã, & caligo populos: & conspicitis tot multitudinẽ gentiũ, & nationum in lumine Meßię ex tunc hucusq; ambulasse, quot recensere est impossibile: tot Regum, & Imperatorũ classes eius obsequio fuisse liberè mãcipatas: tot deniq; barbaras gentes eius legi Euangelicæ consecratas, quot Isai. recensere conatur, dicens: *Leua in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes ipsi congregauerunt se, venerũt ad te. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ iuxta latus nutrientur. Tunc videbis, & inundabis: obstupescet, & dilatabitur cor tuum: quando cõuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. &c. Gẽtes enim, & regnũ quæ nõ seruierint tibi, peribũt: & gentes vastando vastabũtur &c. Et pergent ad te humiliando se filij afligentiũ te: & incurbabunt se super plantas pedũ tuorũ omnes, qui spernebant te: & vocabunt te ciuitatẽ domini Syõ, Sancti Israel,* Isai. 60.

Et vos tam obstinato corde, & dura ceruice eritis: vt ex tunc neq; vt filij eius quos enutriuit dulcißimo Prophetarum lacte, & inter alias nationes singulariter ad summos honores euexit, singulari amore prosequi Meßiã vestrũ, & ei tamquã Regi vestro fasces submittere, & vt vero Domino debitũ cultũ prębere contenderitis? Tantumq; abest vt in Ecclesiam nostrã introire conemini, vt illius vberibus salutiferis doctrinæ Euãgelicæ enutriamini; quominus palã fateri poßimus de vobis, quæ Iacob prędixit Gen. *Erit Dan vt serpens iuxta viam, vt cerastes iuxta semitã, mordẽs calcaneos equi & cecidit equitãs &c.* Offendicula, inquã, omnibus adhibentes, nè Christo obediãt, & ad Ecclesiam eius tamquã ad tutißimum salutis portũ se recipiant: vt sic vnà vobiscum æternæ dãnationis pænam incurrãt? Cùm ergo hæc omnia ita se habeant, liberè iam, & palã proferat Isai. quasi in vehementem admirationem raptus: *Audite cæli, & auribus percipe terra: quoniã Dominus loqutus est. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autẽ præuaricati sunt cõtra me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autẽ non cognouit, populus meus non intellexit.* Erũpat iã Hie. *Obstupescite cæli super hoc: horrescite, & desolamini vehemẽter* Gene. 49. Isai. 1. Hie. 2.

dixit

dixit D*ominus*:*Duo enim mala fecit populus meus*:*me dereliquerũt, venã aquæ viuæ,vt effoderent sibi cisternas,cisternas fractas quæ non continent aquas*.

Nos veró cũ eodẽ Propheta mente & cogitatione transeamus ad insulas remotissimas, & ad gentes barbaras, ferinis moribus imbutas: & cõsideremus attente,si tantã crudelitatẽ vnquã exercuerint, nũmutarunt illæ gentes Deos? & ipsi non sunt Dij,& quod maius est,á tẽpore Passionis Messiæ veri. Populus Israeliticus mutauerit gloriã suã in eo,quod nõ prodest, ob vanas Rabbinorũ suorũ expositiones,aduentũ primũMessiæ negans, vt ei debitum cultũ aufferat. *Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui, sponsa mitre nullarũ suarũ*?Populus verò Israeliticus oblitus est Regis, spõsi,patris,& Domini sui, per tot annorũ curricula:illius inquam, qui venit saluare animas eorum.

Messias fuit Rex super Sion.

Et meritó Vates Messiã nostrũ Regẽ,& nõ qualecunq;sed super Sion mõtẽ sanctitatis eius apellat:& nos eũ iã apellare possumus.Quo vno tantũ titulo,& præclarissimo tropheo, ita heroes claros,& magnanimos Reges,quos ob innumera animi ornamenta antiquitas multis, & sempiternis encomijs celebrauit,& tamquã semideos haberi voluit,illũ excelluisse iã intuemur: vt nõ solũ illorũ memoriã prorsus obscuratã, verũ indignos regiæ maiestatis extitisse cũcti palã acclamare cogãtur. Et quis iam nõ aclamabit? nã quis vnquã in cõdendis salutiferis,& sanctissimis legibus:quibus cũcti mortales vitã pacificã inter se traducere,Deoq; maximé gratos fore,& illorũ bonorũ cælestiũ quæ ciuibus cælestibus in illa æternæ beatitudinis patria impartitur,particeps esse possint:euigilantior extitit?vt insinuare visus fuit Dauid, Psalm. *Beatus vir,quẽ erudieris Domine, & legẽ tuã docueris*. V*t quietem præstes ei á diebus malis,donec fodiatur impio fouea*. Vel vt Chaldæus legit: *Bonũ viro, quẽ corripies* Deus, *& de lege tua docebis eũ perfectissimé*. & Ps.*Lex domini perfecta,conuertẽs animã, testimoniũ* Domini *fidele,sapiẽtiã præstans insipienti. Præcepta* Dei *recta lætificantia cor:mãdatũ* Dei *lucidũ,illuminans oculos &c. Desiderabilia super aurũ,& obrizũ pretiosum multum:& dulciora super mel,& fauũ redundantẽ*. V*nde seruus tuus est sollicitus in eis in custodiendis illis præmiũ multum*. & Ps.*Ostẽdere me fac* D*eus viã tuã, & deduc me in semitã rectitudinis, propter insidiatores meos*. & Ps. *Doce me* D*omine viã statutorum tuorum: & custodiã eam. &c* M*elior est mihi lex oris tui,quam millia auri, & argenti. &c. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*. Quæ

Psal. 94.

Psal. 19.

Psal. 27.

Psal. 118.

 maximè

maximè congruunt cum illis, quæ Ioan. dicuntur. *Si quis sermonem meum seruauerit: mortem non videbit in æternum.* Et Matt. *Si autem vis ad vitam ingredi serua mandata Dei.* Et Ioan. *Si quis me diliget sermonẽ meũ seruabit & pater meus diliget eũ: & ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus:* Et Ioã. *mãdatũ eius vita æterna:* & Ioan. *Domine, ad quem ibimus? uerba vitæ æternæ habes.* An mandata, & præcepta, quæ olim Deus per manus Moysis patribus vestris seruanda dedit, istam prærogatiuam consequta fuerint? Paulus vester proferat: præferet equidẽ, quæ tũc dicere non erubuit Ro. quia ex *Operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati.* Et Gal. *Si enim per legem iustitia: ergo gratis Christus mortuus est?* Et Heb. *Nihil enim ad perfectum adduxit lex: proferet.* Corint. legem veterem esse legem Occidentem: *Littera enim occidit: Spiritus autem viuificat:* imperfectam Heb. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & in vtilitatẽ.* Nullatenusq; ergo obseruatione illius consequtos fuisse præmia æterna filios eius, statim postquam ex hac vita discesserunt. Hebreor. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus; sed à longe eas accipientes, & salutantes:* legem illam, legem seruitutis: Roma. *Non accepistis spiritum adoptionis,* legem timoris: Hebreo. *Non enim accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum: quam qui audierunt, excusauerunt se, nè eis fieret verbum, &c. Sed accessistis ad Sion, montem, & ad ciuitatem Dei viuentis.* Insuper vmbram esse futurorum bonorum, Hebre. *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem,* legem illam latam esse propter transgressionem, donec venerit semen &c. Galat. *Et vt transgressiones, & peccata cohiberet, donec Christus, Abrahæ semen veniret.* Tantũq; ordinatam esse in legem nouam & in eius authorẽ, nempe Christum *finis enim legis Christus*: & quid Paul. Euangelica doctrina imbutus? imo cuncta Gentilium schola id vnum simul attestabitur: Si vniuersæ illæ leges, quas Minos, dedit Cretensibus, Solon, draco, Athieniensibus, Androdamus Calcedonẽsibus, Licurgus, Lacedemonijs, Ceres Siculis: Mutius, Brutus, & Mamilius, Romanis: Genosophistæ, Indijs: Chaldæi, Babilonijs, Magis & Persis, Phaleas Chartaginensibus: cum nostris Euangelicis conferãtur credite

Margin notes: Ioan. 8. Matth. 19. Io. 14. Io. 12. Ioa. 6. Rom. 3. Gala. 2. Heb. 7. 2. Cor. 3. Heb. 7. Heb. 11. Rom. 8. Heb. 12. Heb. 10. Galat. 3.

credite mihi atteſtabitur illas omnes leges fabulationes potius fuiſſe, quam legum nomine potiri debere: cùm omnes illę ſimul neq; veræ, aut ſolidæ, neq; veritas, vt cuncta præcepta quæ noſter Meſsias docuit, debeat appellari: vt innuit Pſal. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua.* Et alibi: dicẽs. *Principium verborum tuorum veritas. &c. Omnia mandata tua veritas.* Et poſtea teſtatus fuit Ioan. *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.*

Pſal. 17.

Pſal. 118.

Ioan. 1.

Quod ſi ad ſingularem curã, quam Reges erga ſuos ſubditos perpetuò habere ſolent, vt illorum ſaluti tamquam euigilantiſsimi, & amantiſsimi patres euigilent: qua vna re potiſsimè celebres, regia maieſtate, immortali gloria, & ſempiterna veneratione digni redduntur: ali quantulum oculos noſtros cõijciamus, & ſuos conijciant veſtri magiſtri. Quis quęſo, tam ad audendum proiectus erit, vt in medium adducere valeat aliquem ex antiquiſsimis ſuis Regibus, aut inuenire quẽpiã, ex cũctis Gentilitatis Imperatoribus clariſsimis: qui adeò ſingularis, & admirabilis extiterit in cõſulendo ſuorũ ſubditorum ſaluti, ideſt in ſubueniendo regnicolis ſuis: hinc ſummis honoribus, & beneficiorum generibus illos afficiendo: illinc ſummo amore tamquam filios ex proprijs viſceribus egreſſos nocte diuq; proſequẽdo: qui cum regio noſtro Meſsia aliqua ex parte, ſine graui reprehenſionis nota, poſsit comparari? Præſertim cùm non tantùm certiores reddamur ex Paulo: *ipſum factũ eſſe pro nobis ſapientiam à Deo, iuſtitiam, & ſanctificationem, & redemptionem*: & ſe ipſum morti tradidiſſe pro nobis, vt nos interius, & exterius ſanctificaret. Epheſ. *Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Vt exiberet ſibi ipſam glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta, & immaculata.* Heb. *Propter quod & Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.* Rom. *Qui traditus eſt propter delicta noſtra. & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Quorum recordabatur perpetuò idẽ Pau. ad Corin. dicens: *Scitis enim gratiam Domini Ieſu Chriſti: quoniã propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis.* Et prędixit Zacha. *Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator: humilis, & aſcendens ſuper aſinam, &c.*

4. Confirmatio huius veritatis.

1. Corin. 1.

Epheſ. 5.

Heb. 3.

Rom. 4.

2. Corin. 8.

Zacha. 9.

Insuper adinueniamus adeo ingenti amore erga sponsam suam charissimam (Ecclesiam dico) illum exarsisse: vt non tantùm pro nihilo duxerit, vt fatetur Paul. Phili. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus &c. Obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis:* Verùm vitam suam iucundissimã, cunctisq; vtilissimam liberè, & spontaneè, vt Isaias dixit: *Oblatus est: quia ipse voluit:* innumeris, & execrandis conuitijs, & crudelissimis cruciatibus exponere, vt David præuidebat Psal. *Incuruatus sum, & humiliatus vehementissime: omni die pullulatus ambulabam.* Et Psal. *Ego sum vt vermis, & non vir: opprobrium hominum, & contemptus populi. Omnes videntes me subsanabunt me: emittent per labium, mouebunt caput dicendo. Deuoluit se ad dominum, eruat eum, &c.* Et Psal. *Misere mei Domine, quoniam angustia est mihi. Computruit in ira oculus meus, anima mea, & vẽter meus. Quoniã defecit in dolore vita mea: & anima in gemitu labefactata est propter iniquitatem meam:* idest, propter peccata generis humani, quorum solutionem meis humeris imposui. *Fortitudo mea, & ossa mea computruerunt. Propter omnes hostes meos fui opprobrium, etiam vicinis meis valde, & pauor notis meis. Videntes me foris, migrauerunt à me: obliuioni fui. Sicut mortuus à corde, fui sicut vas perditum. Quoniam audiui vituperationem multorum, & pauorem vndiq; dum consultant pariter aduersum me: vt caperent animam meam, cogitauerunt.* Et Psalm. *Aperuerunt super me os suum, vt leo rapiens, & rugiens &c. Foderunt manus meas, & pedes meos.* Et Psalm. *Quoniam sagittæ tuæ descenderunt in me, & descendit super me manus tua:* Et Isai. *Non est forma ei, neq; decor: & vidimus eũ, & non erat aspectus, vt desideraremus eum. Despectus est, & abiectus inter viros vir dolorum, & expertus infirmitatem: & quasi abscondebamus faciem ab eo: despectus erat, & non reputauimus eum.* Quæ maximè cohærent illis, quæ narrant Euangelistæ, scilicet: *Pilatus volens turbæ satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellatum, vt crucifigeretur. Et induerunt purpura, imponentes ei coronam de spinis: & cœperunt salutare eum dicentes. Aue Rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & spuebant in illum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones.* Verum etiam reperiamus hæc omnia Messiam nostrum, & vestrum Regem pertulisse non pro quibuscunq. sed pro vilissimis

Phi. 2. Isai. 53. Psal. 38. Psal. 22. Psal. 31. Psal. 22. Psal. 37. Isai. 53.

ſimis homunculis, & pro inimi
Paul. Ro. 5 cis ſuis capitalibus: quorum me minit Paul. Romano. dicens: *Commendat autem charitatem ſuã Deus in nobis: quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt*: ſic ſollicitè, & ardenter apud Pa-
Luca. 23. trem ſuum in vltima mortis agonia conſtitutum, pro illis interpellantem: qualem nobis præſeferunt illa verba: *Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid*
Iſai. 53. *faciunt*: & illa Iſai. *Pro tranſgreſſoribus rogauit*. Neque adhuc his inuſitatis, & inauditis beneficiorum generibus, hominibus ab ipſo collatis, inexplebilem ſui animi ſitim, & ardentiſsimam charitatem in nos concitatam, vndequaq; expletam aut ſatiatam fuiſſe: quouſque ſe totum incibum, ſub ſpeciebus illis ſacramentalibus, fidelibus ſuis communicaret: vt illis non ſolùm conciues ſui illum continuò tamquam Regem, fratrem, & ſponſum, ſodalem, & amicum præſentem vſq; ad finem mundi haberent, vt illorum neceſsitatibus vt Rex abundanter, vt frater ardenter, vt ſponſus ſollicitè, vt ſodalis vnanimiter, & vt amicus fideliter ſubueniret: verumetiam illis haberent peccatores, quoties ab eorum peccatis cum vera cõtritione conuerterentur, ſemel & iterum quoties velent, quibus iterum in priſtinam Dei amititiam redire, illiuſq; ſubſtantia delibuti, vita deinceps Dei viuere poſsint. vt illa Iuan. 6. docent. Iuan. 6. *Qui manducat me, viuet propter me*. Et illa Ioannis. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, manet in me, & ego in illo*. Quo vno omnium memorabili, inuiſo, & in excogitato beneficio mortalibus exibito, adeò magna & incenſa eximij, & ardẽtiſsimi amoris illius cæleſtis, quo in ſalutem hominum totus, tamquam ſalamandria diuina exardeſcebat, ſigna apertiſsima cunctis mortalibus prҫſtitit: vt fateri iam cogamur, niſi rationis expertes eſſe, aut beluinam naturam nos induiſſe omnibus videamur: ſic hac vna re, alijſq; plurimis omiſſis, ſingularẽ amorem, quo magnanimi & heroes illi viri, Brutus Rutillus, Curtius, Ancurrus, Marcius, Traſibulus, Caſsius, Themiſtocles, & Deti in patriã ſuã exarſerũt, maximè ſuperaſſe, vt iam prҫſentia huius, nec memoria digni merito cũctis illi videantur.

Cũ ergo hæc ita ſe habeãt, tã tiſq; beneficiorũ generibus ſimus ab illo noſtro Rege ſingulariter deuincti: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris per ſuũ ſanguinẽ, vt faceret nos Reges, & Sacerdotes Deo Patri ſuo:

Gala. 1. quiq; vt Paul. Galat. dicebat. *Dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam, & redimeret de maledicto legis.* Et *vt nos redimeret ab omni iniquitate: mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Et *per sanguinem ipsius: & vt haberemus redemptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ suæ.* Ephes. Quid hoc est Israeliticepopule? cur ita incrassatus es, recalcitrasti tādiu impinguatus, derelinquens Messiam Regem & factorem tuum? & recedens ab eo illi continuo contradicis, prouocans eum, expectans adhuc aduentum primum illius? Et vanis deliramentis tuis ad iracundiam concitas, in medium Rabbinorum tuorum tantum fabulosas expositiones adhibens? Quod tantum abest, vt sint Spiritus sancti, vt in omnibus ei se opponant. Quid est Israelitica natio, quod tandiu tanta obstinatione es obdurata, & inueterata in falsa intelligentia Prophetarū? Coinquinata est cū illa malitia dæmoniorum, & deputata est cum descendentibus in infernum, nonas falsas interpretationes sacræ Sripturæ malitiose excogitans; quas non coluerūt antiquissimi Prophete tui, nec recepit cuncta Apostolorum, & Sanctorum patrum Ecclesiæ nostræ cohors: vt sic aditum patentem ad cognitionem aduentus Messiæ tui quem potissime demōstrāt carmina huius Psal. *Ego constitui Regem meum, &c.* omnibus intercludere valeas. Equidem si cunctam in nos cōcitatam inuidiam, & malitiam tuam quibus es vndiq; repletus, á te excuteres: continuisq; inspirationibus Spiritus sancti assentires: cęlestesq; radios huius nostri Solis iustitię, tandiu super corda fidelium potissimé irradiantes aliquantulum intueri ex nunc tibi cōtigisset: sane deprehenderes, carmina huius psal. nō quemcunq; sed illum Regem præseferre: quem Pilatum Regē Iudæorum, Centurionem Filium Dei, Iosephum vestrū virum iustum (si virum dicere fas est) appellasse, Dionisium Areopagitam authorem naturæ, ac per consequens Regē Regū, & dominū dominantiū annalium monumenta aperté testātur. Et quem tamquā digito demonstrauit Dauid, cùm dixit: *Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me: Pater meus es tu, & Deus meus, & fortitudo salutis meæ. Et ego primogenitū ponā eū excelsum præ Regibus terræ. Et ponā in sæculū semē eius, & thronum eius sicut dies cæli.* & Psal. *Dicite in gētibus: Dominus regnauit & firmabitur Orbis, nē cōmoueatur.* Ob cuius

Gala. 3.

Titum. 2.

Ephes. 1.

Psal. 89.

Psal. 96.

cuius Regis præſtātiā factū eſt, ne Orbis vniuerſus qui ad interitum ob peccata habitantiū in eo maximè propinqus erat, rueret: ſed firmiter perſeuararet: *Iudicabit populos in rectitudine*: id eſt, tanta æquitate, & prudentia cuncta vt ſapientiſsimus Rex gubernabit: vt ex tunc: *Lætentur cæli, exultet terra, laudent omnia ligna ſiluæ coram Domino*: innumeras gratias illi referre geſtientes, ob tā ſingulare beneficium cunctis creaturis à Deo impenſum. Et dicūt. *Deus iuditia tua Regi da: & iuſtitiam tuā filio Regis.* Vel vt Chaldæus legit: *Deus ſententiam iuditiorum tuorum Regi Meſsiæ da: iudicabit populum tuū in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. Aſſument montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Iudicabit pauperes populi, ſaluabit filios egenorum, & confringet calumniatorem. Timebunt te cum Sole, & dum fuerit Luna, in generatione generationum, &c. Germinabit in diebus eius iuſtus, & multitudo pacis, donec non ſit Luna, &c. Et adorabunt eum omnes Reges: omnes gentes ſeruient ei. Quia eruere faciet* (id eſt, omnibus modis, quibus iuſtitiæ diuinæ erat decens) *pauperem clamantem, & inopem, cui non eſt adiutor compatietur inopi, &c. A fraude, & iniquitate redimet animam eorum: & pretioſus erit ſanguis eorum coram oculis eius.*

Pſal. 72.

Et meritò equidem omnia iſta prædixit Propheta, in ſigna apertiſsima Regis noſtri, & veri Meſsiæ: tum vt his non ſolū excellentia Imperij eius, verū manifeſtiſsima notitia Meſsiæ noſtri ex tunc omnibus innoteſceret. Et maximè quidem in eo vno ea omnia emicuiſſe fateri poſſumus: Quandoquidem non ſolùm ipſe ſingularis extitit in abundantiſsima ſolutione, & copioſa redēptione, atq; in obſeruatione iuſtitiæ cū Patre ſuo pro electis ſuis: potiſsime quandò vſq; ad vltimum quadrantem ſatisfecit, ſe ipſum pro peccatis eorum, & totius generis humani morti conſecrando: vt illo pręclaro facto pro fidelibus ſuis, humilibus, illi credentibus, & obedientibus pręcipue exibito, iudicio & æquitate ſumma contra mortem, & Principem tenebrarum, & eum qui mortis habebat imperium, ſententiam ferret: vt illa verba innuunt; Ioan. *Quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt*: & illa Paul. *Et vos, cum mortui eſsetis in delictis, & præputio carnis veſtræ: conuiuificabit cum illo, donans vobis omnia Delicta. Delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipſum tulit de medio, affigens*

Ioan. 16.
Coloſ. 2.

gens illud cruci: & spolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam tryumphans illos in seipso: verùm adeò nimis amore iustitię deuinctum teneri illum inspiciamus: quantum illa Matth. *Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*. & illa: *Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum*: præseferunt. Quæ omnia verbum, *Iadin*, in coniugatione *Hifil*, innuit: significans, faciet ipse, vt in omnibus seruetur iustitia. Ex quo consequtum fuisse iam intuemur, vt ex eius aduentu montes excelsi, Apostoli inquam, & eorum successores, fidei plenitudine, & primitijs spiritus sublimes, ab illo tantam pacem susceperint propter Euangelium illius, vt illam potuerint toti Orbi communicare: & *Colles*, id est, Imperatores, & cuncti qui supremam dignitatem obtinebant, eam amplexati fuerint (inde fugata omni tyrannide, quæ illorum mentes occupabat) iustitiam dico Euangelicam, qua grati Deo, & in conspectu eius esse possent. Quæ compræhendit Psalmist. dicens: *Assument montes pacem populo, & colles iustitiam*. Et quòd ita iudicauerit pauperes, id est, causam egerit pauperum, & illorum qui Christi imitatores fuerunt: vt in paupertate summam perfectionem legis Euangelicæ ipsum constituisse acclament Euangelistæ, vt illa Lucæ. *Beati pauperes spiritu: quia vestrum est regnum Dei*. & Luc. *Magister bone, quid faciens, vitam æternam possidebo? &c. Dixit autem Iesus: Adhuc tibi vnum deest: omnia quæcunq; habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo &c.* & illa Iacob. *Nonne Deus elegit pauperes.* & Matth. *Amen dico vobis: Diues difficile intrabit in regnum cælorum.*

Mat. 5.

Luc. 6.

Luc. 18.

Iacob. 2.

Mat. 19.

Insuper confregerit calumniatorem, id est, Diabolum: qui per calumniam, & violentiam sibi nos subiecerat: deturbando illum de suo regno, & fastigio, iniustè vsurpato. *Ortaq; fuerit in diebus eius tanta abundantia iustiæ, & pacis*: quãta erat necessaria, vt vniuersus Orbis, qui tandiu inter se, & cum Deo etiam continuis dissensionibus ardebat, in veram vnionem cũ proximis, & cũ ipsomet Deo rediret: & quantam satis apertè vnicuique vestrum intueri iam licebit, si attentè Euangeliorum volumina secum contempletur. Tandemq; clarissimè intelligeres ò Israel, si aliquantulum in via Dei ambulasses,

ſes, verba iſta Pſal. Ego *conſtitui Regem meum ſuper Sion*: id eſt, vt ſit Rex ſuper Sion, montem ſanctitatis meæ: non qualẽcunq; montem, ſed eum quem præuidebat Iſai. dicens: *Et erit: In nouiſsimis diebus, præparatus mons domus* Domini *in vertice montium: & eleuabit ſe præ collibus, & confluent ad eum omnes gẽtes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & aſcendamus ad montem* Domini, *ad domum* Dei *Iacob*: præſeferre. Id eſt (vt clarius loquamur) Eccleſiam noſtram, quæ vna inter alias totius Orbis Reſpublicas ita rectitudine præceptorum & legum, ſanctimonia religionis, ſublimitate virtutũ, cęleſtium bonorum prętantia, ſacramentorum abundantia, & ſanctitatis excellentia eorum qui in illa commorantur, ita tanquam altiſsimus mons eſt in altum faſtigium euecta: vt ipſos cælos tangere omnibus videatur: vt Paul dicebat: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt*. Et merito quidem Eccleſia noſtra mons dici & nuncupari debet: mons in quam, propter ſtabilitatem: quia per charitatis radicem fundata, atque etiam ſuper firmam petram, quę eſt Chriſtus, ita ſemper conſtans, immobilis, vna, & eadem ex quo cœpit, huc vſque perſeuerauit: vt nec portæ inferi preualuerint vnquam aliquid cõtra eam Inſuper mõs dicitur propter eminentiam: nam per fidei ſublimitatem ita eleuata eſt ſuper cælos magnificentia eius, vt meritò appelletur Sion ſpecula: cûm incolis tãtũ illius ſit conceſſum intueri abdita ſanctæ Fidei, & recondita religionis noſtrę myſteria, inſtar cęleſtium illorum incolarũ Eccleſiæ tryumphantis, vt Paul. dicebat: Nos *omnes autem reuelata facie gloriam* Domini *ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à* Domini *ſpiritu*. Speculantes, magnitudinem præmiorum, longitudinem vitæ æternæ, immenſitatem gaudiorum, diuturnitatem fœlicitatis ſummæ, quibus beati exornabũtur à Deo in illa patria cęleſti: & acerbitatem, & grauitatem pœnarum, & cruciatuum ęternorum, quibus facinoroſi ſunt afficiendi in perpetuum: quæ Paul. illis verbis comprehendit: N*obis autem reuelauit* D*eus per ſpiritum ſuum: ſpiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunditates* Dei, *&c*. Nos verò *non ſpiritum mũdi accepimus, ſed ſpiritum qui eſt ex* Deo: *vt ſciamus quæ à* C*hriſto donata ſint nobis. Quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctis* Spiritus *ſancti, ſpiritualibus ſpiritualia, &c.*

Iſai. 2. · Philip. 3. · 2. Cor. 3. · 1. Cor. 2.

Cuius

Cuius montis nostri, nempè Ecclesię altitudinem pręexcelsam, & admirandam videre visus fuit Dauid, dicens: *Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* & Psal. vt Chaldæus legit: *Magnus Deus, & laudabilis valde in Hierusalē, ciuitate Dei nostri, & in monte domus sanctitatis eius. Pulcher vt sponsus, gaudium omnium habitatorum terræ mons Sion, à partibus Aquilonis ciuitas Regis magni, &c. lætetur mons Sion plena lætitia in laudibus congregationis, domus Iudæ propter iudicia tua. Circundate Sion, & circuite eam: numerate turres eius. Ponite cor vestrum in exercitibus eius: exaltata in altum prætoria eius. Propterea narrabitis in generatione nouissima, spiritualia comparantes.* & Psal. *Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt in te ciuitas Dei, in perpetuum.* & Psal. *Quoniam elegit Deus Sion & desiderauit eam in habitaculum sibi. Hæc requies mea in sempiternum: hic habitabo, quoniam elegi eam: Escæ eius benedicendo benedicam* (id est innumeris benedictionum generibus cumulabo) *& pauperes eius saturabo pane. Sacerdotes eius induam salutem: & pij eius exultando cantabunt. Ibi vigere faciam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam pudorem, & super eum florebit corona eius.* & Psa. *Videbitur Deus Deorum in Siō.* & 97. *Dominus in Sion Magnus: & excelsus est super omnes populos.* & Isai. *Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator: ponetur in ea murus, & antemurale.* Et consultó Dauid apellauit vrbem fortitudinis nostræ montem Sion, id est, Ecclesiam Fidelium: quia hæc Ecclesia nostra non solùm durat per 420. annos, vt Templum illud Salomonis, vt Lira super Ps. 86. sed per mille & sexcentos annos eadem constans perseuerat, & perseuerabit vsque ad finem mundi. Et quia in isto monte Sion, instar illius montis materialis, in quo ipsemet Christus oblatus fuit Patri æterno, & cœpit propagari Euangelium Christi, manifestari Resurrectio eius, & in eo fuit visus admirabilis aduentus Spiritus sancti super Apostolos, & Ecclesiam: hæc omnia quotidie à Fidelibus præstantur, & internis oculis animæ effici conspiciuntur. Sed potissimè ex eo, quod in ipsa ipsemet Christus, qui est brachium & fortitudo Patris æterni, vt eam inuincibilem & inexpugnabilem redderet, suum tabernaculum constituere voluit: *Ecce vobiscum*

Psal. 109. Psal. 48. Psal. 86. Psal. 131. Psal. 83. Psal. 97. Isai. 26.

biſcum ſum, &c. & non qualicunq; præſentia, ſed ſacramentali, vt commodius Fidelibus ſuis ſeipſum cõmunicare poſſet: eam virtutem, vim, & fortitudinem admirabilem illis impartiendo, qua veſtigijs inhærentes patris eorum, aereas poteſtates, mundi rectores, & cunctos ſpiritus malignos, mundum etiam, & carnem quoties velent, debellare, vincere, & proſtenere valerent.

CAP. IIII.

Meſsiam fuiſſe, & eſſe Filium Dei, conſubſtantialem, & verum Deum oſtenditur.

VIdiſtis clariſsime, vt exiſtimo, Regem veſtrum Meſsiam, ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum montis noſtri Sion, id eſt, Eccleſię ſuæ: ſupremum Dominium, & ſceptrum tenentem ſuper omnes Fideles ſuos, vt Paul. Epheſ. dixit: *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* & Epheſ. *Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ.* Supereſt iã, vt ex nunc ipſum intueri, imò colere tanquam verum, & vnicum Filium Dei incipiatis: vt corda veſtra, exultatione ingẽti repleantur. Quandoquidem ad hoc vnum præſtandum Regius Dauid ſtatim verſu ſequẽti hanc eandem veritatem cunctis ſpectantiam oculis ſubijcere ardentiſsimè conatur, dicẽs: *Narrabo ipſum decretum, Dominus dixit ad me: Filius meus eſt tu, ego hodie genui te:* vt hijs carminibus non ſolum cunctis innoteſceret, Meſsiam noſtrum non tantum verum Regem Eccleſiæ Fidelium quæ mons Siõ appellatur, extitiſſe: verũ fuiſſe, & eſſe verum Filium Dei naturalem, & perconſequens verum Deum. Vt ſic non tam Chriſtianorum congregatio, ob ſui regis excellentiam, vniuerſas alias congregationes præexcellat: ſed etiam habeant iam Chriſtiani id vnum, quo Eccleſiam illam tryumphantem aliqua ex parte adęquare poſsint.

Epheſ. 1. Epheſ. 5.

Et præterquam quòd maximè dignitatem huius noſtræ Eccleſiæ decebat, vt Rex illius non quicunque, ſed ipſemet Deus eſſet: vt ſic vniuerſum genus humanum, ſummè auerſum à Deo ob peccatum noſtrorum parentum cum ipſo iterum reconciliare poſſet: condignaſque pœnas pro illorum tranſgreſsione, & cunctis alijs peccatis perſoluere valeret carnem noſtrã, nempè humanã naturam aſſumendo, mortemq; acer-

acerbissimam sustinendo. Vt soluens ipse inimicitias in carne sua, faciens pacem, & reconcilians homines cum Deo, maximè ostenderetur iustitia Dei: haberetque genus humanum iam, quo gloriari posset, vt vbi abundauerat delictum, superabundauerat & gratia. Quæ omnia significare visus fuit Paulus. *Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Qui non haberet necessitatem quotidie quemadmodum Sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo: hoc enim fecit semel seipsum offerendo*: tamen apertissime ista verba Psal. *Dominus dixit ad me: Filius meus est tu, ego hodie genui te*: hoc idē præseferre videntur. Vt non solùm Paulus noster Hebr. aperte docuit dicens: *Multifarie, multisque modis olim Deus, loquens patribus in Prophetis, nouissime autem diebus istis loquutus est nobis in Filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ: sedet, &c. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus est tu, ego hodie genui te?* Sed ex Rabbinis vestris Rabbihuna in libro *Midras tehylim*

Hebr. 7.

Heb. 1.

confirmauit, asserens: *Tribus diuisionibus diuisæ sunt tribulationes. Vnam sustinuerunt patres sæculi, & omnes generationes: vnam generatio destructionis: & vnam generatio Messiæ*. Et *cum venerit hora eius, dicet Deus sanctus & benedictus, vt creet ipsam creaturam nouam, vel potius vt constituat, vel generet eum filium filiatione noua: & hoc est quod dicitur: Ego hodie genui te.* Non scilicet vt reliqui generantur, sed nouo generationis modo: siue de æterna, siue de temporaria loquaris generatione. Quæ omnia clare significat, *haion*, in isto die ad est, hodie; cùm hodie, præsentiam æternitatis innuat, in qua nihil transit in preteritū, nec spectatur in futurū. Quę cū cœpit, nunquā desinet; quę preteritū ignorat, futurū nescit: tota simul existit, neq; instantibus copulatur; neq; horis constat, neq; cæli motu pēdet, neq; in mēsurā cadit. In qua denique est genitus, & adhuc generatur Messias, vt illud Pau. *Iesus Christus heri, & hodie ipse, & in secula.* Hebre. 13.

Quo fundamento iacto, facilime à nostris ceruicibus propulsare iam videre me video, errorem inquam eorum, qui arbitrabantur, Regium Dauid prædicere his carminibus summam fœlicitatem, quam erat decursu temporis assequuturus populus Israeliticus. Nam quā

Diluitur dubiũ. uis illis inficiari non poſsimus, antea Exod. hoc nomine fuiſſe appellatum populum illum: *Exod. 4.* *Sic dicit Dominus: Filius meus primogenitus meus Iſrael:* & tanquam filium vnicum, ex ſuis viſceribus egreſſum, & dilectiſsimum innumeris beneficiorum generibus fuiſſe à Deo exornatum: vt illa Deuteron. *Deut. 7.* *Te elegit Dominus Deus tuus: vt ſis ei populus peculiaris præ omnibus populis, qui ſunt ſuper faciem.* & illa Deuteronom. *Deut. 8.* *Et recordaberis omnis viæ, per quam ambulare te fecit Dominus Deus tuus: & comedere fecit te man, quod non cognouiſti, nec cognouerunt patres tui, &c. & veſtimentum tuum non veterauit ſuper te, &c.* & illa Deuteronom. *Deut. 32.* *Pars enim Domini populus eius Iacob ſors hereditas eius: & cuſtodiuit eum, vt pupillam oculi, &c. Vt aquila quæ excitat nidum ſuum, ſuper pullos ſuos cubat, expandit alas ſuas, accipit eum, portat eum ſuper alam ſuam: Dominus ſolus duxit eum.* & illa Deuteronom. *Deut. 33.* *Beatus Iſrael, quis ſicut tu popule? qui ſeruatus eſt per Dominum, ſcutum auxilij tui, & qui eſt gladius excellentiæ tuæ.* Et quod magis eſt, ſæpe Vatem futuram fœlicitatem huius populi annuntiaſſe, *Pſal. 33.* vt illa Pſalm. *Beata gens, cuius Dominus eſt Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem ſibi.* & illa Pſalm. *Pſalm. 3.* *Dei eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua ſemper.* & Pſalm. *Pſal. 28.* *Salua populum tuum, & benedic copioſe hæreditati tuæ. Et paſce eos, & eleua eos vſq; in æternum.* & Pſalm. *Pſal. 29.* *Deus fortitudinem populo ſuo dabit: Deus benedicet populo ſuo in pace.* & Pſalm. *Pſal. 147.* *Laudate Dominum: quoniam bonum eſt canere Deo noſtro, &c. Edificans Hieruſalem Dominus, eiectos Iſrael congregabit:* & in hac vna re diu deiludaſſe vt quamplurimi eius pſalmi atteſtantur; inſtar aliorum Prophetarum, qui huic populo quamplurima proſpera in futurum euentura eſſe cæleſti ſpiritu illuſtrati ſingulariter prædixerunt, & annuntiarunt: vt cunctis conjectari licet ex illis Hierem. *Iere. 23.* *Et congregabo reliquias pecudum mearum de omnibus terris, ad quas eieci eas, & redire faciam eas ad habitacula ſua: & creſcent, & multiplicabuntur: & ſuſcitabo ſuper eas paſtores, & paſcent eas, & non timebunt vltra, nec formidabunt, neque deficient: dicit Dominus. Ecce dies venient, dicit Dominus: & ſuſcitabo ipſi Dauid germen iuſtum: & regnabit Rex, & proſperabitur, &c. In diebus eius ſaluus erit Iehuda, & Iſrael habitabit confidenter.* *Iere. 30.* & cap. 10. *Iſrael virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomẽ eius, &c.*

In

Iere. 31. In tempore illo, dixit Dominus: Ero in Deum vniuersis cognationibus Israel, & ipsi mihi erunt in populum, &c. adhuc ædificabo te, & ædificaueris virgo Israel, &c.
Isai. 41. & Esai. Et tu Israel, serue in Iacob, quem elegi semen Abraham amici mei: tu es, quem apprehendi ab extremis terræ, & a Principibus eius euocaui te, &c. Ne igitur timeas, quia tecum sum: ne terrearis, quia ego Deus tuus, &c. Ecce pudore afficientur, & erubescent omnes qui irascuntur contra te: erunt tanquam nihil, & peribunt viri contendentes tecum.
Osea, 14. & Oseę. Ero tanquam ros Israeli, germinabit tanquam lilium, & percutient radices eius veluti libanus, serpent rami eius: & erit tanquam olea gloria eius, & odor ei tanquam Libani. & illa
Ezeq. 34. Ezequiel. Sic requiram pecudes meas, & eruam eas è populis: & congregabo è terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, &c. Et suscitabo super eas pastorem vnum, & pascet eas seruus meus Dauid, &c. & cessare faciam bestias malas de terra, & habitabunt in Deserto confidenter: & non erunt vltra in prædam gentibus, & bestiæ terræ non comedent, &c. Et nõ erit qui exterreat gẽtes, eo quod ego sim Dominus eorum, & ipsi populus meus domus Israel.
Ezech. 36. & Ezechiel. & Zach. Reuersus sum ad Sion, & habitabo in
Zach. 8. medio Hierusalem: & vocabitur Hierusalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctus, &c. Ecce saluum facio populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus Solis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Hierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, in veritate, & iustitia.

Sed equidem ob istam in gẽtem, & innumeram testimoniorum congeriem, nullatenus causam nostram, iamdiu ceptã deseremus: quominus nunc clamoribus maioribus prorumpamus, palam acclamantes ista verba: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te:* consubstantialem Messiæ nostri cum Patre æterno substantiam, æternamque eius generationem, & per consequens immensam, & inefabilem eius diuinitatem demonstrare. Nam quamuis verissima sint illa testimonia, in confirmationem eorum sententiæ adducta: ex ea inquam parte, quà apertè illis Spiritus sanctus bona cælestia, pollicetur quibus cumulandus erat populus Israel in nouissimis temporibus, id est, populus Christianus, qui sub populo Israelitico adumbrabatur, & comprehendebatur: populus inquam, qui Fide videt Dominum, aut qui timet Dominum, hoc namque *Israel* innuit:

innuit:& populus Iuda, hoc eſt
qui Deũ verũ confitetur, & lau
dat. Sed certè ſi eorũ ſũmę fœ-
licitati iſta verba: *Filius meus es*
tu. attribuenda eſſe arbitrantur
hij doctiſsimi Rabbini, vt de me
dio Meſsiæ noſtri diuinitatem
auferant: aut malitioſe iſta illos
nunc contendere, aut paruã in-
telligentiã ſacræ Scripturæ vn-
quã illos aſſecutos fuiſſe neceſ-
ſe eſt, vt iam proferamus. Equi
dẽ filius, & primogenitus ap-
pellatus fuit quondã populus
Iſraeliticus (quod vnũ nũc ma
ioribus, & grauioribus ſupli-
cijs dignos vos reddit: & redet
ſemper, donec pœnas tantæ in
gratitudini debitas cũ ipſis Dæ
monibus in tartareis illis locis
in æternũ perſoluatis) vt nõ ſo
Exod. 4. lũ illa verba Exo. ſuperius alla
Osea. 11. ta, ſed illa Oſeæ. Ex Æ*gypto vo*
Pſal. 79. *caui filiũ meũ.* Pſ. *Afferte* Dño
Pſal. 82. *filij* Dei. Pſa. *Filij excelſi omnes.*
Iſai. 1. & Iſai. *Filios enutriui*: imitar ani
Geneſ. 6. morũ Dei: vt illa Gen. *Vidẽtes*
Iob. 2. *filij Dei filias hominũ.* Iob. *Cũ*
veniſſent filij Dei, *&c.* Sed nun-
quid ex eo quòd tunc innume
ris beneficijs fuit à Deo deuin
ctus tãquã filius chariſsimus il-
le populus, vt illis innoteſce-
ret cęteris nationibus, quo amo
re ſingulari illũ proſequebatur
Deus: Nunc vobis eſt concedẽ
dus locus, vt quæ ſunt Meſsiæ
veſtri propria, ei vni denegãda
eſſe conemini, vt populũ ve-
ſtrũ vſq; in cęlũ temere efferã
tis? Acclamat Sſpiritus S. *Dñs*
dixit ad me: Filius meus eſt tu: ne
que his tantũ eſt contentus, do
nec addat, vt cunctis errandi an
ſam prorſus auferret: *Ego hodie*
genui te: & adhuc vos illius cla
moribus reſiſtitis, affirmantes
populo veſtro iſta adaptari de
bere? Si regius Dauid apertè de
monſtrat, Patrẽ eternũ miſſurũ
eſſe verbũ ſuum (quod eſt ver Pſal. 45.
bũ bonũ, iuxta illud: *Eructauit*
cor meũ verbũ bonum: & Pſal. di Pſal. 107.
citur: *Miſsit verbũ ſuũ, & ſanauit*
eos, & eruit de perditionibus eo-
rũ. Pſ. *Mittet verbũ ſuum, & li* Pſa. 148.
quefaciet ea: flabit ſpiritus eius,
& fluent aquæ: & modò iam in-
tuemini, ipſum Vatẽ in ſancto
Spiritus S. maximè eſſe intẽtũ,
vt cunctis oſtendat hoc idẽ ver
bũ nihil aliud eſſe, pręterquã Fi
lium Dei naturale, & Patri cõ-
ſubſtantialẽ iſtis verbis: *Filius*
meus eſt tu, &c. Cur totis viribus
adeò ardẽter cõtendetis, vt iſta
verba ob prauã veſtrã malitiã
obſcurata diu, & perpetuò ma
neãt, peruerſis veſtris interpre
tationibus ſemel ac iterũ ea vi
tiantes, & corrumpentes? Equi
dẽ nullatenus id cõſequemini.
Manebunt quidẽ, ſed luce me-
ridiana nitidiora: vt cunctis
ſplendidiſsimum lumen im-
pertiantur non ſolũ aduentus
pręteriti Meſsiæ, ſed etiã diuini
tatis illius, qua extitit, & eſt, &
ex tũc in ſempiternũ erit ęqua
lis alijs duabus perſonis diuinis.

Quando ergo iam non ſolũ ex iſto Pſalmo, & ex alijs multis locis ſacræ Scripturæ habemus, Meſsiam noſtrum venturum in reparationẽ totius generis humani, non ſolum Regem, ſed & Deũ eſſe: id eſt (vt propius loquamur) verbũ diuinũ; quod carnẽ, & naturã humanam ſecum in vnitatem perſonę vnire debebat, vt cunctã hominum cauſam apud Patrem ſuum agens, mortales ſecum, & cum alijs diuinis perſonis in priſtinã amicitiã reuocaret: verum Deum ſemper fuiſſe, eſſe, & futurũ eſſe: vt aperte teſtantur illa verba Iob. 19. *Et ego noui Redemptorẽ meũ viuum & noniſſimum, qui ſuper terrã ſurget, &c. Et de carne mea videbo Deũ, quẽ ego viſurus ſum mihi, & oculi mei videbunt.* & Gen. 49. *Salutẽ tuã expectabo Dñe.* & Pſ. 37. *Et ſalus iuſtorum à Dño fortitudo eorum à tempore anguſtiæ. Adiuuauit eos Dñs, & eruet eos: eruet eos ab impijs, & ſeruabit eos, quia ſperauerunt in eo.* & 98. *Notam faciet Dominus ſalutẽ ſuam in oculis gentiũ, &c. & videbunt omnes fines terræ ſalutẽ Dei noſtri.* & Iſai. 25. *Et dicet in illa die: Ecce Deus noſter iſte, expectabimus eum, & ſeruabit nos. Iſte Dñs, expectauimus eum: exultabimus, & lætabimur in ſalute eius.* Iſai. 33. *Dñs Rex noſter, ipſe ſeruabit nos.* & c. 19. *Et mittet eis Saluatorẽ, & magnũ, & liberabit eos.* Iſai. 62 *Dicite filiæ Sion: Ecce ſalus tua venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.* & Oſe. 1 *Saluabo eos in Domino Deo ſuo,* Soph. 3. *Dñs Deus tuus in medio tui, potens ſeruabit te.* Abac. 3. *Ego autẽ exultabo in Deo Ieſu in eo.* & Iſai. 7. *Ecce virgo concipiet &c. & vocabitur nomen eius Emanuel.* & Iſai. 9. *Et vocabitur Admirabilis, Deus, Fortis.* & Iſa. 12 *Ecce Deus ſalus mea confidam, & non pauebo quia fortitudo mea, & laus mea Dñs, & fuit mihi ſalus.* Zac. 20. *Lætare filia Siõ: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, &c. Et ſcies, quia Dñs exercituum miſit me ad te, & haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris* Iſai. 35. *Ipſe veniet, & ſaluos faciet vos.* & Mich. 5. *Ex te mihi egredietur, vt ſit dominator Iſrael: & egreſsiones eius ab antiquo, à diebus æternitatis.* Iſai. 19. *Ecce Deus, equitans ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebunt ſe ſimulachra Aegypti.* Iſai. 40. *Et videbit omnis caro pariter quod os Dñi loqutũ eſt.* & Iſa. 52 *Quia ego ipſe qui loquebar ecce adſum.* Iere. 23. *Et hoc eſt nomẽ eius quod vocabũt eũ: Deus iuſtitia noſtra.* Bar. 3. *Hic eſt Deus noſter, &c. poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus cõuerſatus eſt.* Iſai. 45. *Verè tu Deus abſcõdens te, Deus Iſrael ſaluator, &c. Iſrael ſaluatus erit in Deo ſaluatione ſempiterna.* Iſai. 60. *Surge illuminare: quia venit lumen tuum, &*

gloria Domini ſuper te orta eſt, &c. Super te autem orietur Dñs, & gloria eius ſuper te videbitur. & Mala.4. *Et orietur vobis timentibus nomẽ meum Sol iuſtitiæ.* Iſai.35. *Ipſi Videbunt gloriã Domini, decorem Dei noſtri.* Pſa.84 *Videbitur Deus Deorum in Siõ.* Pſ.86. *Verè propè eſt timẽtibus eum ſalus eius. vt habitet gloria in terra noſtra.* Pſ. 87. *Et propter Sion dicetur, vir & vir natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſsimus.* Pſ.80 *Qui ſedes ſuper Cherubim, illuſtrare fac, &c. Suſcita fortitudinem tuam, & veni ad ſalutem nobis. Deus conuerte nos, & illuſtra faciem tuã, & ſeruabimur.* Pſ.43. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſæ ducent me in tabernacula tua.* Pſ.110. *Virgã virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion, dominare in medio inimicorũ tuorũ.* Pſ.117. *Miſsit verbũ ſuum, & ſanauit eos.* Verũ etiam adinuenimus hanc eadem veritatem antiquitus amplexatum fuiſſe Rabbi Ionatam in tranſlatione ſua Chaldayca Pſal.110. vbi nos legimus: *Dixit Dominus Domino meo:* ipſe legit: *Dixit Deus verbo ſuo: Sede ad dexterã meã.* Et Rabbi Iordam in lib. collectionum ſententiarũ, exponentem illa verba Pſ. *Et dabis mihi ſcutũ ſaluationem tuam:* dicentem: *In tẽpore futuro, Deus ſanctus & benedictus ſedere faciet Regẽ Meſsiam ad dexteram ſuam, ſicut ſcriptum eſt: dixit Deus Domino meo, &c.*

Et expoſitionẽ illã Pſalmorũ Rabbinorum antiquorum in libro, qui dicitur Midras thehylin, ſuper illa verba quæ explicare cœpimus: *Narrabo præceptũ Dei: Deus dixit ad me: Filius meus es tu, &c.* dicentem. Narrata ſunt myſteria eius, ſcilicet Regis Meſsiæ in ſcriptura legis Exod.4. *Filius meus primogenitus Iſrael: in ſcriptura Prophetarũ* Iſa.52. *Ecce intelligit ſeruus meus &c.* in ſcriptura Pſalmorũ dixit Deus Dño meo, &c. Et Rabbi Abrahã & Abenezra, exponẽtes illud Pſ.2. *Oſculamini filium,* dixerunt, attendite, quomodo ſtatim additur, *ſeruite Dño* contra id quod ſupradixerat, *aduerſus Meſsiam eius.* Et veteres Thalmudiſtas, quando interpretãtes illud Cãt.1. *Oſculetur me oſculo oris ſui,* addiderũt, id eſt: *Oſculetur me oſculo oris ſui: i. ipſe proprio ore inſtruat, & erudiat me, atq; oris mei tactũ. Cũ eũ de via ſalutis interrogauero, nõ cõtẽpnat: non iam Moyſen mittat, qui linguã impeditam habebat: non Iſaiam, qui ſe labijs polutum dicebat: non Hieremiam, qui ſe loqui neſcire dicebat: ſed ipſe Dei filius qui Patris ſapientia, & virtus eſt, veniat, & ore ſuo me doceat.*

Et Rabbi Natã, quãdo exponẽs illud: ipſe inuocabit: *Pater meus es tu:* addidit: *Dixit Moyſi Deus quemadmodum feci Iacob primogenitum, ſicut dictum eſt* Exod.4. *Filius meus primogeni-*

tus meus Iſraël. itâ *ego faciam* Regem Meſsiam *primogenitum, ſicut dictum eſt* Pſalm. 89. Ego primogenitum, *&c.* Et ſimiliter illa verba Hierem. Et *hoc eſt nomen eius, quod vocabunt eum, Deus Iehoua iuſtus noſter*: affirmauit nomine Iehoua Meſſiam comprehendi. Et Rabbi Ionatam dicentem illa Iſai. *In die illa erit Deus Iehoua exercituum diadema, &c.* Meſsiam præferre. Et hoc vnam præſentire videbatur expoſitio abreuiata Rabbinorum ſuper Geneſim in illa verba: *Donec veniat ſilo*: cùm dixit, id eſt, *Meſſias, quia futurum eſt, vt gentes ſæculi deferant munus Meſsiæ, filio Dauid*: vt *dictum eſt.* c. 18. *Iſai. In tempore illo deferetur munus Deo Iehouæ exercituum.* Et Rabbi Moyſen in lib. qui inſcribitur, Sententiæ Regum, docens: *Meſsiam intelligi nomine faciei Dei*, vt Malachi. dicitur: *Ecce mitto Angelum meũ, & parabit viam faciei meæ.* Et Rabbi Hadarſan, quando explicans illa verba Geneſ. *In die 3. leuabit Abraham oculos ſuos*: dixit: Hoc *eſt quod ſcriptum eſt.* Oſeæ. *Viuificabit nos poſt duos dies, & in die 3. erigit nos: & viuemus ante faciem eius qui eſt Rex Meſsias.* Et deniq; Midras tehilim explicans: *Ante Solem Inon, nomen eius*: *illud Inon*, ſignificare nomẽ Meſsiæ: *Inon, id eſt, filius, cùm non ſolùm ante Solem conueniat illi eſſe genitum, verum & filios facere, reſuſcitando omnes mortuos è terra.*

Pſal. 89. Hier. 23. Iſai. 28. Iſai. 18. Mala. 3. Gen. 22. Oſea. 6.

Quid mirum igitur alicui eſſe debet, quod fideles hæc omnia memoria noſtra perpetuò recolentes, pretioſiſsimo ſanguine Meſsiæ noſtri iam diu à peccatis noſtris redempti, & cum illo viuificati: tandiu eius ſanctiſsima carne & ſanguine enutriti & educati, variiſq; & innumeris cœleſtium beneficiorum generibus diuinitus paſti & recreati: qui adeô fœliciores ſumus cunctis illis Patriarchis Abraham, Iſac, & Iacob, quibus facta eſt promiſsio aduentus magni Meſsiæ noſtri: quãdiu illa verba Matthæi. *Veſtri autem beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiũt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & iuſti cupierũt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt.* & illa: *Verbum caro factum eſt, & habitabit in nobis.* & illa: *Apparuit nobis gratia Saluatoris noſtri.* & illa: *Nouiſſime autem diebus iſtis loqutus eſt nobis in filio*: præſeferunt: nos inquam, qui tanquam teſtes occulati vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectauerunt per tot annorum curricula cuncta, quæ Prophetæ de verbo vitæ, de Meſsiæ noſtri na-

Mat. 13. Ioan. 1. Ad Titũ. Hebr. 1.

 tiuita-

tiuitate,paſsione,reſurrectione, & aſcenſione admirabili in cælum annunciarunt: & vitã æternam quę erat apud Patrem, ac tot vberrimos & deificos fructus illius, in quo habitat plenitudo diuinitatis, corporaliter hucuſque percepimus, & indies percipimus: Nunc audacter in conſpectu cunctarum gentium tanti & inuſitati beneficij memores, Meſsiam noſtrũ verum Deum extitiſſe non ſolùm tueri, ſed ſi fas eſt dicere, iterum cunctis annũtiare, & manifeſtare: & ſi opus fuerit, pro hac vna veritate docenda millies mortem ſubire ardenter cõtendamus, & viriliter exoptemus? Et quis iam ex Fidelibus id vnum mecum non contẽdet? imò & præſtabit? acclamante Chriſto. *Ioan.* 15. Si non veniſſem, & loqutus eis non fuiſſem: peccatum non haberent. Nunc autem excuſationẽ non habent de peccato ſuo, &c. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum nõ haberent. Nunc autem viderunt, & oderũt me. & *Ioan.* 10. Opera quę ego facio in nomine Patris mei, hęc teſtimonium perhibent de me, &c. Si nõ facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre. Quandoquidẽ fere cuncta pagina Teſtamenti noui, in oſtenſionem huius veritatis, vndique clamoribus ſuis id vnum cunctis iam perſonare videtur, appellando Meſsiã noſtrum Deum. Et quid ne aliud mollitur. *Ioan.* 1. *dicens:* Deus erat verbum. & 1. *Ioa* 5. Et ſcimus, quoniã Filius Dei venit. & 1. *cap.* 3. In hoc cognouimus charitatẽ Dei: quia ille animam ſuam pro nobis poſuit. & 2. *Cor.* 5. Quoniã quidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. *Coloſ.* 1. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinẽ diuinitatis inhabitare. *Roman.* 9. Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnẽ, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſęcula. Amẽ. *Phili.* 2. Qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualẽ Deo. *ad Titũ.* 2. Expectãtes beatã ſpẽ, & aduentũ gloriæ Magni Dei, & Saluatoris noſtri. *Rom.* 14. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Viuo ego, dicit Dñs, quoniã mihi flectetur omne genu *Ioan.* 20. Dñs meus, & Deus meus. *Ioan.* 3. Sic enim dilexit mũdũ, vt Filium ſuũ vnigenitũ daret. *Luc.* 18. Deus propitius eſto mihi peccatori. *Matthei.* 14. Vere filius Dei es. & *Mat.* 26. Si tu es Chriſtus Filius Dei. Dixit illi Ieſus: Tu dixiſti. *Mar.* 15. Verè hic homo Filius

lius Dei erat. Ioã. 3. Non enim misit Deus filiũ suũ in mundũ, vt iudicet mundũ: sed vt saluetur omnis per ipsum. Ioã. 11. Infirmitas hæc nõ est ad mortem: sed vt glorificetur filius Dei. Ioã. 14. Vt glorificetur Pater in Filio. Rõ. 1. Qui prędestinatus est filius Dei in virtute. Rõ. 8. Qui etiã proprio Filio suo nõ pepercit. *Ephes.* 1. In qua gratificauit nos in dilecto. *Heb.* 1 Nouissime autẽ loqutus est nobis in Filio. 1. Ioã. 3. in hoc apparuit Filius Dei. *Luc.* 2. Natus est hodie nobis Saluator, qui est Christus Dñs. *Heb.* 13. Christus heri & hodie ipse, & in sęcula.

Si ergo filiũ Dei nõ per gratiã, sed per naturã acclamat extitisse Mesșiã nostrũ nouũ Testamentũ: Quid iã in causa esse poterit, vt nos eũ Deum appellare nõ cogamur? Forsan ne deterioris cõditionis est illa generatio, quã cũctæ aliæ animãtiũ? minimè profectò. Cũ non solũ reperiamus ex parte principij immediatè, sed ex parte modi adeò illã excellere omnes alias generationes, quo infinitũ finitũ excedere est summè necessariũ: & vt testãtur Euangelistæ, dicẽtes eiusdẽ esse naturę Messiam cũ Patre eius. Ioã. 6. Omnia quæ habet Pater mea sunt. & Ioã. 17. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Ioan. 14. Creditis in Deũ, & in me credite. Ioã. 10. Ego & Pater vnũ sumus. Ioan. 8. Vt credatis, quia ego in Patre, & Pater in me est. Ioã. 10. Ego & Pater vnũ sumus &c. Pater in me est, & ego in Patre. 1. Ioã. 3. Tres sunt, qui dant testimoniũ in cęlo, &c. & hij tres vnũ sunt. *Mat.* 24. Adiuro te per Deũ viuũ, vt dicas nobis, si tu es filius Dei. Dixit illi Iesus: Tu dixisti. Ioã. 8. Ego enim ex Deo processi. Ioã. 14 Ego sum via, veritas, & vita. *Apoc.* 1. Ego principiũ, & finis &c. ego primus, & nouissimus Ioã. 14. Ego in Patre, & Pater in me est. Ioã. 16. Nõ solus sum; sed Pater mecũ. Et nos palàm Deũ verũ, non adoptione, sed verè, & realiter: eandemq; naturam cũ Patre, & Spiritu S. habentem Mesșiã nostrum non acclamabimus? acclamabimus equidem.

CAP. V.

Diuinitas Mesșiæ nostri fusius declaratur.

QVòd si ad opera eius prodigiosa, & stupenda quibus cælestis, admirabilis, & Deus verus cunctis apparuit, imò extitit, mentem reuocare aliquantulum conemur: Quis iam non erumpet in illa verba? *Si mihi non creditis operibus credite*: quia ipsa testimonium perhibent de illo. Quandoquidem eidem

illi tanquã vero Deo, & in omnibus attributis essentialibus Patri, & Spiritui sancto æquali, instar illorum Genes. *In principio creauit Deus cælum & terram:* non solùm Dauid creationem totius huius ingentis machinæ tribuendam esse statuerit, dicens: *Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis exercitus eorum:* & hoc idem Paul. noster corroborauerit, dicens Heb. *Nouissime autem loqutus est in Filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quẽ fecit & sæcula.* Ioan. 1 *Omnia per ipsum facta sunt, &c.* verum etiam tanquam Deus, & omnipotens, secundum illud Genes. *Ego sum Deus omnipotens.* mortuis Messias noster toties vitam, cęcis visum, surdis auditum, claudis robur, paralyticis sanitatem, leprosis munditiam ipse diuinitus præbuerit: quoties illa Matth. demonstrant: *Euntes renunciate Ioanni quæ auditis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizãtur.* Eam virtutem ad faciendum miracula semper ostenderit: quantam illa pręseferunt Ioan. *Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius quos vult, viuificat.* Marc. *Dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi Dæmonia.* Ioann. *Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* & illa Ioan. *Potestatem dedit ei iudicium facere.* Eam denique potestatem ad condonandum peccata, ad efficiendum homines filios Dei, & ad præstandum quidquid voluerit in cælo, & in terra, Apostolis communicauerit, & per consequens cunctis eorum successoribus: quantam nobis colligere licet ex illis Matthæi. *Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico:* Surge & alibi: *Quorũ remiseritis peccata, remisũtur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.* Ioan. & illa Ioa. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c.*

Gen. 1. Hebr. 1. Ioan. 1. Gen. 17. Matth. 11. Ioan 5. Mar. 3. Ioan. 10. Ioan. 5. Mat. 9. Ioan. 20. Ioan. 1.

Quòd si de Deo nobis perhibet Scriptura (vt ad summam quandam redigam, si redigi possunt ea potissima, & pretiosissima, quæ illi insunt, & inter alia quæ multum splendoris cunctis cernentibus, & attentè contemplantibus maximè præseferunt) Deum inquam ipsum esse Fortissimum Spiritum. Num. 16. Fortissimus Deus spirituum. *& illa:* Nõ est Deus quasi homo, vt mentiatur. Deuter. 3. Non est alius Deus in cælo. Deute. 4. Deus tuus ignis consumens est. Deuter. 10. Ipse est Deus Deorũ, & Do-

Confir. 4. huius veritatis

Num. 23.

& Dominus. *Deute*. 32. Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus, & rectus &c. Non ſit alius Deus prçter me. Et *Neemiæ* 9. Deus propitius, clemens, & miſericors. *Iob*. 22. Deus excelſior eſt cælo. Similiter adinueniemus hæc omnia ita vni Meſsiæ noſtro attribuere Euangeliſtas, vt nullatenus in cognitione diuinitatis Meſsiæ noſtri quis deinceps cecutire valeat. Siquidē FORtiſsimus extitit, imò fortior omnibus ſpiritibus immundis aparuit: quando de illo acclamarūt, *Matt*. 8. dicētes. Quid nobis, & tibi Ieſu Filij Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos. &c. Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorū. VERVS, ſecūdū illud *Ioan*. 14 Ego ſum via, veritas, & via, & 1. cap. plenum gratię & veritatis. *Ioan*. 17. Sermo tuus veritas eſt. *Matthei*. 22. Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. VNVS Deus cum Patre, & Spiritu ſancto. *Matthei*. 28. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ZELATOR Honoris Dei & ſalutis animarū: *Iuan*. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me. Et *Lucæ*. 12. Ignem veni mittere in terram: Et quid volo, niſi vt acendatur? Baptiſmo autem habeo baptizari, & quomodo coartor, vſque dum perficiatur *Ioan*. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantias habeant. SVPREMVS Omniū Regū, & Angelorū, *Lucæ*. 4. ſcriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. *Heb*. 1. Et cûm iterum introducit primogenitum in Orbem terrę, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. *Apocalip* 19 Rex Regum, & Dominus dominātium. FIDelis. *Mat*. 24. Cælum, & terra tranſibunt: verba autem mea nō prætenbūt. SANctus, Iuſtus, & Rectus. *Luc* 1. Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. *Heb*. 7 Talis enim decebat, vt vobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus â peccatoribus, & excelſior cęlis factus. *Acto*. 3. Vos autem ſanctum, & iuſtum negaſtis. CLEmentiſsimus, & Benignißimus. *Matthei* 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Lucæ*. 7. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? *Ioan*. 1. Ecce Rex qui tollit peccata mundi. *Luc*. 5. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. 1. *Ad Thimot*. 1. Chriſtus Ieſus venit in hunc mundū peccatores ſaluos facere. 1. *Ioā*. 2. Et ipſe eſt propitiatio noſtra pro peccatis noſtris. EXCELSIOR Cælo, *Matt*. 29. Data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra. *Heb*. 1. Et tu in principio Domine

terrã fundaſti, & opera manuũ tuarum ſunt cæli. &c. Ad quem autem Angelorũ dixit aliquando: Sede à dextris meis? &c. Quòd ſi de Deo nobis reffert. Dauid. *Pſalm*. 5. quòd non eſt Deus volẽs iniquitatem: Deus iudex iuſtus, fortis. *Pſ*. 7. Deus maieſtatis intonuit. *Pſ*. 28. Deus refugium, & virtutis. 46. Rex omnis terræ Deus. 47. Deus Deus noſter in æternũ. 48. Et ipſe Deus, & Saluator meus. 62 Deus autem noſter Rex ante ſæcula. 74. Deus virtutum cõuertere. 80. *&* *Pſal*. 8. Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum: *Pſalm*. 9. Dominus in æternum permanet. *Pſal*. 24. Domini eſt Regnum, ipſe dominabitur. Dominus fortis in prælio. *Et Sam*. 2. Dominus mortificat, & viuificat. *Pſalm*. 7. Scrutans corda, & renes Deus. *Pſal*. 67. Deus ſalutarium noſtrorum Deus noſter: Dominus ſaluos faciendi. Domini exitus mortis: *Pſ*. 96. terribilis ſuper omnes Deos. *Daniel*. 2. Eſt Deus in cælo reuelans. *Et Daniel*. 7. Ipſe enim eſt Deus viuens. *Abacuc*. 3. Deus Dominus, fortitudo mea. 2. *Macha*. 2. Creator omnium Deus. Et *Iſai*. 43. Non eſt abſq; me Saluator. Similiter gloriari nos poſſumus, imò tenemur in nomine Meſsiæ noſtri per quem ſaluati, & liberati ſumus ab omnibus peccatis, & iniquitatibus noſtris.

Quandoquidem inſtar illorũ quę ſuperius retulimus, tamquã ille qui VERVS DEVS erat cum Patre, & Spiritu ſancto, maximè inimicus ſemper extitit peccatis. *Ioan*. 5. Ecce iam ſanus factus es, noli peccare. *Ioan*. 8. Vade, et iam amplius noli peccare. Et *Ioan*. 8. Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. IVDEX ſecundum illud. *Ioan*. 5. Pater non iudicat quemquam: ſed omne iudicium dedit Filio. *Acto*. 10. Qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum, & mortuorũ. IVSTVS *Matt*. 5. Dico autem vobis: quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum: non intrabitis in Regnũ cælorũ. FORtis, *Ioan*. 16. Sed confidite, ego vici mundũ. *Apocal*. 6. Exiuit vincens, vt vinceret. DEVS MAGNIFICENTIE, *Ioan*. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre. 1. *Corin*. 2. Si enim cognouiſſent, nunquam gloriæ Dominum crucifixiſſent. REFVGIVM, ET VIRTVS CVNCTORVM: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos. *Matt*. 11. *&* *Luc*. 6. Et multitudo copioſa Plebis ab omni Iudea, & Hieruſalẽ, & maritima Tyri, & Sidonis, quæ venerant, vt audirent eum, & ſanarentur à lan-

languoribus suis. Et qui vexabantur ab spiritibus immundis, curabuntur. Et omnis turba quærebant eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. REX MAGNVS: Ioan. 12. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. & Lucæ 23. Domine, memento mei, cùm veneris in Regnum tuum Ioan. 13. Quia omnia dedit ei Pater in manus eius. Ioan 13. & Philip 2. In nomine Iesu omne genu flectitur, terrestriũ, & infernorum AETERNVS, In principio erat verbum: Ioan. 1. Antequam Abraham fieret, egosum. ioã. 8. SALVATOR, Luce. 2. Natus est vobis hodie saluator, 1. Ioan. 4. Pater misit filium suũ, Saluatorem mundi. REX ANTE SAECVLA. Paul. ad Hebræ. 1. Per quem fecit & sæcula. 2. Corint. 1. Non fuit est, & non: sed est in illo fuit. DEVS VIRTVTVM. Luc, 5. Et virtus Domini erat ad sanandum eos. Mat 21. Accesserunt ad eũ cęci & claudi in templo, & sanauit eos. Luc. 9. Et misit illos prædicare Regnum Dei, & sanare infirmos Luce. 4. Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt. Marci. 16. In nomine meo Dęmonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros, manus imponent, & bene se habebunt. Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

ADMIRABILIS, Matthæi. 1. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ephes. primo. Et constituens ad dexteram suam in cælestibus super omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem: & omne nomen, quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam &c. qui omnia in omnibus adimpplet. idem ad Philipens. 2. Et donauit illi nomen, quod est super omne nomen & Hebræorum. 1. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Actorum. 4. Nec enim aliud nomen est sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. SEMPITERNVS, Luce. 1.

Hic

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternũ, & Regni eius non erit finis. IMPERATOR *Matth* 28. Data est mihi potestas in cælo, & in terra. DOMINATOR. *Ioan.* 13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & benedicitis: sum etenim. *Et* 1. *Corin.* 8. Nobis tamen vnus est Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: Et vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. *Rom.* 14. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt viuorum, & mortuorum dominetur. FORTIS, ET POTENS IN PRAELIO, *Ioan.* 12. Si exaltatus fuero â terra omnia traham ad me ipsum? *Luc.* 24. Erat potens in opere, & in sermone. *Colos.* 2. Donans vobis omnia delicta: delens quod aduersus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tullit de medio, affigens illud cruci. Et expolians Principatus, & Potestates, traduxit confidenter, palam tryũphans illos in se ipso. 1. *Cor.* 15. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. *Heb.* 2. Vt per mortẽ destitueret eum, qui habebat mortis Imperium, idest, Diabolum. MORTIFICAT, ET VIVIFICAT, *Ioan.* 11. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me: non morietur. *Et Ioan.* 3. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitã æternã *Ioan.* 11. Ego sum resurrectio, & vita. SCRVTATOR CORDIVM, *Matthæi.* 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris, *Lucæ.* 6. Ipse verò sciebat cogitationes eorum. *Lucæ.* 11. Vt vidit cogitationes eorum. *Ioan.* 6. Sciebat, quid esset facturus. *Ioan.* 13. Sciebat, & qui traderet eum. DEVS SALVTARIVM. *Ioan.* 8. Qui credit in Filium, habet vitam ęternam. *Ioan.* 6. Verba vitæ æternæ habes. 1. *Ioan.* 1. Et annuntiamus vobis vitam ęternam, quę erat aput Patrem. *Math.* 18 Venit enim Filius hominis saluare, quod perierat. *Luc.* 9. Filius enim hominis nõ venit animas perdere, sed saluare. *Ioan.* 3. Non enim misit Deus Filium suum, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. *Ioan.* 10. Per me si quis introierit, saluabitur. *Marci.* 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur. INTERITVS MORTIS. *Ioan.* 5. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. *Ioan.* 6. Verba quæ ego loqutus sum vobis

vobis, spiritus & vita sunt. *Ioan.*10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. 1. *Pet.*3. Degluties mortẽ per resurrectionem, vt hæredes efficeremini vitæ æternæ. TERRIBILIS: iuxta illud: Timete eum, qui potest animam mittere in gehennam inferni: Quia non solûm surrexit amor tuis, vt *Mat.*28 Non est hic, surrexit, sicut dixit, &c. Ecce Iesus occurrit illis dicens auete: verùm in morte eius tot portentosa prodigia ob virtutem eius terribilem fuerint ostensa, vt dicat Scriptura: *Matt* 27. Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso, terremotu, & his quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verê filius Dei erat iste. REVELATOR ARCANORVM, *Ioan.* 13. Quomodo dico vobis, priusquam fiat: vt cum factũ fuerit, credatis, quia ego sum. *Ioan.* 15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. *Ioan.* 17. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mũdo, &c. Nunc cognouerunt, quia omnia quæcumque dedisti mihi, abs te sunt. &c. & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui. VIVENS SEMPER, *Ioan.*17. Et nũc clarifica me tu Pater apud temet ipsum claritate, quã habui, priusquam mundus fieret apud te. & *Ioan.*1. Et vita erat lux hominum. *Ioan.*5. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. *Heb* 7. Semper viuens ad interpellandum pro nobis. *Apocalip.* 1. Ecce sum viuens in sęcula sęculorum. FORTITVDO MORTALIVM, *Ioan.*6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo: & superius. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: habebit vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. In nomine meo dęmonia eijcient, serpentes tollent &c. *Ioa.*2. oues meæ. &c. & nemo tollet eas de manibus meis. CONDITOR VNIVERSORVM, *Ioã.* 1. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. *Heb.* 11. Fidę intelligemus aptata esse illa verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. *Heb.* 1. Portansque omnia verbo virtutis suæ. REDEMPTOR. 1. *Corin.* 1. Qui factus est nobis iustitia & sanctificatio, & redemptio.

Et non solum ob ista omnia Messiam nostrum verum Deũ extitisse fateri compellimur, & compellentur iam omnes: sed etiã ex eo, quòd acclamet Scriptura sacra Messiæ nostro eundem honorem debitum sicut

Patri à nobis tribuendum esse, non solum propter ista: verùm quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientię absconditi, *Colos*.2. *&* 1.*Corin*.1. Prædicamus Christum crucifixum: &c. Dei virtutem &c. Dei sapientiam, quia est vbique. *Ioan*. 3. Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui est in cælo. *&* *Ioan*. 5. dicitur: omne iudicium dedit Filio: vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.

CAP. VI.

Stabilitur hæc veritas ex his, quæ Messias noster in decursu eius vitæ mortalis palam edidit.

CVM ergo hæc ita se habeant, & vestris metipsis oculis eadem nobiscũ intueamini: Viri Israelitę, quid tamdiu aspicientes in cælum, admiramini? Ex eo inquã, quid inostẽsione diuinitatis Messiæ nostri, & in manifestatione huius veritatis (qua vna cũcta Fideliũ salus nititur: illa verò de medio sublata, innanis est prędicatio nostra, vana est fides nostra, miserabilioresque essemus cunctis hominibus) adeò intentos, & maxime occupatos Euangelistas nostros inspiciatis: Quid admiramini? ex eo inquã, quòd ad hoc vt statim diuinitus aduentus primus Messiæ nostri cunctis elucerет, hocque diuinum Sacramentum patens esset omnibus, Lucas nobis refferat: nõ quemcunque Archangelũ, sed Gabrielem qui fortitudo Dei appellatur, ex decreto sanctissimæ Trinitatis ad Virginem Mariam missum fuisse: vt hoc inuisum, & inauditum Incarnationis altissimum mysterium ei nunciaret: illamque certiorem redderet illius diuini, & supremi operis, quo Deus homo fiebat: vt illa *Hieremi*. 31. insinuant: Quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum. Et non qualemcunque virtutem cuiuscumque cooperaturam fore ad hoc tam supremum, & inefabile opus: sed Spiritus sancti? eumque virum illã parituram fore, qui etsi verbum consumatum, & abreuians appareret, vt *Isai*. 9. dicebat: tamen verè erat Filius altissimi. Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. Ad Virginẽ despõsatã viro, &c. Et ait Angelus. Ne timeas Maria: quia inuenisti gratiam apud Deum. Ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, &c. & regni eius non erit finis. &c. Spiritus san-

sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei, Quæ omnia ab Isaia expressa fuerunt, dicente *Cap.* 7. Ecce Virgo concipiens, & pariens filium & vocabis tu mater nomen eius Emanuel: idest, nobiscum Deus. *&* *Isai.* 9. Paruulus enim datus est nobis, & filius natus est nobis &c. & vocabitur nomen eius: Admirabilis, Consiliarius, Fortis, Deus.

Post natiuitatem verò tẽporalẽ Messiæ, tantam multitudinem, & varietatem Angelorum, summa lętitia & alacritate inter se tripudiantium, à summo cælorum vsque ad ima terræ tamquã ex suis sedibus euulsam, vt fœlicissimum, & admirandum nuntiũ hominibus anũtiarent, vagientisq; infantis supremæ, & deificæ prosapię, & naturę cerciores cunctos mortales redderent: descendisse: Factũ est autẽ *Luc.* 2. cũ essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret: & peperit Filium suũ primogenitũ. &c. Et ecce Angelus Domini, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerũt timore magno, & dixit illis. &c. Ecce enim euãgelizo vobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo. Quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus Dominus in Ciuitate Dauid. &c. Et subito facta est cũ Angelo multitudo militiæ cęlestis laudantiũ Deũ, & dicentiũ: Gloria in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ volũtatis: vt prædictũ erat. *Isai.* 12. Ecce Deus salus mea, confidã, & nõ pauebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & fuit mihi salus, & haurietis aquas in gaudio de fontibus saluti. *&* *Ps.* 87. Nũqnid Sion dicit: Vir & vir natus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus? *&* *Mich.* 5. Et tu Bethlem ephrata paruulus es, vt sis in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, vt sit dominator Israel: egressiones eius ab antiquo, â diebus sæculi. Matthæus verô 2. c. doceat, statim ex remotissimis terris clarissimos illos Orientaliũ Reges, celeri cursu, stella illos ducente, miraculosè aduẽtasse: vt Messiam nostrũ tãquã verũ Regem, Dominũq; cęli, & terrę adorantes, eique munera tãquam vero Deo offerẽtes, diuinitatis illius clarissimã notitiã nõ solum Iudęis, sed toti Gẽtilitati perhiberent: Cùm natus esset Iesus in Bethlẽ Iudæ, in diebus Herodis Regis: ecce Magi ab Oriẽte venerũt Hierosolymã, dicẽtes: Vbi est, qui natus est Rex Iudeorũ? &c. Et intrantes domũ inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius. Et procidẽtes, ADORauerunt eũ. &c. obtulerũt ei munera, aurũ, thus, & myrrã. Vt prędictũ

erat

erat *Iſai*.8. Et voca nomen eius feſtinando, ſpolium accelerabit prędam: quia antequam ſciat puer vocare. Pater mi, & mater mea: tollet opes Damaſci, & ſpolia Someron coram Rege Aſſur. *& Pſalm*. 72. Coram illo procident habitatores deſerti, & inimici eius terram lingent. Reges Magi maris, & inſularum munus reddent: Reges Saba Arabicæ, & Seba Aethiopicæ munus offerent. Et incurbabunt ſe ei omnes Reges, omnes gentes ſeruient ei,

Et quid ergo iã iterũ admiramini, ex eo quòd in manifeſtationem huius veritatis, & diuinitatis quæ in illo latebat, adinueniamus hinc mare, & ventos tamquam vero ſuo conditori Meſsiæ noſtro obtemperaſſe? *Matthei*.8. Homines autem admirati ſunt, dicentes: Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei? vt meminit *Iſai*.40. Ecce Dominus Deus cum fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Illinc paralyticis, infirmis, & mortuis vt authorẽ ſalutis non ſolûm integram ſalutem illum tribuiſſe: verùm à morte eos in vitam reuocaſſe, *vt Iſai* 53. *meminit*: Verè langores noſtros ipſe tulit. &c. Hinc Dęmones illum filium Dei acclamaſſe, *vt Iſai*. 27. vaticinatũ erat. In die illa Viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grãdi, & forti Leuiatham ſerpentem, tranſeuntem marę inſtar vectis: & Leuiatham ſerpentem tortuoſum. Et occidet cætum, qui eſt in mari. *& Pſalm*.91. Super leonem & baſiliſcum calcabis: conculcabis catulum leonis, & draconem. Illinc vt perennem fontem gratiæ, & vitæ eternæ peccata condonaſſe, & vt cordium plaſmatorem intimos receſſus hominum penetraſſe. vt prædixerat. *Iſai*. 32. Et liberalis liberalia conſuluit, & ipſe propter liberalia ſtabit: *& Pſal*. 29. & reuelabit condenſa. Hinc tanquam ſummè potentem poteſtatem contra ſpiritus immundos Apoſtolis ſuis conceſſiſſe, *vt Iſaias annuntiauerat*. 8. Ecce ego, & pueri quos dedit mihi Dominus, vt ſint ſigna, & portenta in Iſrael, claues Regni cælorum illis tradendo *Ioan*. 20 Quorum peccata remiſeritis, remiſſa erunt: & quorum peccata retinueritis, retenta erũt. Illinc, diuinitatem eius quæ interius latebat, exterius procupiſſe, *Matthei*. 17. Et transfiguratus eſt ante eos: & ſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimẽta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. *vt Iſai*.52. Exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde.

Hâc Patrem æternum Meſſiam noſtrum filium ſuum palã acclamaſſe, *Matthei*. 17. Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt filius

filius meus dilectus in quo mihi cō-placui. &c. vt Isai. 42. insinuarat. *Ecce seruus meus, innitar ei: electus meus, complacuit animæ meæ.* Illâc Solē ob mortem authoris sui tamquam mœstum in tristitiæ signum tenebris obscurissimis indutum, petras inter se cōcussas fuisse, terram maximè exagitatam, monumenta Sanctorum aperta, & corpora mortuorum surrexisse, Matthæi 27 vt prędixerat Isai. 50. *Induam cælos tenebris, & saccum ponam in operimentum eorum.* Et 45. *Ego ante te ibo, & tortuosa dirigam, ianuas æreas conteram, & vectes ferreos concidam. Et dabo tibi thesauros, qui sunt in locis tenebrosis, & thesauros absconditos.* Hac tū quā verū Deum propria virtute suscitatū fuisse. Lucę 24. *Quid quæritis viuentem cum mortuis? non est hic, sed resurrexit:* vt Isai. 53. *De clausura, & iudicio sublatus est: & Dominus voluit,* (vt 72. legunt) *mūdare eam à plaga. Et nunc surgam, dicit Dominus: nūc exaltabo me, nunc eleuabo me.* Et quod maximè singulare est, in signum omnipotentiæ eius ex tunc hucusque nobiscū cōmorantem inspiciamus Messiam nostrum, Matthęi 28. *Ecce vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi:* vt Isai. prędixerat 33. *Oculi tui videbunt Hierusalem habitationem quietam, tabernaculum, quod non transferetur &c.* *Quia verè ibi fortis Dominus nobis erit, vt locus fluuiorum, & riuorum latorum.*

Isa. 42. Isa. 50. Isa. 45. Luc. 24. Isa. 53. Matth. 28 Isa. 33.

Tandem quid tandiu hâc & illâc suspensi admiramini Israelitæ recentiores, ex eo quòd in testimonium huius solidæ doctrinæ, & articuli Fidei cōspiciatis, cunctos Euangelistas tamquam testes occulatos, Spiritus sancti luce clarissima illustratos, vnà simul singula recensere, & attestari, quæ de Messia nostro tamquam vero Deo, qui liberaturus erat genus humanum, olim Prophetę illi prædixerunt? scilicet eum reclinatum fuisse statim post eius natiuitatem in præsepio: Lucæ. 2. *Et reclinauit eum in præsepio: quia non erat locus in diuersorio:* vt prædictum erat, Isai. 1. *Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui &c.* & Abacuc. *In medio duorum animalium cognosceris.* Impositūque fuisse illi nomen Iesus, vt Isaias. *Ecce Deus Iesus meus.* Turbatū fuisse Herodem, & Hierosolymam cum illo, Matthęi. 2. vt Isai. 57. *Et quem formidasti, & timuisti.* Matrem Messiæ nostri vnà cum Ioseph sponso eius secessisse in AEgyptū: vt Isaias. 19. *Ecce Dominus equitans super nubem leuem.* Spiritum sanctum specie columbę descendisse super eum, & Patrem æternum proclamasse: Hic

Luce. 2. Isai. 1. Matth. 2. Isa. 57. Isa. 19.

Mat. 3 *est filius meus dilectus*, Matthęi.
Isai. 35 & Isai. *Ipsi videbunt gloriam Domini, decorem Dei nostri*, Isai. *Ele*
Isai. 42. *ctus meus complacuit animæ meæ.* Mesiam nostrum tentatū fuisse à Diabolo, illi dicente: *Om-*
Matth. 4. *nia hæc tibi dabo, si cadens adora-*
Isai. 10. *ueris me*, Matthæi: vt prædictum erat Isai. *Visitabo super fructum magnitudinis cordis Regis Assur et super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea quia intellexi, & abstuli terminos populorum, & Principes eorum depredatus sum.* Decursu vero temporis illū Apostolos ad Fidei receptionem vo
Mat. 4. casse in finibus Zabulō, & Nep
Isai. 9. tali, Matthæi. vt Isai. *Aleuare faciet terram Zabulon, & terram Neptali &c. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Ipsum semper alios docuisse, tanquam qui potestatem
Matt. 8. habebat, Matthæi. vt Isai. *Ecce*
Isai. 40. *Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur.* Cunctosque in eius doctri-
Luc. 4. na admiratos fuisse, Lucæ. vt
Isaia. 52. Isaias, *Admirati sunt super te multi.* vt 70. legunt. Paralyticos sanasse, Matthæi, vt Isaias. *Confor*
Mat. 8. *tate manus disolutas.* Remisisse
Isai. 35. peccata, Matthæi. vt Isai. *Prin-*
Mat. 9. *ceps ea quæ sunt digna principe,*
Isai. 32. *cogitabit.* Cum publicanis & peccatoribus manducasse, vt
Isai. 42. Isai. *Calamum quassatum non cō-*

teret lignum fumigans non extinguet. Totū intentum fuisse in seminando Euangelio per ciuita-
tes, & castella, Luc. vt Isai. Luc. 8.
Quia ecce ego ipse qui loquebar: Isai. 52.
adsum. Quam pulchri super montes pedes, anuntiantes bonum. Magno gētium concursu, & paruulorum acclamatione dominica Palmarum ingressum fuisse Hierusalem, illi dicentium, *Osanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini.* Matthæi. vt
Isai. *Dicite filiæ Sion: Ecce sa-* Mat. 21.
lus tua venit, ecce merces eius cum Isai. 62.
eo, & opus eius coram illo. Summa sollicitudine Iudæos intentos esse, vt illum interficerent, nec tamen illos potuisse illi manus inijcere, Ioannis. vt Isai. Ioan. 7.
secundum 70. lectionem, *Res-* Isai. 42.
plendebit, nec conteret, donec ponat in terra iudicium. Concilium misse Principes Sacerdotum, vt illum dolo tenerent,
Matthæi. vt Isai. *Væ filijs de-* Mat. 27.
clinantibus, dixit Dominus, vt fa- Isai. 30.
cerent consilium, & non ex me: & texerent tegumentum non ex spiritu meo, vt adderent peccatum super peccatum. Venditum fuisse ab vno ex Apostolis suis,
Matthæi. vt Isai. *Principes tui* Mat. 26.
declinantes, & socij furū. Eisdem Isai. 1.
ferè temporibus Mesiam nostrum admirabile Sacramentum Eucharistiæ instituisse: *ac-*
cipite & comedite: Hoc est cor- Mat. 26.
pus meum, Matthæi. vt Isai. Isai. 43.

Cæte-

*Cæterum nè in memoriam reuo-
cetis priora, & antiqua ne intuea-
mini: ecce facio nouum, nunc orie-
tur*. Dominum cum magna
Luca. 22. agonia in monte Oliuarũ oraſ-
Iſai. 7 ſe, Luc. vt Iſai. *Qui labore aſ-
ficitis & Deum meum.* Et ſecũ-
dum 70. lectionem. *Quomodo
Domino exibetis agonem?* Com-
prehenſum autem a miniſtris
Sacerdotum ductum fuiſſe ad
Luca. 22 domum Principis, Lucæ. vt
Sapientię. *Circumueniamus iu-
Sapie. 2 ſtum, quia inutilis eſt nobis.* Ei-
que illuſiſſe cædentes & per-
Luc. 22. cutientes faciem, Luc. eodem
cap. vt Iſai. *Super quem luſiſtis?
Iſa. 57 Super quem dilataſtis os, & eieci-
ſtis linguam?* & 50. *Corpus meum
Iſa. 50. dedi percutiẽtibus, & genas meas
vellentibus.* Falſoſque teſtes cõ-
tra illum Scribas & Phariſæos
Math. 26 quæſiuiſſe, Matth. Nihilque
Meſsiam noſtrum ad ea quæ
falſo illi impoſuerant, dixiſſe
vt Iſai. ſecundũ 70. *A facie ma-
Iſaia. 50. litiæ collectus eſt.* Et 53. *Sicut
Iſai. 53. ouis coram tondentibus eum ob-
mutuit, & non aperuit os ſuum.*
Traditum vero deinde à Pilato
ante Præſide irreuerẽter ipſum
conſtitutum fuiſſe tãquam reũ,
Mat. 27. Matthæi vt Iſai. *Conceperunt
Iſa. 59 laborem, & pepererunt iniquita-
tem. Stat ad iudicandum Dominus.
Iſa. 3. &c. Ipſe autẽ vulneratus eſt prop-
ter præuaricationes noſtras, attri-
Iſa. 53 tus eſt propter iniquitates noſtras.*
Vniuerſam turbam antepoſuiſ-
ſe Barrabam Chriſto, Iſai. *Et
corruet populus, vir ad virum.*
Ipſum traditum fuiſſe tantùm Iſa. 53.
propter inuidiam. Iſai. *Propter
ſcelus populi mei percuſsi eum.* In
verecunde palam acclamaſſe
cunctum Populum Hieruſalem
contra Chriſtum: *Crucifigatur
&c Sanguis eius ſuper nos*, vt Iſa. 5
Iſai. *Et expectaui, vt faceret iudi-
cium, & ecce iniquitas: & iuſtitiã,
& ecce clamor.* Iſa. *Manus veſtræ* Iſa. 1.
tinctæ ſunt ſanguine. Chriſtũ fla-
gellatum deinde corona ſpinea
fuiſſe coronatum: & illum exe-
crandis ludibrijs, & blaſphe-
mijs affectum: inter duoſq; la-
trones ſuſpenſum, & crucifixũ,
vt Iſai. *Corpus meum dedi per-
cutientibus* Iſai. *Expectauit vt fa-* Iſa: 50
ceret vuas, & fecit labruſcas. ſe- Iſa: 5
cundum 70. lectionem: *Illuſo-* Iſa: 3
res dominabuntur eis. Iſai. *Feſti-* Iſa: 5
*net, & cito veniat opus eius, vt vi-
deamus.* Deutero. *Et erit vita tua* Deut. 28.
ſuſpenſa tibi è regione. Iſai. *Et in-
ter iniquos reputatus eſt.* Quem- Iſa: 53.
dã ex militibus lancea ſanguina-
ria latus Domini aperuiſſe: & in
ſepulchro nouo incineratũ eſſe,
Ioã. Vniuerſã terrã tenebris op- Ioan: 20.
pertã: multa corpora Sanctorũ
reſurrexiſſe, & Centurionẽ ac-
clamaſſe poſtea. *Verè Filius Dei
erat*, vt Iſa. *Scidit petram, & flu-* Iſa: 48
xerunt aquæ. Iſai. *Erit requies
eius in gloria.* Iſai. *Induam cælos
tenebris, & ſaccum ponam op-* Iſa: 11.
*perimentum eorum. Portas æ-
reas conteram.* & cap. 57. ſe- Iſa: 50
cundum 70. lectionem: *quam ve-* Iſa: 57.

hementer vidiſtis, quomodo iuſtus perijt. Et poſt cuncta iſta Meſſiam glorioſum reſurrexiſſe, vt Pſal. 16. Dauid: *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, Pſalm. 16. & Pſalm 3 Pſal. 30. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, cùm deſcendero in foueam?* Pſalm. 3. *&c.* & Pſal. 3. *Ego dormiui, & ſpergefactus ſum: quia Dominus* Pſal. 30. *ſuſcepit me.* & Pſal. 30. *Domine, aſcendere feciſti ab inferno animam meam: viuificaſti me à deſcendenti-* Iſaia. 3. *bus in ſepulchrum.* Iſai. 53. *de clauſura, & iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? ſi poſuerit ſe ipſam pro delicto: anima eius videbit ſemen, prolongabit dies.*

Cùm ergo hæc omnia ita mirificè interſe conærere intueamini doctiſsimi Rabbini, quid tādiu admiramini, quòd Chriſtiani palam acclament Meſsiam Deum extitiſſe: & eum in omnibus fuiſſe, quem venturum palam oracula Prophetarū nobis annuntiarunt? Mihi credite, viri Iſraelitę, & conteſtor vobis iure iurando per eum, qui viuit in ſæcula ſæculorum, qui creauit cælum, & ea quæ in illo ſunt: quòd hic Meſsias qui ita formoſus, in ſtola grandiens in multitudine fortitudinis ſuæ, & glorioſus reſurrexit, inuitis corruptis illis cuſtodibus, qui iuxta eius ſepulchrum ex conſilio maiorum veſtrorum appoſiti fuerant, vt prædixit Iſaias. 29. *Væ qui profundi eſtis corde,* Iſa. 29. *vt à Domino abſcondatis conſiliū: quorum ſunt in tenebris opera eorum, & dicunt: Quis videt nos?* Cui data eſt poteſtas omnis in cælo, & in terra: qui præcepit prædicare Euangelium omni creaturæ, vt Iſai. 2. *Fluent ad eum omnes gentes:* Iſa. 2. qui ſacramenta noua inſtituit Fidelibus ſuis: & cum illis in perpetuum ſimiliter commorari non eſt dedignatus, Iſa. 42. vt Iſai. 42. *Ecce ego facio* Iſa. 32. *noua.* Iſai. 32. *Et ipſe ſuper Principes ſtabit,* in agnaque Angelorum caterua in cælum eſt aſſumptus, ſedens ad dexteram Patris, donec ponat inimicos ſuos ſcabellū pedū ſuorū: cōſtitutuſq; eſt iudex viuorū & mortuorū, & cui ſubiecta ſunt omnia, ſiue quę in cęlis, ſiue quę in terris ſunt: & cui deniq; ineſt poſſe, quidquid voluerit, hic inquam ſic glorioſus, terribilis & admirandus veniet, vt in vltimo & horribili iudicij die cūctas creaturas maxima iuſtitia iudicet, pœnaſq; tantę obſtinationi veſtrę debitas impendat, in conſpectuque cunctarum gentium, & nationum palam iuſto iudicio ſuo execrandam malitiam veſtram damnet: niſi vt Regem veſtrum manſuetum, benignum & clementem, peccatorū maximê condonatorē, & tamquā verum Deum excipere ex nunc ardentiſsimè nō contēdatis.

Huc

CAP. VII.

Soluuntur argumenta eorum, qui adhuc his quæ supra retulimus, se audacter opponunt.

HVCusque Messiam nostrum Regem super Siõ extitisse, imo & Deum verum fuisse clarè ostendimus. Superest, vt iã in gratiarũ actionẽ cũ Psalmista Psal. cũcti fideles palam acclamemus: *Dominus regnauit, contremiscant populi sedet in Cherubim, contremiscat terra.* Et contremiscant iam, & sileant illi blasphemi, & execrandi Rabbini, qui vt istã admirandam harmoniam, nuper in ostensionem diuinitatis Messiæ nostri, Spiritu sancto duce, ex veteri & nouo testamento tamquã ex duobus instrumentis vnisirmiter inter se ordinatis, & mirificè concinentibus, diuinitus personantem, execrandis eorum vocibus, & clamoribus inusitatis tamquam horribili garritu quodam auium, imo animalium & bestiarum ferocissimarum eiulatibus inauditis, cũctis nunc nunc impedire valeant: non qualescunque blasphemias, sed omnium expurcissimas, & abominabiles euomere incipiunt. Dictitantes, paruam, aut nullam fidem, & authoritatem tribuendum esse testimonijs Noui Testamenti pro nostra parte adductis in confirmationem diuinitatis Messiæ nostri. Cũ non solùm ferè viciatum illud, & in omnibus corruptum adinueniãt: ex eo quòd magna ex parte authoritati lectionis. 70. nitatur (nempè in testimonijs & locis adductis ex veteri Testamento) quæ millies contraria textui originali, millies mendosa, & defectuosa extat sæpè, innumerisque verbis aduentitijs abundat. Verùm sit certissimum, in lucem editum fuisse ab Euangelistis, qui semper odio capitali Synagogam Iudæorum fuerunt prosequti, eo quòd illorum doctrinę, qua Christum ex tunc venisse constanter & palã docebant, nullatenus acquiescere voluerint. Ex quo consequitur & est necessarium, vt illorũ testimonia nullius momenti, aut considerationis futura esse possint, imo nec debeãt: vt illis tãtum innixi nunc Fideles diuinitatem Messiæ publicè testari valeamus. Sed sileant iã, & obstruantur fœtida istorum ora: nè amplius impudicè linguis suis religiosas Christianorum, aures: sed quid Christianorum, imo aerem ipsum, & cunctam huiusmodi machinam putido quodam suo anhelitu, & fœtore corrumpant, & inficiant isti conscelerati Rabbini, omni iniquitatis, & scelerum colluuione concreti.

Psal. 99.

Diluitur 1. eorum obiecto.

Posſibile nè eſt, vt 70. lectionem quam antiquitus trecentis annis ante aduentum Chriſti 72. illi viri, omni exceptione maiores impulſu Spiritus ſancti in lucem ediderunt: quam Meſsias poſtea vnà ſimul cum Apoſtolis ad inſtructionem Fidelium, & eorum apud quos Euangelium diuinum promulgabat, ferè ſemper in medium adducebat: quam denique tantæ, & tam ſummæ authoritatis apud maiores veſtros quondam extitiſſe eſt certum, vt eam per 400. annos apud ſynagogas eorum pari religione, veneratione ac lectionem Hebraycam habitam fuiſſe affirment Iuſtinus Martyr contra Thriphonem, Orig. Epiſtola ad Aphricanum, & alij vetuſtiſsimi ſcriptores: nunc impudicè & audacter illam vt mẽdoſam, corruptam, & adulteratam ab omnibus haberi, & iudicari contendantis? Tantùm vt diuinitatem Meſsiæ noſtro inde vi? & tyrannide quadamq́ auferatis: adhuc ignorantes, vt ex veſtris Philon attestatur impulſu Spiritu ſancti, & non ſine ſtupendo miraculo illos 72. Viros eam ediḋiſſe. Si ergo authorem illius, ſicut & lectionis Hebraycę Spiritum ſanctum extitiſſe nunc nũc cõſpicitis: quid eſt in cauſa, cùm ex ſcriptura habeatis illũ huius eſſe naturæ, vt nec falli, nec alios decipere valeat, ſecundum illud: *Non eſt Deus vt homo, vt mentiatur*: vt illũ tanquã falſitatis inuentorem arguatis? Conſult ius equidẽ vobis eſſet, ſi nunc inſipientiã, & ſtolliditatẽ veſtrã palã fateremini in conſpectu cunctarum gentium, & nationum. Quandquidẽ ob obſtinatam malitiã veſtram hucuſque nunquam intelligere vobis conceſſum fuit, lectionem Septuaginta duorum non tranſlationẽ, ſed Periphraſim potius extitiſſe, ad percallenda myſteria, & clarius manifeſtanda ea, quæ in textu originali ſuccintè, & breuiſsimè Spiritus ſanctus apponi tunc voluit. Apoſtolos verò ſimul cum Euangeliſtis, quibus iniuncta erat cura ſalutis animarum omnium, ſecundùm illud. *Debitores ſumus tam ſapientibus, quam inſipientibus*: aliquando duo loca ſacræ Scripturæ, veteris inquã Teſtamenti, varijs libris, aut capitibus â Spiritu ſancto diſperſa, in vnum coagmentaſſe: vt clarius cunctis myſterium illud innoteſceret; & aliquando breuitatis cauſa ea quæ eorum propoſito maximè conducebant, in medium alijs omiſſis adduxiſſe: Ob quarum omnium rerum ſummam ignorantiam, nunc miſerè in hunc grauiſsimum errorem tanto nominis veſtri dedecore temerè prolapſi eſtis.

Philon.

Num. 23.

Rom. 8.

Si

2. Obiectio diluitur. *Matt 15.* Si vnquam legistis, & adhuc firmiter memoria vestra retinetis illa, quæ Christus Messias vester dixit: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt ex domo Israel:* Quid quæso, mouere aut compellere potuit Apostolos, & Euangelistas, qui in omnibus discipulos Domini esse gloriabantur: vt inde vos, & cunctas synagogas vestras tamquã inimicos capitales defraudare, & decipere illos tantûm summopere contendisse, perpetuò dictitare nondum erubescatis? Docentes nè erant turpis lucri gratia quæ falsa, & commentitia erant, vt animarum vestrarum interitui prospicerent? aut eam doctrinam salutiferam, qua vitam ęternam consequi valerent omnes? Ob cuius defensionem innumeris crudelissimis tormentorum, & mortis generibus, omnibus diuitijs & honoribus post habitis, se ipsos libenter exposuerunt, & millies, si possent, se exponere ardentissime desiderabant? Postremum exitium ne, an vitã ęternam vestrorũ moliebantur: qui in hac vna re intenti semper erant, vt eam doctrinam quam à Magistro suo audierant, & innumeris miraculis confirmatam conspexerant, semper auribus vestris proponerent: qua a tantis erroribus quibus eratis immersi, vos liberare, in viã que salutis adducere oportunè valerent?

2. Argu Tremant iam, & paueant à facie Messiæ nostri, & Dei Christianorum: ipse enim est Deus viuens, & permanens in sęcula, cuius regnum non corrumpetur, & potestas eius vsque in finem, eruens, animas ab interitu, & faciens signa, & memorabilia in cælo, & in terra: illi omnes, qui cùm intueantur miracula Christi portentosa adeò omnibus nota fuisse, vt nullus eis contradicere valeat, aut possit, esto rationis sit expers: vt omnem aditum nobis intercludant affirmandi Messiam nostrum Deũ veram extitisse, & per consequens ad veram intelligentiam illorum verborum: *Filius meus es tu &c.* percallendam: non solùm dicere sunt ausi, miracula Christi nõ fuisse sufficientia signa ad cognoscendum, illum Deum verum extitisse: quandoquidem si non maiora in veteri lege, at saltim æqualia à Moyse, Iosue, Elisseo & alia commemoret sacra Scriptura: & in noua lege à quam plurimis Sanctis adeo maiora facta fuisse, ita vt fere nulla si cum illis conferantur, quæ à Messiæ nostro edita fuerunt, cunctis videantur. Verum etiam fateri audent, valde verisimile esse illam vocem

 de

de cælo : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, (quo testimonio, & facto potissima diuinitatis Messiæ nostri demonstratio innititur) formatam fuisse à Diabolo. Qui sæpè transfigurat se in Angelum lucis, vt hoc pacto non solùm Apostoli, verùm cuncti Fideles decepti, cultum latriæ Deo vero debitum deinceps creaturæ tribuerent: sicut maximè probabile iam apparet, oculos Apostolorum non solùm in Transfiguratione, verùm in Christi Resurrectione ab illos illusos fuisse, existimantes verum esse corpus Christi, quod tantũ phãtasticum, & imaginarium erat, prout contigit in resurrectione animæ Samuelis facta per phythonisam. *1. Sam. 28*

Soluitur 2. argu.

Nam quamuis illis inficiari non possimus, ex parte modi illa miracula veteris legis adæquasse miracula à Christo edita, cùm ad vnum quodque illorũ requireretur infinita virtus: & etiam quia idem erat Deus, cuius virtute Sancti illi edebant ea miracula, ac qui operabatur media humanitate sua. Tamen ex ea parte qua miracula Christi fiebant ab ipso supposito diuino, quod terminabat illam naturam humanam Christi, & non per aliam virtutem ab alio mẽdicatam, vt cæteri Sancti tam veteris, quam noui testamenti: tum etiam & ex parte ipsorum miraculorum secundum se: nullatenus negare, poterunt non esse magnam, & ferè infinitam differentiam, si ad inuicem cõferantur: eoque maiora Messiæ miracula cunctis alijs extitisse, quantum est certum creatorem in essendo, & in operando creaturas omnes simul lõgo interuallo excellere. Quod si aliquando miracula Apostolorum, & Sanctorum aliorũ nouæ legis maiora, & numero multò plura extiterunt, & apparuerunt miraculis à Christo editis: id vnum non eorum virtuti, sed immensæ efficatiæ Messiæ nostri illius, qui dixit: *Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*: necessariò tribuendum esse sibi persuadeant. Estò si attentè à nobis scrutentur quæ à Messia nostro tantùm edita fuerũt, certissimè adinueniamus adeò magna extitisse: vt latentem in ipso diuinitatem apertissimè demõstrare ita valuerint, vt nullus ambigendi locus cuipiam deinceps sit relictus. *Iuan. 6.*

Nam vt cætera omissa faciamus, cui vnquam sanctorum ex omnibus quot quot fuerunt, sunt, & erunt, concessum fuit: vt vnà simul elementa, Sol, & cuncta ista ingens machina mũdi subderẽtur ei, 1. Cõfirmatur veritas ista

ei, sicut Messiæ nostro? In cuius morte vniuersam illam tantùm in hac vna re intentam omnes experti sunt: vt clarius cunctis mortalibus ostenderet diuinitatem Messiæ nostri, illumque esse vnicum Conditorem, & verum Deum, opificem magnum cælorum, & terræ, & cunctarum rerum, quæ consistetiam habent, & aliquando consistere sperant.

An veró illa generalis perturbatio, & commotio ferè cũctarum creaturarum fieri potuerit à Dæmone? ipsi viderint, & dicant, qui virtutem ei finitã, & limitatam Conditorem illius consulto elargitum fuisse clarissimè nouerunt. Presertim cûm ipsamet ratio naturalis apertè dictitet, vniuersas creaturas nulli alij præterquam conditori earum subiectas esse posse.

2Cõfir. Cui inquam fuit concessum, vt idem sacramentaliter esset in infinitis locis, per potentiã, essentiam, & præsentiam adeô vniformiter, & potenter: vt nullatenus eius virtus in aliquo illorum maior, aut minor extiterit?

3Cõfir. Cui denique fuit vnquam permissum, vt è mortuis resurgeret per propriam suam virtutem, nisi Messiæ nostro? quẽ Paulus virtutem, & sapientiam

1. Cor. 1. Dei appellare non erubuit sæpè, & Rom. quod vnum vix exprimere valebat Philip. dicens: *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini nostri, propter quem omnia detrimentum feci, &c. & vt inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est: sed illam, quæ ex fide est Christi qui ex Deo est, iustitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius.* Rom. 1. Philip. 3.

Neque ad hoc dicendum iã retardari aliquantulum cogimur ex eo, quòd intueamur, Petrum acclamasse de Messia nostro: *Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni*: & Acto. & Rom. *Qui suscitauit Iesum Christum*. & Cor. eadem repetit: quæ consonant cum illis Isai. *Ego suscitabo eum ad iustitiam* & illis Psal. *Dominus mirificauit sanctum suum*. & illis Isai. *Dominus voluit eum à lepra mundare*. Nam estó ista omnia verba eo tendant, vt cuncti instruamur in Messia nostro duas esse naturas, humanam & diuinam: ita vt ex ea parte qua homo erat, indiguerit virtute diuina ad operandum suam resurrectionem, scilicet vnionẽ animę cũ corpore. Tamen apertè eadem Scriptura clamat, vt diuinitas quæ in illo latebat, cũctis innotesceret, Messiam se ipsum suscitasse, vt Psalm. Ego dor- Replic. Acto. 2. Acto. 3. Rom. 4. 1. Cor. 6. 1. Cor. 4. Isai. 45. Psal. 4. Isai. 53. Solutio. Psal. 3.

Psal. 131. *dormiui, & soporatus sum, & exurexi*: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. & Isai. Suscita te, suscita te: indue te fortitudinem brachiũ Domini. Suscita te secundum dies antiquos, secundum generationes seculorum. Non ne tu es brachiũ illud olim proscindens superbiam AEgypti, & conficiens draconem? & Isai. Quis est iste, qui venit de Edon; &c. Iste formosus in stola sua, festinus in multitudine potentiæ suæ, &c. Ego loquens iustitiam, magnus ad saluandum, &c. & aspexi, & non erat auxiliator: admiratus sum, & non erat, qui fulciret: & saluauit mihi brachium meum.* & Psal. *Exurge gloria mea, exurge nebel, & cithara: exurgam diluculo.*

Isai. 51.

Isai. 63.

Psal. 58.

3 Argu. Quæ cùm ita se habeant, nõ est iam, cur aliquãtulum immoremur, vt satisfaciamus delirijs eorum, qui arbitrabantur Apostolos Christi in baptismo Christi, in eius transfiguratione, imò & in resurrectione deceptos fuisse à Dæmone, qui sæpè transfiguratur in Angelũ lucis.

Solutio. Nam preterquam quòd de resurrectione Christi habeamus, Lucam testatum fuisse nomine Christi: *Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere*: id est, phãtasticum, quia existimabant se spiritum videre. & Ioa. *Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.* Est certissimũ, Dęmonem nõn solum priuatũ esse, vt corpus verum, & gloriosum accipere valeat (sicut contigit in transfiguratione Christi) ob peccati eius grauitatẽ: verùm illius malitiæ maximè repugnare, vt assumat corpus apparens gloriosum, in confirmationem doctrinæ Euangelicæ, quam Messias docuit: cùm capitali & intestino odio illã, & eius authorem tandiu prosequatur Dæmon, secundum illud Gen. *Inimicitias ponam inter te & semẽ illius*: & adeò illa vna cõtrarietur õnibus preceptis, & legibus quæ Dæmõ suis commilitonibus seruanda docet, quantum in earum euersione est cuncta maximè intenta. Gen. 3.

Luc. 24.

Ioan. 20.

At verò transfiguratione Domini in monte Thabor, in quo audita est illa vox de cęlo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite*: quis adhuc ex vobis ignorat in eum tantùm finem editam fuisse, scilicet, vt doctrinę Christi omnes assentirentur? etiam si maximè carni, & sanguini, & veteri homini aduersetur in omnibus. Idq;

Idq; propter excellentiam authoris ipſius, quæ tanta erat, vt nec fallere alios, nec ipſe falli, vnquā potuerit: quia Deus erat, cui vni maximè congruit eſſe ſicut primū entem, & primum bonum, ſic primum verum, vt cuncta Philoſophorū ſchola acclamat, ens verum bonum ad inuicem inter ſe conuerti, imô & idemptificari.

Noua replica ſoluitur. Equidem nō inficior vobis doctiſsimi Rabbini, nunc nunc in euoluendis ſanctorū Patrum noui Teſtamēti & ſcripturis maxime verſati, ſolertiſsimiq; vitę Chriſtianorū indagatores: magnam fuiſſe aſtutiam Dæmonis à tempore ſui occaſus: maximèq; intentum ſemper fuiſſe in interitum omnium Fideliū, & ſeruorum Dei. Quandoquidem non ſolùm certiores nos reddunt antiquiſsima annalium monumenta, in noua lege aliquando Dæmonem ſpecie humana multis apparuiſſe, vt illos deciperet; & ſic Surius noſter habet (vt refert Theubaldus) ſub ſpecie progenitoris ſui apparuiſſe Vuilhelmo, vt antra deſerti deſereret: ſub ſpecie mulieris pauperculæ, Beat. Victo. vt Surius tō. 6. & colligitur ex martyrologio Adonis vt ad fornicationis peccatum incitaſſet. Sub ſpecie monachi cuiuſdam deffuncti ſancto Godofredo viſum fuiſſe vt illum à pręcepto obediendiæ reuocaret: ſub ſpecie venerabilis ſenis Beat. Vincentio, vt Surius tom. 7. illum hortando, nè tantum corpus ſuum pœnitentijs dilacearet: ſub ſpecie cuiuſdam vaſti AEtiopis, illi obicientis nullatenus certum fore, an in gratia finiri deberet: ideoque abſtineret à tantis operibus bonis: ſub ſpecie medici ſedentis ſuper mulum B. Benedicto: ſub ſpecie bouis, mirule, & puparum apparentium, & ſerpentis, B. Catherinæ: vt illam à propoſito ſuo retardaret: verum etiam forma Angeli lucis S. Elphego, vt Surius tom. 7. fingentem à Deo eſſe miſſum, vt ſtatim fugeret à carcere, nè ibi mortem ob honorem Dei ferret: varijſque figuris internis, & externis quamplurimos in veteri legi fuiſſe illuſos à Dæmonibus vobis concedimus. Sed tamen nunquam cuipiam teſtari licebit, iſtis omnibus apparitionibus externis Dæmonem ad præcepta Dei propter bonum finem Fideles, aut eos apud quos apparuit, ad Euangelicam doctrinam amplectendam, ad conſilia Chriſti & Dei veſtigia ſectanda cohortaſſe: & vt vitam iſtam temporalem morti pro Dei honore exponerent. Quæ quam aliter ſe habuerint in Chriſti transfiguratione & reſurrectio-

Sur. tō. 1. Sur. tō. 6. Sur. tō. 6. Sur. tō. 7. Sur. tō. 7.

surrectione vera illius, nullus est iam, qui non clarè intueatur: si attentê prospiciat hęc omnia edita fuisse à Christo, vt sic ob eximiam, admirandam, inuisam & inauditam excellentiam Legislatoris diuini, cũctæ gentes auidius ad obseruationẽ legis illius concitatę inflammarentur. Vt ea satis confirmare videntur illa, quę post transfigurationem Domini Patrem æternum dixisse perhibet scriptura: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui: ipsum audite:*
Matt. 3.
imò & quæ Christum statim in signum huius veritatis edidisse fertur in eodem cap. scilicet ipsum expulisse Dæmonem à corpore obsesso, acclamãtem: *hoc genus Dæmoniorum, non eijcitur nisi per orationem, & ieiunium.* At verò ista consilia salu berrima, & opus istud misericordiæ à Dæmone præbeantur, aut exibeantur: affirmare quis poterit, nisi rationis sit ex pers?

Confir. huius veritatis.

Quòd si ad ea quę post resurrectionem suam gloriosam Mesśias noster præcepit seruanda, oculos conijciamus: quis dudum iam non intuetur, omnia in eum finem dirigi, vt hãc eandem veritatem fulcirent, stabilirent, & corroborarent? Quã doquidem vt perfidiæ vestræ prouideret, non solùm testatur Matthæ. Mesśiam pręcepisse: *Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis.* Et *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem sæculi:* verùm palàm acclamet Pau. Roma. Mesśiam resurrexisse propter iustificationem nostram. Mat. 28. Rom. 4.

Cum ergo clarisśimè cunctis ostensum sit, omnia miracula quæ Christus edidit, in salutem spiritualem animarũ fuisse ordinata: vt ex rectitudine legum, & pręceptorũ eius, quę seruari præcepit, in quorum cõfirmationem edita fuerunt, deinceps iam vnicuique constare licebit. Nullatenusq; Dæmonem aliquem, imò nec vniuersas Dæmoniorum cohortes illa miracula præstare potuisse, tum ob exiguam eorum virtutem: tum etiam ob intestinum, & capitale odium, quo nos prosequuntur, postremum exitium nobis mollientes, in confirmationem legis Euangelicæ: quæ adeò in omnibus contraria est illorum malitiæ, execrandæ, quantum omnium gentium & nationum saluti continuò est intenta, & solertisśimè perpetuô consulit. Filij hominum, vt quid graui corde? vt quid diligitis vanitatem? vt quid cogitatis malum in cordibus vestris?

vestris? vt quid tan pertinaciter tot deliria fingitis, amplectimini, & quæritis mendatium? Dictitantes iam apparitiones illas à Mesia nostro factas in die Transfigurationis, & Resurrectionis, quæ euidenter diuinitatem Mesiæ nostri cunctis ostentabant tunc, & modò ostentant: apparentes, phantasticas, & illusorias extitisse, cûm non à Deo sed à Dæmone factas fuisse firmiter credatis. Generatio praua, adultera, & infidelis, vt quid ista ascendunt in corda vestra? Verissimas illas apparitiones quibus priscis illis temporibus Deum apparuisse testatur Scriptura sacra, Abrahã, Isaac, Iacob, Moysi, Dauidi, Salomoni, & Samueli: & illas visiones quibus se ipsum manifestauit cunctis ferè
Psal. 89. Prophetis, vt Psal. cecinit: *Locutus es in visione sanctis tuis*: vos firmiter vnà nobiscum creditis, & palâm tuemini: non ob aliam rationem commoti, nisi quia sacra Scriptura testatur, cujus auctor non alius est præter Spiritum sanctum, cui proprium est esse summam, primã, & irrefragabilem veritatem. Et cûm huius nostræ legis Euãgelicę, & noui Testamenti idẽ Conditor extiterit, qui loquitur per ora Euangelistarum, & Apostolorum, instar antiquitus Prophetarum: vt palâm innumera tot sanctorum Patrum testimonia, & infinita miracula à promulgatione huius legis huc vsque ab Apostolis, & decursu temporis ab alijs innumeris Sanctis edita: tot gloriosę victoriæ Fidelium à Dęmone partæ, copiosissimus sanguis Martyrum in manifestationem huius veritatis profusus, & innumerabilis Fidelium turba quæ ex tunc hucusque in cælesti ista Ecclesia floruit, vnanimi voce confitentur, prędicant, & contestantur: etiam adhuc vos per fidi, in malo adherescentes, illas renuere cunctis viribus nitimini? Generatio incredula, quandiu vos patiemur? *Scitote ergo quoniam mirificauit Dominus sanctum suum*: id est, Mesiam nostrum: magnificatusque est in cunctis, sed præcipue in portentosis miraculis edendis præ omnibus Sanctis, qui illum generatione temporali pręcesserunt, sunt modo, & subsequentur etiam. Cûm omnes intueamur eo maiora miracula Christi cunctis alijs extitisse, quo apertissimè & clarissimè diuinitatem eius omnibus manifestarunt, & tanquam digito intento ostenderunt. Si Mesias noster ea portentosa prodigia, & miracula admiranda nõ operatus esset palâm apud synagogas maiorum vestrorum, quę nemo alius fecit: certè ab omni reprę-

reprehensionis,& peccati culpa liberi maximè essetis. Sed nunc cùm eadem ipsorummet oculis conspexerint, & manibus eorum contrectauerint: & nihilominus illum oderunt simul cum Patre eius, innumeras iniurias illi inferentes: Quam exusationem maiores vestri, & vos de peccato vestro, id est, de perfidia vestra excogitare poteritis? Vos palam adhuc dictitantes, cunctos Christianos blasphemos esse, quia vbique prędicamus Messiam nostrum filium Dei extitisse, & esse modò? Si hucusque non clarè cunctos docuimus illum edidisse opera cælestia admiranda, quę excedunt omnes vires humanas, mentes, & cogitationes mortalium: opera, inquam, diuinitatem illius clarissimè pręseferentia: nolite nobiscum affirmare ipsum, Filium Dei, & perconsequens Deum verum fuisse. Si autē docui: & mihi tamen tanquam fideli, & Christiano assensum tribuere, obinatam vestram, contra religionem nostram maleuolentiam, recusatis: saltem ob diuinitatem manifestatam, quam eius miracula hàc & illàc ostentarunt, & ostentant modò clarius ob tantam & innumeram multitudinem Fidelium hoc idem contestantium, quos ad eandem legem Euangelicam amplectendam tanquam quibusdam funibus charitatis illa omnia diuinitus attraxerunt: id vnum pręstare nunc nunc tenemini. Vt iam deinceps vnâ nobiscum fateamini, & credatis simul: quia Pater ęternus in illo erat, & Messias noster cū Patre: quæ sanè contēdere visus fuit Psalmista noster, cùm dixit superioribus carminibus, in quorum vera intelligentia assequenda tandiu immoramur: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego bodie genui te.*

CAP. VIII.

In confirmationem primi aduentus Messiæ exponuntur verba, quæ sequuntur in eodem Psalm.

QVòd si vlterius progredimur ad interpretanda verba, quæ inferius apposita sunt ab ipso Psalmista: scilicet, *Postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuā: & possessionē tuam terminos terræ.* Quis his auditis statim non totus commouebitur iam ad prędicandū, aduentum Messię nostri iamdiu pręterisse? aliquatenusque in confirmaitone huius veritatis sine aliqua reprehensionis, imò culpę nota retardari poterit? cùm intueatur ita ad vnguē hanc prophetiam in Messia nostro adimpletam esse: vt iam historię potius, quam prophetię nomen

nomen illis tribuendũ esse cũcti fateri cogamur. Et quis non ad ista vnà mecum fatendũ nõ compelletur: si attentè circũspiciat, post gloriosam Messię nostri Resurrectionẽ, ipsum tã quam verum Dominum cunctarum gentium in hęc verba prorrumpisse? Mat. *Data est mihi omnis potestas*, id est, secundũ humanitatem, *in cælo, & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis.* & Marc. *Euntes in mundum vniuersum, prædicate hoc Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Et statim post admirabilẽ Ascensionem Christi ad cęlos. Acto. Petrum vices Christi agentẽ, acclamasse: Et erit: *Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Et Acto. Paulum & Barnabam palam dixisse in conspectu synagogæ Iudæorũ: *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Audientes autem Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.*

Mat. 28. *Mar. 16.* *Act. 2.* *Act. 13.*

Obiect. Neq; ad hoc dicendũ retardari aliquantulũ debemus ex eo, quòd statim Rabbini vestri temere nobis opponant, tantũ abesse vt Messias noster Gentes in suam hæreditatẽ, & possessionem habuerit, aut terminos terræ occupauerit eorũ doctrina, & prædicatione: vt nullatenus ipsum extra fines regni Iudeæ Euangelium suum prædicasse reperiamus. Cùm ergo prędicatione sua non subiecerit gentes finitimas & remotas: neq; armis illi fuerit integrum eas subdere: Quid est in causa, vt Christiani ista verba Messię suo quem fingunt, adaptari debere arbitrentur?

Solutio. Nam estò verisimum sit, non statim post Resurrectionem suam, neq; per totũ decursum vitę eius cunctas gentes, & nationes remotissimas ad Ecclesiam catholicam illum conuocasse. Sed tamen nullatenus nobis inficiari poterunt, non solũ Messiæ nostro à tempore eiusdem Resurrectionis esse cõcessum dominium tanquam verò homini super omnes gentes, & nationes, vt Paul. Philip. *Humiliauit se metipsum, factus obediens, &c. Propter quod Dominus exaltauit illum, &c. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus est in gloria Dei Patris,*

Philip. 2.

Ioan. 12. Patris, *vt ipsemet Christus dixit: Si exaltatus fuero à terra, omnia trabam ad meipsum* : & omnia subiecta esse sub pedibus eius, vt Ephe. 1. *Et ipsũ dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius: qui omnia in omnibus adimplet* : verũ etiam decursu breuissimi temporis, promulgatione Euangelij facta ab Apostolis eius per vniuersas mundi partes sparsis, ferè omnes gentes in populum, & hęreditatem suam electum ipsum assumpsisse, & traxisse funibus amoris: si tantisper perlegere attentè voluerint Fentapulum lib. 2. cap. 29. Abdiam lib. 3. Nicephorum lib. 8. cap. 6. Eusebium Cæsariensem. lib. 2. Ecclesiasticæ historiæ cap. 27. Gregorium Turonensem de gloria Sanctorũ, Vincentium Beluacensem in speculo historiarum, Nauclerũ, Siluium AEneam, Kalendariũ Bedæ, Vsuardum Lipomanum, Onuphrium Pauinum, Metaphrastem de peregrinationibus principium, Socratẽ & Theodoretum in historijs Ecclesiasticis maximè versatos, Franciscum Irenicum fasciculum temporum, Ioannem Magnum in historia Gotorum, Rufinum Aquilegiensem, Sozomenum, Euagrium, Casiodorum in Tripartita, Victorem Vitensem Augustaldensem, Sigisbertum, Vigilium de laudibus Martyrum, Paulinũ Nolanum, Hubaldum Fulquiniũ, Surium de laudibus & vitis Sãctorum, Philonem Iudæum, Plinium Iuniorem lib. 10. Epistolarum cap. 13. Suetonium de vita Neronis, Cornelium Tacitum lib. 15. Ellium Lampidirium de vita Traiani, Flauium Vopisium de vita Saturnini, & Eutropium de rebus Romanorum. Quandoquidem ex consensu omnium istorum grauissimorum authorum adinuenient, Apostolos per vniuersas mundi prouincias dispersos, secundum illum Psal. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ omnia verba eorum* : non qualemcunque, sed doctrinam Christi vnanimiter prædicantes, id vnum consequtos esse: vt si non omnes gẽtes, at saltem ex omnibus gentibus, & nationibus quamplurimas & ferè innumeras ad legem Euangelij pertraxerint: quę Messiam nostrum vt verum hominem, & Deum, illarumque omnium Redemptorem meritissimum consitentes, singula eius pręcepta, imò & consilia in integrum obseruare secum ex tunc statuerunt. Quo mirabili facto id consequti fuerunt, vt modò Fideles ista verba Psalmi: *Postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuã:* *Psal. 19.*

&

& poſſeſsionem tuam terminos terræ: vni Meſsiæ noſtro tantûm merito tribuẽda eſſe vbique prædicare valeant. Præſertim cum intueantur, omnes illas gentes ad fidem conuerſas non legem Apoſtolorum, aut doctrinam, aut ſacramenta eorum: ſed ea omnia quę Apoſtoli à Meſsia acceperunt, amplexas fuiſſe: in eum vnum omnem fidem, & ſpem ſalutis animarum ſuarum collocantes: & tanquam viuificatorem corporum & animarum, condonatorem peccatorum, remuneratorem bonorum operum, largitorem vitæ æternæ, iudicem viuorum & mortuorum, vnicum paſtorem, caputque huius Eccleſiæ militantis & tryumphantis tenentem, digniſsimum illarum Regem, Dominum, & Saluatorem ſumma veneratione colentes, & venerantes. Quæ quidem maxime conſonant cum illis
Iſai. 2. Iſai. *Et erit: In nouiſsimis diebus præparatus erit mons in vertice montium, & eleuabit ſe præ collibus. Et confluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & aſcendamus ad montem Domini, ad domum dei Iacob: & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis*
Pſal. 21. *eius.* & cum illis Pſalm. *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ: & inclinabunt ſe coram te vniuerſæ familiæ gentium. Quoniam Domini eſt Regnum, & dominabitur gentibus.* Vel vt Chaldæus legit: *Recordabuntur miraculorum eius, & conuertentur coram Deo omnia extrema terræ, & adorabunt coram te omnes familiæ populorum.* & Pſalm. *Et incurbabunt ſe ei omnes Reges: omnes gentes ſeruient ei.* Pſal. 71.
& Malachiæ. *Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum eius magnum nomen meum inter gentes: & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & oblatio munda.* Malac. 1.

Et præter hæc omnia, inſuper poſſumus illis ſatisfacere, dicentes: illam promiſsionem: *Poſtula à me, & dabo tibi, &c.* non præfixum tempus, illud inquam quo Meſsias noſter vitam temporalem traducturus erat, ſignificare: ſed omne illud, quo Eccleſia noſtra ſuis incrementis vniuerſas mundi partes erat occupatura, Chriſti doctrinam in cordibus ferè cunctorum mortalium ſerendo diuinitus. Ad cuius rei conſequutionem ab illis temporibus Chriſti vſque in hanc noſtram ætatem, tandiu Doctores Euangelici deſudarunt, & deſudabunt ſimiliter: donec perfectius & cumulatius eorum induſtria, & ſolicitudine impenſa, intercedente gratia cæleſti, Meſsias noſter cun- Reſp. 2.

ctas gentes, & nationes adiugũ suaue Euãgelij sui ducat: vt ex illis nobis colligere iam licet: Ioan.10. Ioan. Et *alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocẽ meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus* Ezec.37. *Pastor*: vt Ezech. prędictum erat. Et preseferre visus fuit Paul. dicens nomine Apostolorum, & cunctorũ ministrorum Euangelij, qui in propagatione legis Christi maximè soliciti futuri erant: cùm dixit Colos. Colos.c.1. *Et adimpleo ea quæ desunt Passioni Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia, cuius factus sum ego minister: secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei: mysterium, quod absconditũ fuit à sæculis, & generationibus. Nunc autem manifestatum est Sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ quem nos annunciamus. Corripientes omnẽ hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia: vt exibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. In quo etiam laboro, certando secundum operationem eius, quam operatur in me cũ virtute.* Ephes.4. & Ephes. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos: quosdam autem Prophetas: alios verò Euangelistas: alios autem Pastores, & Doctores ad cõsummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & cognitionis Filij Dei.*

Ecce quàm breuissimis rationibus, cunctis vobis subiecimus diuinitatem Messię nostri, & eius humanitatem: cui concessum fuit à Patre ęterno, vt non solùm gentibus, & nationibus totius mundi tanquam hęreditate, & possessione, multis & iustissimis causis sibi debita potiretur, intercedẽte eius Passione, & Resurrectione, prędicatione sua Euãgelica, & à suis Apostolis, & ministris manifestata: verùm vt debito cultu tanquã ille, qui & si homo tamen verus Deus erat, simul veneraretur ab omnibus illis: vt illa Filij verba ad Patrem emissa postulabãt, Ioa. *Pater, venit hora,* Ioan.17. *clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Hæc est autẽ vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Iesum Christum, &c. Ego te clarificaui super terram, opus consumaui, quod dedisti mihi, vt faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud te metipsum claritate, quam habui priusquam mundus fieret apud te.* Reliquum est, vt vltimam manũ huic nostrę disputationi incœpte imponentes, vos autem Rabbini doctissimi saluberrimum consilium, sed quid? imò iniunctum pręceptum Domini à Dauid

uid in fine huius Psalmi recipiatis: signa dico apertissima preteriti aduentus Messiæ nostri: *doctrinam nostram*, Euangelicam vt Chaldæus legit, apprehendatis: vel *disciplinam*, vt nostra sanctissima Vulgata vult. Legem, inquam, Euangelij, quę habet veram rationem disciplinę: tum ob certitudinem eius: tum ob subiecti eius prestantiā, & etiam ob excellentiam finis eius, ad quem cūctos mortales excitat, commouet, & inflammat. Vel vt Hebraica lectio se habet: *osculamini filium*: qui ob admirandas naturas, quę in eo singulariter relucent, humanam & diuinam, Filij nomen excellentissimum diuinitus ei debetur. Filium, inquam, qui ex ea parte qua diuinus est, Patri, & Spiritui sancto est ęqualis: ex ea verò qua humanus in puritate, sanctitate, gratię plenitudine longo interuallo cunctos mortales, imò & vniuersas hierarchias Angelorum transcendit. Messiam, inquam, nostrū, eūq; tanquam verum Regem, cōstitutum in suprema arce munitissimę nostrę ciuitatis Sion, Ecclesię inquā vniuersalis: & tanquā verum Dominū, & Saluatorem omniū Christianorū nūc nunc illum summè colatis; & suspicientes veneremini. *Ne forte irascatur, & pereatis de via*: id est, nē vobis, inquam, eueniat, vt in die illa tenebrarū & caliginis die nubis & tenebrositatis, in die illa irę, angustię, & afflictionis, tumultus & desolationis, tubę & tarantarę super ciuitates munitas, & super turres excelsas: in qua igne voracissimo consumetur omnis terra: eo quòd tanquā cęci in via Caim, Balam, & falsorum Prophetarū perpetuò ambulastis, Messiam vestrum non excipiētes: pereatis de via vestra, ęternam mortē subire coacti. Attentè premeditantes intra vos, quę statim ad ista obeunda adduxit in mediū Psal. dicēs: *Beati omnes sperantes in eo*: nō enim dicit, qui sperauerūt in eo (vt iam ex nūc aditus omnis vobis interclusus maneat) sed qui sperātes sunt in eo. Vt illis, perspicīatis ista verba ad vos modo, iterū atq; iterū clamitare, vestrā obstinationē, pigritiā, & ignauiam non solū arguentia, verum ad ingentem curam vestrę salutis vos excitantia, & commouentia: vt in viā salutis ingredi ardentissimè deinceps conemini. Scindantur ergo statim cuncta corda vestra silicea, & adamantina: comminuātur ad ingentem compūctionē lachrymarum ob obstinatam duritiem vestram, qua hucusque continuò malitiose primo aduentui Messiæ vestri restitistis: & ex nunc cun-

cti ipsa incenso & inflammato amore conuertantur in Messiam vestrum: vt sanet vos ab internectionibus miserandis, quibus adhuc mortui estis: nam misericors & miserator est, longanimis & pœnitens super omne malum.

Præsertim cùm non solùm intueamini, Dauid pollicitum fuisse nomine illius omnibus inuocantibus Deum statim ipsos exauditurum, longitudine dierum illos repleturum, illisque ostensurum salutem eius: verùm experiamini, omnes quotquot sperauerunt in eo, cuiusque gentis extiterint, nullatenus fuisse confusos. Sperauerunt namque in eo ante aduentum eius antiquissimi illi Patriarchæ, Prophetæ, Reges, Sacerdotes, & cuncti electi populi Israelitici: & liberati fuerunt à vijs iniquitatis, perditionis, & idolatriæ, quibus Gentiles ambulantes, se præcipites dediderunt: ad tutissimum salutis portum appellentes. Firmiter sperauerunt in eo fortissimi illi Apostoli, & Discipuli eius: quando tanto, & tam feruēti amore illū prosequebantur: vt vitam pro eo tradere non recusauerint. Sed non fuerunt confusi: quandoquidem annalium monumenta vetustissima nobis testantur, nec ludibria hominum, opprobria conscelératorum, obscuri carceres, grauissima vincula, ingens tormentorū varietas, crudelissimæ mortis cruciatus, immanissimarum bestiarū rabies, atrox, leonum rugientiū formidanda ora, nec inaudita tortorū sæuitia illos aliquantulum ab ista spe, qua in Messia nostro honorem, corpus, & animam, seq; totos constituisse gloriabātur: dimouere potuerint: imò potius ardentiùs his omnibus ad confitendum nomini Domini concitatos fuisse.

In hoc vno omnes suas spes constituerunt inuictissimi Martyrum exercitus: quando hi distenti erant, illi dilaniati; hi lapidibus obruti, illi secti; hi tentati in occisione interficiebantur, alij igni, & rogo ardentissimo inijciebantur, atrocissima mortis genera paulatim perferendo. Sed spes illorum nunquam fuit frustrata: cùm non solùm illos ora leonum obturasse, impetum ignis extinxisse, gladiorum acies retardasse acclament historiæ fidelissimæ: verùm certiores reddamur, maioribus & insignioribus honoris titulis tunc à Messia nostro fuisse condecoratos, gloriosissimum tryumphum de Tyrannis, mundo, & Dæmone reportantes: & liberos à durissimis huius corporis carceribus vitā æternā consequutos fuisse,

quæ

quæ illos perpetuo commitabitur, & beatos efficiet: vt Psalmista pollicitus fuerat: *Quoniã in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum*: quæ maximè conueniunt illis: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis.*

Si ergo antiquitus cuncta ferè familia Populi Israelitici sperauit in Messia nostro venturo: & sperauit in illo fidelissimus Abraam, quando tentatus à Deo vt immolaret filium suũ Isaac, non recusauit illum offerre, arbitratus, imò credens potentem Deum fore ad suscitandum illum à mortuis, vt in illo adimpleretur promissio à Deo illi facta: *In semine, inquam, tuo benedicentur omnes gentes.* Et innocentissimus Iacob, quando moriens, suos filios benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. Et cæteri Prophetæ, quando esset futurum esse adhuc aduentum Messiæ, tamen iam tanquam præsentem intuebantur. Consequens est, vt nunc vniuersa domus, & familia vestra, Iudæi doctissimi, speret iã in eodem, qui tandiu per tot annorum curricula ad nos veniens, pro redemptione generis humani crudelissimam mortem & ignominiosam ferre nõ recusauit. Et ex eo tempore vsque in sæculum confiteatur nominis sancto eius; quoniam terribile, quoniam sanctum est. Inuocetque vnanimiter admirandum Messiæ nomen: quoniam excelsum super omne, quod nominatur in hoc sæculo, & in futuro: quoniam supremũ, quoniam admirabile. Et ortu Solis vsque ad occasum cunctis gentibus, & nationibus nunc nunc prædicet, & summis laudibus efferat vsque in cælum mirabilia opera eius. Cantet, & psallat ei perpetuò, loquatur de vniuersis prodigiosis operibus eius, ab ipso editis in ostentionem diuinitatis, & aduentus primi illius. Lætentur iam corum corda, suauissimo eius nomine prolato. Quærat insuper sollicite, diu noctuque ingentibus lachrymis, & suspiriis Messiam suum, nobiscum tandiu in Ecclesia nostra Christianorum cõmorantem: quæratque faciem eius, vt induatur noua lætitia. Assidua cogitatione memoria sua refricans memoranda portenta, & admirabilia iudicia oris eius: non, inquam, illa vetustissima, quæ quondam cũ patribus suis edidit in AEgypto: sed cum populo suo electo isto Christianorum, cunctis nationibus ea vna simul predicantibus: educendo illum miraculosè forti manu de durissima non AEgyptiorum, sed Dę-

 monis

PROPVGNACVLVM SEPTIMVM.

CONTINENS APERTISSIMA SIGNA; quibus aduentum primum Mesſiæ iam diu præteriſſe oſtenditur, innixum illis verbis Pſalm. 46.

Dominus exercituum nobiſcum: eleuatio nobis Deus Iacob, Selah. Venite, videte opera Domini: quæ poſſuit ſolitudines, vel, prodigia in terra: ceſſare faciens bella vſq; ad extremum terræ. Arcum conteret, & concidet haſtã: plauſtra comburet igni. Vacate, & ſcitote, quòd ego ſim Deus.

QVanuis verũ ſit, Regẽ Dauid Iſraeliticum illum populum ſingulariter deuinctum antiquitus tenuiſſe, potiſsimè eo tempore, quo cum tanto ſuæ vitæ diſcrimine, ex ignominioſa ſeruitute, miſerabili ruina, & funeſta nece quam fortiſsimus ille Goliath vnâ cum cæteris Philiſtinorum Ducibus impudenter, & palàm tanquam ſeriò tryumphãs, illi minabatur: eũ nõ ſine magna Dauid, & totius illius populi gloria eripuit: vt inſinuare viſæ fuerunt illæ mulieres, quæ egreſſæ de vrbibus Iſrael, canentes cum timpanis, cum lætitia & canticis ei obuiam occurrentes, expectante vniuerſo populo, in hæc verba acclamantes, dixerunt: *Percuſſit Saul mille ſuos: & Dauid decem millia ſua.* 1. Sam 18. Sed certè Iudæi chariſsimi, quotieſcũque attentè mecum contemplor ſingularem eius curam, & ſolici-

ſolicitudinem, quam ex tunc hucuſque veſtræ ſaluti ſpirituali tanquam parens indulgentiſſimus diligenter conſulens, habuit: vt vos ex fœdiſsima, & obſcuriſsima iſta tenebrarum colluuione, & obſcuritate, in qua miſere à Dæmone, & ſatellitibus eius tandiu conſtituti, & cæleſti cognitione adueētus Meſſiæ veſtri orbati, ad miſerandū æternæ condemnationis portū pedetentim, imò celeri curſu gradimini: opportune liberaret. Hoc profectò ſingulare beneficium, magnum immēſi inuſitatiq; amoris apertiſsimū ſignum eſſe meo, & ferè omniū ſapientiſsimorū iudicio ſum ſemper arbitratus. Vt vix iam continere potuerim, quominus palam in medium profferre nō totus cogar (ob hoc vnū potiſsime) adeo vos omnes illi inter alios vnicè deuinctos eſſe: vt cōpellamini, ne ingratitudinis turpiſsima labe magis ac magis ab omnibus afficiamini, aut tanquam cæci ambulantes, a cunctis gentibus magno ludibrio & irriſione digni meritò iudicemini: quaſi muti, ac reluctantes, ſignis apertiſsimis ad diſcernendum tempus primi aduentus Meſsiæ à Dauide ſingulariter conſtitutis ſtatim iam acquieſcere. Et eſtò ferè in omnibus Pſalmis regium Vatem in aſſecutione huius rei maximè ſolicitum, & intentum eſſe conſpiciamus. Sed tamen in illo Pſalmo ita ardenter hoc vnum illum contendere apertè iam intuemur, inſtar euigilantiſsimi ſpeculatoris cunctis potiſsima ſigna aduentus Meſsiæ demonſtrando, quibus adhibitis nulli deinceps ſine grauiſsima reprehenſionis nota extra viam ſalutis, hàc & illàc otioſè, & peruerſè vagari contingat: vt iam parum eius ardentiſsimo deſiderio, & inflammatæ in vos voluntati quæ ſumma eſt, me conſuluiſſe ab omnibus viderer: ſi eandem rem aſſequi deſiderans, illius veſtigijs inſiſtens, & clariſsimis ſignis ab eo in hoc Pſalmo adhibitis vndique armatus, contra vos, & proteruam malitiam veſtram nunc denuo iterum in publicum prodire recuſarem. Eia ergo bellum nunc aggrediamur.

Et quando iam tandem *Dominus exercituum nobiſcum eſt*, vel vt Chaldæus legit, *verbum Dei cum hominibus commoratur*, veram noſtram carnem induendo, vt Iſaias prædixerat: *Ecce virgo pregnans, & pariens filium: & vocabis tu mater nomen eius Himmanuel, i. nobiſcū Deus*: & Euangeliſtæ teſtantur: & ipſamet temporis plenitudo prædifinita à Prophetis acclamat, *Iſai. 7.*

clamat, dicente iam Paulo. *At vbi venit plenitudo temporis: misit Deus Filium suũ, factũ ex muliere, factũ ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus;* opera quoq; ipsius Meſsiæ noſtri admiranda palam nos diu inflãmare cooperant, vt illum in protectorem, & fortitudinem noſtram intrepide imploremus, vna cum regio Vate: *Ipſe eſt protector noſter, & fortitudo noſtra.* Non eſt profecto, cur iam in conſpectu omnium ſynagogarum veſtrarũ proferre pertimeſcamus verba ipſiusmet Dauid: *Venite, & videte opera Domini: quæ poſuit prodigia ſuper terram &c.* ideſt: Omnes quotquot hucuſque de aduentu Meſsiæ noſtri ignari, dubij, aut potius increduli eſtis, adhuc expectantes omnia, quæ de aduentu illius prędicta fuerant à Prophetis in nouiſsimis temporibus ſæculi: vel vt etiam vobiſcum loquamur, temporibus à vobis tantum definitis, & præordinatis, adimpleri debere. Si huius rei deſiderium forſan aliquando vos ſummopere anxios, & ſollicitos tenere cœpit, donec in cognitione clara aduentus primi inſtrueremini: nunc venite omnes, audite, audiendo me, apertiſsima ſigna illius aduentus palam cũctis oſtendentem: & comedetis bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra: & inclinate aurem veſtram, atq; attendite ad prodigia, quæ Meſsias noſter in aduentu primo editurus erat: vt Pſalmiſta iſtis carminibus ſuperius à nobis adductis recenſet. Nam præterquam quòd illis attentè & maturè cõſideratis, ſine pecunia, ſine nimio labore, & difficultate, ſi ex toto corde & tota mente, & voluntate aſſequi id vnum contenderitis: facilè cõſequemini, quod maxime veſtræ ſaluti ſpirituali conuenientiſsimum eſſe duco: ſcilicet vt certiores reddamini ex nunc de aduentu eius præterito. Similiter certiſsime vobis polliceri poſſum, quòd tanto & tam cæleſti bono ſuperlucrato, deinceps animæ veſtræ huius ſupernaturalis, & diuinæ cognitionis participes diuinitus effectę viuent vita noua, vita vitali cęleſti, & ſpe inquam firmiſſima, quæ numquam confundetur: ſed ea vna cum fide & charitate arctiſsimo vinculo copulata, in illa ſempiterna beatitudinis patria, efficiemini cõſortes ęternę, & numquam interiturę vitę, quam ſupremi Angelorum ſpiritus, & cuncti Beati vnà ſimul cũ Deo in æternũ fruuntur.

Et quamuis titulus, & ſuperſcriptio huius Pſalmi, quę ſic ſe habet, *Victori, vel, Vincenti, vel ad victoriã filiorum Chore pro arcanis canticum:* adeo explicatu

Psal. 31.

difficilis tam doctiſsimis Rabbinis, quàm ſapientiſsimis Eccleſiæ noſtræ Doctoribus viſa fuerit: vt prima facie ferè cunctis omnem aditum ad veram illius & ex conſequenti huius Pſalmi intelligentiam genuinam conſequendā interclusum omnino eſſe quàm plurimi iam arbitrentur. Tamen facilis, & reſeratus omnibus manebit, & apparebit ſimiliter: ſi antequā ad explicationem eorū carminū quæ in principio vobis interpretāda propoſuimus, primā & potiſsimam huius noſtræ diſputationis aciem fortiter, & viriliter ſtatim ſtatuamus cōtra Rabbi Samuel, & cunctos veteres, & neotericos eius diſcipulos. Qui vt nullatenus deinceps ex ſignis apertiſsimis aduentus primi Mæſsię â Dauide in hoc Pſalmo adductis haſtas contra illos, & cunctas ſynagogas eorū vibrare, validiſsimaque argumenta in eos contorquere ſit cuilibet noſtrū integrum: & vt â vera intelligentia eorum quæ in diſcurſu huius Pſalmi mirificè comprehenduntur, nos facilius abducāt: peruerſè & malitioſè aliô perennes iſtos riuulos aquæ ſalientis in vitā ęternam, ideſt, in cognitionē clariſsimā aduentus primi Mæſsiæ noſtri (in cuius cognitione nititur vita Beatorum, & Fideliū omniū, ſecundum illud: *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolū Deum verum, & quē miſiſti, Ieſum Chriſtum*) deducere conantur. Attenteq; & prudenter eorum expoſitionē examinare conemur, vt deinceps vnicuique illorū intueri liceat, præter Liranum noſtrum qui in hac parte inſcienter illis fauere viſus fuit, quā parum mentem Spiritus ſancti, ſenſumque ab illo reconditum percalluerint. Ioan. 17.

CAP. I.

Amandatis falſis quorundam expoſitionibus, ſuperſcriptio Pſalmi huius declaratur.

IMpudenter ergo iam dictitet, & palā fateatur Rabbi Samuel hunc Pſalmum editum fuiſſe à filijs Chore in gratiarū actionem: nempè ex eo, quòd tēpore quò Chore pater eorū vnâ cū Datā, & Abiron abſorti fuerunt miraculoſè à terra, ad ima & tartarea inferni loca deſcendentes, eo quòd diuiſerint ſe cōtra Moyſen & Aarō, vt illa verba Nume. *Et fuit: Cum conſummaſſet loqui omnia verba iſta, rupit ſe terra, quæ erat ſub eis: & aperuit terra os ſuum, & deglutiuit eos, & omnes, qui erant ipſi Chore, & omnem ſubſtantiam. Et deſcenderunt ipſi, & omnes qui erant* Num. 19 Num. 26.

erant cum eis, viuentes in infernum: diuinitus ipſi tantum à funeſta, & portentoſa illa morte fuerunt liberati, Scriptu ra acclamante: *Et factum eſt grande miraculum, vt Chore pereunte, filij illius non perirent*. Atque ita viſo iſto miraculo, conſequutum fuit, vt conuerſi ad Deum toto corde, illis ſpiritus prophetiæ ad edendum iſtum Pſalmum fuerit communicatus: vt ſuperſcriptio demonſtrare videtur, quæ ſic ſe habet: *Ad victoriam filiorum Chore canticum ſuper iuuentutes*: ſcilicet filios Chore miraculoſè ſaluatos.

Nam liberè illi, & eius ſectatoribus reſpondere poſſumus ea, quæ Scriptura ſacra noſtras, & fidelium omnium partes agendo, nos dicere iam cohortatur, imo præcipit: ſcilicet eo quòd eſſent ex tribu Leui filij Chore, quibus erat iniunctum miniſterium à Dauide, vt pſalerent Deo tanquam principes chororum inſtrumentis muſicis Pſalmos ab ipſo editos: vt ex illis verbis Paralipo. 1. Para. 9. *Filij Chora, & fratres eius per domum patris ſui Choritæ, ſuper opus miniſterij cuſtodes liminum tabernaculi*: aperte colligitur: ſuper ſcriptionem huius pſalmi, nomine filiorum Chore eſſe ſingulariter exornatam. Et ita in confirmationem huius veritatis inuenimus, Pſalmos 44. 45. 46. 47. 48. 49. 84. 85. 87. 88. hijs ſuperſcriptionibus ſimilibus eſſe condecoratos. Neq; tamen ob id fateri nos teneri filios Chore illorum authores extitiſſe: ſed potius illis à Dauide eſſe conceſſos, vt tamquam cantorum Præpoſiti, his & alijs vocibus, & modulationibus, & inſtrumentis muſicis canendos illos Pſalmos decernerent Quæ omnia ſatis confirmare videtur lectio Chaldayca, quæ ſic ſe habet ferè in his omnibus ſuper ſcriptionibus iſtorum Pſalmorum: *In laudem per manus filiorum Chore*, imo & lectio Hebrayca, quę legit: *Ad victoriam: Filijs Chore: pro arcanis Pſalmus Dauid*: ideſt, Pſal. filijs Chore tamquam peritiſsimis Præpoſitis cantorum miſſus a Dauide: vt illum pſalant fortiter in ſignum victoriæ, quæ in eo continetur: vt potiſsimè ex dictione illa, *pro arcanis*, licet nobis coniectari.

Quàm verò temerè Rabbi Samuel ſemel & iterum hunc eundem errorem dictitare, ac tueri conatus fuerit, occaſione nominis illius victoriæ, quæ in principio eiuſdem ſuper ſcriptionis adhibetur: nullus eſt, qui eam iam non videat. Quæſo nê & quis temerarius cũ ctis nõ videretur, imo & eſſet: 2 Cõfir. Erroris.

qui

qui ex eo quòd intueatur ſuperſcribi Pſal. 59. *Ad victoriam* dictum ſimiliter Pſal. 77. & Pſal. 53. *Ad victoriam ſuper Mahalat*, id eſt, ſuper chorum Leuitarum: Pſal. 75. & Pſal. 81. *Ad victoriam* Pſal. 50. 57. 72. 74. 76. 77. 78. 79. 80. 82. 83. Iſta ſuperſcriptione, nempe, *Pſalmus Aſaph*, illuſtrari: & Pſal. 88. *intellectus Emã ezraite*, dicere impudẽter proruperet cunctos iſtos pſalmos in lucem ediuiſſe iſtos viros, & nõ Dauid. Præſertim cum ex ſacra Scriptura ſtatim inſtruamur, ad induſtriam iſtorum cantorum, & diſpoſitionem eorum omniũ, in Templo Dei cunctos cantores coram Domino ceciniſſe: vt clariſsimè proclamare videntur illa verba 1. Paralip. 25. *Et diuiſit Dauid, & Principes exercitus in miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Iduthum: qui profetabant in citharis, in pſalteriis, & in cymbalis*.

Inſuper cum etiã intueamur Pſal. iſtum 46. non quacunque ſuperinſcriptione, *ſed ad victoriam, vel ad vincentem, vel in finem* hæc omnia namque dictio illa *Lamnazea* ſignificat: diuinitus condecoratum eſſe. Vt iſtatim inſtar Pſal. 4. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 18. 19. 20. 21. 22. 31. 36. 40. 41. 42. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 75. 109. 139. 140. qui eadem ſuperſcriptione ornantur ob diuina myſteria, quæ in eo, ac in omnibus illis comprehenduntur: fidelium, & audientium animi in finem, ad quẽ omnes illi Pſal. ordinabantur, ſcilicet in cognitionem omnipotentiæ Meſsiæ noſtri, qui tot tantaque admiranda opera pro redemptione generis humani editurus erat, potiſsimè aduentu illo ſuo primo: quaſi ſuſpenſi noctu diuque eleuarentur, & in contemplatione tantorũ myſteriorum cuncti inflammarentur intus & exterius.

Tum etiam, vt ex tali titulo, inſtar eorum quæ adhiberi ſolent in ſepulchris mortuorum, & in liminibus ciuitatis, cunctos potiſsime percellerent myſteria Incarnationis, Reſurrectionis, & alia, quæ futura ſunt in Eccleſia iſta meditanti, & in die Iuditij ab illo, qui eſt finis legis, & ad quem omnia ordinantur, & vltra quem tendimus nõ habemus: quo obtento, nihil aliud debemus aut poſſumus deſiderare: ſi Chriſtum intelligimus, ſecundum illud *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum*. Vel vt inſtrueremur in intelligentia victoriæ, quam præſeferunt omnes pſalmi iſti, quã Chriſtus reportauit, & reportãt fideles eius ob virtutẽ mortis Chriſti: & vſque in finẽ mũdi ſunt perpetuo reportaturi.

Neque perturbari nam cogimur

mur ex eo, quòd contra nos statim insurgant: dicentes, cunctá istam congeriem Psalmorum & superscriptionum quam nuper adduximus, nullatenus ad corroborationem nostræ sententię nobis prodesse posse. Quandoquidem esto verissimum sit, superscriptionem eorũ tamquam claué alicuius domus reserare mysteria Christi, quæ in eis recondita erant: & ipse etiam recondebatur tamquam finis eorum omnium, quæ in illis Psalmus comprahenduntur. Sed in superscriptione nostri Psal. 46. omnia ex aduerso stare sibi persuadent: intuentes, licet eadẽ superscriptione scilicet, *Lamnazea*, idest, *in finẽ, vel in victoriam, vel in vincentem*, exornetur: tamen ex hoc non euidenti argumento probare nobis esse integrum, mysteria Christi, aut eius victoriam, aut Christum hunc psalmum pręseferre, sicut omnes alij psalmi quos dudum attullimus, præseferunt: sed victoriam, quam filij Chore ex prodigioso illo miraculo consequti fuerunt. In cuius recordationem, & memoriam est valde verissimile illos edidisse psalmum nostrum: præsertim si textum Hebraycum attentè contemplemur, cùm nullatenus in illo intueri nobis liceat, mentionem aliquam fieri in eius superscriptione nostri Dauid: cùm sic se habeat: *Ad victoriam, vel in finem filijs Chore pro arcanis canticum*. Si ergo nulla mentio Dauid ibi reperitur: qua ratione illos conuincere possumus, aut conuinci debent, vt modo dictitare valeant vnâ nobiscum, editum fuisse à Dauide Tum etiam potissimè, cùm aperte sacra Scriptura acclamet in alijs Psalmis, qui simili super inscriptione exornantur, scilicet, *in finem*: vbique expressissimè stare *Psalmus Dauid*, vt statim cuncti instruerentur in cognitionem authoris illorum.

Sed certè exnunc hi doctissimi Rabbini conuincendi sunt à nobis, vt eamdem veritatem nobiscum fateantur, si vim nostrę solutionis attentè perpendere non recusauerint. Illis ingenuè fatemur in superscriptione huius psalmi, si textum originalem consulamus, & vetutissimum illud, & omni aceptione maius, illud Onomasthicũ Complutense: tanta & tam immensa impensarum multitudine, incredibili cura, & feruenti desiderio religionis Christianæ in lucem editum à viro illo omniũ sęcutorum memoria, & laudibus perpetuis dignissimo, si virum fas est dicere, & non cæleste potius quoddam numen, diuinitus Reipublicę Christianæ concessum: vt illam instar Moysis, & Iosue in veteri lege cæli- Respõs.

tus regeret, tutaret, in priſtino nitore conſeruaret, ſalutiq; eius non tantum corporali, ſed ſpirituali potiſsimè ex tunc in poſterum perpetuò conſuleret, Illuſtriſsimum, nè dicam ſanctiſsimum Cardinalem, noſtrum Ximenium intelligo: cuius clientulum & ſi indignum me extitiſſe perpetuò glorior: quo eius nomine dulciſsimo nuper à nobis prolato, ſerio cunctam religionem Chriſtianam ingenti & inuſitata lætitia affici iam, imo & tripudiare ſentio: inquam dico: nullibi in eo fieri mentionẽ Dauid. Eſtò ſanctiſsima noſtra Vulgata lectio, quæ omnibus alijs lectionibus, & quia magis correcta, pura, & ab omni emẽdatione libera extat, merito eſt anteponenda: impulſu quodam Spiritus ſancti, ad præcauẽdum hunc obſtinato maiorum veſtrorum errori clariſsimè legat. *In finem filijs Chore pro arcanis Pſalmus Dauid.* Sed nunquid ob hoc vnum, potiſsima ſigna aduentus Meſsiæ, & recondita arcana Incarnationis, Paſsionis, & Reſurrectionis eius, quę in iſto Pſalmo diuinitus continentur, non ſolùm abſcondita Fidelibus debent remanere, & veterno ſilentio & perpetua obliuione ſepelliri: verùm & quod execrabilius eſt, funditus ruere? An arbitramini, doctiſsimi Rabbini, iſto per exiguo argumento, & infirma ratione nos vndique ita terreri poſſe, vt certamen nũc denuo inceptum deſerere ſit nobis neceſſarium? nõ equidem adhuc mentem noſtrã percalluiſtis: neq; certè ſunt cogitationes meę, ac cogitationes veſtræ.

An modò vobis dicere, ſed quid dicere? verùm nec excogitare erit permiſſum, eſto vniuerſam ſapientiam, & intelligentiam ſacrę Scripturæ arroganter vobis tribuatis, & vẽdicetis in dies: vt ex eo quod ſuperſcriptionẽ huius noſtri Pſalmi (forſan ob maiorem veſtrorum malitiam, qui ſæpe innumera loca ſacræ Scripturæ aut expunctione, vel diuiſione alicuius ſyllabæ, aut mutatione litteræ, aut additione, aut detractione alicuius dictionis, viciare tentarunt,) Dauidis nomine orbatam, & omnino deſtitutam adinueniatis: authorem huius Pſalm. Dauidẽ ipſum extitiſſe adhuc intrepide affirmare recuſatis: ita vt filios Chore cõmodius eius authores ob inſaniam tantam veſtram, in conſpectu noſtro extitiſſe dicere nõ erubeſcatis? Si hoc vnum à nobis conceditur: ſimiliter vobis neceſſe eſt, vt concedamus, vt iam non ſolùm veſtræ dementiæ, & ſtultitiæ execrabilis, verùm flagitij veſtri deteſtabilis vna vobiſcum cuncti Fideles participes

pes efficiamur: quindecim Pſal. qui à Pſalm. 120. vſque ad Pſal. 135. immediatè comprehendũtur, cùm omnes iſtos ſub nomine *Cantici gradus*, tantùm inſcriptos repetiamus: & ſimiliter illos Pſalmos, ſcilicet Pſal. 106. 111. 112. 113. 146. 148. 149. 150. titulo inquam tantùm, *Alleluia*, exornatos: & vt vno verbo cũcta perſtringam, ſeptem & viginti illos pſalmos, qui omni inſcriptione carét, ſcilicet pſal. primum, ſecundum, decimum. 33. 43. 71. 91. 93. 94. 95. 96. 97. 99. 104. 105. 107. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 136. 137. 147. decreto publico funditus è commercio librorum ſacrorũ meritò eſſe expellendos: ne cæteros libros ſacræ Scripturę tanquam exitiali quadam peſte inficiant, & corrumpant. Et ſic vos ſecurè iam conſequamini, quod tamdiu ardenter omnibus modis contenditis: ſcilicet vt apertiſſima ſigna aduẽtus Meſſiæ prorſus extinguãtur, & vnà ſimul vobiſcum cuncti Fideles denſiſſimis, & obſcuriſsimis tenebris quibus eſtis vndique circumdati, miſerè ſummo ſqualore, & triſtitia iaceant. Fieri nè poteſt ex eo, quod Deus ob immenſam charitatem, qua in ſalutem totius generis hummani ab æterno flagrans, præſertiſſima remedia ſalutis noſtræ ſpiritualis cunctis annuntiare, per Dauid, & alios Prophetas ſolicitè eſt conatus, tantũ quia ſummè bonus eſt: vos tamquam ſerui ingrati, nè iſta ſalus cunctis communicetur. cuncta iſta remedia obſcuranda eſſe tandiu ſummopere contenditis? Tantũ ob authoritatem veſtram, ſcilicet quia ſuperſcriptione, & authoris nomine careant? Si iſtorum omnium Pſal. Dauid authorem extitiſſe adhuc dicere recuſatis: nunc veſtra authoritate quæ ſumma eſt, Prophetam veſtrũ Eſdram cuius induſtria, & ſolicitudine admirabili poſt miſerandam Templi euerſionem, librorumque omnium legis, & Prophetarum luctuoſam concremationem, ſpiritu cæleſti cor, linguã, & manus eius ad eandem ſcribendam ſcripturam mouente, vt antiquiſsima tum ex veſtris, tum ex noſtris annalium monumenta teſtantur, vetus Teſtamentum eo ordine, ſtatu quo nunc eſt, cælitus ab illo conſtitutum: repręhẽdatis, eſt neceſſe: Aut ſi id dudũ renuitis ob ſingularẽ cultũ, quo etſi cõſcelerati, & flagitioſi Prophetas veteris legis, & ſanctos viros proſequimini, vt in maioribus veſtris tantum: & non in vobis in integrum adimpleantur illa verba Chriſti Redemptoris noſtri: *Quem enim prophetarũ nõ ſunt perſequuti?* talem publicè non in nos, ſed in

Rabbinos

Rabbinos illos vestros antiquissimos, & Magistros doctissimos virus omne furoris vestri, iracundiæ effundatis rogo. Quandoquidem inter ipsas quatuor partes Bibliç: quam sacram & diuinam appellari voluerunt, & ab omni errore liberam: primã nempe continentem quinque libros legis, scilicet, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deutheronomium. Secundam verò partẽ quatuor Prophetas maiores, scilicet Iosue, Iudices, Samuel, & Reges. Tertiam autem postremos Prophetas amplectentem, scilicet Isaiam, Hieremiam, Ezechiam, & duodecim libros Prophetarum. Quartam item librum Paralipomenon, Psalmorum, Parabolarum, Iob, Ruth, Ecclesiastem, Lamentationes, Canticum Canti. Esther, Daniel, Esdram, ex ceptis libris Sirac, Iudith, & Thobiç, primoque Machabeorum: quos etsi habeant Hebręi, non tamẽ sunt tãtç authoritatis: neq; intra numerum 24. librorum cõputandos esse statuerint. Psalmorum etiam librum vnanimi omnium consensu non qualemcunq; sed dignissimum locum occupare debere palam acclamarunt forsam vt extunc audatiam vestrã præcipitem vbiq; condemnarent, & velocem vestrarum linguarum impetum cohibere inciperent.

Rabbini doctissimi, in lectione, & intelligentia tamdiu sacræ Scripturæ desudatis; & adhuc tanta ignorantia laboratis: vt ex eo quod psal. illum. 46. superscriptione Dauid orbari intueamini, iam ad existimandũ adducatis nullatenus illum à Dauide fuisse editum? nondum instructi estis, quam plurimos Dauidis psalmos superscriptionibus destitui? ex eo, quod sunt nonnulli, Primus, inquam, tamquam præambulum ad cęteros: alij verò sunt connectendi cum præcedentibus: vt ex antecedentibus & subsequentibus vnicuique constare licebit? Tum potissime, quia in aliquibus Propheta inducit vocem Dei loquentis; cui nihil debet præponi: vt Augustinus noster sentit. Vel quia cuncta mysteria quæ in illis annuntiantur, aut referũtur. sunt illius, qui habet verã rationem capitis, supremumq; fastigium in cælo: vt Hieronymus. Aut vt ostendatur vehementia ingens, & celeritas maxima Dauid: quá incitabat omnes ad laudandum Deum. Et quod rationi magis consentaneum apparet, quia quæ in illis narrãtur, adeo cunctis clara & manifesta apparerent: vt nulla indigerent superscriptione, qua intelligentiã illorum assequãtur. Vel deniq; quia cùm ordinentur ad gratiarum actionem, 2 Resp.

ex

ex ſua natura habeant pro ſuo fine, & obiecto Deum: qui eſt author omnium bonorum temporalium, & cæleſtium.

Tandiu in euoluendis voluminibus Prophetarum, in pe- 1 Cõfir.
netrandis myſterijs, quę in eis, copioſiſsimè latitant, & in per-
1. Par. 16. callenda mente Spiritus ſancti eſtis conſecrati: & modò nondũ memores eſtis Paralipo. ſacram Scripturam referre, Regem vatem authorem extitiſſe pſalmi 105. & pſal. 95. vt illa verba prę ſeferunt: *Tunc poſuit Dauid ducem ad confitendum Domino per manum Aſaph, & fratrum eius. Cõfitemini Domino inuocate nomen eius: notificate in populis opera eius:* quæ eadem ſunt cum illis, quæ habentur Pſal. 105. *Confitemini Domino, inuocate nomen eius: nota facite in populis opera eius:* & inferius: *Cantate Domino omnis terra: annuntiate de die in diem ſalutare eius,* quæ identificantur cum illis verbis, quæ Pſal. 95. habentur: *Venite, laudemus Dominum: iubilemus fortitudini ſalutis noſtræ &c.* quamuis ſuperſcriptionibus careant? ſi ergo omnes Pſalmi, qui ſuperſcriptionibus orbantur, non fuerunt editi â Dauide: quo modo hæc omnia inter ſe cohærere poſſunt? Aut igitur teſtimonium, & authoritas veſtra ipſi Scripturæ anteponatur, eſt neceſſe: aut ſilentio nunc comprimatur error, & mendatium iſtud veſtrum. 2. Cõfir

Ignaros nê huius veritatis extitiſſe arbitramini cunctos Apoſtolos? quando illos in Actibus Apoſtolorum vnà ſimul acclamaſſe reperimus: *Tu qui ex Spiritu ſancto per os patris no-*
ſtri Dauid pueri tui, dixiſti. Quare fremuerunt gentes &c. quæ reperiuntur Pſal. 2. Paulum vero in Epiſtola ſua ad Hebræos dixiſſe. *Iterum terminat diem quã dam, hodie in Dauid dicendo poſt tantum temporis: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare cor-* Heb. 4.
da veſtra: quæ habentur Pſal. & Beatum Stephanum Protomartyrem in Actibus Apoſtolorum ad Iudæos protuliſſe: *Vſq; in diebus Dauid, qui inuenit gratiam ante Deum: & petijt, vt inueniret tabernaculum Deo Iacob:* quod dictum eſt ex Pſal. 132. omnia attribuentes Dauid tamquam authori iſtorum pſalmorum, eſto hi omnes titulo careant. Ex quibus omnibus neceſſariò nobiſcum affirmetis, iam eſt neceſſe Pſalmum illum. 46. licet in nulla eius ſuperſcriptionis parte fiat mẽtio Dauid, tamen certiſsimè illum huius pſalmi authorẽ extitiſſe. Pſal. 95.

Quòd ſi vlterius in confirma-
tionem erroris eorum adhuc in medium adducere contendant, nonnullos eſſe pſalmos, quorum authorem Dauid extitiſſe aper- 3 Repli.

apertè renuit Scriptura: vt ſuperſcriptio Pſalm. 72. quæ ſic ſe habet: *Salomoni*: & Pſal. 90. *Oratio Moyſi viri Dei*: & Pſal. 102. *Oratio pauperis*: & per cōſequens nullum eſſe inconueniens, quòd filij Chore iſtum ediderint in gratiarum actionē: præſertim cum lectio Chaldayca illis maximè fauere videatur, quæ ſic ſe habet: *In laudem per manus filiorum Chora dicta ſpiritu prophetico, quo tempore abſconditus eſt ab eis pater eorum: ipſi verò liberati dixerunt canticum*. Et inſuper pro ſua ſententia noſtrum Hieronymum, quem tandiu nos, & vniuerſa Eccleſia fidelium ſumma reuerentia colit, & veneratur, adhibeant: qui palam docere non erubuit, authores Pſalmorum non tantùm Dauid, ſed Aſaph. Et iditum, filios Chore, Eman Ezraeite, Moyſen, & Salomon extitiſſe: vt fertur in prologo ipſius Dauid ſuper Pſalmos, iuxta veritatem Hebraycam. Id pręſtent, nam nos non turbabimur, etiam ſi præter hæc alios viros contra nos opponant, & commoueatur omnis terra.

1. Solu. Quandoquidem iam ſtatim pro nobis acclament non ſolùm Lyra veſter, & alij multi Rabbini Neoterici: ſed ipſa ſacra Scriptura, Dauid illum Pſal. 72. ediditſſe (vt quibuſdam viris doctiſsimis placet) pro filio ſuo Salomone: poſtulantē à Deo vt regnum eius ſub illius manu in iuſtitia, & veritate proſperaretur. Ideſt, pro Chriſto, qui verus Salomon, pacificus futurus erat: cui vni potiſsimè ſunt adaptanda cuncta, quæ in ipſo habentur: vt palam innuunt illa verba vltima Pſalm. 72. *Cōpleta ſunt laudes Dauid filij Ieſſe*: quibus maximè fauet ſuperſcriptio huius Pſal. vt Vulgata noſtra legit, *Pſalmus Daui[d i]n Salomonem*.

Solu. 2. Argum. Inſuper ſimiliter certiores ipſa ſacra pagina nos reddit, omnes pſalmos, vel hymnos quos Moyſes compoſuit, inter ipſos libros Penthatheuci referri, vt eſt illud: *Cantabo Domino: quia magnificando magnificatus eſt; equum, & aſcenſorem eius proiecit in mare &c.* (Exod. 15.) & illud Deuthrenomij. 32. (Deute. 32.) *Auribus percipite cæli, & loquar*: huius autem Cantici, aut Pſalmi 90. nullam mentionem in illis quinq; libris haberi. Ex quibus omnibus faciliimè conſequti ſumus, quod conabamur: ſcilicet vt hinc habeamus Moyſen nullatenus Pſalmum ediſſe: & vt breuiter illis reſpondere poſsimus; non fortuito quodam caſu, ſed diuinitus factum fuiſſe, vt Pſalmus ille iſta ſuperſcriptione inſcriberetur nempè. *Oratio Moyſis &c.* vt per ea quæ dicuntur in eo Pſalmo Moyſis, ideſt, eductus

ex aqua *hoc namq. Moyſes innuit:* Ideſt, cũcti Fideles, qui lauacro Baptiſmi emundati à peccatis, & liberi à morte æterna ſunt facti, inſtruerentur in his, quæ de Deo in gratiarum actionem, & de natura, & conditione hominũ palam fateri debent. Quæ omnia quam aperte inter ſe cohæreant, vnuſquiſq; palam intueri iam poterit, ſi cuncta huius Pſal. præmeditari attentè ſecum ſtatuerit.

Solu. 3. Argum. Sicut fateri compellimur, Pſalm. 102. qui inſcribitur, *Oratio pauperis*, nomine pauperis per antonomaſiam intelligi Dauid: cùm de ſe ipſo dicat, *pauper ſum à iuuentute mea.* Et nomine illo, anxiati, hoc idẽ ſignificari: cùm non ſolùm ipſum varijs perſecutionibus afflictum eſſe conſtet, verùm degamus exemplum pœnitentiæ cunctis ex illo Pſalmo præbuiſſe. Præſertim cùm in illo inſtar 21. 31. & 88. potiſsimum Chriſti noſtri perſonam pro peccatis generis humani intus & exterius grauiter afflictam præſeferat: vt legenti patebit, maximè ſi ab illis verbis, *factus ſum ſimilis pelicano ſolitudinis*, hæc præmeditari ſecum quis decreuerit.

Solu. 4. Argum. Neq; profectò lectionẽ Chaldaycam, aut authoritatem Diui Hieronymi veſtras partes maximè agentem eſt, cur nos pertimeſcamus: præſertim cùm vnicuiq; veſtrum iamdiu innoteſcat, lectionem Chaldaycam nullatenus tantæ eſſe authoritatis, vt illam lectioni Hebraycæ anteponere audeat aliquis. Præcipuè cum ſuperſcriptio huius Pſalmi vt illa modò legit, nõ ſolum textui originali ex diametro aduerſari videatur: verum & Interpres Chaldæus tantam licentiam ſibi aſſumpſerit (vt iam non interpretis, ſed potius poſt illæ munere fungatur) ac ſi illi Spiritus ſanctus qui ferè vniuerſaliter ab Eccleſia noſtra dicitur, 72. Interpretibus diuinitus aſtitiſſe, ad hoc proferendum illi aſtiterit. Si ergo illi tantum fuit iniunctum munus interpretis, & tranſlatoris: quo iure licentiam periphraſim faciendi ſacræ Scripturæ in his quæ contrarium ipſa atteſtatur, ſibi vindicare potuerit, iam dicatis? ex quo tam quam maximè veriſsimile conſequitur, malitioſè ſuperſcriptionem illam fuiſſe ab aliquibus huic noſtro Pſal. additam. Authoritatem verò Diui Hieronymi, à quo vno tot emolumenta Eccleſia noſtra ſuſcepit, & indies maiora illam ſuſcipere omnes experimur ad tuendam ſacram Scripturam immunẽ, & liberã ab omni vitio & mendatio, & corruptela: ſumma

ma reuerentia (vt par eſt) cuncti Fideles perpetuo colamus, eſt neceſſe, & ſingulariter veneremur. Sed tamen quia in hac parte non ex propria ſententia, ſed aliorum vetuſtiſsimorũ, & ſapientiſsimorum forſan Rabbinorum iudicio, quamplurimos authores Pſalmorum extitiſſe, fuit ipſe vnus ex Fidelibus noſtris contra fere vniuerſam claſſem grauiſsimorum, & antiquorum Patrum noſtræ Eccleſiæ arbitratus: non eſt cur illum ſequamur, ſed Diuum Auguſtinum, & fere omnem aliã turbam antiquorum Procerum tam Eccleſiæ Græcæ, quàm Latinæ. Præſertim cùm contrarium in iſto noſtro Pſal. 46. nos modò affirmare, ac tueri ſacra Scriptura vndique compellat. Et quid non compellet perpetuò: cùm nullibi in cuncta pagina Teſtamenti veteris cuipiam inuenire liceat, Prophetarum munere filios Chore vnquàm functos eſſe: & quod magis eſt, nec Prophetarum nomine condecoratos: vt inde clarius innoteſcat nullatenus ipſos authores huius pſalmi extitiſſe: malitioſeq; & puerſè cũcta huius pſalmi, cùm Meſsiam tantum: & aduentum eius præferant, illis adaptari poſſe.

1. Ratio cõtra Rabinorũ expoſitionem.

Fieri ne poteſt, vt nunquam oblita fuerit ſacra Scriptura cãtici Moyſis, & Mariæ ſororis Aaronis, quem ediderunt in gratiarum actionem, pro illo ſingulari beneficio, quo vniuerſus populus Iſraeliticus fuit à Deo maxime deuinctus: imò illo accepto, ſtatim canticum illum annectendum ſolicite cõnatus fuerit Spiritus ſanctus induſtria Moyſis, decurſu verò tẽporis veloci ſuo ſcriba legis, ſcilicet Eſdræ: illi c. Et modo nullum veſtigium appareat in cunctis libris Numerorum, Deuthe ronomio, Samuelis, Regum Iudicum, &c. iſtius pſalmi? Imo quod magis eſt, nec in eodem vlla mentio tanti, & tam portentoſi miraculi, quo terra intra ſua viſcera quaſi inhians deglutiuit Chore, Datan, Abiron, & omnes illos 250. viros, ſaluis remanentibus filijs Chore: ſilet, nec reperiatur?

2. Ratio cõtra illos.

Si in gratiarum actionem filij Chore, ſpiritu prophetico illuſtrati hunc pſalmum ediderunt, vt cunctis innoteſceret, ſingularis gratitudo illorum erga Deum, qui ita prouidè, & miraculosè eorum ſaluti conſuluit: Vbinam in toto eius decurſu, ſaltim mentio huius portenti, & ſingularis beneficij, quo fuerunt deuincti à Deo, inſtar illorum quæ in Cantico, Exodi, & Deuthero. à Moyſe referuntur, in gratiarum actionem illos edidiſſe: nunc comne-

commemorat Scriptura? Quænā cōuētio lucis cum tenebris? Si erepti fuerunt ab illis voraginibus terræ: Vt quid Pſal. dicit. Non timebimus, quando moueatur terra, & transferantur montes in cor maris. Forſan ne tunc ſonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: & conturbati ſunt montes in fortitudine eius. vt pſal. innuit? An ignis egreſſus fuit à Domino

Nume. 16. (vt fertur Num.) interficiens ducentos quinquaginta viros? Vbi nam tūc ille fluuius, quem refert pſalmus noſter? Fluminis impetus lætificans ciuitatem Dei. Quas gentes tunc filij Chore, aut quæ regna diſſiparunt, & ſubiugarunt, vt illa verba inſinuant? Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna. Quo tempore in illis adimpleri cœperunt illa? Poſuit prodigia ſuper terram auferens bella vſq; ad finem terræ. Forſan ne vnquam illis pace frui vnquam licuit? An potius tot diſſenſionibus, & bellorum generibus inter ſe, & cum alijs gentibus vndiq; incendi, & inflammari, vt perhibent antiqua Scripturæ monumenta: quot modò recenſere miſerum, & calamitoſum eſt?

4 Replica. Quod ſi tandem contra nos inſurgant, induti validiſſimo

1. Par. 25. illo clypeo, teſtimonio inquam ſacræ Scripturæ Paralipomenon vbi dicitur. Et diuiſit Dauid & Principes exercitus in miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Iedithun: qui prophetabant in citharis, in pſalterijs, & in cymbalis: Qua authoritate nixi dictitare conantur, iſtos Præpoſitos cantorum non ſolum pſalendi munere, verùm prophetandi ſpiritu eſſe condecoratos: & per conſequens filios Chore eodem dono diuinitus functos fuiſſe: ac tandem authores huius pſalmi, & aliorū extitiſſe nullatenuſq; illa verba huius pſalmi. Videte opera Domini &c. ſigna potiſſima aduentus primi Meſſiæ oſtēdere? Id dictitent, & indies in hac vna re laborent, & deſudent: nam nos facile illis reſpondere poterimus, ſaltim filiorum Chore in vniuerſo illo capite Paralipomenon nullam mentionem fieri, ita vt hoc priuilegium prophetandi illis cōceſſum fuiſſe acclamet Scriptura.

Neq; ex hoc colligant Rabbini veſtri, eſt neceſſe, ſaltim filios Aſaph, & Heman, & Iedithun Prophetas vnquam extitiſſe, & conſequenter aliquorum Pſalmorum authores fuiſſe: vt nos, & cunctam doctrinam, quam ſuperius docuimus, eos labefactaſſe, vnquam dicere, aut arroganter iactitare

re poſsint. Quandoquidem ſi exactius vim huius teſtimonij perſcrutemur, palam adinueniemus veritatem doctrinæ noſtrę, quam dudum tueri pro virili conati ſumus, ita tamquam ſuper eminentiſsimum verticem montis, & excelſam ſpeculam conſtitutam cunctis iam micantem: vt iam nullus niſi cęcus, aut talpa fuerit, adinueniri poſsit, qui eius ſplendore illuſtratus vnâ nobiſcum non fateatur, illis nulla ratione prophetandi, ſed pſalendi munus, & pulſandi iniunctum vnquam fuiſſe.

Vobis libenter concedimus, prophetiam, quæ nihil aliud eſt, quam inſpiratio, vel reuelatio diuina, euentus rerum immobili veritate prænuntians: non vno tantùm modo, ſed varijs modis comparari poſſe, vt palam monumenta ſacræ Scripturæ acclamant. Scilicet aliquãdo factis: vt ex Arca Noe, ex ſacrificio Abrahę, & tranſitu maris rubri. Aliquando per natiuitates: vt fuerunt Eſau, & Iacob, quæ futura ſignificabant. Vel per locutiones Angelorum: vt quando loquuti fuerunt Abrahæ, & Lot. Aliquando per viſiones: vt fuerunt Iſaiæ, & Ezechielis. Vel per ſomnia: ſicut Salomoni, Ioſeph, & Danieli contigit. Aut tandem per inſpirationem internam Spiritus ſancti: & ſic contigit Dauid, vt 1. Samuel. 16. dicitur. *Directus eſt Spiritus Domini in Dauid.* *1. Sam. 16* Sed quo iſtorum modorum iſtis fuerit datus ſpiritus prophetiæ vobis dicendum relinquo: vt in eamdem ſententiam vobiſcum ingredi cogamur: quandoquidem ex teſtimonio nuper contra nos adducto tantûm abeſt, vt iſtis prophetãdi munus fuerit conceſſum, quominus clariſsime contrarium textus ipſe affirmare videatur, imo affirmet. Nam præterquam dictio, *Hanebim*, in teſtimonio adducto, ideſt, vt prophetantes eſſent: & verbũ *Naba*, à quo oritur: non ſolùm vaticinari, prophetare, & prædicere: verùm etiam voluntatem alterius enuntiare, & diuinas laudes decantare diuino ſpiritu ſignificet, vt Rabbi Chimi in præfactione in Pſalmos affirmat: & ſic optime illis ex hac parte conuenire potuit munus prophetandi, pro vt inquam illis inſtrumentis muſicis, & eorum modulationibus, auxilio particulari Spiritus ſancti ab illis editis, voluntatem Dei, medijs carminibus, & Pſalmis à Dauide factis, cunctis enuntiabant, diuinas laudes decantando, & celebrando, prout illis hac in parte erat diuinitus con-

conceſſum. Tamen nullatenus illis tribuere, debemus, vt donum ſingulare prędicendi futura illis fuerit diuinitus conceſſum; ſacra Scriptura, id vnum maximé reluctante: vt aperte colligitur ex illis verbis, quæ inferius in eodem teſtimonio ſubſequuntur. Nam poſtquam dixerat de illis, *quod prophetabant citharis, in pſalthe ris, & in cymbalis*: inferius ſtatim addidit ad veram intelligentiam verbi prophetandi: *Filij Aſaph ad iuſsionem Aſaph, qui prophetabat ad iuſsionem Regis &c. Filij Iedethum &c. ad iuſsionem patris eorum: omnes iſti ad iuſsionem patris ſui in cantico: vel: ad canendum in domo Domini in cymbalis, pſaltherijs, & citharis ad miniſterium domus Domini, ad iuſsionem Regis*: innuens ſacra Scriptura, omnibus iſtis cantoribus iniunctum eſſe munus decantandi laudes diuinas ſuis inſtrumentis ſecundum placitum Regis Dauid. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, cur illos prophetare, vel ventura prædicere ad iuſsionem Regis quiſpiam ex nunc dicere erit auſus? Forſan ne Regio Dauid erat conceſſum, vt ſpiritum prophetiæ cantoribus communicaret? aut ſi Spiritus ſanctus erat in illis ad prædicendum, ita ſuum Imperium Dauid in illos oſtendere auderet? Indigna ſunt equidem iſta Rabbini doctiſsimi, vt non ſolum à nobis diſcutiantur amplius, verum in illis commemorandis in poſterum aliquantulum vt immoremur.

CAPIT. II.

Vera intelligentia illorum verborum: Venite, & videte opera Domini cunctis ſubijcitur.

CEſſarunt iam aquæ dilu-uij magni, quę ſuper terram erant coadunatæ in vnum: omnes fontes voraginis magnæ qui rupti fuerant, & cataractæ cæli apertæ in interitum Fidelium cunctorum, iam dudum ſunt clauſę: deniſſimę tenebræ quæ erant ſuper faciem abyſsi, ſplendore tot teſtimoniorum ſacræ Scripturæ longè à noſtris finibus propulſatę manent: diuiſæ ſunt iam aquæ maris rubri, poſtremum exitiũ nobis minitantes, vt iam ſiccis pedibus per illas nobis tranſire liberè liceat. Et deniq; murale & antemurale quibus hunc pſalmum vndiq; fortiſsimè cingi, & vallari impij, & conſcelerati iſti ſecum iam diu ſtatuerunt, vt illis, & nobis etiam prorſus omnis adi-

tus ad veram intelligentiam huius pſal. aſſequendam, & ad cognoſcenda apertiſsima ſigna primi aduentus Meſsie noſtri intercluderetur: ſolo complanata manent, vt hucuſq; miſerè intuemini vos miſerabiles Iudei. Supereſt ergo, vt ad myſteria recondita manifeſtanda, quæ Spiritus ſanctus Fidelibus ſuis noſtro Pſalmo 46. contemplanda reliquit: ad cōſpiciēdam victoriam glorioſam, & tryumphum memorabilem, quem Mæſsias noſter admirabili ſuo Incarnationis myſterio, omnium mortalium & Angelorum cogitationem excedente, de morte, & Dæmone in honorem, & ſalutem filiorum Chore, ideſt Fidelium ſuorum qui prętioſiſsimo ſanguine eius ſunt regenerati, & in omnibus ſuis actionibus Mæſsiæ cru cifixi veſtigijs [inſiſtent], glorioſè eſt reportatus: & ad conſideranda ſtupenda miracula, quæ in oſtenſionem huius articuli, & veritatis in conſpectu cunctarum gentium, & nationum ipſe edidit, vt tituli ſuperſcriptio, ſcilicet. *Ad victoriam filijs Chore pro arcanis*, & illa verba pſal. *Ceſſare faciens bella*, demonſtrant: cunctos mortales excitemus. Nec non & ad particularem contemplationem ſingularis, inauditi, & inuſitati beneficij illius, quo immenſus ille Deus, huius ingentis molis vnicus opifex, & conditor vniuerſum genus humanum deuinxit, carnem noſtram verè aſſumendo: vt illa: *Dominus exercituum nobiſcum: protector noſter* Deus Iacob *in æternum*: manifeſtè innuūt. Ex quo conſequtum fuit, vt ſimul ac creator omnium noſtram naturam mortalem induerit, diues omnium pauperrimus effectus, offenſus & inacceſsibilis partes offendentis ſuſceperit: & quod maius eſt, ſe ipſum inimicis ſuis flagellandum, & cru cifigendum voluntariè tradiderit (quod vnum Iudæis ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia fuit) remotiſsimas gentes, & vos, & maiores veſtros potiſsime qui tamdiu in ſua infidelitate conſiſtunt, facilius etiam petrahamus. Et cum eodem Pſalmiſta ſtatim illis eiſdem verbis, quibus apertiſsima ſigna aduentus Mæſsiæ noſtri cunctis deinceps ab ipſo demonſtrantur, vnà ſimul omnes illius Fideles acclamemus, dicentes: *Venite, & videte opera Domini: quæ poſuit prodigia ſuper terrā, ceſſare faciens bella vſq; ad extremū terræ*, ideſt. Venite, & videte nō prodigia illa, quę celebrauit deluſa antiquitas: ſpectā tium occulis ſubijciendo, ſcilicet regnāte Bochoro in AEgypto, *Euſeb. PZ phiim.*

to, agnum quemdam ingenium Bochori, AEgyptique fœlicitatem apertis verbis prædixiſſe. Canem, ſerpentem, & bouem loquutos fuiſſe, ad præſagiẽdum exilium crudeliſsimi Tarquini. Nubes ingentem ſanguinis abundantiam effudiſſe, in ſignum cladis belli Punici ſecundi, Fabio Maximo IIII. & Marco Claudio Conſulibus. Iunonis ſtatuam lachrymaſſe, in præſagiũ miſerandæ mortis Cæſaris: equoſq; illius eo tempore quo illum interficiebant, cibo abſtinuiſſe, perennes lachrymarum riuos effundentes. Bobem conuerſum ad agricolam planè acclamaſſe: Fruſtra eum ſtimulis agere, quia prius homines, quàm frumenta deffecturi erant. Aquilam in humero Claudij inſediſſe, demonſtrantem ſupremum faſtigij Imperium, ad quod conſcenſurus erat. Venite, inquam iam, & videte non portenta illa fabuloſa, quæ priſca annalium monumenta referunt contigiſſe, in portentum Antonij Pij Imperatoris, ſcilicet à Deorum ſimulachris ſponte, & ſine vlla humana ope lauream in ſinum eius translatam fuiſſe: aut illa admiranda prodigia, quæ Dion Græcus, Valerius Maximus, Plinius, Ioſephus & Egyſippus de excidio Hieroſolymitano: Zonaras, Regirion in ſuo chronico, Iulius Obſequens, AElianus & Cicero libro de diuinatione nobis fabuloſe referunt: ſed iſta ſtupenda, inuiſa, & inaudita miracula, quæ Meſsias noſter, cum hominibus commorans, in ſignum admirandæ eius virtutis, & potiſsimè in apertam oſtenſionem primi aduentus eius fecit: ſcilicet, *Ceſſare faciens bella vſq; ad finem terre: arcum conterens, & concidens haſtam: plauſtra comburens igne.*

Quibus notiſsimis ſignis à Regio Propheta nobis & cunctis iam ſingulariter adhibitis, accedant iam, & contra nos bellum ſanguinarium ex nunc ardenter concitent, qui perfricta fronte dicere intra priuatos domus eorum parietes nondũ erubeſcunt, omnia iſta prodigia, & portenta temporibus Salomonis, imo in ipſo Salomone fuiſſe adimpleta: cùm de illo nobis perhibeat ſacra Scriptura non ſolùm Deum illi tanquam amico vero, & amantiſſimo apparuiſſe, & quod magis eſt Templum quod Deo ipſe conſtruxerat, non ſine magna Salomonis fœlicitate, & Templi maieſtate ipſum incoluiſſe: vt illa Reg. demonſtrant: *Et fuit; Cùm exirent Sacerdotes e Sanctuario, nubes repleuit domum Domini: & non poterant Sacerdotes ſtare ad miniſtrandum propter nubem, repleuerat enim gloria* 1. Error. 1. Reg. 8.

Domini domum Domini. Tunc
1. Reg. 9. *dixit Salomon: Dominus dixit, vt*
habitaret in caligine. & illa Reg.
Apparuit Dñs Salomo ſecundò
ſicut apparuerat ei in Gibbon.
Dixitque Dominus ei: Exaudi-
ui orationem tuam, quam depre-
catus es coram me, Sanctificaui
domum hanc, quam ædificaſti: vt
ponerem nomen meum ibi vſque
in ſeculum: & erunt oculi mei,
& cor meum ibi omnibus diebus:
quæ maximè cohærent cum
illis verbis Pſalm. *Dominus*
exercituum nobiſcum: protector
Deus Iacob in æternum. Verum
etiam adinueniamus, adeò pa-
cificè ſolium Dauidis per qua-
draginta annos tenuiſſe, & gu-
bernaſſe: vt non tantùm ini-
micis illum caruiſſe, ſed etiam
tanta pace cum exteris genti-
bus, & nationibus abundaſſe
nobis refferat Scriptura: vt il-
larum induſtria, & opibus Tē-
plum Domini quod Dauidi
ædificare fuerat ferè impoſſi-
bile, tam magnificum, excel-
ſum, & admirabile erigi po-
tuerit: quantùm nobis oſten-
1. Reg. 9. dunt illa Regum. *Hiram Rex*
Tiri donauerat Salomoni ligna
cedrina, & abiegna, & aurum ſe-
cundum omnem voluntatem eius,
&c. Miſit autem Hiram ad Re-
gem centum & viginti talenta au-
1. Reg. 10. *ri.* & illa Regum. *Vadit Re-*
gina Saba, &c. Deditque Regi
centum & viginti talenta auri,
& aromata multa valdè. & illa
Paralipomenon. *Et omnes Re-* 2. Par. 9.
ges terræ, &c. Et ipſi deferebant
vnuſquiſque munus ſuum, vaſa
argentea, & vaſa aurea, & ve-
ſtes, arma, & aromata, equos, &
mulos annuatim. & illa Parali- 1. Par. 22.
pomenon. *Ecce filius natus ti-*
bi. Ipſe erit vir quietus, & re-
quieſcere faciam eum ab omnibus
inimicis ſuis in circuitu. Quia Sa-
lomon erit nomen eius: & pa-
cem, & quietem dabo ſuper Iſ-
rael in diebus eius.

Nam quamuis hæc omnia Solutio
ita ſe habeant, veriſſimumque
ſit, Deum eo tempore maxi-
mè propitium, & benignum
erga Salomonem, & populum
eius Iſraeliticum extitiſſe. Cer-
tiſſimumque ſit, per aliquod
tempus intra templum illud
Salomonis Deum ipſum coha-
bitaſſe: eiuſq; aures ibi ad pe-
titiones, & poſtulata Salomo-
nis exaudienda maximè propi-
tias habuiſſe: magnifica, & li-
berali manu ſtatim illorum de-
ſiderijs, & clamoribus occur-
riſſe. Sed forſan nobis oſtende
re poterunt, eo tempore Meſ-
ſiam noſtrum carnem huma-
nam aſſumpſiſſe, corporaliter-
que cum hominibus ſicut in le-
ge noua cohabitaſſe: vt prædi-
xerat Baruc. *Poſt hæc in terris* Baruc. 3.
viſus eſt, & cum hominibus con-
uerſatus eſt: & vt clariſſimè
verba huius pſalmi præſefe-
runt:

runt : nempè, *Deus exercituum nobiſcum: protector noſter Deus Iacob in æternum.* Id eſt : Deus ineffabilis, ille cui ineſt ſemper eſſe, & ſemper extitiſſe, & ſemper futurum eſſe: & per eſſentiam eſſe ſummè ſapientē, ſummè bonum, ſummè iuſtum, ſummè omnipotentē: cuius potentiæ nullus reſiſtere, & cuius excelſitudini, & inuictæ fortitudini nullus contradicere valet : ſub cuius virtute cuncta mouentur, conſiſtunt, & in ſuo eſſe perſeuerant : cui denique eſt proprium cæteris omnibus vitam impartire (hæc enim omnia innuit nomen, Ie*houa*, id eſt, *Deus*, in textu originali diuinitus appoſitum) ille inquam, nobiſcum iam commoratur, verus homo factus. Vt ex tunc potiſsimè ſit protector, id eſt, inacceſſus locus cunctis inimicis generis humani : quo ſe homines recipiant, & liberentur ab omnibus incurſibus Dæmoniorum, & cunctorum ſatellitum eorum : omnia iſta comprehendit, *Miſgab*, id eſt, *Protector*. Deus Iacob: id eſt, cunctis, qui ſubplantare conantur vnà cum Duce ſuo Chriſto cuncta vitiorum genera, & Dæmonem : in æternum: vt illa Angeli verba Lucæ. *Et regnabit in Iacob in æternum: & regni eius non erit finis.* Luc. 1.
Vel, *Sela*, hoc eſt, vt Rabbi Dauid in libro radicū placet. Ob quod ſingulare beneficium neceſſe eſt, vt cūcti mortales à rebus ſecularibus abſtracti, in altiſsima illius contēplatione noctu diuq; ſuſpenſi, gratias immenſas Deo agentes verſentur. Cantores verò cū iſta Deo canunt, magnam pauſam faciant, vt aliquibus placet : aut vt alij volunt, maiori conatu vſq; in cælum vocibus, & inſtrumentis ſuis prorrumpant, vt audientium animi ob altitudinem myſteriorum quæ illis verbis continentur, ad excelſiorem conſiderationem eorum quæ dicuntur, eleuentur, & erigantur ſublimius.

Equidem facilius, & verius oſtendēt nobis hi Rabbini vnà cum ipſa ſacra Scriptura, adeo Deum Optimum Maximum infenſum fuiſſe Salomoni ob idolatriæ execranda ſcelera, & alia innumera flagitia, quæ audacter decurſu temporis ipſe, & cunctus populus cōtra Deū illis met temporibus perpetrauerant; vt ſolo complanari Tēplum illud ſumptuoſiſsimum, ſtatimq; poſt Salomonis mortem regnū ipſius ignominioſè in pœnam tantorū delictorum ſcindi, Deū iuſte permiſiſſe teſtetur ſacra pagina, ſicut Salomoni minatus fuerat : Reg. *Tu autem ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Dauid* 1. Reg. 9.

uid pater tuus in perfectionē cordis, & rectitudine: vt facias ſecundū omnia, quæ præcepi tibi. Si decreta mea, & iudicia mea ſeruaueris: firmabo thronum regni tui ſuper Iſrael in ſæculum, ſicut locutus ſum ad David *patrem tuum, dicendo:* Non *abſcindetur tibi vir à throno Iſrael. Si auertendo auerſi fueritis vos, & filij veſtri à me: & non coſtodieritis præcepta mea, & decreta mea, quæ dedi coram vobis: ſed abieritis, & ſerui eritis Dijs alienis, & incuruaueritis vos eis: excidam* David *è ſuperficie terræ, quam dedi eis: & domum quā ſanctificabi nomini meo, dimittam à facie mea & erit Iſrael in parabolam, & in fabulam in omnibus populis. Et domus iſta quæ eſt altiſſima, omnis qui tranſierit iuxta eam, obtupeſcet, & ſibilabit, & dicet: Propter quid fecit* Dominus *ſic terræ huic, & domui huic? Et dicent: Eo quòd dereliquerunt Dominum ſuum, &c. Et apprehenderunt* Deos *alienos.* Maxime cùm ipſimet diu intellexerint, Salomonem nunquam adeo pacificum fuiſſe, quominus ipſe ardentiſſime interficere non contenderit Adoniam per manus Benhayai, & Simi, vt Regum di- 3. *Reg.* 2.
citur.

Cùm ergo ex dictis, & ex contextu ſacræ Scripturæ palàm conſtet, Deum corporaliter nequaquam cum populo Iſraelitico commoratum fuiſſe: ſtatimque ob multitudinem ſcelerum eorum, digniſsime aſpectum illorum vitaſſe: Quid miramini, ſi iſta prodigia, quæ David in eius pſalmo temporibus Meſsiæ futura prædixerat, ſcilicet, *Ceſſare faciens bella, &c.* nuſquam temporibus Salomonis edita fuiſſe conſpiciamus? Imò illico poſt mortem Salomonis tot bella ardentiſsima inter ipſos Iſraeliticos inflammari cœpiſſe proclamet vndiq; Scriptura: quot modo recenſere miſerum, & funeſtum omnibus apparet.

Quòd ſi adhuc in eodem obſtinati perſeueratis errore, his rationibus validiſsimis contra vos adhibitis: nunc denuò nouam aliquam ſubtilem, veſtroque ingenio dignam rationem excogitetis, opus eſt: ob quam iam Iſaias poſt tot annorum *Iſai.* 2.
curricula à Salomone vſq; ad ipſum præterita hæc eadem prodigia in futurum præſtanda prædicet, ſcilicet in nouiſſimis temporibus. Dicens: *Et erit: In nouiſſimis diebus præparatus erit mons domus* Domini *in vertice montium: & eleuabit ſe præ collibus, &c. Et confluent ad eum omnes gentes, &c. & iudicabit inter gentes, & arguet populos multos. Et contundent gladios ſuos in ligones, & lanceas ſuas in falces. Et non leuabit gens con-*

tra

tra gentem gladium: & nõ diſcent vltra bellum. & Iſai. *Paruulus enim natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & erit principatus ſuper humerum eius. Et vocabitur nomen eius* Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater *ſeculi,* Princeps *pacis: ad multiplicandum principatum, & pacem abſq; finem.* & 45. *Et vniuerſi filij tui erunt docti à* Domino: *& multiplicabit pacem filiorum tuorum. In iuſtitia fundaberis.* Elonga *te ab oppreſsione, quia non timebis: & à contritione, quia non* appropinquabit *tibi.* & alibi. *Lætamini cum* Hieruſalem: *& exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam, &c.* Sic *enim dixit* Dominus: *Ecce ego declino ad eam tanquam fluuium pacis, & tanquam torrentẽ inundantem gloriam gentium: & ſuggetis ſuper latus portabimini, & ſuper genua riſu afficiemini.* Et eadem conatur Micheas, quando prædicens aduentum Meſsiæ dixit: *Et tu Bethlem Ephrata paruulus vt ſis in millibus* Iehudah: *Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator* Iſrael: *& egreſsiones eius ab antiquo, à diebus ſeculi, &c. & erit iſte pax.* & Ageus. *In loco iſto dabo pacem.* & Zacha. *Nunc autem non iuxta dies priores faciam reſiduo populi huius, dixit* Dominus *exercituum. Sed ſemen pacis erit, &c.*

(Iſai. 9. — Iſai. 54. — Iſai. 66. — Mich. 5. — AEg 2. — Zacha. 8.)

Et erit: Sicut eratis maledictio in Gẽtibus *domus* Iehudah, *& domus* Iſrael: *ſic ſeruabo vos, & eritis benedictio.* & Zachar. *Et ſuccidere faciã quadrigas de* Ephraim, *& equos de* Hieruſalem: *& ſuccidentur arcus bellici, & loquetur pacem* Gentibus. Zach. 9.

Sed quia alij etiam ſi his rationibus iam dudum conuicti maneant, tamen nullatenus ſibi perſuadere valent adhuc, huc uſque hoc potiſsimum ſignum aduentus Meſsiæ, ſcilicet. *Ceſſare faciens bella vſque ad extremum terræ.* Arcum *conteret, & concidet haſtam:* adimpletum eſſe, ſed adimplere deberi in fine mundi: quo tempore Meſsiam venturum expectant, vt congreget diſperſiones Iſrael, vt Pſalm. dicitur: L*audate* Domi*num: quoniam bonum eſt canere* Deo *noſtro: quoniam dulcis, decora eſt laus.* AEdificans Hieru*ſalem* Dominus, *eiectos Iſrael congregabit.* & Hierem. *Et congregabo reliquias pecudum mearum de omnibus terris, ad quas eieci eas. Et redire faciam eas ad habitacula ſua: & creſcent, & multiplicabuntur.* & 31. *Ecce adducam eos de terra* Aquilonis, *& congregabo eos de lateribus terræ, &c.* Ambulare *faciam eos ad torrentes aquarum in via recta, in qua non impingent, &c.* Qui *diſperſit* Iſrael, *congregabit eum: & cuſtodiet eum ſicut* paſtor *gregem ſuum.*

(2 Error. — Pſal 146 — Ierem 23. — Iere. 31.)

Ezec. 11. *Ezec.* 34. *Mich.* 2. *Zach.* 10. ſuum Ezech. Micheas. Zacha. Præſertim quoties ſecum attente contemplantur, temporibus illis quibus nos Meſsiam veniſſe arbitramur, populum Iſraeliticum dura ſeruitute oppreſſum à Romanis, & per conſequens inteſtinis odijs contra Romanos intus & exterius incenſum: & nunquã ita pacificè Romanum Imperium toto Orbe tũc potitũ fuiſſe, quominus certiores reddamur, quamplurimas gẽtes, & remotiſsima regna nullatenus illi ſubiecta eſſe, vt vetuſtiſsimæ hiſtoriæ nobis & cũctis referunt: imò ex tunc in dies quamplurimas gentes, nationes, & regna ampliſsima ſiue ad meridiem, ad occidentẽ, ad auſtrũ, ſiue ad orientem ſpectemus, à noſtris colonis ignota, & inaudita dudum his noſtris temporibus reperiri, quorum hiſtorijs pleni vndique ſunt libri. Ideò opus eſt iam, vt illorum ſtoliditatem patienter ſuſtineamus: cunctæque aliç rationes quas contra nos in medium adducunt, benignè audiantur, & ſuſcipiantur à nobis, vt çquius lis iſta noſtra audientiũ iudicio dirimatur.

1. Arg. Atque ita illis conceditur locus, vt huic rationi alias de nouo addant, ſi illis cunctos alios in eorum errorem adducere forſan valeant: quod non eſt ſperandum. Palam ęx nunc dictitantes, illis temporibus nunquam Romanos arma depoſuiſſe de manibus, præſertim qui Iudæam incolebant, nę incauti à populo Iſraelitico quem dudum ſubiugauerant, inſidijs quibuſdam præocuparentur: & ſic à dura illa ſeruitute qua miſere opprimebatur, eriperetur. Quòd vnum planè noſtros Euãgeliſtas proclamaſſe intuemur, cûm tot cohortes Gentilium morti Prophetæ illius magni aſtitiſſe referant, qui latus Herodis Regis qui vices Imperij Romani tenebat, cingebant; in eaque vna re erant occupatæ noctu diuque, vt inſidijs populi Iſraelitici in poſterum conſulerent.

Dicant inſuper, aut ſi illi dictitare erubuerint ob ingentem illorum cõfuſsionem, imò dolorem, veramque animi contritionem, quod non vtiq; de illorum peruerſa obſtinatione eſt facile credendum: nos illorum cauſam agentes fateamur, nunquam populum Iſraeliticum tanta pace tunc potitum fuiſſe, quominus vix conhiberi potuerit, vt ipſorum Regem proprium & naturalem, Meſsiam, inquam, ignominioſę, & crudeliſsimę morti ob inuidiam, qua interius cunct; à minimo vſque ad maiorem erant infecti, tradiderint. Adeòque ingenti odio, & furore contra 2. Arg.

contra legem eius, & cunctos eius Diſcipulos illum exarſiſſe: vt omnibus modis illos interficere ardentiſsimè conatus fuerit. Herodem verò illum Romanorum Regem tūc tanta rabie in Meſsiam excanduiſſe: quantûm nobis, & cunctis coniectari licet ex funeſta illa, iniuſta, & nunquam audita nece tot innumerabilium Innocentium, quam ipſe omnium crudeliſsimus exercuit. Quæ omnia quàm apertè aduerſentur teſtimonio à Pſalmiſta prolato: *Et ceſſare faciens bella vſque ad extremum terræ, &c.* nullius eſt, qui iam non videat. Nam eſto his, & alijs validiſsimis argumentis noſtræ veritatis vim labefactandam eſſe ſemper arbitrentur: mihi credant, eam ineſſe illi admirabilem virtutem: vt & ſi illam oppugnari, concuti, aut aliqua ex parte illorum iudicio obſcurari iudicauerint: nunquam tamen debilitari eam, vinci, aut euelli poſſe, etiam ſi à cunctis Dæmonibus, & vniuerſis creaturis concutiatur, palam confitebimur nos, qui eius cæleſtem, & admirandam naturam ſummus tandiu experti: præſertim acclamante Pſalmiſta: *Veritas Domini manet in æternum:*

Solutio 1 Argu. Atque ita ab iſtorum laqueis, quibus nos vndique irretitos tenere ſibi arroganter iactitant, facilè nos liberabimus: ſi illis dixerimus, veriſsimum eſſe Romanum Imperium non ita vniuerſas mundi partes tūc ſubditas eius ditioni habuiſſe, vt ſi comparentur cum alijs quamplurimis, quæ poſtea decurſu temporis repertæ fuerūt, indè Noui Orbis nomen ſortitæ: fere paucæ, aut nullæ appellari poſſent: quod inuictiſſimis Hiſpanis noſtris quarum inuentores glorioſiſsimi extitere, ſummæ fœlicitati eſt iure optimo tribuendum. Sed tamen nullatenus nobis inficiari illos poſſe, tunc Romanos maiorem partem totius Orbis quę tunc habitabilis erat, ſumma pace, & tranquilitate, de medio ſublatis potentiſsimis illis Medorum, Perſarum, Macedonum, Epyrotarum, & cæteris omnibus monarchis occupaſſe, vt vetuſtiſsimi authores teſtantur, & illa Luc. verba palàm demonſtrant: *In diebus illis, exit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis.* Luc. 2.

Solutio 2 Argu. Quod ſi Romani qui tunc Iudæam incolebant, vnà ſimul cum populo Iſraelitico noctu diuque armati incedebant: hoc illos præſtitiſſe eſt certum, non vt Iudæos interficerent, ſed vt ſic melius, & commodius pacem inter ſe & populum Iſraeli-

raeliticum tueri, & conſeruare poſſent: vigilantes vt illorum inſi dijs illico occurrere poſſent, quoties illorum certiores facti fuiſſent. Vel etiam, vt Herodis Regis, vices Populi Romani gerentis latera cingentes, maieſtatem illius Populi apertius oſtentarent.

Quòd autem populus Iſraeliticus tunc duram ſeruitutem à Romanis pateretur inuitus, nullum præſtat argumentum efficax cōtra id, quod ſuperius docere conati ſumus. Nam etſi renuentibus Iſraeliticis Romani eam pacem eſſent aſſequti, habemus quod contendimus, ſcilicet temporibus aduentus Meſsiæ, & per totum diſcurſum vitæ eius, imo vſque ad illam euerſionem Hieruſalem, 42. annis poſt mortem Chriſti ab eiſdem Romanis illatam, tāta pace tunc vniuerſum Orbē inter ſe potitum fuiſſe: vt liberè potuerint Apoſtoli, & Diſcipuli Chriſti, Matt. *Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Docentes eos ſeruare omnia, quæcunq; mandaui vobis*: in integrum adimplere, quæ eis Chriſtus præceperat, vt predixerat antea Dauid, dicens. **In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines mundi verba eorum.**

Mat.18.

Pſal. 19.

Solutio 3 Argu.

Neq; equidem inuidia, aut odium capitale quo maiores veſtri in Meſsiam noſtrum, & cūctos eius Diſcipulos exarſerunt, illum, & quamplurimos ex Diſcipulis eius crudeliſsima morte afficientes: aliquatenus obſcurare poterunt prodigioſa portenta, & ſigna aduentum primum Meſsiæ noſtri experimentia. Cùm hæc potius nequitiæ, & deprauatis eorum voluntatibus, quibus tanquā quibuſdam ſtimulis adhibitis in crudelitatem ſemper inclinabātur: quàm miſericordiæ ſummæ, & immenſæ bonitati Meſſiæ noſtri, qua totus tanquam oleum effuſſum abſque vlla perſonarum acceptione omnibus ſe diffundebat, vt ſic commodius pacem, & vnionem cūctis amplectendam doceret: artiuſq; homines inter ſe colligati vnà ſimul copularētur cū ipſo, & Patre, & Spiritu ſancto, à quibus tandiu ob ſcelera eorum longè erāt remoti, ſecūdùm illud Iſai. *Sed iniquitates veſtræ diuiſſerunt inter vos, & Deum veſtrum*: tribuendum eſſe, ex nunc cuncti exiſtiment, ac teſtentur.

Iſai.59.

Solutio 4 Arg.

Sicut fateri etiam tenemur, Herodis ſęuitiam in innocentes manifeſtatam, aut inſidias veſtrorum maiorum contra Romanum Imperiū interius excogitatas nunquàm tantùm potuiſſe: vt valuerint pacem quā Meſsias

Meſsias noſter ſecum, & lege ſua cunctis mortalibus, vna ſimul intus hæc omnia amicè ex cipientibus attulerat: prorſus euellere, aut extinguere aliqua ex parte: vt innumera illa multitudo militiæ cæleſtis exercitus laudantium Deum, & dicẽtium: *Gloria in excelſis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: apertè teſtabatur. Sed id conſequti fuerunt in pœnam ſcelerum ſuorum: vt ex tunc ſic per vniuerſas mundi partes non ſolùm pax temporalis, verùm ſpiritualis tanta fuerit propagata: vt nullis tyrannorum machinamentis, Dęmoniorum aſtutijs, magnatum potentia, aut vllis denuo excogitatis remedijs hummanis non ſolùm ab animis Fidelium con uelli: ſed quid conuelli? imò nec turbari aliquatenus vnquã potuerit.

CAP. II.

Noua Rabbinorum argumenta contra veram intelligentiam huius noſtri teſtimonij à noſtris finibus ignominioſè exploduntur.

NEc vnquam illam, aut eã qua interius ex tunc omnes Fideles, & qui Meſſiæ filij eſſe, & nuncupari volumus, fœliciter fruimur: perturbare poterunt nunc maleuoli illi, ſeditioſi, capitaleſque inimici, & acerrimi hoſtes huius pacis. Qui ex eo quod intueantur, verba Pſalmi huius. 46. nempè; *Dominus exercituum nobiſcum, eleuatio, vel, refrigeriũ nobis Deus Iacob in æternũ*: apertè oſtendere Deum nobiſcum perpetuò futurum eſſe, & vſque in finem mundi, & duraturam fore pacem, quam Meſsias noſter aduentu ſuo primo cunctis mortalibus allaturus erat: palam nobis aduerſantur. Dicentes, tantùm abeſſe, vt iſta prodigia, & ſigna poſt aduentum Meſsiæ noſtri completa viderint: quominus multò plura, maiora, & ardentiora bella cõtra eius Fideles, & vniuerſalem eius dilectam Eccleſiam, & per conſequens contra ipſum Meſsiam vndique concitata fuiſſe, perpetuo fuerint expertæ omnes gentes, & nationes: ita vt vix nec per minimum tempus pace aliqua quæ rationem pacis habere videatur, nobis, & cunctis alijs Fidelibus, qui nos longo interuallo præceſſerunt, frui licuerit. Præ ſertim, quotieſcunque attenta mentis contemplatione ſecum conſiderant, ſtatim ferè poſt mortem Chriſti, tantam & tam miſerandam cladem, & funeſtam ruinam omnem Iudæorum terram à potentiſsimis Ro

manorum exercitibus fuiſſe miſerabiliter importatam: qualem illa verba Iſai. præſeferunt: *Terra veſtra deſolabitur: ciuitates veſtræ ſuccendentur igni. Terram veſtram coram vobis alieni deuorantes ſunt: & deſolatio eſt quaſi verſio alienorum. Et derelinquetur filia Sion ſicut vmbraculum in vinea, ſicut tugurium in cucumerario; ſicut ciuitas deſolata.* & illa Iſai. *Propterea captiuus ductus eſt Populus meus, eo quod non fuit ei ſcientia & populus gloriæ eius, &c. populus famelicus, & multitudo eius aruit ſiti. Propterea dilatauit infernus deſiderium ſuum, & aperuit os ſuum præter morem. Et deſcendet decorus eius, & multitudo eius, & turba eius, & cœtus eius ad eum. Et incuruabit ſe homo, & humiliabit ſe vir: & oculi ſublimiũ humiliabunt ſe, &c. Propterea ſicut conſumit ſtipulam lingua ignis, & quiſquilias flamma debilitat: ſic radix eorum veluti putredo erit, & germen eorum ſicut puluis terræ aſcendet. Et ſpreuerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael contempſerunt: ideo iratus eſt furor Domini in Populum ſuum. Et extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſsit eũ: & contremuerunt montes, & fuit morticinium eorum exciſſum in medio platearum, &c. Et eleuabit vexillum in nationes à longè, & ſibillabit ei ab extremo terræ: & ecce citò leuis veniet. Non erit deficiens, & non erit laborans in eo. Non dormitabit, neque dormiet: neque erit ſolutum cingulum lumborum eius, nec rumpetur corrigia calceamentorum eius. Quia ſagittæ eius accutæ; & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt ſilex reputatæ ſunt: & rotæ eius tanquam tempeſtas. Rugitus ei vt leonis: rugiet vt catuli leonum; & fremet. Et tenebit prædam, & rapiet: & non erit, qui eruat. Et fremet ſuper eum in die illa ſicut fremit mare. Et aſpiciet in terram: & ecce tenebræ anguſtia, & lux obtenebrata eſt in cælis eius.* Et qualem Dion Quoceyus de vita Hadriani reffert, & tanquam teſtis oculatus Ioſephus de bello Iudayco, ſe vidiſſe totus in lachrymas effuſus teſtatur, dicens: Tunc *miſerandis illis temporibus, ita cadauera Iudæorum à Romanis, & à cæteris nationibus quæ cũ illis in excidium Iudæorum vnanimiter venerant, non ſecus ac lutum, & terra, & ſtercus. Et vt ruderibus & terra: ſic etiam cadaueribus Iudæorum conualles impleri, & foſſæ, & loca caua, vt per ea gradum facerent ad colles, & ad partes Hieroſolymorum munitas.*

Iſai. 1.

Iſai. 5.

Ioſeph. li. 6. de bel. c. 44. 45 & li. 5.

Solutio.

Sed miſerabiles Iudæi, ſi modo maiorum veſtrorum ruinam memoria refricare contenditis,

co

eo tantùm fine, vt iam meri-
tò obliuioſi & excuſabiles ef-
ficiamini, imò & ab omnibus
iudicemini, pacis illius tempo-
ralis, & cæleſtis: quam Chri-
ſtus noſter cæteris nationibus,
quæ illi obtemperare non re-
cuſauerunt, ſecum attullit:
Quæſo poſsibile eſt, vt adhuc
percipere vobis non fuerit in-
tegrum clamores cunctarum
gentium, & nationum remo-
tiſsimarum, vnanimiter con-
tra vos nunc nunc vociferan-
tium, illius ſingularis pacis ma
iores veſtros expertes omni-
no tunc fuiſſe, non ob aliam
cauſam, niſi quia Meſsiam eo-
rum pacifico recipere non ſo-
lùm renuerunt: verùm omnia
inuidiæ, furoris atque odij ar-
ma contra illum concitauerũt;
donec illum de medio illorum
ignominioſa, & acerbiſsima
morte tollerent? vt prædixe-
Hiere. 11. rat Hierem. *Corrumpamus ve-*
neno cibum eius, & excidamus
eum e terra viuentium, & no-
men eius non memoretur amplius.
Ob quod execrandum facinus
factum fuiſſe vniuerſæ gentes
teſtantur, vt inuicta iuſtitiæ vis
cunctis finibus Orbis clarius
innoteſceret, multiq; ex illis
ſaltem timore pœnæ contra
Deum peccare deinceps nulla-
tenus auderent; quod in vindi-
ctam tanti criminis conſpexe-
rint omnes innumeram Roma-
norum, & cœterarum gentium
cohortem tanquam ex ſuis ſe-
dibus conuulſam, ſic in Hieruſa
lem, & cunctos incolas eius fu
renter concitatam fuiſſe: vt ex
tunc fere nullum veſtigium pri
ſtini ſplendoris in ea relictum
fuiſſe iudicaretur. Adhuc igno
ratis infœliciſsimi & miſerabi
les homines, ſuauiſsimis, & ſalu
tiferis huius pacis fructibus, qui
bus Chriſtiani extunc hucuſq;
& in finẽ mundi fœliciter fruẽ
tur, ob execrandũ & maximè
deteſtandũ illud ſcelus, nec per
minimum tẽpus vobis frui vn-
quam permiſſum eſſe? Sed quid
frui? imò nec cõceſſum, vt ſcin-
tillam aliquantulũ cæleſtis eius
nitoris, & admirandæ eius ex-
cellentiæ concipere adhuc po-
tueritis: niſi fide viua quæ per
charitatem operatur, Meſsię ex
toto corde, & tota anima aſſen
tiri contendatis. Nondum attẽ-
tẽ conſideratis vos, qui tandiu
tot bellorum incurſionibus, tot
tumultibus, tot moleſtijs, & in
iurijs hàc & illàc continuò, tan
quam nauis in medio maris in-
numeris procellis & tempeſta
tibus expoſita, exagitati, con-
cuſsi, & laceſsiti eſtis: expe-
rimentum nullum habere poſ-
ſe quietis admirandæ, qua in-
terius animę Fidelium ex tunc
hucuſque nutriuntur, augen-
tur, & recreantur; & inſtar
cæleſtium ſpirituum, illius ſum-
 mæ

niæ tranquillitatis abundantiſsimè participes redduntur: & illius cæleſtis, quam Meſsias noſter intus illis tanquam author huius pacis, noctu diuque continuô commorans, impartitur, innumeris voluptatum ſpiritualium generibus hinc & illinc ſuos Fideles afficiendo? Fieri nè poteſt, vt qui tot odijs aſsiduis in nos, & inter ſe ipſos ardent, & incenduntur contra Meſsiam eorum: experimentum ſe conſequi arbitrentur illius, qui in cordibus Fidelium tamdiu inhabitat, qui eſt Chriſtus? Et qui ſemper amaritudinibus paſcuntur, ita vt intus pauor perpetuò illos torqueat, exterius timor continuus illos deterreat: veræ quietis naturam gratiſsimos pacis fructus, ſuauiſsimos odores qui ex illa quotidie è religioſis, perfectis, & conſumatis viris efflantur, diſcernere, aut odorari valeant? Falluntur equidem: & tanquam delirantes, ea ſibi perſuadent, quibus fatuitas eorum cunctis magis ex nunc oſtendatur, & manifeſtetur.

Quæ cùm ita ſint, quibus nè iam tanquã nimis audaces, præcipites, inſani, & furore vehementi correpti non iudicabuntur illi Rabbini: qui Chriſtianorum pacem irridentes, nos vndique contumelijs, irriſionibus, & opprobrijs apud ſe, & cunctas alias exteras ciuitates, & nationes (quibus vagi duriſsimo captiuitatis iugo opprimuntur) ſpurciſsimis, & venenoſis ſuis linguis abſque vlla intermiſsione afficere audacter conantur? Proclamantes, inter alias etiam barbarorũ Reſpublicas, nullam à primo eius exordio vſque in hæc noſtra tempora infœliciorem, & miſerabiliorem præ iſta noſtra Eccleſia Chriſtianorum extitiſſe, aut excogitari poſſe. Ea de cauſa commoti, quia experiũtur, illam vnam adeò tot, tantiſque inimicorum, & proſecutorum generibus ab eius exordio hucuſque afflictam, conquaſſatam, & ferè conuulſam fuiſſe: vt vix Reipublicæ nomen obtinere valuerit. Præſertim cum apud noſtros Euangeliſtas adueniant, ſtatim nato Chriſto, Regem Herodem tanta ira, & tam inaudito furore in eum exarſiſſe: vt copioſiſsimo ſanguine Martyrum innumerabiliũ effuſſò vix inſatiabilis eius appetitus mitigari aliqua ex parte potuerit, quominũ Meſſiam morti crudeliſsimæ tradere non tentauerit, imò ſit aſſequutus. Quæ concitata ira contra eum, & cunctos miniſtros & Diſcipulos eius, & Eccleſiæ filios quaſi ſeminali propagatione apud ferè omnes Romanos Imperatores, qui inde

Ano. 26. inde fuerunt ſubſequuti, continuatis temporibus ſic propagari cœpit: vt vix nec per aliquod tempus breuiſsimum abſtinere ſe potuerint, donec illorum ſanguinem tanquam canes ſitientiſsimi abſorbere inhiarent.

Cõfir. 1. Nã eſtõ iſta certiſsima ſint: & hanc eandem veritatem corroborent, & manifeſtê confirment perſecutiones illæ immaniſsimæ, quas ſtatim poſt Aſcẽſionem admirabilem Meſsiæ noſtri ad cælos â maioribus veſtris, & à Rege Agrippa Eccleſia noſtra paſſa eſt. Et illæ diræ ſtrages, quas de curſu temporis, vt Oroſius lib. 7. c. 27. Suetonius in vita Neronis, Cornelius Tacitus. lib. 3. cap. 33. 34. 35. 36. & 37. & Plinius Iunior. lib. 10. Epiſtolarũ epiſt. 104. & 105. refferant: illi crudeliſsimi Imperatores, ſcilicet Nero, Domitianus, Traianus, Hadrianus, Seuerus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Diocletianus, & Maximianus ſæuiſsimê in cunctos Chriſticolas ſic exercuerunt: vt potius beluarum ferociſsimarum naturam, quam humanam illos induiſſe cunctis videretur.

Cõfir. 2. Et hoc idem doceant clare illæ perpetuæ infeſtationes, & editiones execrandæ, quas hinc ab Hæreſiarchis, ſcilicet à Iouiniano, Heluidio, Arrio, Macedonio, Manicheo, Neſtorio, Euthiches, Pelagio, Vigilantio, Sabelio, Valentino, Hebione, Deſiderio, Cerdoniano, Photino, Donato, Appollinario, Heraclio: illinc ab incantoribus, ſcilicet à Simone, Menandro, Zoroaſthe: hinc ab inſulatoribus, & ſciſmaticis, ſcilicet à Conſtãtio, Iuliano Apoſtata, Atanarico Rege Gotorum, Redagaſio, Genſerico Vandalorum Rege, Atila Rege Humnorum, Zenone Imperatore Conſtantinopolis, & à Tottila Rege Gottorũ: â Cõſtantino. 3. & 5. Leone. 3. Attulpho, & Deſiderio Regibus Longobardorũ, ab Henrico. 3. & 4. â Federico. 1. & 2. & Otto, & Ludouico Imperatoribus Romanorũ: illinc deniq; ab impijſsimis Sarracenis, cruẽtis & ſanguinarijs illis 158. prælijs á tẽpore Heraclij Imperatoris, & Bonifacij PP. V. vſq; in hæc noſtra tẽpora immaniſsimè cõcitatis cõtra Chriſtianos Eccleſia hæc nr̃a eſt miſerabiliter paſſa. Ex quibus tot cædes, tot clades Chriſtianorũ populũ ſuſtinuiſſe eſt certũ: quantũ ſanguis copioſus illorũ inmaniter effuſus apertè teſtatur: cùm is fuerit, qui valuerit non ſolùm fluuiorum aquas in ſanguinẽ conuertere, verũ magnam partem terræ tãquam aqua pluuiali madefacere. Inſuper etiã nobis adhuc opponant, nunc iſtis tẽpo- Cõfir. 3.

 ribus

ribus religionem nostram Christianã crudelissimè oppugnari ab illis amplissimis prouintijs, quæ sunt in Asia, scilicet ab Assirijs, à Perside, Mesopotania, Babilonia, Arabia, Phænicia, Syria, Partia, Palestina, AEgypto, Canopia, Scitia, Bactria, Hyrcania, Albania, Armenia, Capadocia, Iudæa, Samaria, Galilęa, Bittinia, Galatia, Phrigia, Pamphilia, Lidia, & ferè à cunctis prouintijs Africæ: in quibus omnibus quasi greges ouium Christiani quotidie tot occidũtur, mactantur, & deuorantur: quot nec lingua vlla recenseri, aut memoria aliqua retineri, aut numero comprehendi possint.

Solutio

Sed tamẽ intrepidè respõdere possumus istis, qui hęc omnia nobis obijciunt, vt pacem qua fœliciter Christiani interius potimur, perturbare aliqua ex parte valeãt: & quã Messias ex tunc hucusq; cunctis Fidelibus impartitur, obscurẽt: summã, & ingentẽ esse ignorantiã, quę tenuit, occupauit animos, & corda eorũ, & obscurauit eos: nè intuẽrentur veritatẽ in integrũ quę in illis adimpleta est, quam prędixerat Psalmista, scilicet quòd *oculos suos statuerunt declinare in terram:* id est, terrena ista quę exterius tantùm tanguntur, videntur, & palpãtur, solũ conspicerent: nullatenus intueri valentes abundantiam pacis, quam Messias noster, his & alijs afflictionibus, cunctis Fidelibus suis interius liberaliter cõcedit. Quæ tanta, & tã cælestis, immensa & diuina est, vt meritò de illa acclamare possit Paul. quòd *exuperat omnem sensum* An oculi eorũ ita spirituales sunt, vt sicut fideles admirabilem vim huius pacis cælestis clarissimè intuentur, imo experiuntur quotidie: ipsos etiã videre, & experiri posse certè arbitrentur? Equidẽ ni fallor, mẽtita est iniquitas sibi: nulla scintilla huius diuinæ pacis vnquã apud corda illorum splenduit, aut tãtillũ irradiauit. Alioquin enim non solùm experimento clarissimo agnoscerent, magnã eximiam, & admirandam huic nostę paci Christianorũ inesse diuinitus virtutem: quãdoquidẽ ea vna sic interius corda eorũ lætificet, confortet, nouoq; spiritu, & cælesti aura viuificet: vt illa tanquã cælesti pastu nutritos Fideles vincula, carceres, bonorum amissiones, exilia, falsa testimonia, populorum cõtra eos concitatos tumultus, Principum insidias, Regum cõminationes, tyrannorum sęuitiã, Dęmoniorum machinamenta, cunctorum ministrorum eorũ potentiã & audaciã in interitum Christianorum maximè paratã, varia, & crudelissima mortis genera nec perhorrescere

Psal. 16.

Phili. 4.

cere

cere, nec vnquam eos diuellere potuiſſe ab illa arctiſsima pacis vnione, qua copulati ſunt in vnum cum Chriſto, qui fecit vtraque vnum: verum etiam eos tanquam ſuſpenſos, & attonitos in celebrandis, & vſque in cęlum efferendis heroicis, & inclytis laudibus huius pacis Chriſtianorum noctu diuq; maximé occupatos viderent: Aſsidua mentis cogitatione intra ſe Fideles cōtemplantes continuó, illis miſeris temporibus, in quibus Chriſtiani tanquam oues ad occiſionem ducebantur, & ſuper altaria tāquam victimę occidebantur: capiebantur Epiſcopi, Pręsbyteri interficiebantur, religioſi necabantur, & officia clericorum ſubuertebantur: conculcabantur Fideles, Eccleſię diripiebantur, altaria Chriſti equorum immunditia fœdabantur, & loca ſacra cruore Chriſtianorum vndique repleta inueniebantur: infantum, ſenum, pulcherrimarum virginum, venerabilium matronarum corpora dilaniata, ludibrio expoſita erant: vbique luctus, vbiq; gemitus, ſingultus, lachrymę & cuncta mortis imaginem repręſentabāt: tunc inquam tantam vim, & virtutem, cunctis pręſeferre admirandam, iſtam, celebrem, & cęleſtem pacem Chriſtianorum & quā Meſsias Fidelibus ſuis liberaliter communicauit: vt & ſi vndiq; opugnari, & cōcuti videretur ab aduerſarijs, non tamen vinci, aut debilitari vnquam potuerit. Quę omnia apertè inſinuare viſus fuit Pſalmiſta, dicēs: *Sæpè expugnauerūt me a iuuentute meā: etenim non potuerunt.* Pſal. 129. Poteſt ne quidquā de iſta noſtra pace celebrius, aut magnificentius, aut diuinius dici, aut excogitari, Rabbini doctiſsimi, quā quod cūm fortius hāc & illāc perſequebatur: copioſius hāc & illāc pullularet? cūm vehementius opprimebatur: tunc magis lęta quieſceret? dū vilius contēpnebatur: vberius proficeret? dū acrius extinguere illam eius aduerſarij conabantur: ardentius micaret? dūq; tot tormentorū genera cōtra illam abhibebantur, vt illam perturbarēt, obſcurarēt, & funditus de medio tollerent: tūc illa magis & magis ſerena, ſplendidior, & firmior perſeueraret?

Et quando iam excellentia huius pacis, quę cum cęleſtis, & diuina ſit, omnem expellit foras timorem, & cunctam ſuſpicionem perturbationis: ſatis quidē cūctis innoteſcere cœpit per ea, quę Chriſtus dixit: *Pacē meā do vobis, pacem meam relinquo vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis, &c.* Ioan. 14. & ea quę Apoſtoli validiſsimis huius pacis pręſidijs armati, in ſignum

num huius veritatis ediderunt: quando *ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Et Psalmista olfaciens, antiquitus de ea annuntiauit: *Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis Leonem, & Draconem. Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eũ, quia cognouit nomen meum, &c. Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum, &c.* Quæ maximè cohærẽt cũ illis: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Stote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, &c. Cum autem tradent vos, nolite cogitare, &c.* & illis Matth. *Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* & illis. *Nolite timere eos, qui corpus occidunt: animam autem non possunt occidere.* & Ioan. *Hæc loquutus sum vobis: vt in me pacem habeatis. In mundo præsuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.*

Actor. 5. Psal. 91. Mat. 10. Matt. 5. Mat. 10. Ioan. 16.

CAP. III.

Recentium Rabbinorum impia in Messiam, & legem eius obiectio reffutatur.

Reliquum est, vt iam istorum deliria omittentes alteram huius disputationis nostræ aciẽ in illos impios, & consceleratos Neotericos Rabbinos cõuertamus. Qui vt signa ista apertissima quę Regius Psalmista ad discernendũ clarissimè primum aduentum Messiæ cunctis adhibuit, funditus euertant: palàm docere conantur, Messiam nostrum adeò pacis inimicum in decursu suę vitæ continuò extitisse, vt potius perpetuus debellator, quã vir pacificus ab omnibus meritò nuncupari meruerit. Pręsertim cùm conspiciant, cuncti præcepta, & consilia ab eo Apostolis, & eius Discipulis tradita eò tendere: vt non solùm pacem externam, & politicam hominum ab imis fundamentis dissipent, destruant, & euellant: vt id satis confirmare videntur illa verba Matthæ. *Non veni pacem mittere: sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suum. Et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrẽ plusquam me non est me dignus, &c. Et qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus, &c. Qui inuenit animam suam, perdet illam: qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eã.* & Luc. *Si quis vult post me venire: abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam*

Matt. 10. Luc. 9.

ſaluam facere: perdet illam. Nam *qui perdiderit animam ſuam propter me: ſaluam faciet illam.* Et illa
Lucæ.14. Lucæ. *Et qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et Ioã.
Ioan.6. *Nõ eſt ſeruus maior domino ſuo: ſi me perſequuti ſunt, & vos perſequentur.*
Mat.4. Matt. *Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cælorum.* Et illa
Matth.5. Matthę. *Beati, pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati, qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos, mentientes propter me:* verum etiam conſpiciant, in omnibus legi ipſi naturali, quam cuncti mortales cum ipſo lacte nutriti, & educati imbiuimus, & quam author naturæ noſtris pectoribus inſerendam eſſe conſultò decreuit, maximè legem Euangelicam aduerſari, & contrariari: vt aperte ſignificare viſus fuit Paul. di-
Rom 7. cens: *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* & ſuperius. *Quod enim operor, non intelligo: nõ enim quod volo bonum hoc ago: ſed quod odio malum, illud facio. &c.* Non enim *quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autẽ quod nolo, illud facio, non iam ego operor illud: ſed quod habitat in me, peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum: quoniã mihi malum adiacet.*

Nam facile equidem hi á nobis cõuincentur de ſuo errore, ſi ſtatim eis reſpondeamus, quòd quamuis veriſsima ſint quæ dudum ab illis adducta fuerunt in deſtructionem noſtrę ſolidæ veritatis: & vnâ cum illis ſimul fateamur, vitam Chriſtianorum nihil aliud præſeferre pręter cõtinuam militiam ſuper terram, vndiq; expoſitam hinc continuis laboribus, & illinc aſsiduis anguſtijs: hinc grauiſsimis iniurijs, illinc importunis afflictionibus: hinc inſidioſis ſubſannationibus, opprobrijs innumeris, & varijs ſeditionibus: illinc deniq; acerbiſsimis perſecutionibus, & perpetuis, aduerſitatibus & cõtradictionibus. Sed tamẽ nullatenus illis propterea aditũ eſſe reſeratũ, vt inde affirmare poſſint, potius rixę, & cõtentionis, quã pacis, aut quietis legẽ Euãgelicam, habere rationem: aut legi naturali, quæ dictat: *Quod tibi non vis, alteri ne facias:* ſummumq; cultum ſupremo conditori rerum tribuẽdum eſſe (quę omnia breuiſsimè complexus fuit Dauid, dicens: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*) aliqua ex parte aduerſari. Pſal.4.

Solutio

Digitized by Google

Nam eſtò terreno, & veteri homini poſt primum noſtrorũ parentum peccatum, arduum, & difficile prima facie videatur id, quod lege Euãgelica à Meſſia noſtro præceptum reperitur: nempe parentes noſtros à quibus generis nobilitatem, honorem, & vitam liberaliter accepimus: à nobis eſſe relinquendos, vt commodius perfectionẽ Euangelicam ſequamur. Vitam noſtram, qua nihil pretioſius homini contigit (nam ea vna de medio ſublata, tot, tantis, innumeriſq; donis orbatur, quot cum cæteris animantibus excellentem, & ſummè præſtantem reddunt) pro defenſione religionis Chriſtianæ, paruipẽdendã fore, nos etiã ſpontaneè & intrepidè acerbiſsimæ morti exponendo. Omnibus diuitijs quibus fruimur, renunciandum eſſe, elargiẽdo illas pauperibus, vt inde ſi nõ fame pereamus, miſerè ſaltim mẽdicare cogamur. Simulq; ieiunio ſcilicio, & abſtinentia continua carnem noſtram noctu diuq; domandam eſſe: quibus neceſſariò citius conſequatur mors. Cælibatum etiam, & virginitatem ſeruandam hortemur: licèt filiorũ lętitia, & adiumento quod hi in ſenectute venerandis parẽtibus adhibere ſolent, in poſterũ orbemur. Et inſuper nimis laborioſum, & ferè impoſsibile multis ſemper apparuerit, quòd lege Chriſti præcipimur, inimicos diligere: & eos quos noſtri ſanguinis omniũ ſitientiſſimos eſſe experimur, varijs iniuriarũ, & perſecutionũ generibus nos vndiq; opprimẽtes, ęquo, & beneuolo animo ſuſtineamus: cùm adhuc brutis ea ſit inſita, & innata à natura vis, vt ſemper incolumitatem ſuam tueri conentur. Et deniq; quòd propriã voluntatẽ negemus, ab omnibuſq; voluptatibus huius ſęculi abſtineamus: cũ adeo hominẽ liberũ ſummũ Opificẽ cõdidiſſe acclamet Scriptura, vt in manu eius mortẽ, & vitã Deũ appoſuiſſe eandẽ teſtetur, & tanquã dominũ cunctarũ creaturarũ in illo Paradiſo, imo in iſto mundo illum conſtituiſſe dominũ, cuncta ſub pedibus eius ſubijciendo. Sed certè ſi hi omnes veterẽ hominẽ cũ omnibus eius paſsionibus omnino ex nũc exuerent: & nouũ hominẽ induerent, cæleſtem inquam, & ſpiritualẽ non dubito, quin ſtatim in aliã verã, & multò tutiorem viam ingredi vnà nobiſcũ ardẽter conarẽtur. Clariſsime indecõſpiciẽtes, imo ſummo cultu, & veneratione venerantes illã eximiã, & admirandã quietẽ, & pacẽ cæleſtẽ, qua interius etiã his omnibus laboribus, & afflictionibus vndiq; Fideles circumuenti, copioſiſsimè gaudẽt. Quæ tanta eſt, vt & ſi exterius huc & illuc innumeris, varijſq; iniuriarũ, & cruciatuũ generibus oprimãtur, aſsiduiſq; per

ſecu-

ſecutionibus circũueniantur, cru delisſimeq́; illorum corpora, & mẽbra dilanientur: tamẽ in præ cordijs animarũ ſuarũ ea fœlici tate ſumma, & trãquilitate vndiq; repleãtur, qua cæleſtes illos ſpiritus, & incolas cælorum aliqua ex parte adęquare valeant.

Cõfir-matio huius veritatis.

Acclamat Apoſtolus, quòd *animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei*, ſtultitia enim eſt illi: Et vos adhuc vnâ cum maioribus veſtris omnino perci pere, & ad intima penetrare arbitramini. quantũ ſit illud gaudiũ, quantave lętitia, qua vndiq; ab undãt diſcipuli Chriſti, eius volũtati in omnibus conformes effecti: quando pro ea vna comparãda cũcta huius mũdi, cũ caduca, fluxa, incerta, multis periculis expoſita, perpetuoq́; laben tia ſint: tãquã extercora ſpurcisſima cõcultanda eſſe liberé ſecũ ſtatuerũt? Eia, charisſimata ſpiri tualia emulamini: vt illis, exornatis, informatis, & illuſtratis cordibus veſtris agnitione horũ donorũ ſpiritualiũ, quæ in pa ce iſta, quã Mesſias noſter ſecũ omnibus attulit, & impartitur ſuis electis, cõſiſtit: in clarisſimã cognititionem aduentus primi Mesſiæ deinceps adducamini.

Equidẽ iã ad exiſtimãdũ cog. r, in fœlicisſimi Iudęi, quòd ſi hoc vnũ ingẽs, & ſingulare beneficiũ Mesſias noſter nũc denuo vobis impartiri non dedig naretur (quod nõ eſt diffidẽdũ) ſtatim ſic mẽtes veſtrę micãtes, ſummè ſplẽdeſcerent: vt nullatenus occaſionẽ nanciſceremini, ex illis verbis Lucæ. *Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuũ, & ma trẽ, & vxorẽ, & filios, & fratres, & ſorores: nõ poteſt meus eſſe diſcipulus:* & ex alijs teſtimonijs ſu pra à nobis allatis: affirmandi cõtra nos, ſcilicet legẽ quã Mesſias noſter nobis obſeruandã re liquit, maximè in omnibus contrariari ſummæ paci, quã futurã eſſe Pſalmiſta prædixerat per vniuerſum terrarũ orbẽ, inſignũ aduẽtus primi Mesſię. Sed potius illis inſtrueremini in cognitione clara, ad quã cunctos mortales al licere conatur Mesſias noſter il lis verbis. Contẽplãtes etiã, quã aptè ipſa verba ſine vllo alio interprete præſeferãt, nẽpe amo rẽ carnalẽ, quo homines parẽtes ſuos, aut filios, aut ſorores, aut cõſanguineos proſequũtur: eo in omni euẽtu poſponẽdũ eſſe illi nobilisſimo amori, & amicitiæ qua Deũ proſequi tenẽtur, quo carnale ſpirituali, caducũ cõſtãti, tẽporale perpetuo, & humanũ cæleſti ſubijci eſt neceſſe. Præſertim, quãdo ita eſt immodera tus, & inuſitatus, & excedit limi tes rationis: vt magno impedimento nobis eſſe posſit, vt amo rem multis de cauſis Deo debitum, illis impendamus. *Luca. 14.*

Inſuper ſtatim clarisſimè intelligeretis, illa verba Pau. quibus ſe aliam legem ſentire in membris

bris suis repugnantem legi mētis eius dictitabat, eo dicta fuisse ab illo, non equidem vt illis verbis nonnulli legem Christianorum potius rixarum, & contentionum nuncupari debere arbitrarentur: sed vt illam tāquam legem summæ vnionis, amoris, & pacis deinceps vnanimiter omnes illam suspicerēt, & venerarentur.

Et quis adeo furens, aut temerarius esse, aut excogitari à nobis iam poterit, qui sacrilega voce hæc conuitia execranda nostræ legi Christianorum imponere conetur: aut tantam iniuriam illi irrogare contendat, eam legem dissensionis blasphema linguā nuncupando? Nam præterquam quod bellum illud assiduum inter carnem & spiritum, post primum nostrorum parentum miserandum lapsum, durum, atrox, & sanguinarium sit: donec nouus homo in nouitate vitæ incedens, vestigijs Christi insistens, merito Passionis Christi instructus, & adiutus carnis illecebras inordinatas, effrenatas eius concupiscētias, & desideria carnalia comprimat, & sic intra cancellos rationis contineat, vt dicat cum Paulo: *Non enim quod volo bonū, hoc ago: sed quod odio malum &c.* Rom. 7.

Tamen ipsa pugna adeo suauis, iucunda, & dulcis est, quanta est gloriosa, & perpetua pax, quæ in omnem hominem redundat: ex qua consequitur, vt iam homines antiquam illam fœlicitatem nostrorum primorum parentuum, qua potiebantur in fœlicissimo eorum statu, & si non consequi, at saltem imitari studeant: quod summæ fœlicitati est illis tribuendum. Et etiā post admirabile hoc donum liberaliter à Christo illis cōcessum, tot, tantæ, & expectatissimæ sunt victoriæ, quas quotidie diu ex ipso continuo certamine inito, vnanimes, & conformes in omnibus voluntati diuinæ effecti Fideles nostri, scilicet cûm caro aduersus spiritū, spiritus contra carnem, & cunctas passiones eius insurgunt: singulariter, & diuinitus reportant, carnem non solum compescentes, verùm in seruitutem redigentes, instar Paul. qui dicebat: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*: vt non solum bello isto illustriores & immortali gloria digni reddantur: verum tanto fœliciores efficiantur, quantum ex inimicis tryumphum agere, semper gloriosum mortalibus iudicatum fuit. 1. Corin. 9

Neq; est iam, cur viribus humanis tantùm fixi, isti obstinati consequi sperent, nisi cælesti auxilio adiuuentur à Deo: & ab eo qui est pater luminum, animæ eorum illustrentur abundātissimè. Vt intelligant, quanta sit Cōfirmatio huius veritatis.

ſit longitudo, altitudo, latitudo, & profunditas conſolationum interiorũ,& tranquilitatis illius immenſæ: quã Pœnitentibus in carnis maceratione: Religioſis in renunciatione rerum huius ſæculi,& abnegatione propriæ voluntatis: Virginibus in abſtinentia ſuarum paſsionum: Martyribus in crudeliſsimis tormentis ſuſtinendis: cunctiſq; alijs, ſummis laboribus,& anguſtijs vbique conſtitutis, copioſiſsimè Deus impartitur. Cùm ea tantæ ſit excellentiæ, præſtantiæ, & dignitatis: vt vix ab vllo alio preterquam ab ipſis qui eã ſuauiter experiuntur, aliqua ex parte ſignificari, imo nec concipi poſsit. Neq; mirum iam profecto alicui eſſe debet, quòd iſta de noſtra pace palam prędicemus? Nam præterquã quòd hęc vna in agone omnibus Fidelibus cõſtitutis abundanter patientiam inuictam communicat: vt per illam in his omnibus laboribus gradientes, aſpicienteſq; in authorem Fidei, & conſumatorẽ Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta: ad propoſitum ſibi certamen velociſsimè currãt. Et recogitantes eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionẽ, ardentius in amanti deſiderium inflammentur: ſummopere contendentes, ſingularem,& incenſum amorem illius amantis, qui tradidit ſemetipſum pro nobis ad exhauriendum multorum peccata, amore eodem rependere: vt ſic commodius in amatum transformẽtur, qui dixit: Nõ *eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: nec ſeruus ſuper Dominũ. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruus ſicut dominus eius. &c.* & alibi. *Si me perſequti ſunt, & vos perſequẽtur.* Similiter dicere de illis poſſumus, quòd ſic de nouo aſſidua contemplatione immenſitatis illius gloriæ perpetuę, quæ in præmium,& coronam tantorum certaminum illis confertur (quę tanta eſt, *qualem nec oculus vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis aſcendit*) copioſe, & ardenter recreantur, & tamquam interna lætitia conſopiti vndiq; manent: vt non ſolùm omnes huiuſmodi perſecutiones, & cuncta tyrannorum, & cruciatuum tormenta tamquam leuia, & momentanea eſſe iam dudum arbitrentur: verùm vehemẽtius ad illa ſubeunda, vt celerius præmia æterna conſequantur, omnibus modis inardeſcant, & anhelent.

Quæ cùm ita ſe habeãt, iſtaq. cæleſti luce per tot annorũ longinqua curricula vos, & maiores veſtros miſerè orbatos eſſe intueamur: non eſt mirandum profecto, ſi tamquam cęcutientes, innumeriſq tenebris circumuẽti, Solu. 2.

ti,

ti, ad exiſtimandum adducamini, legem noſtram Chriſtianorũ, quam nos pacis & tranquilitatis meritò ab omnibus dici, & nuncupari docemus: legi naturali maximè aduerſari. Sed quid? fas eſt, vt cæci de coloribus ſuũ iudicium ferant? Si ad id vnum fatendum ex nunc cogimini ex eo, quòd dicat. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*: & alibi: *qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet*: paululum, quęſo, ſiſtite, nè corruptibilitatem animarum palam nunc denuo ignoranter docere contendatis. Quandoquidem Philoſophi Gẽtiles, lumine rationis tantum illuſtrati eas immortales non ſolùm prædicarunt: verùm in defenſionem huius veritatis, inſtar Socratis quam plurimos ex illis mortem crudeliſsimam ſubiſſe teſtantur vetuſtiſsimæ hiſtoriæ.

Matth. 10

Sed vt paulatim hæc omnia diſcutiantur, & validiſsimę veſtrę rationes accuratius à nobis examinentur, & perpendantur: Rogo iam, nunc mihi dicatis, quid fœlicius, aut glorioſius homini euenire poteſt, quàm ſi pro religione ſua ſancta, pro patriæ legibus omni ex parte immaculatis, & iuſtificatis, pro honore Dei veri ſui, â quo eſſe, viuere, & cuncta quæ habet, accepit, & illi vni tribuenda eſſe palam agnoſcit: & pro patria illa cęleſti, ad cuius conſecutionem Deus ſingulariter illũ effinxit, vitã ſuã morti exponat? Vt adepta ea æterna vita, & numquam deinceps interitura, viuat vnà ſimul cum corpore: ita vt etſi ſeminauerit illud mortale, & corruptibile, & cum ignominia in ipſa morte: accepturus ſit illud in perpetuum immortale, incorruptile, & numquam amplius moriturum, & glorioſum, vt Paul. inſinuauit, dicens: *Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget corpus ſpirituale*. Quid forſan amplius mortales homines per longinqua annorum curricula comparare certiſsimè ex hac vita poterant, quod nõ breuiſsima temporis mora ſecurius conſequantur: ſi vitam ſuam in defenſionem honoris Chriſti morti conſecrare libenter non recuſent? vt illa verba Chriſti inſinuant: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram Patre meo*. Quibus nè diuitijs ampliſsimis, aut bonis ſupereminentibus, morte occumbentes pro Chriſto orbabuntur vt non maioribus, & cumulatioribus, & in perpetuũ duraturis, inde cũ maxima ſecuritate abũdantius, & magnificentius exornentur,

1. Cor. 15.

Matt. 10.

nentur,& ditentur? Quanã bonorũ affluentiam ciborũ delicatiſsimorũ abundantia,& epularũ varietas hominibus importare poterunt: quominus illis citius homines ad mortem quaſi celeribus quadrigis euecti non properent,maximeq; impediantur,vt ſe totos ſpiritu,& mente Deo noctu diuq; altiſsima contẽplatione conſecrentur,& mãcipentur? Quanam adeo ingentem lętitiam,aut ſingulare alleuamentum pergratos filios parentibus ſuis obſeruantiſsimis in iuuentute,aut quod præſidiũ pręſtantiſsimũ illis iam iam ſeneſcentibus præſtare poſſe vnquã vos dudũ arbitramini: quod valeat aliqua ex parte cũ quiete illa,& lętitia ſumma comparari, qua abundantiſsimè caſti,& cõtinentes in pueritia,adoleſcẽtia, in iuuentute,ſenectute, & toto decurſu vitæ eorũ inſtar Angelorũ potiuntur? Quandoquidem adhuc in iſta carne vitã degentes, ſic ſpirituales reddantur, ac ſi omnino carnis expertes eſſent:id vnũ conſequentes,quòd maximè ſupremam Angelorum naturã non ſolũ exornat,condecorat,& nobilitat: verũ ſi dici poteſt,lõge excedit. Quas ne iniurias inimici noſtri capitales, crudeliſsimis ſuis perſecutionibus acerbiſsime nobis illatis, & ſi diuitias,honorẽ, famã noſtrã, aut filiorũ,aut parentũ violenter nobis palã auferant,nobis inferre poterũt,quæ à nobis ſi attẽtè in illa non Critolai,ſed rationis rectiſsima ſtatera ponderentur, tantũ abeſt,vt iniuriarũ nomine potiantur: quo minus omnia illa tãquam beneficia cœleſtia, à Deo ipſo hominibus, prouida & matura permiſsione eius cõceſſa,cũcti omnes illa amplecti ſũmo amore exortemur & ſępe cogamur? Quandoquidè præter quã quod ingentẽ materiã nobis ſuppeditant, vt magnitudo inuicta animi noſtri in ſuſtinendis illis iniurijs patienter (qua vna re longè lateq; omnes alias gẽtes, excellimus) clarius cũctis inde innoteſcat: ſimiliter vberẽ occaſionẽ Fidelibus qui illas patiẽter tolerant,prębeant: vt induſtria eorũ inclytũ legis Euangelicæ nomẽ multo admirabilius,maioriq. cultu,& reuerẽtia dignius,ob iſtã cæleſtem prærrogatiuam diuinitus illi cõceſſam,apud cũctas nationes reddatur: ipſi vero Fideles tãquã Semidei ab omnibus fere, ob hoc admirandum facinus, habeãtur: maioriſq. gratię in hac vita participes effecti,in alia omniũ illorũ cæleſtiũ bonorũ quæ Deus amicis ſuis abũdãtiſsime impartitur, fœliciſsimi hæredes fiãt: ſecũdũ illud Mat. *Beati qui perſecutionè patiuntur propter iuſtitiã: quoniã ipſorũ eſt regnũ cælorũ &c.* & alibi. *Beati eſtis,cũ maledixerint vobis homines &c. Gaudete,& exultate: quoniã merces &c.*

Doctiſ-

Doctiſsimi Rabbini, ſummæ fœlicitati voluntati humanæ tribui debet, vt inſtar brutorum, quæ appetitus ſuos ſequendo in omnibus, carnalia deſideria explent: carnis illecebras, & paſſiones effrenatas ſequatur potius, quam rationis lumen ſplẽdidiſsimum enixè amplectatur: libereq. cunctis voluptatibus, & diuitijs huius ſęculi abſq. vlla contradictione fruatur, eam inquã ob cauſam quia in omnibus eius actionibus liberam eã Deus Optimus Maximus à primo eius exordio condiderit: & non ſummæ miſeriæ, & infœlicitati? Quandoquidem immemor tanti beneficij, oblitaq. ſuæ naturę, quam Deus ad fruenda ſua bona cæleſtia, maturo conſilio & diuina prouidentia ab æternitate ſua effingere ſtatuerat, nunc perituris, & caducis rebus huius ſæculi, tot periculis, & temporum mutationibus vndiq. expoſitis: vanis, & futilibus voluptatibus humanis, quæ mentem humanam vix aliqua ex parte nec per minimum tempus explere valent, tota conſecrata maneat, & in hac vna re ſit cuncta noctu diuq. intenta, vt fruatur vtendis, & vtatur fruendis? Ex quibus omnibus neceſſariò conſequitur, quòd non ſolùm grauiſsimam ingratitudinis labem præter alia deteſtanda crimina, turpiter incurrat (cùm omnia huiuſmundi, & ſe ipſam miniſterio, & ſeruituti illius à quo cuncta acceperat, mancipare obliuiſcatur,) verùm iam tam quam carnalis effecta, in aliãq. naturam transformata, peruerſè abutatur illa potiſsima occaſione ſibi diuinitus conceſſa ad cõparandum ſibi æternum, & immenſum pondus gloriæ, & inarceſsibilem coronam iuſtitiæ: cùm potuerit non tranſgredi legem Chriſti facillimè, & ſic imprudenter, & maxime voluntariè abſq. vllo fructu fuerit trãſgreſſa.

CAPVT IIII.

Quàm concinè ea quæ in teſtimonio Pſal. ſupra allato refferuntur, Meſsiæ noſtro conueniant, demonſtratur.

ET quando iam ex omnibus iſtis quæ nuper breuiſsimè attigimus, manifeſtè omnibus patet, legem Euangelicam & ſi Chriſtianis ea quę maximè aduerſantur carni, ſeruanda præcipiat nullatenus legi naturali contrariari, ſed potius illam mirifice exornare, perficere, & nobilitare: cùm tantùm ea præcipiat, quæ & ſi repugnantia ſint appetitui ſenſitiuo, tamen id vnum pręſtat: vt caro ſpiritui, ſpiritus rationi ſubdatur; & totus interior homo arctiſsimo amicitiæ

amicitiæ vinculo cum Deo ſuo perpetuò copuletur. Conſequens etiam eſt, eo properare celeriter contendamus reliquo noſtræ diſputationis diſcurſu, quò ſigna illa à Dauid in oſtenſionem aduentus primi Meſsiæ tantùm adhibita nos dudum vocant. Et merito ad illa contemplanda, attenteq; conſideranda nos inuitat Propheta: cùm adeo magna, inuiſa, & inaudita ſint, vt omnem conſiderationem, & contemplationem ſuo iure poſtulent, & efflagitent.

Neq; quidquam aliud ex his, quæ apponuntur in limine ipſius Pſal. nobis iam augurari licet. Quandoquidem vt cunctos mortales ad atentionem ſingularem earum rerum, quæ inferius in ſequentibus carminibus dicere propoſuerat, ex magnitudine myſteriorum, quæ in illo cunctis annuntiare conabatur: non ſolum iſtis verbis aggreſſus ſit Dauid: *Deus nobiſcū, ſpes & fortitudo: auxilium in tribulationibus inuentus eſt valde*: et inferius, vt apertius altiſsimum Incarnationis myſterium cunctis manifeſtaret, addiderit. *Dominus exercituum nobiſcum: eleuatio, vel, protector nobis Deus Iacob, Selah.* ac ſi diceret: Auribus percipiant omnes habitatores terræ ſupremam hanc fœlicitatem, quæ cunctis mortalibus eueniet: quia futurum eſt tempus, in quo tanta, & inaudita fœlicitate fruantur homines, nempe vt oculis ſuis certiſsime conſpiciant, Deum illum magnum, fortem, & regem ſuper omnes Deos, inter illos tamquam verum Deum & hominē commorari, vt protectoris officio fungatur, tamquam qui eſt Deus Iacob: & dominium, & imperium ſuum palam exerceat contra Dæmonem, qui ab initio viarum ſuarum in hac vna re eſt maxime intentus, vt omnes mortales ſupplantet & ad condēnationis perpetuę locum vnà ſecum illos varijs erroribus, & vitiorum generibus deducat: vt illa verba Ioannis. 14. inſinuant *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quid quam.* et illa Apocalipſis: *Et exiuit vincens, vt vinceret.* et Pauli. *Et ſpolians Principatus, & Poteſtates, traduxit confidenter, palam tryumphans illos in ſe ipſo.* Verum etiam reperiamus, vt cunctos ad aperta ſigna huius ſupremi Incarnationis myſterij conſideranda, vehementer alliceret, & inuitaret, ipſum dixiſſe. *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit ſolitudines, vel, prodigia, vel, ſtupores in terra, ceſſare faciens bella vſq; ad extremum terræ. Arcū conteret, & concidet haſtam: plauſtra cōburet igni.* Et merito quidē à regio Propheta iſtā dictionē, *Samot*, ideſt, deſolationes, ſo-

Pſal. 46.

Ioan. 14.

Apoc 6.

Coloſ. 2.

litudines, ſtupores, & prodigia ſignificantem, appoſitam eſſe conſpicimus: vt iſtis nominibus aliqua ex parte exprimerentur ſigna prodigioſa, & portentoſa, quę Meſsias noſter primo aduentu ſuo, vt cũctos in eius cognitione inſtrueret, & informaret, palam editurus erat:

Expoſitio vera. Teſtimonij pſ. 46.

Nam eſtô opera manuum Dei nuncupentur, imo ſint cæli ſplẽdidiſsimi, tanta ſtellarum multitudine, & varietate mira exornati, eximia illa ſua immenſitate admirabiles, ingenti pulcritudine ſummè venuſti: ob id potiſsimè, quia ſic continuo eorum motu, & perpetuo influxu cuncta iſta inferiora viuificant, alunt, augent & conſeruant: vt nec momento temporis abſq; illorum motionibus ſtare poſſint, aut conſiſtere, quæ ſub eorum ambitu continentur, vt ex illis verbis Ariſtotelis nobis colligere licet: *Neceſſe eſt, hunc mũdum inferiorem contiguum eſſe lationibus ſuperioribus: vt ab illis regatur, & gubernetur*. Inſuper multis & iuſtiſsimis rationibus, opera manuum Dei vnanimiter ab omnibus appellentur vniuerſa elementa: quorum actione, & paſsione cunctæ res procreantur, gignuntur, augentur: & illis quaſi in centris ſuis animalia, piſces, & volatilia continentur, quieſcunt, & ſuſtẽtantur. Et tandem cuncta iſta ingens, & immenſa totius mundi machina, tãta arborum, plantarum, nemorũ, herbarum, & ſegetum varietate viſui delectabilis: tanta animantium diuerſitate multiplex, rerum multitudine infinita, ordine, & ſitus diſpoſitione ita ſic admiranda: vt cunctorum animos quaſi ſuſpenſos, & ſtupefactos in eius conſideratione cæleſti quadam vi perpetuo teneat.

Cõparatio operũ mirabilium Dei.

Tamen ad exiſtimandũ ſemper adducor, quód ſi cuncta iſta opera ſtupenda, & vniuerſa alia, quæ ad orbium cæleſtium venuſtatem, & ad huius mundi ſummam perfectionem à ſummo illo, & potentiſsimo Deo, cunctarum rerum conditore vnico in lucem de manibus eius prodierunt, cum operibus iſtis inauditis, quæ prodigiorum nomine â regio Propheta exornantur, quæ Meſsias noſter additurus erat, imo edidit iam, & quotidie in illis edendis per Fideles ſuos abſq; vlla intermiſsione ſolicite conſulit, á nobis conferantur: meo iudicio & ferè omniũ ſapientiſsimorum virorum, multo minora illis omnibus videri poterunt, imo & debebunt. Neq; id maximæ temeritati mihi tribuendũ eſſe arrogãter quidã palã prædicent. Nã quamuis venuſta, grata, & admirabilia cũctis ſint, & videantur illa opera, quę in miniſteriũ totius generis humani,

humani, & in eius ferè infinitã propagationem per tot annorũ sæcula subsequturã initio mũdi Opificẽ Maximũ Deũ edidisse cõperimus: Sed quis nobis inficiari erit iam ausus, vt illa ferè tãquã caduca, mutabilia, & numquam in eodem statu consistentia non appellemus? Præsertim si attentè contẽplemur prodigia ista Messię nostri, á tempore aduentus primi sui in mundo vsq; in finẽ cessare bella facientis, vt extinguantur odia, euellantur dissentiones, funditus dissipentur omnes rixæ, & contentiones, vt sic homines intra dulcissimos pacis limites, & cancellos contineantur: adeo continua perpetua, & stabilia perseuerare: vt nũquam finem sint habatura donec Ecclesia nostra militans consistat: consistet equidẽ vsq. ad finem mundi. Neque id mirũ, cũ eius sit naturæ, & conditionis pax, quam secum Messias factus homo cunctis Fidelibus attullit: vt semper in eodẽ statu perseuerans, & constans, fixaq. in eo qui illam condidit, de quo dicitur: *Christus heri, & hodie:* instar illius numquam deficiat, aut veterascat: sed perpetuo maneat, donec continuetur cũ illa cælesti pace, aut in illã transferatur, quam cęlestes illi incolæ vna simul cum ipso Deo absq. vlla amissionis suspicione, aut timore securè potiuntur. Quæ omnia insinuare visus fuit Psalmista, cum dixit: *A principio terrã fundasti, & opus manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, & tu stabis: & omnes sicut pãnus veterascent. Et quasi vestimentum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem es & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum ante faciem tuam perseuerabit.* et clarius Messias noster dicens: *Cælum & terra transibunt: verba autẽ mea non præteribunt, donec omnia fiant.* *Psal. 102.* *Matth. 5.*

Neq. ob id vnum ista prodigia, quæ Messias noster in lege Euãgelica ex tunc hucusq. præstat, remouere faciens bella á terminis Christianorum, infundens in cordibus hominum eam multitudinem, & abundantiam cælestis & diuinæ pacis, qua se mutuò amant, & eodem amore ad inuicem prosequntur. multo maiora operibus illis antiquijs, quę in creatione huius ingentis machinæ ipse edidit, esse, & appellari debere fateri Fideles compellimur. Sed ex eo inquam potissime; quia ad hæc prodigia præstanda nõn satis sit illi, ipsum dicere, vt statim oriatur pax, & ipsum eam seruandam præcipere; vt illico in mentibus humanis erradicetur, & consistat: vt contigit, cùm ingẽtem istam machinam ex nihilo antiquitus condidit Deus, vt Psal. testatur: Ver-

Psal. 33. *bo Domini cæli facti sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. &c.* & alibi: *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.*

Sed sit necessarium maximè, vt ista prodigia miraculosa efficiantur, quòd voluntates humanæ voluntariè ad hoc vnum consequendum conueniant: quę adeo liberæ sunt, quantùm ex natura illarum à Deo illis impressa in earum exordio, & propensione earum post primum parentum nostrorum peccatum admodum procliui ad continua bella, dissensiones, & pugnas, eo quòd misere destitutę fuerint illa pristina pace, qua antiquitus caro & spiritus vnanimiter inter se potiebantur, vnicuiq; intueri iā licebit. Quæ apertissimè textus ipse originalis ostendit, quando postquam prædixit Propheta: *Qui posuit solitudines*, vel, *prodigia in terra:* statim vt cunctis innotesceret, voluntates mortalium ad ea prę standa ita requiri, vt absq; illis nullatenus futura essent, secundùm decretum diuinum addidit, *Masbit, idest, cessare faciēs per aliū:* vel, *cōpescere faciens*, hoc est, eius particulari dono, vel auxilio communicato, & concesso diuinitus mentibus hominum. *Bella &c.* idest, continuas dissensiones quæ mortalium cordibus fixæ firmiter altas radices iā diu iacuerant, stirpando funditus.

Confirmatio huiuscō parationis.

Tremenda namq; Regio Prophetæ visa semper fuerunt illa opera Dei, ad quorum contemplationem cunctos inuitare ipsum fertur, dicentem: *Dicite Deo, quàm terribilia opera tua in multitudine fortitudinis tuæ: mētientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, & canat tibi: canant nomini tuo semper. Ambulate, & videte opera Dei, terribilia opera super filijs hominum. Conuertit mare in aridam: in flumine pertransierunt pede.* Psal. 66. vel vt Chaldæus legit: *Ambulate, & videte opera Dei terribilis author adinuentionum super filios hominum. Qui cōuertit mare rubrum in siccum: in flumine Iordanis transierunt filij Israel pedibus suis. &c.* et mirabilia fuerunt ei, quæ Psal. refert Psal. 77. dicēs: *Quis Deus magnus vt Deus? tu es Deus, faciens mirabilia. Ostēdisti in populis potentiam tuam: redemisti brachio populū tuū, filios Ioseph, & Iacob, in perpetuū. Videntes te aquæ Deus, vidētes te aquæ timuerūt: & cōmotæ sunt abyssi. Excuserunt aquas nubila, vocem dederūt cæli. Et sagittæ tuæ discurrebant: vox tonitrui tui in rota. Apparuerūt fulgura tua orbi: cōcussa est, & cōtremuit terra. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non sunt agnita. Deduxisti quasi oues populū tuum, in manu Mose, & Aaron.* In quorum contemplatione toties vacabat, Psal. cum dicebat: Psal. 114.

Cum

Pſal. 14 *Cum egrederetur Iſrael de AEgypto, domus Iacob de populo barbaro. Fuit Iuda in ſanctificatione eius, Iſrael poteſtas eius. Mare vidit, & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Mõtes ſubſilierunt ſicut arietes: & colles quaſi filij ouium. Quid eſt tibi mare, quod fugiſti? Iordanis, quid conuerſus eſt retrorſum? &c. A facie Domini contremiſcet terra: a facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in paludes aquarum: ſilicem in fontes aquarum.* Pſal. 106. Valdè ſtupenda illa ſemper ei apparuerunt, quando irritantes Iſraelitici Moyſen in caſtris, & Aaron ſanctum Domini: ſtatim aperta eſt terra, & deuorauit Dathan, & operuit Synagogam Abiron, & ſuccenſus eſt ignis in Synagoga eorũ, flamma exuſſit impios. Et ea ſigna quæ ab eodem refferuntur: Pſal. 78. Pſal. *Quæ fecit in AEgypto, & prodigia in campo Taneos. Cũ conuertit in ſanguinem fluuios eorum, & riuos eorum, vt non biberent. Miſit in eos muſtiones, ſcilicet beſtiarum ſilueſtrium; vt comederent eos: & ranas, vt diſperderent eos. Et dedit brachio germen eorum, & laborem eorum locuſtæ: Occidit in grandine vineas eorũ, & ſicomoros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum: & iumenta eorũ Dæmonibus. Miſit in eos iram furoris ſui, indignationem, & commotionem: & anguſtiam immiſſionem Angelorum malorum. Direxit ſemitam furori ſuo: & nõ pepercit à morte animæ eorum, & vitam eorum peſtilentia concluſit. Et percuſſit omnem primogenitum in AEgypto: primitias partus in tabernaculis Cham. Et iterum. Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in tribubus eorum ceſpitans. Expandit nubem in tentorium: & ignem vt luceret nocte, petiuit. Et adduxit coturnicẽ: & pane cæli ſaturauit eos. Aperuit petram, & fluxerunt aquæ: cucurrerunt in arida flumina. &c.* Pſal. 145. *Et eduxit populum ſuum cum lætitia: in cantu electos ſuos. Et dedit eis terras gentium, & labores nationum poſſederunt.*

Sed numquam equidem adinueniemus, eſto opera illa etiã mirabilia, tremenda, & ſtupenda viſa fuerunt Dauidi: deſolationum, & ſtuporum nomine admirando vnquam poſita fuiſſe, ac iſta, quæ continentur in noſtro Pſal. & editurus erat noſter Meſſias. Pſal. 46. In quo meritò dixit: *Faciens deſolationes, prodigia, & ſtupores:* quandoquidem eſto illis, non conuertat mare in aridam, neque trãſeant ſiccis pedibus Fideles fluuium Iordanis: tamen facit, vt corda fidelium quæ tamquam mare varijs bellorum, & tumultuum generibus hîc & illic feruebãt, & ebulliebant: ſedẽtur quiete, & pace

nostra: fruantur deinceps, quietamq; vitam, inter tot fluctuantes procellas pacifice traducant.

Neq; hijs tantum immensam Mesiæ nostri potestatem singulariter ostendi, ipsum contendisse reperiemus: nisi faceret, vt corda fidelium, quæ ob libertatem maximam, quam à natura sua fruuntur, illi resistere poterant: nutui eius instar aquarum huc & illuc innũdantium, quæ absorbuerunt AEgyptios, & terrę, quæ rupta est, vt deglutiret rebelles illos homines, statim subdantur. Eas quidem semitas legis Euangelicæ suæ non in mari, sed in mentibus humanis defixas relinquendo: quibus cunctæ propagines vitiorum scindantur, omnia virtutum semina procreentur: ipse verò Deus cunctis gloriosior, & admirabilior appareat, conuertens non petram in paludes aquarum, silicem in fontes aquarum, & fluuios in sanguinem, ne biberent: sed obdurata pectora mortalium, & adamantina eorum corda in veram compunctionem peccatorum, & in viscera misericordiæ erga pauperes: atq; sanguinaria bella in pacem, vt cuncti tranquillam inde vitam agant. Et demq; tot, tanta, eaq; saluberrima consilia, & cælestium inspirationum dona illis, impartiẽdo: quibus vitam cælestẽ traducẽtes, & de virtute in virtutẽ gradientes, cum lætitia, & alacritate ex ista miserabili vita discedentes, labores manuũ suarum comedant, sedesque supremas eorum qui ẽ cælo ceciderũt, iustissime occupent, fruẽtes cęlestibus bonis, quibus Deus suos ciues exornat in perpetuum.

Quàm verò clarè, & manifestè à Mesia nostro ista prodigia tantę admirationis, & stuporis plena à primo suæ Incarnationis tempore hucusq; tot annorum continuatis curriculis absq; vlla temporis intermissione, edita fuerint: *ponens desolationes in terra*: idest, vniuersalem ruinam, & interitum inimicitiarum, & disensionum, quibus antea mortales inter se incendebantur: vel solitudines, idest, faciens, vt homines tamquam solitarij potissime contemplationi cælesti consecrentur, contemptis omnibus huius sæculi rebus: *vel faciens stupores*, idest, res admiratione plenissimas: sic inquam cælestem, istam pacem intus in cordibus humanis inserendo, vt iam ob hæc signa nullus relictus sit locus cuipiam deinceps ambigendi de aduentu primo Mesiæ nostri. Cuncti enim vt arbitror, per ea quę superius à nobis alla

ta fuerunt, ſic intuentur, & cōſpiciunt ſigna apertiſsima præteriti primi aduentus Meſsiæ: vt niſi vobiſcum eſſet initum certamen, qui ſemper reſiſtere nobis, oculoſq; veſtros ſplendidiſsimæ luci claudere eſtis parati, nimis ocioſus cunctis iam meritò viderer, ſi in confirmatione huius ſolidæ veritatis aliquantulum immorari cōtenderem. Sed cùm veſtra conditio peruerſa, & pertinax, & malitia maiorum veſtrorum inueterata, miſerandaq; noſtri temporis ſors me ad hoc vnum præſtandum, vt palam & apertius deinceps de errore veſtro conuicti maneatis, quaſi quibuſdam ſtimulis adhibis nūc denuo ita vehementer impellāt, & concitent, vt nullam quietem mihi impartire ſinant: id conabor breuiſsimè, vt in poſterum mihi æquius, & iuſtius in vos & in cunctos magiſtros veſtros debachari liceat.

Atq; ita vt cuncta iſta prodigia, & ſigna aduentus primi Meſsiæ noſtri dudum vobis Iudęi miſeri, conſpicere, imo manibus contrectare ſit integrum: quæſo parumper memoriam veſtram applicare non recuſetis ad tempus illud fœliciſsimum, in quo natus eſt AEternus ille Deus, & ſingularis huius Orbis Conditor, temporaliter carnem ex puriſsimis Virginis Mariæ viſceribus aſſumendo. Vt inde vobis conſpicere iam liceat, tanta, & tam inaudita pace temporali cunctos huius mundi Monarchas in ſignum ſpiritualis pacis quam ex eo tempore cuncti Fideles imitatores Chriſti erant conſequturi, potiri: vt totus Orbis potuerit deſcribi pacificè à Romanis, qui tunc maiorem partem terræ occupabant. Quæ tamdiu ferè 80. annorum ſpatio per vniuerſas mūdi prouintias, regiones, & oras, ciuitates & oppida & vicos ſingulari animorum confirmatione eadem conſtans perſeuerauit: vt huic aliquam ſimilem vſq; in illud tempus ſteriſſe vix hiſtoriæ vetuſtiſsimæ recenſere valeant.

Pax tēporalis.

Quòd ſi ad ſpiritualem illam pacem, ad quam potiſsimè Pſal. verba diriguntur, quam Meſsias noſter primo aduentu ſuo non huic prouintię, regno, & nationi, & genti, ſed cunctis prouintijs, regnis, nationibus, & gentibus abſq; vlla perſonarum, aut ſtatus differentia in perpetuum ſecum allaturus erat: contemplationem veſtram vna nobiſcum conuertere iam contendatis: Quæ lingua, aut quæ memoria

Pax ſpiritualis inter homines.

fœcunda excogitari iam poterit, quæ narrando recensere, aut firmiter retinere, aut cogitatione iam comprehendere minimam inclytarum laudum eius partem valeat? Cùm adeo singularem, admirandam, & cælestem extitisse Euangelistæ nostri proclament: vt ob eius excelentiam, prçstantiã, & innumera bona, quę ex eius promulgatione in cunctos mortales redundatura erant; particulari præcepto Mesiam Apostolos suos deuincisse legamus, vt eam per vniuersas mundi partes reliquo vitæ eorum decursu proseminare solicitè curarent: Marci, & Matth. *Prædicate Euãgelium vniuersæ creaturæ.* Imo, & quod maius est, Mesiam nostrum in hac vna tantùm re desudasse cuncto suę vitæ cursu: quantúm id satis volumina Euãgeliorum, & cunctæ noui Testamenti paginæ nobis ostendunt: & ipse Paul. testantur, cũ de Mesia sermonem instituens, Ephes. dixit. *Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceriæ, soluens inimicitias in carne sua. Legẽ mandatorum decretis euacuans: vt duos condat in semetipso in vno nouo homine. Faciens pacẽ, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens Euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis: & pacem his, qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem.* & Romano. *Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Et apertissimè prædixerat, innuens fœlicissimum statum Reipublicæ nostræ Christianæ, Isai. *Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem Gentibus. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te.* & Psalmista dicens: *Omnis gloria eius filiæ Regis, intrinsecus fasciis aureis vestita est, in textura varij operis:* idest, vestitus huius Reginę speciosus est, & varius, sacramenta doctrinæ eadem adhibens cũctis in linguis varijs: alia lingua Africa, alia Syra, alia Grçca, alia Hebrça, &c. Faciunt istæ linguæ varietatem vestis Reginæ huius. Quomòdo ergo omnis varietas vestis in vnitate concordat: sic & omnes linguæ ad eamdem fidem, sapientiam, doctrinam & sacramenta inclinant cunctas gentes, & nationes. Et Isaias, quando inter alia signa potissima

Marci. 16 & Matt. 28.

Ephes. 2.

Rom. 10.

Isai. 55.

Psal. 44.

ſima ab ipſo adhibita ad diſcernendum primum aduentum Meſsiæ, nempè. *Egredietur virga de radice Ieſe: & requieſcet ſuper eam ſpiritus Domini, &c.* ſtatim illum addidiſſe reperimus: *Et habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. & vitulus, & catulus leonis, & pecus pingue ſimul accubabunt, ſimul nati eorum. Et leo ſicut bos comedet paleam. Et delectabitur lactens ſuper foramen aſpidis: & ſuper cauerna reguli ablactatus manum ſuam extendet. Non nocebunt, & non perdentur in vniuerſo monte ſancto meo. Quia repleta eſt terra ſcientia Domini ſicut aquæ mare operientis. Et erit: In die illa radix Iſai quæ ſtabit vt vexillum populorum, illam Gẽtes quærent*: vel vt 72. legunt: *in ipſo Gentes ſperabunt*: ac ſi diceret: & faciet, vt animalia ferociſsima, id eſt, vt Gẽtes, quę antea ferinis moribus, exitialibus legibus, & execrandis vitiorum generibus erant diu defœdatę, & corruptæ: illis procul relictis, eiuſdem fidei, ſpei, & charitatis, eiuſdemque religionis Chriſtianæ participes effectæ, & ſumma pace, & vnione inter ſe confœderatę, eodem paſtu ſpirituali cæleſtium Sacramentorum alantur, & ſuſtententur. Ex quibus omnibus tanta pax, & tam continua inter illos florebit, & perſeuerabit perpetuò: vt iam nullus eorum in alium irruere, aut vim aliquam alteri inferre ex tunc audeat: aut pertimeſcere valeat inita bella Dæmonum, aut per miniſtros eorum contra miniſtros Chriſti concitata. Quarũ rerum expreſſum ſymbolum in Actibus Apoſtolorum adhuc extare legimus, in linteo illo ad Petrum de cælo miſſo: in quo tanta erat varietas animalium venenatorum, vt cùm Petrus attingere illud recuſaret, illi præcepta eſſe adinueniamus, quæ ſequntur: *Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Ait autem Petrus. Abſit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum. Et vox iterum ſecundò de cælo ad eum: Quod Deus purificauit, ne tu commune dixeris, &c.* poſtea que Petrum acclamaſſe: *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente quæ timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt.*

Iſai. 11.

Act. 10.

Pax ſpiritua. inter homines & Deũ.

Quòd ſi ad pacem illam ex tempore Paſsionis Chriſti vſq; in finem mundi, inter Deum & homines firmatam, & ſtabilitam, intercedente eius morte, & pretioſiſsima eius ſanguinis effuſsione, ſublatis ex tunc omnibus illis antiquis inimicitijs, quibus inter ſe diſsidebant, vt clarè præſeferunt illa: *Non erit vt in vagina ſpiritus meus*

Geneſ. 6.

in homine in ſeculum, eo quod ſit etiam caro, &c. Et *vidit* Domi*nus, quod multa eſſet malitia hominum in terra & quod omnis imaginatio cogitationum cordis corũ tantummodo eſſet malum omni die: & pœnituit* Dominum, *quòd feciſſet homines in terra. Et doluit corde ſuo, & dixit* Dominus: De*lebo homines quos creaui, à ſuperficie terræ, ab hominibus vſque ad iumentum, &c. quia pœnitet me, quod fecerim ea*: noſtræ mentis aciem intenderimus: Quis eſt iam tam hebeti, & obtuſo inge nio præditus, qui non ſtatim ad exiſtimandum ducatur, hac vna potiſsima re in integrum impleri cuncta huius Pſalm. verba? nempè *Ceſſare faciens bella &c.* cum ipſe Meſsias ſolus fuerit, qui hoc pactũ pacis non ad tempus breuiſsimum (vt antiquitus) aut pro vna gente, & natione: ſed in fœdus ſempiter num, & pro cunctis mortalibus inter ipſos & Deum ſtabilierit: vt palàm teſtabatur Paulus: 1. Ad Ti. 2. Hoc enim bonũ eſt acceptum coram Saluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: vnus enim Deus, & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit in redemptionẽ ſemetipſum pro omnibus: cuius teſtimonium tẽporibus ſuis confirmatum eſt. In quo poſitus ſum ego prædicator, & Apoſtolus (veritatẽ dico, & non mẽtior) Doctor Gẽtium in fide, & veritate. Et idẽ: 2. Cor. 5. Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis: quoniam quidẽ Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum. Et poſuit in nobis verbum reconciliationis pro Chriſto: ergo legatione fungimur, tanquam Deo exortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo: eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Et *Coloſ.* Gratias agimus Coloſ. 1. Deo, & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui nos dignos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tráſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ: in quo habemus redẽptionem, & remiſsionem peccatorum, Qui eſt imago Dei inuiſibilis, &c. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eũ reconciliari omnia: in ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, & inimi-

ci

ei ſenſu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo. Et *Roman.* Si enim cũ inimici eſſemus, recõciliati ſumus Deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius: non ſolùm autem, ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc recõciliationem accepimus. Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors tranſijt, in quo omnes peccauerunt, &c. Sed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen etiã in eos, qui non peccauerunt: in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictum, ita & donũ. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condenationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratię, & donationis, & iuſtitię accipientes, in vita regnabũt per vnum Ieſum Chriſtũ, &c. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia: vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam ęternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Rom. 5.

Et quamquam huius cęleſtis recõciliationis, & nouę pacis per Chriſtũ futurę memor fuerit Iſaias dicens: *Dominus, qui dat in mari viam, & in aquis vehementibus ſemitam: qui educit currum, & equum, bellicam fortitudinem, & robur, &c. Cæterum in memoriam ne reuocetis priora, & antiqua ne intueamini: Ecce ego facio nouum, nunc orietur. Nonne cognoſcetis illud? Ponam profecto in deſerto viã, in ſolitudine flumina. Glorificabit me beſtia agri, dracones, & filiæ ſtrutionis, &c. Populum iſtum firmaui mihi: laudem meam narrabunt.* Et *audite, & viuet anima veſtra: & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid ſtabiles.* Et Hieremias, Ecce dies veniunt, dixit Dominus: Et ſeminabo domum Iſrael, & domum Iuda ſemine hominis, & ſemine animalis. Et erit: Quemadmodum ſolicitus fui ſuper eos, ad euellendum, & diruendum, & extinguendum, & perdendum, & malefaciẽdum: ſic ſolicitus ero ſuper eos ad ædificandum, & plantandum, dixit Dominus, &c.

Iſai. 43. *Iſai. 55.* *Hiere. 31.*

&c. Ecce dies veniunt, dixit Dominus: Et feriam cum domo Iſrael, & cum domo Iuda fœdus nouum: non ſecundùm fœdus, quod pepigi cùm patribus eorum in die, qua apprehẽdi manum eorum, vt educerem eos de terra AEgypti, &c. Sed hoc erit fœdus, quod feriam cũ filijs Iſrael. Poſt dies ipſos, dixit Dominus, dabo legẽ meã in medio eorũ, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, &c. Omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum eorum, dixit Dominus: quia propiciabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. Ezec. 34. Et Eze. Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, & paſcet eas ſeruus meus Dauid, &c. Ego autẽ Dominus ero eis in Deũ, &c. Et feriam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias malas de terra: & habitabunt in deſerto confidenter, & dormiẽt in ſiluis, &c. pluuiæ benedictionis erunt, &c. Vos autem pecudes meæ, pecudes paſcuæ meæ homines eſtis.

Clariſsimè tamen illam tanquam præſentem intuebatur Pſalmiſta, quando nomine potiſsimo cunctorum Chriſtianorum, in gratiarum actionẽ pro iſto ſingulari reconciliationis dono, hominibus à Deo exhibito in noua lege, ob pretium infinitum mortis, & paſsionis Filij ſui, in hæc prorumpit verba, dicens: *Benedic anima mea Domino: & nè oblibiſcaris omnium retributionum eius. Qui propiciatur omni iniquitati tuæ:* vel, eſt ille, qui propitians eſt perpetuò: id eſt, paratus eſt ad propiciandum continuò omnibus impietatibus tuis, ſi ex toto corde ad illum conuertaris: hoc namque, *haſoleah*, innuit: *Qui ſanans eſt omnes infirmitates tuas. Qui redimens eſt de corruptione vitam tuam: qui eſt coronans te ſupra modum. Et liberaliſsimè, & immenſa miſericordia, & miſerationibus replere faciens in bono bucam tuam*: iſta namque participia in textu originali ſunt interpretanda, id eſt, ſi clarius his omnibus diceret: Qui eſt ab æterno paratus ad præſtanda omnia iſta beneficia Fidelibus ſuis, potiſsimè in lege Euangelica: vel à principio creationis mundi, electis ſuis iſta impartitur ob merita Filij eius, agni, inquam, occiſsi ab origine mundi. *Pſal. 103.*

Et optimè hoc præſtantiſsimo reconciliationis munere Meſsiam noſtrum, cuncto de curſu vitæ ſuæ functũ eſſe, nos palàm prædicare, imò gloriari iam poſſumus. Cùm non ſolùm aduenianius, iſta legatione fungentem illum, anxie, & ſol-

ſolicitè veniam pro his qui illum morti tradiderunt, à Patre ſuo impetrare contendiſſe, dicentem: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt*: verùm ęnixè ab eò efflagitaſſe, vt mortem, & paſsionem ſuam acerbiſsimam in acceptabile ſacrificium pro peccatis totius mũdi acceptare, cunctoſque mortales in ipſius Dei amorem deinceps incendere, & inflãmare non dedignaretur. Ioan. *Et*
Ioan. 17. *pro eis ſanctifico me ipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.* Nõ *pro eis autem rogo tantùm: ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te: & vt ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.* Et quidem id vnum iam à Patre conſequutum Meſsiã noſtrum fuiſſe ac-
Ioan. 14. clamat Ioannes, cùm dixit: *Si quis me diligit, ſermonem meum ſeruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus.* Amen,
Ioan. 16. *Amen, dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Vſque modò non petiſtis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis.*

Si autem pacem illam, quam ex eo tempore vſque in hæc tempora Sacramenta ſalutifera, quæ Meſsias noſter Eccleſiæ noſtræ reliquit, cunctis fidelibus important, proſequi oratione conemur: Quis dudum iam non clarè conſpicit, & intuetur, meritò ipſum appellari, imò & extitiſſe, qui ceſſare faciens eſt bella non ſolùm eo tempore, quo mortalem vitam traduxit cum hominibus: ſed à tempore eius admirabilis Aſcenſionis ad cælum vſque adhuc? Et perpetuò ceſſare faciet vſque ad finem per Sacramenta ſua, eam cæleſtem, & admirabilem virtutem illis impartiendo, qua valeant homines filios iræ, & inimicos Dei filios Dei, eique maximè amabiles, & gratos per Baptiſmũ reddere. Per Confirmationem illud robur communicare Fidelibus: vt pro defenſione huius religionis mori nullatenus recuſſent, antequã ab amore Dei ſeparentur. Per Pœnitentiam, homines maximè auerſos à Deo per internam compunctionem peccatorum ſuorum in priſtinam Dei amicitiam reſtituere. Reſtitutos verò per Euchariſtiæ ſumptionem vehementius, in Dei amorem inflãmare. Per Matrimonium coniuges arctiſsimo charitatis vinculo perpetuò colligare: quo

ipsi inter se ad inuicem, & filios suos prosequantur. Per sacramẽtum Ordinis, sublimius, & artius homines cultui diuino consecrari: & per sacramẽtum Vnctionis singulariter cum Deo coniungi, sublatis impedimentis. Sic denique Fideles mutuo inter se, & cum Deo vnire, & copulare: vt iam mori pro Christo, & lege eius lucrum esse existiment, vt securius spirituales effecti, illo fruantur in æternum, tanto & supremo præmio digni redacti.

Neque minoribus vinculis ad eandem veritatem prædicandam conuincimur, & omnino adstricti manemus, si pręcepta Euangelica à Messia nostro cunctis Fidelibus suis tradita, vt in illorum obseruatione toti incumbant, à nobis attentè considerentur: cúm luce meridiana clarius omnibus appareat, ea fuisse & esse, quæ valuerunt disensiones continuas quibus mortales intra se ardebant, extinguere, & omnium bellorum, & contentionum radices funditus euertere. Sed bone Deus, quid non extinguent? cum ex consilijs saluberrimis huius legis nostræ exhortemur, vt honores, dignitates, cunctasque opes tanquam extercora mundi conculcemus: vniuersa secularia desideria omnino à nobis euellamus, carnis illecebras domemus, & intra cancellos rationis concludamus (à quibus potissimè omnia incentiua rixarum, & contentionum proficiscuntur, oriuntur quotidie, & pullulant, & in vniuersas partes mundi propagantur) egenis liberaliter subueniamus, proximorum saluti temporali, & spirituali solicitè, ac nostræ consulamus? Quam pręliorum, & certaminum vberem, & copiosam materiam prorsus non extirpabit, & euellet ea lex, quæ nobis præcipit inimicos diligere? & quæ nos exhortatur, persequtores singularibus beneficiorum generibus afficere, iniurias nobis ab illis illatas serena, & grata facie sustinere? Et ea in re potissimè est tota iam intenta, & occupata, scilicet vt dilectio proximi supremum locum obtineat? vt ex illis verbis *Matth.* colligitur. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, *Matt.5.*

quia

quia frater tuus habet aliquid aduerſus te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, &c. Audiſtis, quia dictum eſt, oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, &c. Audiſtis quia dictum eſt: Deliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequtoribus, & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt: qui Solē ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt: quam mercedem habebitis? non nē & Publicani hoc faciunt? *Et ex illis Ioan.* Manete in dilectione mea, &c. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, &c. Hęc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit, &c. *Ioann.* 13. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. *Matth.* 22. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autem ſimile huic: Diliges proximum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ. *Et* 1. *Ioann.* 4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, &c. *Et* 1. *Ioa.* 2. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. *Et* 1. *Ioann.* 3. Qui non diligit fratrem, manet in morte: omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, &c. Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris. Chariſſimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum: qui non diligit, non nouit Deum, quoniā Deus charitas eſt, &c. & hoc mandatum habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. *&* *Rom.* Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis: qui enim dili-

Ioan. 15. *Ioan.* 13. *Matt.* 22. 1. *Ioan.* 4. 1. *Ioan.* 2. 1. *Ioan.* 3. 1. *Ioa.* 4. *Rom.* 13.

diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, nō falsum testimonium dices, non cōcupisces, & si quod est aliud mandatum: in hoc verbo instauratur: Diliges proximum sicut te ipsum: dilectio enim proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Si verò paulisper ea quæ Messias noster in ista vita mortali gessit, vt pacem istam, & vnionem, quam Discipulis suis seruandam præcepit, facilius & vehementius in cordibus omnium credentium inserere posset, nunc denuo indagare contendamus: Quis clare non intuebitur iam, singulari eius vitæ exemplo omnem materiam bellorum longe populsatam statim fuisse? imo omnem occasionem, ne deinceps pullulare posset, radicitus conuulsam? Cùm adinueniamus, imò audiamus Messiam nostrum non tanquā ira excandescentem in peccatores, vt quondam Dauid insinuare visus fuit, dicens: *Et cōminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.* & Psal. *Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur:* sed tanquam in hominum amorem maximè inflammatum, acclamantem palàm: *Delitias eius esse cum filijs hominum:* & in illa verba dulcissima, omnisq; consolationis & fœlicitatis plena prorumpentem: *Ecce vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi.* & Ioan. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitā æternam, &c.* anxiè & solicitè cunctos peccatores (de quibus Psalmista dixerat: *Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos, Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendatium. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus*) vt fructus misericordiæ eius copiosissimos perciperent, arctissimisque charitatis vinculis in eius amorem traherentur: amicis, & beneuolis vocibus ad se vocantem Ioann. *Qui venit ad me, non esuriet, &c. & eum qui venit ad me, non eijciam foras.* & Matt. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*

Psal. 118. Psal. 69. Mat. 28. Ioan. 6. Psalm. 5. Ioan. 6. Matt. 11.

Sed nūquid voces huius Messiæ nostri Pharisæi vestri non audierunt? aut conatum eius vehementem, & desiderium illius inflammatum, quo in salutem cunctorum peccatorū nocta diuque incensus ardebat, & consumebatur, & tanquam pastu suauissimo totus alebatur? Equidem audierunt, & viderunt, & maximè experti fuerunt: vt apertè illa verba testan-

Mat. 9 ſtantur: *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* At *Ieſus audiens, ait: Non eſt opus medico valentibus, ſed male habentibus, &c.* Non *enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Luc. 15. & Lucæ. *Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, vt audirent illum: Et murmurabant Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Et has Chriſti voces ad peccatores emiſſas non ſolùm audiuit Paulus, 1. ad Thimo. 1. 1. Ad Ti. 1 cùm dicebat: *Gratias ago ei, qui me confortauit in Chriſto Ieſu, Domino noſtro: quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio: Qui prius blaſphemus fui, & perſequutor, & contumelioſus: ſed miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide, & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.* verùm Iſaias illis priſcis & antiquis temporibus, quando ſpiritu cæleſti imbutus, tanquam qui voluntatis diuinæ maximè conſcius, & fideliſsimus interpres extitit, dixit: Iſai. 55. *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas; & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius: & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum.* & Ezechiel. Ezech. 18. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis eius, &c. omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor, &c. nunquid voluntatis meæ eſt mors impij?*

Sed cur ante faciem eius non erat ſtatim viriliter comminuēda tanquam puluis omnia illa, quæ diſenſiones, & contentiones tandiu fouebant, alebant, & ſuſtentabant? Cùm non ſolùm Meſsiam noſtrum ſuauem, & mitem, tardum ad iram, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus illum cuncti fuerint experti, vt Pſalmiſta antea prædixerat. *Oſtende nobis* Pſal. 85. *Domine miſericordiam tuam, & ſalutem tuam da nobis. Audiam quid loquetur Dominus Deus, quoniam loquetur pacem ad populum ſuum, & ad miſericordes ſuos.* Pſalm. *Veniat ſuper nos* Pſal. 118. *miſericordia tua Domine, & illa: Miſerator & miſericors Dominus,* Pſal. 112. *longanimis & multum miſericors. Non in æternum iraſcetur, neque in æternum comminabitur. Non ſecundum peccata noſtra faciet nobis: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuet nobis.* & apertè illa verba quę ipſe reſpondit Petro, inſinuans:

nam cum Petrus Chriſto dixiſſet: Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? illi reſpondiſſe *Mat.18.* fertur: *Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties:* verum etiam adeò mitem, & ſuauem extitiſſe omnibus, & cunctis illis crudeliſsimis carnificibus, ſanctiſsima eius corporis membra ore, lingua, manibus, & nutibus, excruciantibus: vt os eius ſemper omnibus illis irriſionibus, & varijs tormentorum generibus obmu*Mat.26.* tuiſſe dicatur, Matth. *Et ſurgens Princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſus te teſtificantur? Ieſus autem tacebat:* vt annuntiauerat *Pſal.39.* Pſalm. *Obmutui, & humiliatus* *Iſai.53.* *ſum, & ſilui.* & Iſai. *Sicut ouis ad occiſionem ducetur: & ſicut agnus coram tondente obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* & Pſal. *Pſal.38.* *Et ego tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus qui non aperit os ſuum. Et ſicut vir qui non audit, & non ſunt in ore eius redargutiones.* In quorum teſtimonium Chriſtum dixiſſe per*Matt.11.* hibet Scriptura: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.*

Et quid mirum iam quòd omnium bellorum genera funditus euerterentur aduentu Chriſti noſtri? Cùm reperiamus eadem ſacramenta cunctis Chriſtianis, eaſdem leges, & inſtituta, eadem conſilia, eandem fidẽ, ſpem, & charitatem, atq; eandem Eccleſiam cunctis nationibus, Barbaris, Græcis, Gentilibus, & Iudæis cuiuſcunque ſexus, & conditionis (quibus ſalutem ſpiritualem comparare valerent) idem Miſſæ ſacrificiũ eandem doctrinam eundem Paſtorem ſummum, eundem theſaurum viuis, & mortuis, & eãdem vitam æternam, ipſum pollicitum eſſe: vt palàm Paul. noſter teſtatur dicens; *Ephe.4.* Obſecro itaque vos ego, vinctus in Domino (vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, in charitate cum patientia, ſupportantes inuicem, in charitate) ſolicitè ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, & pater omnium: qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Et ad Corint. *1.Cor.12.* Sicut enim corpus vnũ eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos

nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno ſpiritu potati ſumus &c. Vos autẽ eſtis corpus Chriſti, & mẽbra de mẽbro. Et Rō.
Rom. 12. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autẽ mẽbra nō eundẽ actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, *&c.* Gaudete cum gaudentibus, flete cum flẽtibus, idipſum inuicem ſentientes. Et *Ephe.* Et ipſe de-
Ephe. 4. dit quoſdam quidem Apoſtolos: quoſdam autem Prophetas: alios verò Euãgeliſtas: alios autem Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti, &c. Ex quo totum corpus compactum & conexum, per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit, in ædificationem ſui in charitate;
1. Cor. 12. Et *Corint.* Sed in id ipſum pro inuicem ſolicita ſint membra. Et ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia mẽbra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de mẽbro.
Galat. 3. Et *Galat.* At vbi venit fides, iã non ſumus ſub pedagogo. Omnes enim filij Dei eſtis per fidẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Nō eſt Iudæus, neq; Græcus: nō eſt ſeruus, neq; liber: non eſt maſculus, neq; fœmina: omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.

Et quęnam, inquã, contentionum, & rixarum capita, aut inteſtina odia præualere poterãt in conſpectu Meſsiæ noſtri, aut legis eius Euangelicæ: quominus ſtatim inſtar Dagon in cōſpectu Arcę veteris legis prorſus non corruerent, & ſolo cōplanata ita manerent, vt nulibi deinceps caput extollere ea, aut ſe ſperare poſſe, fateri iam cogamur? Cùm ea prǽſertiſsima remedia, & ſalutifera conſilia poſt aduentum eius in eorum deſtructionem hominibus reliquerit (quibus ab illis, quoties vellent, immunes liberari poſſent, ſi auxilio Dei qui ſemper eſt paratus omnibus impartire illud, oportunè adiuuentur, glorioſum tryumphum de inimicis ſuis agentes) qualia nobis reffert Paulus. De cæter. fra- *Ephe. 6.*
tres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius induite vos armaturam Dei: vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem: ſed aduerſus Principes & Poteſtates: aduerſus mundi Rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia

Confir. veritat.

nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei: vt poſsitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo, ſuccincti lumbos veſtros in veritate: & induti loricam iuſtitiæ: & calciati pedes, in præparationem Euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum Fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. Imò extinxiſſe quamplurimos Sanctos temporibus Pauli, ipſemet teſtatur, Hebr. dicens: *Qui per Fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſsiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetũ ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum.*

Heb. 11.

Neque eſt profectò, cur tanta huius rei in aliquorum animos ſubeat admiratio: cùm lex quã Meſsias Fidelibus ſuis tulerit, eò maximè eſſet, & ſit modò intenta: vt homines temporalia contemnentes, ſobriè, & castè viuentes, ſoli Deo ſeruiant: à quo vno vera & ſolida pax proficiſcitur, quę mentem ſerenat, animum quietat, corda in ardentiorem amorem Dei, ſeclusis & procul amandatis omnibus ſeditionibus & perturbationibus, atque calcatis cunctis timoribus & minis, inflammare valet; ſicut prædixerat Pſalmiſta: *Nunquid in æternum iraſceris nobis, extendes iram tuam à generatione in generationem? Non nè tu reuertens viuificabis nos, & populus tuus lætificabitur in te? Oſtẽde nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: Deus enim loquetur pacem ad Populum ſuum, & ad pios ſuos.* Vel vt Chaldæus legit: *Conuerte nos Deus Redemptor noſter, & ceſſet iam ira tua à nobis. Nunquid poſsibile eſt, quòd in perpetuum iraſcaris in nobis, extendens furorem tuum à generatione in generationem? Non nè tu conuerſus vitam præſtabis nobis, & Populus tuus lætabitur in verbo tuo? Oſtende nobis Domine benignitatem tuam: & redemptionem tuam da nobis. Audiam, quid loquatur Deus: quoniam loquetur pacem Populo ſuo, & pijs ſuis. Et non conuertentur ad inſipientiam: ſi quidem propè eſt timentibus ab illo redemptio eius. Vt habitet gloria in terra noſtra, benignitas & veritas obuiauerunt inuicem, & rectitudo & pax coniunctæ ſunt.* Neq; fortuitò quodã caſu, ſed diuino quidẽ conſilio Regiũ Prophetã dixiſſe adinuenimus: *Deus loquetur pacem ad* ple-

Pſal. 85.

plebem ſuam, & pijs ſuis, &c. & vt Vulgata noſtra legit: *& in eos, qui conuertuntur ad cor*: vt ſtatim cuncti iſta perlegentes, inſtrueremur huius pacis cæleſtis ex eo tempore hucuſque ſemper participes extitiſſe illos, qui per fidem acceptam in Baptiſmo facti ſunt conſortes eius congregationis: ex totoq; corde, & anima conuertuntur ad Deũ adulti iam facti, & amicè & ardentiſsime in præcordijs eorum legem Chriſti amplectentes obſeruant.

Quando ergo Prophetam acclamaſſe intuemur iſta verba: *Loquetur Deus pacem ad plebem ſuam, & ad pios ſuos*, vel, *ſanctos ſuos, &c.* quid mirum, ſi nos etiam palàm acclamare cogamur, omnia iſta ſigna potiſsima primi aduentus Meſsiæ noſtri iam dudum adimpleta fuiſſe in Sanctis illis: & indies adimpleri in eis, qui tanquam filij chariſsimi, relictis omnibus negotijs & deſiderijs ſecularibus, amandatiſque curis rerum iſtarum temporalium, ſe totos Dei miniſterio conſecrarunt: vt illum interius tenendo diligant, diligendo poſsideant, poſsidendo fruantur. Quòd ſi alijs huius pacis fœliciſsima ſorte neque exterius, aut interius frui vnquam contigit: id quidem peruerſæ potius eorum malitiæ, & iniquitatibus, in quibus callum obduxerant, & inueterauerant, quam benignitati, & liberalitati ſummæ Dei, qua paratus eſt cũctis illam deſiderantibus liberaliter impartiri, tribuendum eſſe palàm dictitemus.

Quid etiam mirum, ſi palàm teſtemur Meſsiam noſtrũ extitiſſe, qui non ſolum ceſſare faciat bella vſque ad extremum terræ, olim in primitiua ſua Eccleſia, per Apoſtolos ſuos, quos per vniuerſum Orbem terrarum ad propagationem huius pacis Euangelicæ ſingulari præcepto miſit: vt illorum patientiam in ſuſtinendis iniurijs ipſis illatis cunctę gentes & nationes contemplantes, quaſi quibuſdam flammis adhibitis acrius ad amplectendam iſtam pacem incenderentur: verum etiam eum eſſe, qui abſque vlla temporis intermiſſione continuò ceſſare faciens eſt omnia inimicitiarum, & contentionum genera, quę mẽtes humanas perturbare, & moleſtare ſolebant, vt dictio illa *Maſbiah*, id eſt, *ceſſare faciens*, apertè innuit. Quandoquidem cæleſti Meſsię noſtri manſuetudine in perferenda illa crudeliſsima, & ignominioſſa morte, cunctis tanquam exemplo ad imitandum propoſita, ſingulari conſilio illius,

Matt. 11. qui dicebat: *Diſcite à me: quia mitis ſum, & humilis corde:* abſque vlla temporis intercapedine tot, tantaſque innumerabilium Martyrum cohortes denuo concitatas ad ſuſtinendas iniurias patienter, & ad varia cruciatuum genera alacriter toleranda, in oſtenſionem huius pacis internæ, quam cum Chriſto abundanter fruebantur extitiſſe dudum expertiamur! quæ liberrimè vitam carnificibus crudeliſsimis expoſuerunt, vt illorum lenitate crudelitatem tortorum ſedarent, eorum patientia admirabili, & lætitia inuſitata torquentium ſæuitiam, & liuorem in manſuetudinem, & benignitatem conuerterent, cunctiſque adſtantibus ipſi gloriosiores hac vna re redderetur: quot valuerunt pacem iſtam Euangelicam denuo in perpetuum munire, ſtabilire, atque confirmare.

Et nunquid in hoc munere præſtando non adhuc eſt totus intentus Meſsias noſter: qui non ſolum indies linguas Martyrum opprobrijs, & blaſphemijs tortorum obmuteſcere, & manus eorum, & cuncta corporum membra ſæuiſsimæ tormentorum vi liberè ſubijci: ſed quod maius eſt, voluntates eorum interius torquentium deſiderijs, mortem illorum inhiantibus, & ſolicitè cõtendentibus conformari, ſpõtaneè ſic facit: vt ex hac parte penes illos nec vllum bellorum, aut contentionum veſtigium relictum eſſe meritò cuncti arbitrentur, imò vniuerſi adſtantes oculis ſuis clariſsimè intueantur, & conſpiciant?

Nunquid & modò non eſt concidens, & in minutiſsimas partes redigens, & confringens haſtam, ſic namque textus originalis legit, vt dictiones illæ, *Ieſaber*, & *vequitzez* oſtendunt, Meſsias noſter id eſt, omnia arma, quibus antea mortales vim, & conatum omnem in inimicos ſuos exercebant: & quibus iniurias ipſis ab eorum inimicis illatas vindicabant? Cùm non ſolum ad propagationem Euangelij ſui eos elegerit viros, quos teſtatur Paulus, dicens: *Videte enim vocationem veſtram, fratres: quoniam non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit* Deus, *vt confundat ſapientes: & infirma mũdi eligit* Deus, *vt cõfundat fortia & ignobilia mũdi, & cõtẽptibilia elegit* Deus, *& ea, quæ nõ ſunt: vt ea quæ ſunt, deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Et iterum: *Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibi-* 1. Cor. 1. 1. Cor. 2.

ſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis: vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius ſæculi, neque Principum huius ſeculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt: verum etiam adhuc præſtans eſt, vt veri fideles eius nullatenus aduerſariorum obſtinatæ, & peruerſę malitiæ ſe opponant: ſed potius tanquam inermes, & infirmi crudeliſsimis illorum manibus ſe totos tradant: vt pacifici, & imitatores Chriſti cunctis appareant, feruentique, & copioſa illorum ſanguinis multitudine effuſa, execranda aduerſariorum crudelitas, ira, & indignatio hebetata, compreſſa, & omnino extincta deinceps maneat? Nunquid ne ſcuta modò cunctorum aduerſantium Eccleſię noſtræ, & plauſtra non combuſſit, & comburens eſt Meſsias: qui mirabiliter nũc præſtat, vt Martyres omnia verbera, irriſiones, opprobria, incarcerationes exilia, cuncta mortis & cruciatus genera, quibus continuo à tyrannis, & innumeris inimicis religionis Chriſtianæ afficiuntur, infeſtantur, & crudeliſsime torquẽtur, igneo illo cæleſti amoris Dei quo interius incenſi comburuntur, non ſolum fortiter perferant: verum tanquam accomodatiſsima pabula ad eorum paſtum ſuauiſsimum, in cibum eorum ſaluberrimum & vtiliſsimum omnia illa conuertant, iidem ſemper immobiles, conſtantes, lucidiores, & ſplendidiores permaneant?

CAP. V.

Ex his quæ Martyres Chriſti, virtute Paſsionis illius, præſtiterunt, corroboratur hæc eadem veritas.

ET vt clarius hæc omnibus innoteſcant: quęſo, prudentes Rabbini, nobis oſtẽdatis, quęnam fuerint vnquam à tempore aduentus Meſsię noſtri crudeliſsima mortis genera, à Tyrannis ſolicitè quęſita; & curioſè inuenta, quę vibrantes haſtę, qui accuti enſes; quę craticulę incenſę, quę dolia oleo & piſce ebulientia; quę ligna, aut cruces acerbiſsimę, quæ lapidum iaculationes potentes; quę aquę ſuffocationes pertimeſcendę, quę ex altiſsimis montium, aut rupium cacuminibus præcipitationes horrẽ-

dæ: quæ ferri contuſiones inauditæ, quæ candētia lamina, quę inuiſæ plumbi potationes: quę ferarum immaniſsimæ dilaniationes, qui terræ hiatus horribiles: qui rogi ita incenſi, quæ ſartagines adeo ignitæ, quæ excoriationes aut ſtrangulationes inuſitatæ: qui denique inauditi cruciatus, aut denuò mortis genera Dæmonum malitia, & aſtutia excogitata tantæ virtutis, energiæ & efficatiæ vnquam fuerunt: quæ valuerint ignem illum Martyrum Chriſti, huius pacis Euangelicæ ſeui gilantiſsimorum proſeminatorum, quo intus comburebantur, ac magis & magis incaleſcebant: illum, inquam, ignem, de quo Saluator dixit: *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, niſi vt accendatur?* prorſus extinguere, ſed quid extinguere? imo nec aliqua ex parte ſedare, aut refrigerare? Præſertim cùm vetuſtiſsima annalium monumenta nobis de illis teſtentur, & palàm acclament, quòd inſtar magni cuiuſdam ignis, cui quo maiora combuſtibilia applicantur, magis & magis augetur, maioreſque & micatiores flammas hàc & illàc effudit, clarioraq; cuncta illius aſtātium corpora reddit: adeò ignitas flammas huius amoris cęleſtis in varias prouincias & regna, tot varijs tormentorum generibus Martyres illos ſic mirabiliter diffudiſſe, quibus & ipſi clariores, & immortali fama digniores effecti, ferè cunctos huius mundi mortales cæleſti illa ſua luce illuſtrarunt: vt iam omnibus inimicitiarum ſcandalis procul propulſatis, ſolū pacem Euangelicam ex tunc clarius cœpiſſe vigere, ſupremūq; faſtigium occupare cuncti teſtari cogerentur. *Luc. 12.*

Confir.

Forſan nè ignitum cor Stephani innumeræ illæ, & validiſsimæ lapidum iaculationes, à maioribus veſtris crudeliſsimè in illum emiſſæ, quibus ſic totum eius corpus cōtuſerunt, vt à planta pedum vſque ad verticem capitis nulla pars in eo eſſet intacta, ſed omnia illius membra, vulnus, liuor, & plaga recens cūctis appareret: refrigerare vnquam valuerunt? An lapidum torrentes illi dulces extitiſſe, vberioremque materiam, vt ignis eius interior augeretur, & creſceret, illi ſuppeditaſſe fateri iam non compellimur? Cùm adinueniamus, nō ſolùm iaculatorum obdurata corda, ipſis lapidibus rigidiora, in amorem illum cæleſtem quo interius totus incaleſcebat, ſollicite ipſum conuertere contendiſſe, vt ſic cera molliora redderentur, vt illa verba proclamant: *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum*: verum etiam ſummo *Act. 7.*

pere

pere anxium fuiſſe, vt cunctos adſtantium animos, & voluntates ad eoſdem martyrij cruciatus, & maiores etiam perferendos, pro defenſione huius amoris cæleſtis incendere, & inflammare poſſet.

Forſan nè proceritatem illã crucis, per AEgeam tyrannũ illum crudeliſsimum inflammato Andreæ ad ſubeundum martyrium expoſitam, vt in illa inſtar Magiſtri eius crucifigeretur, mortemq; crudeliſsimam pateretur: animum illius inuictũ perturbare aliqua ex parte potuiſſe, fateri iam nobis licet: ita vt aliquantulum ab igne illo cæleſti quo totus in amorem Præceptoris ſui flagrabat, tepeſieret? Nequaquam. Imo tamquam ignis, qui lignorum materia potiſsimè veluti pabulo naturali paſcitur, & ſuſtentatur: ita crucem illam vt pabulum eius dulciſsimum, & ſuauiſsimum fortiter, viriliter, & hilari vultu eſt amplexus ficut illa verba inſinuant: *O bona crux, quæ decorem ex membris Domini ſuſcepiſti: diu deſiderata, ſolicitè amata, ſine intermiſsione quæſita, & aliquando cupienti animo præparata: accipe me ab hominibus, & redde me Magiſtro meo: vt per te me recipiat, qui per te me redemit.* Vt iam in illa attentè contemplatus incenſum amorem, quem Magiſter eius in ea ſuſpenſus cũctis mortalibus exibuit, ſe ipſum in hoſtiam pro peccatis mortalium placabilem offerendo: deinceps Andreæ viuere turpiſsimũ, mortem verò in illa ſuſtinere, veſtigijs Magiſtri eius inſiſtens, maximè honorificum, & ſummè vtile eſſe palã arbitraretur, imo & acclamaret.

Vinci nè potuit, aut ſuperari incẽſa illa charitatis flamma, qua illuſtriſsimus Hiſpanus, Aragonum nobiliſsimum pignus, perquam inuiſus Oſcenſis Ciuis, inuictiſsimus Chriſti Martyr, & Archileuita ſacer Laurẽtius cõcremabatur, crate il illa ferrea igne incẽſa, ipſi Laurentio ad vrendum applicata? Nequaquam. Sed potius ignis ille exterior, & materialis illi adhibitus non ſolum interiori, vt ſuperiori, & cæleſti quo Laurentius viuificabatur, paruit: verùm illi magno adiumento fuit, vt glorioſiorem victoriam de tyranni malitia reportans, ſplendidiores ignis cæleſtis flammas cunctis palam demonſtraret: quibus adſtantium corda ad pœnitentiam delictorum ſuorum & ad agnitionem veri Dei allicere: eius verò ſingulari morte alijs ſemotiſsimis nationibus ad imitandum propoſita, innumeras gentes, & nationes ad veram Chriſtianorum religionem copioſiſsimè ex tunc pertraheret.

Extinctane aliquando fuit, aut minui cœpit incenſa illa ſancti Agendini charitas & ſociorum eius, vt Surius ſexto tomo refert: quando funibus extenſi in aere, vt commodius ſubtus ignis apponeretur, tamquã ferro, & adamante fortiores eã tolerantiam admirabilem cunctis oſtentarunt, vt non in viuente corpore, & dolorem ſentiente ſupplicium ſe ſuſtinere, ſed tãquam in mortuis, & inanimis palam cunctis viderentur.

Obſcurata nè fuit mens illa Euſebij & ſodalium eius, tota in amorem Dei æſtuans: quando lateribus eorum Tyranni apponentes ingentem multitudinem carbonũ ardentium, vnanimiter in hęc verba prorupiſ- Su.to. 7 ſe illos dicitur? *Gloria tibi Domine, qui nos tua viſitatione circundas.*

Aut illa ſingularis & admirabilis Baarg Fidei, quando vndiq; ingenti rogo incenſo circundata, neq; interius, neq; exterius proſterni valuit: ſed ſic illeſa, & intacta mirabiliter ex illo certamine euaſit, vt cunctis adſtantibus magnam admirationẽ ingereret? Et quam non ſecũ cũctis allatura erat? Quandoquidẽ ob inuictam eius animi conſtãtiam, & charitatem qua cæleſti amore tota vrebatur, id aſſequuta fuerit: vt columba è cælo veniens, blando alarum volatu, dulciq; pennarum applauſu cũ imbrifero rore vim flammarũ extinxerit, pyramq; incendij torridi quaſi irriguis fontibus temperauerit. Fornax nè ille admirandus, cuius flammæ altiſsimas rupes, & excelſa cacumina mõtium ſuper eminere videbatur, Sancti Ianuarij animum arctiſsimo amoris vinculo cum Deo copulatum aliqua ex parte dimouere valuit, vt ab illo ſepararetur? Nullatenus equidẽ. Sed id illi pręſtitit, vt cũ in illo cõſtitutus eſſet, triduò nec crines, nec veſtimenta eius attingere diuino præcepto Dei auderet: eo auxilio diuino cumulatus, ſic vehementius in Dei amorem incendi ſtatim cœpit, vt quaſi incola cęleſtis, immortalis, & incorruptibilis factus, cuncta Dæmonis machinamenta deridens, Timotheo tyranno his verbis inſultare valuerit. Ecce Timothee *antiquum illud trium puerorum miraculum nouiter Dominus per martyrem ſuum operari dignatus eſt. Sed quia tu peruerſiſsime Dæmonum id magis ludificationibus, quam diuinæ potentiæ adſcribis, cui debito iure omnis creatura famulatur: recte de te dici poteſt. Rex Babiloniæ ſurget in iudicio cum Timotheo iſto, & amplius condemnabit eum: quia ille viſo tanto miraculo ſtatim Chaldææ dignitatis faſtus depoſuit: & ad prædicandum Dei virtutem*

voce,

voce, literis, hortamentiſq; omnibus eſt accintus: & cunctos famulos illorum in Regno ſuo primates fore decreuit. Tu verò e contrario phantaſma putans tantum miraculum, nec Chriſto aliquam exibuiſti reuerentiam.

Agatæ, Apoloniæ deniq; & alijs innumeris Martyribus incenſi carbones, & flammę crepitantes ad comburendum illos maxima induſtria à tyrannis præparatę charitatem illorum incenſam retardare, aut refrigerare vnquam valuerunt: quo minus Chriſti religionem non profiterentur, & palam illam vbiq; acclamarent? Minime profectò. Sed alacriter per carbones incedentes, vna cum Pſalmiſta inſtar illorum trium puerorum Babiloniæ Deum benedicentes, & ſerena et læta fronte pſalentes, dicebant: *Tranſiuimus per ignem, & aquam: &* Pſal. 66. *reduxiſti nos in refrigerium.* Neq; id tam mirum alicui eſſe debet, cum experiamur, quod ſicut ſimilia ſimilibus maximê gaudẽt, & arctius inter ſe vniuntur, imo adinuicem ſuſtentantur: ſic etiã eos qui interius igne cæleſti comburebantur, exterius igne materiali concremari ſemper in maximis bonis habuiſſe: vt ſic ignis interior exteriori aleretur, imo & in ſubſtantiam ſuam conuertere commodius poſſet: & ita in integrum adimplerentur non ſolum in Chriſto, ſed in membris ſuis, ſcilicet Sanctis, quæ Pſal. præſagiebat futura in aduentu primo Meſsiæ, dicens: *Arcũ in minutiſsimas partes cõminuet, & concidet haſtam, plauſtra comburet igni*, ideſt, omnes inſidias tyrannorum, omnes cruciatus tortorum, omnia crudeliſsima tormenta à Dæmonibus excogitata Meſsias noſter, igne ſuo cæleſti in cordibus Fidelium potenti manu immiſſo, conſumet, deuorabit, & deuincet; ac ſi nullius conſiderationis fuiſſent: ipſi autem ſemper iiſdem, inuicti, ſplendidi, & perſeuerantes conſiſtent.

Tandem vt vno verbo concludam, forſan nẽ illis innumerabilibus Martyribus, qui priſcis illis, & noſtris etiam temporibus, quoties illis ſe obtulit occaſio: vt honorẽ Dei tuerentur, & Euangelij doctrinam cunctis prædicarent, ad martyrium ſubeundum quaſi ad aluearium apum ex omni ſexu, ætate, & conditione celerrimê aduolabant: ſcilicet vt hinc occiderentur, illinc adurerentur, hinc ſuſpenderentur, illinc præcipitarentur, hinc beſtijs obijcerẽtur, illinc gurgitibus maris ſuffocarentur: diabolica illa perſecutorũ machinamẽta, &

horrenda

horrenda tormentorum ac cruciatuum inſtrumenta impedimento vnquam fuerunt, quominus ea omnia voraciſsimo ſuo charitatis igne non deuorauerint? Nequaquam equidem. Pręſertim cùm reperiamus, ſi vetuſtiſsimis authoribus eſt adhibenda fides, illos ſic ad gladium, & ad mortem ſuſtinendam ſicut ad coronam alacriter, imo certatim cucurriſſe, & currere modò: vt tãto & ſummo bono priuari in ſummis miſerijs habendum eſſe palam fateantur. Ingenuè fatemur vobis, quôd crudeliſsimi illorum tortores ſæpiſsime cõſpexerunt martyrum corpora in minutiſsimas partes exquiſitis illis tormentis conciſſa: at mentes eorum inuictas, ipſa ferri duritię rigidiores, ipſiſq; aſtris ſplendidiores extitiſſe continuò experti fuerunt. Conſumpta equidem adſtantes eorum corpora, & membra inſpexerunt: at animos Fidelium numquã inclinatos fuiſſe clarè viderunt. Interijt ſubſtantia materialis eorũ, ſed pręſtitit pacientia: equidem exhauſta eſt vita mortalis eorum, & defecit caro in tormentis, ſed vita animæ immortalis, & fides æterna eorum ſemper illeſa, ſemper eadẽ permanſit: latera deniq; eorum ſciſſa equidem fuerunt, ſedtamen virtutes eximię illorum in intactæ perſeuerarunt.

Neq; his tantûm bellicoſiſsimis militibus ſuis Meſsiam noſtrum in ſignum primi aduentus ſui, & in confirmationem eorũ, quæ dixerat, & annuntiauerat Pſalmiſta in hoc Pſal. *Conterẽs, & concidens eſt*, ideſt, arcum, & tormenta hominum tyrannorũ, quibus Dęmon pacem Euangelicam omnino perturbare contendebat ſolicite, vt tanto bono homines orbati, tormentorum inferni, quibus tandiu ipſe afficitur, adhuc in iſta vita participes fieri cœpiſſent: ſed etiam alijs innumeris, & veteranis agminibus Anachoritarum monachorum ad hoc vnum præſtandum maxime abundaſſe à tempore aduentus ſui hucuſq; fateri iam compellimur: ſi paulisper memoria noſtra refricare velimus cunctas priſcorum illorũ Patrum vitas, tot glorioſiſsimis de Dæmone, carne, & mundo victorijs ab ipſis reportatis refertas. Quandoquidem reperiemus omnes illos nihil aliud auſteritate illa vitæ, continua abſtinentia, perpetua ſolitudine, aſsidua carnis maceratione, honorum, diuitiarum, & delitiarum neglectu contendiſſe: niſi vt de Dæmone indies tryumphum agentes, cuncta eius peruerſa conſilia conculcantes, arcum & ſcuta eius ſcomn inuentes, quibus interitum eorum conabatur, atq; apertiſsima ſigna

iſta

ista primi aduentus Messiæ à Psalmista apposita cunctis ostẽdentes, ad beatitudinis patriam tutissimè transuolarent.

Confir. huius veritatis.

Et quid nã quæso, aliud fuerunt conati nobilissimi, & clarissimi illi Heroes, qui deserta montium cacumina, abdita siluarum loca, & obscuras cauernas terræ cum ipsis ferocissimis bestijs incolentes, maluerunt parẽtibus, fratribus, & sororibus orbati, vitam illam solitariam degere, vt sic a laqueis, & armis inexpugnabilibus quibus mundani, & potissimè eorum consanguinei illos debellare, imo quotidie vincere assuescunt, ad honores, diuitias, carnaliaq; desideria eos prouocantes; non solum immunes eos extitisse, verùm illorum validissima tela fortiter superasse, cũctis palam dictitare iã possimus? Quemnam alium finem assequi contenderunt semper, & modò contendunt venerabiles illi viri, qui in speluncis terrę, in criptis, & subterraneis saxorum locis continuò delitescentes, ieiunijs continuis, assidua carnis maceratione, perpetuo planctu insomnes noctes agentes, instar Beatorum spirituũ contemplationi noctu diuq; vacabant, & vacant modò: nisi vt sic carnalia desideria, quę tam quam arma nequitiæ, & iniquitatis militant continuò aduersus homines, conculcantes, concupiscentias carnis indomitas comprimentes, & Dæmonis arcus inuicta illorum fortitudine superantes, signa apertissima, primi aduentus Messiæ palam cũctis ostenderent, & manifestent modò?

Confir.

Et quid nè aliud demonstrauerunt, & demonstrant his nostris temporibus tot Virginum innumerę cohortes, quæ parentum suorum amplissima patrimonia, & generis nobilitatem, quam fœliciter ex maioribus suis contraxerunt: corporis elegantiam, cunctas mundi voluptates, amatorum suauissimos famulatus, seruorum & ancillarum ingentes comitatus, & sæcularẽ pompam liberè contẽpnentes, paupertati summæ obedientiæ Præpositorum, & religioni se totas consecrarunt: nisi vt his cunctis instruamur, id vnum illas consultò, cęlitus illuminatas præstitisse: vt propriam voluntatem quæ militat contra rationem fere semper, abnegãtes, & militiæ atq; dissensionis omnem occasionem tollentes, non solũ rationem, & voluntatẽ diuinã suprẹmum locum in eis obtinuisse: verùm iam arma Dæmonis ipsas quotidie cõminuisse, in confirmationem eorum, quę Psalmista dixit, palam testari cogamur?

An nõ hanc eamdem veritatẽ docent, & ostendunt modò innumerabiles

numerabiles illi splendidissimorum Doctorum, & lucidissimorum Episcoporum exercitus, quos in incomponendis sæpe Christiannorum litibus, in recõciliandis eorum voluntatibus, & in propaganda & augenda ista pace temporali, ac spirituali instar salis terræ, qui omnes cibos dulciores, & suauiores reddit (cui Christus assimilandos illos esse voluit) sic maxime solicitos, & anxios fuisse experimur: vt nihil præter pacem, amorem, & charitatem erga nos, & proximos, & Deum (qua consequta, omnia bona nos consequtos esse dictitabant) ex eorum doctrina, vita, concionibus, & cõmentaris nobis intueri, aut olfacere liceat.

Sed quid, quæso, in adhibendis testibus tamdiu immoramur, vt cuncta huius prophetiæ verba, *arcum cõteret &c.* Executioni mandata esse à tempore Messiæ nostri vobis, doctissimi Rabbini ostendamus? cùm cunctæ gentes? & nationes, & Synagoge vestræ diu & semper acclamauerint, & modò illas acclamare nostris auribus audiamus, Rempublicam istam nostram Christiannorum inter cunctas alias nullatenus ex quo cœpit tamdiu perseuerare: eamdem potuisse: nisi ob pacem illã cælestem, quam ab incunabulis, ab adolescentia, & à grandeua ætate inter cũctos suos incolas, & cõciues absq; vlla intermissione diuinitus seruare, & custodire, est summopere, solicita & intenta. Et quid mirum si de nostra Republica cunctæ gentes veritate compulsæ hæc in medium adducant? Cùm expertæ fuerint semper, quod licet nostra hæc fœlicissima, & per beata Christianorum, congregatio instar corporis humani habentis multa membra, vnumquodq; tamen eorum suum munus particulare exercet, omniaq; simul in ea vna re tantùm occupantur, vt vitam totius corporis tueantur, augeant, eiusq; incolumitati perpetuo consulant: varijs & distinctis status generibus, & personarum condicionibus mirè sit vndiq; circundata tamen ita cuncta ingentis eius machinæ mẽbra arctissimo vinculo pacis inter se adinuicem vniat: vt non solùm serui dominis, domini Principibus, Principes Regibus, & Reges Imperatoribus, instar Ecclesiasticorum: in quibus Presbiteri & Religiosi Prælatis, & Episcopis, Episcopi Archiepiscopis hi vero Primatibus: omnesq; simul tam Ecclesiastici quàm seculares Pontifici Optimo Maximo, tamquam summo Christi Vicario, Petri succes-

ſucceſſori,& vero eorum capiti ſubdantur: verumetiam cunctos illius conciues vnà ſimul cum ſuo capite nihil aliud vnquam præter ſalutem corporalem corporum,ſpiritualem animarum, honorem Dei & omnium ſanctorum eius, adimpletionem cæleſtium præceptorum,anxię, ſolicite & vehementer exoptauerit,inueſtigauerit, & aſſequi contenderit. Quę omnia apertiſsimè Paulus exprimere viſus fuit,quando Romanis nuper legem Euangelicam recipientibus,eam nouam deinceps viuendi normam,qua huius noſtræ legis perfectionem conſequerentur,& cũctis alijs Rebuspublicis longe præſtarent, præſcribens, dixit.

Rom. 12 *Obſecro itaque vos, fratres, per miſericordiam* Dei, *vt exibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentẽ ſanctam,* Deo *placentem, &c.* Et *nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis,quæ ſit voluntas* Dei *bona,& bene placens,& perfecta &c. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habẽt: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra &c.* Gaudete *cum* Galat. 6. *gaudentibus flete cum flentibus, id ipſum inuicem ſentientes, &c.* Si *fieri poteſt,quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes,* & Galat. *Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legẽ* Epheſ. 4. *Chriſti.*

Quid etiam mirum iam,ſi antiquitus diuino ſpiritu concitatu Salomon inuictam fortitudinem huius noſtræ congregationis, admirandam eius venuſtatem,flagrantem eius fructum, & ſuauitatem mirificam ex ſe iam cunctis alijs Prouintijs effundẽtẽ ob vnitatis & pacis potiſsimum fundamentũ, quo erat diuinitus vndiq; cincta, olfaciens ſummis laudibus eam extollere fuerit conatus, dicens: Cant. *Pulchra es amica mea ſicut* Cant. 6 *tirſa, decora ſicut Hieruſalem: terribilis vt caſtra cum vexillis.* Et *iterum: Abſtuliſti cor meum ſoror* Cant. 4. *mea ſponſa, abſtuliſti cor meũ vno ex oculis tuis,& vna torque colli tui. Quam pulchri ſunt amores tui ſoror mea ſponſa, quam boni ſunt amores tui quam vinum, & odor vnguentorum tuorum præ cũctis aromatibus. Fauũ ſtillant labia tua ſponſa, mel & lac eſt lingua tua: & odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor* Libani: *Hortus obſirmatus ſoror mea ſpõſa, fons obſirmatus, fons ſignatus. Plantationis tuæ paradiſus malorum puniceorum, cum fructibus dulcibus, &c. Cum cæteris arboribus thuriferis.*

Nec deniq; mirum iam videatur, ſi cæteræ Reſpublicę videntes excellentiam, amplitudinem & fœlicitatem huius noſtræ Eccleſiæ, eam beatã eſſe iam vnanimiter proclament: & publica admiratione ſtupefactæ, cum ipſo Salomone prorumpãt dicentes: *Quæ eſt iſta, quæ videtur quaſi* Cant. 6. *aurora: pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtra cum vexillis?*

CAP. VI.

In confirmationem huius veritatis explicantur verba, quæ inferius in eodem iſto Pſalm. ſubſequuntur.

QVando ergo hucuſq; vt potuimus, palam oſtendimus, ſigna & prodigia magna, quæ aduentu primo Meſsiæ noſtri Propheta Dauid futura nobis annuntiauerat, ſic cumulatiſsime adimpleta eſſe, & indies adimpleri: vt iam vix, niſi Dæmonis obſtinatam malitiam vos induiſſe cunctis videamini, illa reſpuere, aut illis contradicere concedatur vobis vllus locus. Rationi maxime conſonum eſſe arbitror, vt me proclamantem cum ipſo Dauid verba, quæ in fine huius Pſalmi nomine ipſius Meſsię addidit, excipere nõ dedignemini: *Vacate, & cognoſcite, quoniam ego ſum Deus: & exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Deus exercituum nobiſcum: fortitudo noſtra Deus Iacob, Sela, vel, in perpetuum.* Vel vt Chaldæus legit. *Et aduertite, quoniam ego ſum Deus, exaltatus in populis, & exaltatus ſuper omnes habitatores terræ. Verbũ Dei in auxilium noſtrũ: fortitudo noſtra Deus Iacob in æternum.*

Et conſultò equidem dicit pſalmus abq; vlla perſonarum exceptione, Harſu, ideſt, *facite, vt vaceris meditatione, vel vt a varijs cogitationum turbinibus, quibus hac & illac tanquam homines diſtracti agitamini, quieſcatis:* quia ſi hoc vnum præſtiteritis potiſſime vos Iudęi, quos tamdiu error, vel malitia veſtra obcæcatos tenet, clariſsime intuebimini Meſsiam veſtrum, quem Deum, & ignem conſumẽtem, Deum Deorum, Deum fidelẽ, & abſq; vlla iniquitate: propicium, clementem, iudicem veſtrum: fortem, & Deum magnũ ſuper omnes Deos, acclamant Prophete, tamdiu veſtris foribus adſtantem. Præſertim cum omnes inuideantur, & aperte cognoſcant, nulli vnquam creaturæ præter Deum conceſſum vnquam fuiſſe, volũtates mortalũ inter ſe maxime diſsidẽtes, cum liberrimæ ſint vnice & ſingulariter, cõponere, & arctiſſima amoris vnione interſe cõglutinare: arma iniquitatis quibus homines militabant vnanimiter

miter

miter contra Deum comminuere inſidias, & arcus Dæmonis quibus hominibus mortem æternam continuò comminabatur, conterere: & rempublicam iſtã Chriſtianorum per tot annorum curricula perpetua pace ita conſeruare, & ſtabilire, vt ſemper in ea, eadem lex diuina, eadem præcepta, conſilia & ſacramenta, eadem fides, eadem religio firma & conſtans perpetuò viguerit, & vigeat modo & in perpetuum ſit duratura. Vacate ergo, quæſo: iterum dico vacate in fœlicißimi Iudæi, quando adhuc Deum miſericordem, mitem, & clementem, his noſtris temporibus experiri vobis conceditur locus.

Si adhuc hijs potiſsimis ſignis, & prodigijs admirabilibus, à Meſsia noſtro editis per vniuerſas mundi regiones, quibus eduxit non iam vt antiquitus nubes ab extremo terre, fulgura in pluuiam conuertens, & educens vẽtos de theſauris ſuis: percutiens primogenita ab homine vſq. ad pecus, interficiẽs gentes multas, & occidens Reges fortes, Seõ Regẽ Amorrheorum, & Og Regem Baſan, & omnia regna Chanaam, tribuens terram eorum in hæreditatem populi ſui Iſrael, comminuens idola gentium: ſed eduxit homines ab inteſtinis ſeditionibus, quibus interſe ardebant, omnia belliſera arma in pacis miniſterium redigens, eam cæleſtem viuendi normam ex reconditis theſauris ſapientiæ ſuæ cunctis impertiens, qua procliues hominum voluntates, & inclinationes ad odia, diſſenſiones & homicida maxime promptæ funditus reſecentur: vniuerſum Dæmonis Imperium, quo mortales ſubiugabat, auferens, ipſoſq; homines in ſuam priſtinam libertatem, & dominium reducens, & in hæreditatem Chriſtianorum non quæcunq; corda, ſed Gentilium, longè propulſata ab illis infidelitate, liberaliter conuerten : nondum, inquam, ob malitiam veſtram eſtis conuicti, vt palam vnà nobiſcum prædicetis primum aduentum Meſsiæ noſtri iamdiu præterijſſe.

Vacate iam, iterum atq; iterum vacate, quæſo: vt veſtram ſtoliditatem, & ignorantiam cum Propheta fatentes, acclametis. *Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator: fiducialiter agan in eo*: Si forſan his verbis nuper prolatis, aliquantiſper corda veſtra addamantina emoliantur ad contemplanda, quæ Pſalmus Iſ. 45.

 inig-

insignum apertissimum primi aduentus Messiæ nostri cunctis meditanda adhibet: scilicet, quo modo Messias noster solus sit, qui à tempore Passionis suæ exaltatur in vniuersa terra: vt non solum Malachias prædixerat, dicens: *Ab ortu enim solis vsq; ad occassum eius, magnum nomen meum inter gentes. Et in omni loco incensum offertur nomini meo, & oblatio munda: quia magnum nomen meum inter gentes:* Verum ipsemet Messias, mortalem nostram vitam agens, annuntiauit, dicens. *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahàm ad me ipsum.* Quandoquidem experiuntur omnes nationes, Messiam nostrum ex tunc hucusque tanquam iustitiæ oblationis, & laudis sacrificium à cunctis Christianis, per vniuersas mundi regiones difusis, cum magna cordis cōpunctione in expiationem cunctorum peccatorum, in memoriam Passionis eius & in augmentum gratiæ Fidelium, immolari quotidie. Et saltim vacate, vt contemplemini, illa verba David: *Cantate Deo, cantate Regi nostro: cantate, quoniam omnis terræ Deus. Cauite intelligibiliter. Regnabit Deus super gentes, Deus sedet super thronum sanctitatis suæ:* nihil aliud præter regnum Messiæ

Malach.1

Ioan.12.

Psal.146.

nostri spirituale, quo potitus est mirabiliter factus homo, cūctarum gentium & nationū potenti, sed misericordi manu sua: præseferre apertissimê.

Equidem inficiari vobis minime possumus (vt annalium monimenta proclamant) pri cis tēporibus magnanimum illum Alexandrū Macedonem, Thebas euertisse innumeras Persarum gentes perdomuisse, Scithas lacessitum fuisse, Pirum Indiarum Regem & potentissimum Tamburlanum Scitharum Regem, & eius Imperium, scilicet Medos, Albanos, Mesopotamiam, Persiam, Parthos, & Armeniam subiugasse: traiectoq; cum 600. milibus peditum, equitum verò trecentis Euphrate, Asiam minorem obtinuisse: & denique Pazatim Regem Turcarum captiuum tenuisse: inuictissimum illum Cyrum vniuersum Persarum, Medorum, & Cydorum Imperium occupasse, cunctamq; Asiam in eius dictionem reduxisse. Clarissimum vero, Philippum Macedonem Athenienses vicisse Phocesses supperasse, Olintios, & cunctos Scitas subiecisse, Pompeium verò magnum, gloriosa victoria reportata de Carba Rege, Mauritaniam, & Hispaniam suæ dictioni parere fecisse

exiſſe: & Regno Ponti, Armeniæ, victis Mitridate & Tygrane fortiſsimis Regibus, poſitum fuiſſe: atq; Iberos, Albanos, & Iudæos per domuiſſe, Iulium Cæſarem clariſſimum Galos, Germanos, Britanos, ampliſsimum Ægyptiorum Regnum, Alexandriã, Syriam, Pontum, Africam, & Hiſpaniam eius Imperio adiunxiſſe. Breuiſsimoq; temporis decurſu inde ſubſequto, Imperatores illos Romanos, Aurelianum, Iuſtinianum, Auguſtum Sarmathas, Vandalos, Gothos, Aquinathos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas, Sueuos, Chatos, Sincabros, Ethiopes, Indos, Scithas, Garamanthas, & alias innumeras gentes & nationes Romanorum ditioni armorum vi ſubiectas reliquiſſe: ita vt ferè vniuerſale dominium totius orbis terrarum illos tenuiſſe merito cunctis apareat, ſit cunctas huius ingentis machine ſciuntiſsimas prouintias Regna finitima et remotiſsimas eius oras & confines atentamẽtis cogitatione mature & prudenter contemplentur.

Sed tantum abeſt, quod exaltauerint nomen ſuum in illis gentibus, & exaltati fuerint apud illas nationes: quo minus fateri iam compellamur, illos vt crudeliſsimos Tyranos ſemper ab illis habitos fuiſſe, vt id vnum ſatis in fœliciſsimus Regnorum illorum interitus apertiſsimè teſtatur. Cùm adinueniamus, vt ipſe vetutiſsimæ hiſtoriæ referunt, cuncta illa regna ampliſsima, quę priſcis illis temporibus hucuſq. vi, armis obſidionibus, & copioſiſsimis exercitibus tyrannideq; comparata fuerunt, breuiſsimo temporis ſpatio interiecto magna Imperatorum Clade, & ignominia ab illorum Imperio declinaſſe, in priſtinamq; ſuam libertatem & antiquum ſtatum redacta fuiſſe.

Quæ omnia quàm longè aliter in vero noſtro Rege pacifico Salomone, Meſsiam dico, ſe habuerunt, ex quo tamquam verus homo iſto ampliſsimo Regno Eccleſię, quod perpetuum hucuſq; extitit, & perſeuerabit idem, maioribus incrementis auctum & amplificatum potiri cœpit: nullus eſt iam qui non clarè conſpiciat. Cum adinueniamus, adeo inuictæ fortitudinis, ſingularis potentię, & admirandæ virtutis Meſsiam noſtrum extitiſſe: vt potuerit non tantum indomitos Scithas, & Garamanthas feroces, ſed cunctas barbaras nationes, numero infinitas, moribus & legibus rationi naturali maximè di-

distantes ; non potentissimis classibus, extructissimis tirremibus, innumeris tam peditum quâm equitum cohortibus, ingenti armorum copia, continuis insidijs, obsidionibus assiduis, singulari militum fortitudine corporali, machinamentis denuo excogitatis: sed paucissimis discipulis suis, illisq; pauperrimis, inermibus armorum, industriæ & sapientiæ humanæ expertibus, omni auxilio humano, potentia & fauore Principum destitutis: ad iugum Euangelicæ doctrinæ sic libere, voluntariè, & spontaneè allicere, & pertrahere: illorumque industria, & cęlesti prædicatione Euangelica vexilla religionis Christianæ ferè in cūctis finibus totius orbis, in remotissimis secessibus, & in semotissimis angulis sic firmiter collocare: vt ex tunc hucusq; illam semper fixam extitisse, & adhuc eandem perseuerare cunctis fateri sit integrum, imo palam iam dicere compellantur. Qua vna re Messiam nostrum non solûm consequtum esse legimus, quod nulli illorum Imperatorum, aut Regum consequi fuit possibile vnquam: verum etiam vt eo summo amore, & inusitato honore â cunctis regnicolis suis fuerit prosequutus semper, & prosequatur imo do, quo gloriosius nomen pre cunctis hominibus ob meritum Passionis suæ hæreditauit iuxta illud. Et donauit illi nomen super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. *Philip. 2.*

Neq; mirum hoc iam alicui esse debet, quod regnum, quod summa pace, incredibili conciuium eius amore, vnanimiq; & vniuersali conformitate, & consensu ipse Messias comparauerat, tanta quiete & pace stabilitum tamdiu perseueret: illiusq; Rex meritissimus singulariter super omnes reges cunctarum nationum fuerit semper exaltatus, varijsq. laudum, & cantionum generibus á cunctis Fidelibus suis absq. vlla intermissione exterius, & interius celebratus, ac veneratus. Cûm non solum diu experiamur, huius pacis temporalis qua Fideles interse potiuntur, & illius cælestis, qua arctissime cum Deo copulantur, illum authorem meritissimum extitisse: verum etiam, certiores reddimur, nobiscum ad huius admirabilis pacis propagationem, & conseruationem, post admirabilem

bilem eius Aſcenſionem ad cælos, tamquam colonum noſtrũ noctu diuq; ſub ſpeciebus ſacramentalibus ipſummet commorare, & vſq; ad conſumationem mundi perpetuò commoraturum fore: vt apertè demonſtrant verba à Pſalmiſta inferius appoſita, ſcilicet: *Deus exercituũ nobiſcum: fortitudo noſtra, Deus Iacob in æternum.*

Quę carmina licêt breuiſsima ſint, ſed tamen eam cæleſtẽ vim & energiam iam præſeferre ſentire ſentio: vt non minorem attentionem ad eorum intelligentiam percallendam à vobis efflagitare iam mecum ſtatuiſſem, niforſan & veſtra, & legentium inuſitata patientia dudum à cunctis conſultò abuſi iam iudicet. Præſertim cúm intueamur, nondum ipſam Dauidis mentem acquieuiſſe, donec ad ſingularem, & debitam horum verborum intelligentiã, & conſiderationem, omnes ſed potiſsimè animos veſtros, iterum, atq; iterum concitare cõtendiſſet. Neq; immeritò, cûm iſtis omnibus inſtruamur â Pſalmiſta, pacem iſtam cæleſtem, quam homines ſuperatis ſuis paſsionibus, procul amandatis eorum contentionibus, fugatis odijs, & conculcatis Dæmonis armis ad bella maximè excitantibus, erga proximos ſuos continuò habent, nullatenus viribus humanis, vnquam conſequtos eſſe, aut conſequi poſſe, *niſi Deus exercituum*, vel vt clarius loquamur cũ lectione Chaldayca. *Verbum Dei in auxilium noſtrum: fortitudo noſtra Deus Iacob*, nobiſcum eſſet: ideſt, niſi verbum diuinũ, quod eſt Deus exercituum, qui tantam fortitudinem, & virtutem habet, vt ei omnes exercitus Angelorũ, & ſupremę Hierarchiæ celeſtium ſpirituum vt capiti ſuo obediant: naturam noſtram humanam ſuſcipiens, nouo & inuſitato pręſentiæ modo, admirabili illo & ſanctiſsimo Sacramẽto Euchariſtiæ nobiſcum perpetuus colonus eſſet: quæ maximê cõſonant illis verbis Iſai. *Iſai 1.* *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma & Gomorra eſſemus.*

Et conſultò clipeus, fortitudo noſtra, & Deus Iacob appellatur à Propheta, innuens nobis, quòd Meſsias noſter futurus erat totus his noſtris fœlicifsimis temporibus in auxilium Fidelium, & eorum, qui Euangelicæ eius doctrinæ aſſentiri liberè contendiſſent. Et Deus nõ Abraham, aut Iſac tãtũ: ſed potiſsimè Deus Iacob, ideſt, ſupplãtatoris, eorum inquam, qui carnis deſideria, & efferueſcentes ſuas paſsiones ad iram, rixam, & odium contra proximum vehementer concitatas, aſtutia,

imo prudentia cæleſti ſupplantare funditus conarentur: vt inde glorioſas victorias de Dæmone, & de ſe ipſis reportantes, tutiſsimo pacis loco, in iſta miſerabili vita tot turbinibus & tempeſtatibus circumuenta, fruentes, è portu iſto ſoluentes eam inacceſibilem gloriæ coronam in perpetuum æterna pace ſecurè aſſequerentur, quam illa verba Pauli inſinuant: *Repo-*
2. Ad Ti. 4 *ſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: nō ſolùm autem mihi, ſed etiam omnibus illis, qui diligūt aduentum ipſius*: ideſt, qui amplectuntur cæleſtem & diuinam illam pacem, quam aduētu ſuo Meſsias noſter cunctis mortalibus allaturus erat.

Cum ergo Pſalmiſta iam dudum acclamauerit: *Vacate, & cognoſcite, quia ego Deus. Exaltabor in gentibus, &c. Deus exercituum nobiſcum: fortitudo noſtra Deus Iacob, in æternum*: Quis eſt iā tā tardo ingenio prędi tus, aut tantis ignorantiæ tenebris vndiq; ſtipatus, aut tanta & tā peruerſa malitia infectus, qui cùm intueatur clariſsimè inter alias omnes Reſpublicas ab orbe cōditas, iſtam noſtram Chriſtianorum, religionem ac pace cæleſti miraculoſè continuo potitam fuiſſe: conſcientia conuictus, palam ſæpe ac iterum non acclamet, & publicis præconiis vbiq; fateatur, & prædicet: hoc vno, cæleſti, & inaudito bono, non niſi ob ſingularem, & admirabilem virtutem aduentus primi Meſsiæ noſtri, paſsionis eius, & ſingularis & continuæ eius præſentię cum Fidelibus ex tunc hucuſq; potiri vnquam ipſam valuiſſe.

Referant nobis, qui diu in euoluendis totius antiquitatis ſcrutiniis verſantur, potuiſſe Parthos contra Antonium quadrigentis millibus equitum obiiſſe: Seſoſtrum Regem AEgypti ſexcentis peditum millibus, Arabiam, maximamq; Libiæ partem inſuetam ſeruitii ſubigere: Ninum, Regem Aſsiriorū decies ſepties centena millia peditum, equitum ducenta, curruum centum millia contra Bactrianos agredientem præparaſſe. Xergem ſeptuaginta millia, de exteris nationibus trecenta, roſtratas naues, mille & ducentas onerarias, tria millia ad ſubiugandos Græcos adaptaſſe. Gręcos ad ſubiugandos Troyanos, octingentos, & octuaginta bellatorum millia congregaſſe.

Sed nunquam illis concedemus, nec ipſi teſtari audebunt, illis innumeris militum claſsibus, etiam ſi infinitas prouincias, & innumeras gentes in eorum dictionem adiunxerint: admirabili iſta pace, qua interius cum

cum proximis, & cum Deo nos fruimur, potiſsimè à tempore Paſsionis Chriſti vſq; in iſta au rea tempora illos vnquam potiri potuiſſe. Tot glorioſiſsimos tryumphos ſæpe ac iterum de carne noſtra, mundo Dæmone, & de cunctis eius miniſtris nos reportantes: quot opibus ingentibus eorum, cunctiſq; machinamentis, & induſtria ingenioſa nec per minimum tempus, eos conſequtos eſſe, eſt certiſsimum. Sicut & ſimiliter fateri coguntur nunquam aduerſarios ſuos, quos tanta armorum vi, copioſiſsimoque ſanguinis cruore Imperatores illi clariſsimi deuicerãt, ita pacificè ſub Imperio eorum tenuiſſe: quominus breuiſsima temporis mora, reflante fortuna ſtatim maioribus bellorum incendijs, ſubditos contra Reges eorum, & Principes ſuos vehementius exarſiſſe non experiamur. Ita vt qui antea victores Regum, & illorum Duces ob armorum dexteritatem, & potentiam glorioſiſsimè extiterant: decurſu breuiſsimo temporis, & mutata fortunæ rota eos in duriſsimam captiuitatẽ, & ſeruitutem, & ſi non crudeliſsima morte affectos, redactos tamen finitimæ nationes ſæpe conſpexerint. Quæ omnia quam longè ab iſta noſtra pace, qua vndiq; Chriſtiani affluenter abundant, diſſent, nullus eſt, qui nondum ſecum intueatur.

Quando ergo ſigna potiſsiſima aduentus primi Meſsiæ noſtri, ea breuitate, qua potuimus, cum ipſo Regio Dauid diu cõpleta eſſe veſtris oculis inſeruimus Rabbini ſubiecimus: excellentiamq. admirabilem huius noſtræ pacis cæleſtis, quam ſecum Meſsias noſter cunctis Fidelibus attulit, & qua vna iſta noſtra Reſpublica Chriſtianorum cæteras reſpublicas longè excellit, cunctis manifeſtauimus palam docentes, iſtam pacem quaſi iure hæreditario ob meritũ Paſsionis Meſsiæ noſtri, per tot annorum curricula, tot tantiſq. regnis & nationibus contradicentibus, congregationem tãtũm Fideliũ ſingulariter poſſidere: qua vna re nihil maius, ſublimius, aut excellentius excogitari poteſt, cùm ea vna pacem cum Deo habeamus. Solum ſupereſt vobis aut ſepulchrum patens, idest, obſcurus inferni lacus reſeratus, quo pœnas tantæ obſtinationis veſtræ debitas ex nunc in æternum perſoluatis, ſi adhuc in eadem obſtinatione perſiſtitis: aut vt huius ſummæ noſtræ fœlicitatis participes reliquo vitæ veſtræ decurſu fœliciter eſſe poſsitis: aduentum primum Meſsię, in quo pax iſta

cæleſtis, omniaq; bona æterna tamquam ex perenni fonte copioſiſsimê in cunctos Fideles proficiſcuntur, vt Iſaias prędixit: *Et haurietis aquas in gaudio de fontibus ſalutis, vel ſaluatoris:* Isai. 12. liberrimè interius ex toto corde, ex tota mente, & anima firmiſsimê ſic, amplectamini: vt hæc eadem ſigna aduentus primi Meſsiæ cunctis aſeclis veſtris diu adimpleta eſſe palam, & intrepidê docentes, & hanc eamdem veritatem apertiſsimè congregationibus veſtris manifeſtantes, fœliciter conſequamini id, quod qui eſt verax, & fidelis in ſuis promiſsionibus, & quod Magiſter, & Meſsias noſter, abſq. vlla perſonarum acceptione, cunctis fuit pollicitus dicens. Matth. 10 *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, cõfitebor & ego eum corã patre meo, qui eſt in cœlis.* Luc. 12.

PROPVGNACVLVM OCTAVVM.

AD CONFIRMATIONEM HVIVS NOstræ solidæ veritatis (cui firmiter initentes, vtilissimam disputationem audacter contra Iudæos protrahemus) desumitur ex illis verbis. Psal. 40.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationes tuas erga nos, non est, qui ordinet apud te. Annuntiabo, & loquar: plura sunt, quam vt narrentur. Sacrificium, & oblationem noluisti: aurem fodisti mihi. Holocaustum, & sacrificium pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce veni. In volumine libri scriptum est super me, vt facerem voluntatem tuam. Deus mi volui, & lex tua in medio viscerum meorum est.

SI luce meridiana clariora esse conspicimus illa, quę longo iam experimento & vsu, multis continuatis sæculis hucusque, cuncta sapientium virorum classis à Paulo nostro edocta palàm fatetur, & prædicat: videlicet animalem hominem non percipere ea, quæ spiritus Dei sunt: imò stulta ei apparere: neque nullatenus ad ima, & profunda illorum eũ peruenire vnquam posse, cùm mente, ac spiritu tantùm metiri, ac perscrutari debeant: ex quo consequens fit: Vt *spiritualis omnia iudicet, quia spiritus omnia scrutatur.* (1. Cor. 2.) Qua ratione fieri potest, vt excusationis aditus illis referetur, illis, inquam, qui eum continuò intueantur tan diu carnales vos extitisse in fœlicissimi Iudęi, & extare modò,

dó,ita vt ea tantùm quæ ocu-
lis veſtris conſpicienda tradũ-
tur,credere: quæ manibus con-
trectanda proponuntur, dig-
noſcere ſit vobis, ob veſtram
malitiam,& falſas maiorum ve
ſtrorum,traditiones integrum,
cuncta ſenſibus exterioribus
diſcernenda contendentes: non
in vehementem admirationem
ſubitô rapiantur? contemplan-
tes etiã adeò vos pigros eſſe,&
inermes in penetrandis ſacris
myſterijs, quæ diuinitus in cor
tice ſcripturæ ſacræ latent, vt
iſta viſibilia in viſibilibus per-
petuò anteponi debere veſtro
iudicio ducatis? Ex nunc ergo
vt intercludatur omnis excu-
ſationis locus, neceſſarium eſt,
& tanquam exigui rerum exa-
minatores à vobis,& fere à cũ-
ctis meritô iudicentur: & iudi-
cari iam poſum ego, imò & ab
omnibus iuſtioribus de cauſis
haberi. Quandoquidem cùm
per tot annorum curricula in-
ſitam veſtram naturam, inna-
tamque propenſionem, voſque
metipſos exterius ac intus in-
troſpexerim; totuſque exper-
tus fuerim, hac in re vos tan-
tùm intentos eſſe, vt omnia per
uertentes,tanquam veræ cogni
tionis aduentus Meſsiæ omni-
no expertes,& à ſæuiſsima ne-
ce, quam ei in conſpectu in-
ſipientium hominum, & Dei
etiam crudeliſsimè maiores ve
ſtri intulerunt(quòd ſummè de-
plorandum eſt) immunes illos
cunctis aparere, imò extitiſſe
continuò ſolicitè oſtendere no
bis,& vniuerſis gentibus cõten
datis: poſt tot vobiſcũ habitas
concertationes,& poſt tot inita
certamina,nunc iterum obſtina
tionis veſtræ oblitus, in arenam
deſcendere cogar? Sed quia in-
gens & ardentiſsimũ deſideriũ
quo in vos & in cunctam ſalu-
tem veſtram ſpiritualem conti
nuo flagror, vix patitur quomi
nus (ne arrogantiæ ſummæ mi-
hi tribuẽdũ eſſe quæſo ducatis)
teſtimonium huius ſolidæ veri-
tatis vobis extreme indigenti-
bus opportunè proferam, gra-
tiaq; ſingulari Dei coadiutores
illius facti ſimus, vt miniſterium
meum,& eaque defuerunt peri
tiſsimis viris ob ſummam & re
prehenſibilem eorum pigritiã,
vel forſan ob obſecrãdã malitiã
& obſtinationem veſtram,labo
re & induſtria mea aliqua ex
parte me adimpleuiſſe videar,
ſecundum donationem liberali
tatis & gratiæ cæleſtis mihi om
nium indigno,& minimo datã:
opus eſt vt vobis, quibus olim
potiſsime facta eſt promiſsio
aduentus Meſsiæ, & quos Dei
agriculturam Chriſti edificatio
nem digniſsimã,futuros eſſe de
inceps iam me videre videor,
nulli labori parcentes, prouide
& mature conſulamus, in me-
dium

dium vobis aducentes verba il-
la quę Pſalmiſta in remediũ prę
ſertiſsimum veſtrę ſalutis, Pſal.
40. nobis & vobis literis cõſe
crata reliquit dicens: *Multa feci*
ſti, &c. Spero, cũ idemmet Spi-
ritus S. ſit qui linguã Dauid ad
iſta proferenda impullit, atque
me denuo in oſtentionẽ omni-
potentiæ ſuæ ad eorũ ve borũ
intelligentiã vobis referandam
impellere non eſt dedignatus,
virtute admirabili illius, illius
inquã qui plantat rigat in ſre-
metũq; copioſiſsime clargitur,
ſic obſcura veſtra corda radijs
ſplendidiſsimis ſuæ lucis illumi
nanda fore, vt clare vobis cõſ-
picere iam liceat ipſummet ver
bũ diuinũ, de quo in capite li-
bri ſcriptũ eſt, ſcilicet, in ordi-
natione & ęterna & decreto di
uino, pro redẽptione generis hu
mani vere noſtrã carnẽ aſſump
turũ fore, vt ſe in impretiũ dig
niſsimũ & ſacrificiũ gratiſsimũ
pro reconciliatione hominũ pa
tri ſuo exiberet, iã dudũ aduen
taſſe: ita vt palam procul omni
timore propulſato, cũ ingenti
lætitia, & alacritate cũ Pſa. pro
rũpere ſit vobis fœliciſsimũ:
Pſal. 98. *Cantemus* Dño *canticũ nouũ quia*
mirabilia fecit: ſeruauit eum dexte
ra eius, & brachiũ ſanctitatis eius.
Notã fecit Dñs *ſalutem ſuam in*
oculis gentium, reuelabit iuſtitiam
ſuam, recordatus eſt miſericordiæ
ſuæ, & veritatis ſuæ erga domum
Iſrael. Viderunt omnes fines ter-
ræ, ſalutem Dei *noſtri, iubilate*
Deo *omnis terra, vociferate &*
laudate, & canite. Vel vt Chal-
dęus legit: *Laudate coram* Deo
laude noua quoniam mirabilia fe-
cit, ſaluauit ſibi dextera eius, &
brachium diuinitatis ſanctæ eius.
Manifeſtauit D*eus redemptionem*
ſuam pro ſpectui populorum, reue
lauit iuſtitiã ſuam. R*ecordatus eſt*
benignitatis ſuæ, & veritatis ſuæ
domui Iſrael, vt viderent omnes fi
nes terræ redemptionẽ D*ei noſtri.*
I*ubilate corã* D*eo omnes habitato*
res terræ, plaudite, & laudes dici-
te, & pſalite. Et merito vos Iu-
dæi terreni quodãmodo ſpiri-
tuales iam efecti, id vnũ intrepi
de dicere poteſtis, quãdoquidẽ
ſi contextũ totius Pſal. quẽ cu
dũ explicare propoſuimus, an-
tecedentia & ſubſequentia ver
ba illius perpendatis, ad exiſti-
mãdum aducor, nihil aliud vos
pręter aduẽtũ pręteritũ Meſsiæ
(& ſi in tantis & tenebricoſis
ignorantię locis ſitis conſtitu-
ti) coniectari poſſe.

Neque minus vobis & no-
bis de ſuperſcriptione huius
Pſal. ſiue vt Chald. legit: *Inlau* Pſal. 70.
dẽ D*auid decantatoria*: ſiue vt 70.
legunt in finẽ Pſalmus Dauid,
ſiue vt Hebreus ait: *victori*, *vel,*
ad victoriã D*auid* P*ſalmus* legi-
mus, colligere eſt permiſſum, cũ
omes lectiones eo tẽdãt, vt nos
ad prædicãda encomia Dauid,
ſum-

ſummiſque laudibus in cælum extollenda eius præclara facta tantum excitent, commoueant & incendant Ipſius inquam Dauid, quem non ſolum præſeferebat Regius noſter Dauid, & in quem ſimiliter vaticinia eius impulſu Spiritu ſancti dirigebantur, verum tanquam digito intento apperte oſtendere conatus fuit, cum dixit: *Victori, vel ad victoriam*, iuuere contendens omnia verba huius Pſalmi intelligi, ac interpretari proprie deberi, de Duce illo fortiſsimo & inuictiſsimo, cui datum eſt, vt Ioan. dicit: *Exiuit vincens vt vinceret*, & de illo magnanimo & potentiſsimo debellatore qui claues habet vitæ & mortis, & cuius eſt indumentum decoris & fortitudinis, cuius robore cuncta terra, vniuerſæ gentes & animantia, & immenſa illa totius Orbis machina nituntur, conſiſtũt & conſeruantur (Chriſtum noſtrum inteligo) qui carnem noſtram aſſumere non de dignatus, talem, tam honorificam, ſingularem & in auditam victoriam de dæmone & cunctis ſatelitibus eius (quibus fere cuncta rationis participantia veſtigalia ſepè ac ſepiſsimè penſitabant) reportauit: qualem & modo nobis illam recenſere fœlicisſimum, perpetuaque memoria retinere, ſummiſque laudibus noctu & diu deinceps abſque vlla temporis intermiſſione celebrare eſt iam rationi maximè conſonũ, imo & ſumme conueniens.

Apoc. 6.

1 Error.

Quod ſi hoc à vobis conſecuti iam fuerimus, facilime dictitare iam poterimus gloriose ereptos fuiſſe, de lacu miſeriæ de luto fecis, & à calumnijs exprobantium nos & audacter ſepè, & iterum iam acclamantium vna cum Rabbi Samuel, hunc Pſalm. editum fuiſſe à Regio Dauid, pro beneficio ſingulari populo Iſraelitico exhibito, cum egrederetur de AEgypto: aut in gratiarum actionem, eo quod liberauerit eum Dominus à crudeli illa perſecutione & nece, quam filius eius Abſalon contra illum intentauerat.

Reſpõ.

Nam præterquam quod veteris teſtamenti paginæ palàm proclamant ex eo tempore nõ fuiſſe extincta ſacriſicia, vt Pſalmi noſtri verba præſeferre videntur, imò ſemper continuata, & ſingulari præcepto poſt legem illis conceſſam à Moyſe ad illorum obſeruationem Iudæos teneri, vt ex illis verbis Exod. Et *appropinquare facies iuuencum coram tabernaculo Ecclesiæ, & imponent Aaron, & filij eius manus ſuas ſuper caput iuuenci. Et mactabis iuuencum coram Domino ad oſtium tabernaculi*

Exod. 29.

naculi Eccleſiæ. Et ex illis quæ 1.2.3.4.6.7 16.23. cap. Leuitici & cap. 9.15.19.28.29. Numero. & ex illis quæ Deuter. 12.16.21.27. & 1. Reg. 8. referuntur clare vnicuique conſtare poteſt, ſi attente ſingula illorum capitum verba animaduertat. Similiter aduenıemus nunquam Dauid canticum lætitiæ edidiſſe, aut ſingulares gratias Deo exibuiſſe pro morte filij ſui Abſalon, imò acerbiſsime funeſtam & acerbã illius mortem Dauid deploraſſe, vt illa verba meroris triſtitiæ plena præſeferunt, Samuel *Et conturbatus eſt Rex, & aſcendit ſuper thalamum portæ, & fleuit, & ſic dicebat, dum iret, fili mi Abſalon, fili mi fili mi Abſalalon, vtinam mortuus eſſem pro te Abſalon fili mi fili mi.* Quæ omnia quam aperte & verbis huius Pſalmi: *Sacrificium & oblationem noluiſti, &c.* Et illis quæ in principio huius Pſalmi habentur: *Et poſuit in ore meo canticum hoc nouum, laudem Deo noſtro: videbunt multi & timebunt, ſperabunt in Domino.* Vel vt Chaldæus legit: *Et ordinauit in ore meo cantilenam nouam, hynum coram Deo noſtro, videbunt multi, & timebunt, & ſperabunt in verbo Dei,* contrarientur, & quam improprie illis verbis: *Tunc dixi ecce venio, in volumine libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam Deus mi.* Adaptari poſſint, nullus eſt iam qui non clare intueatur. Præſertim ſi vna nobiſcum attenta mentis cogitatione contemplari conetur, Regium dauid nõ fortuito quodam caſu, ſed diuino conſilio in confirmationem huius veritatis, prius nomine totius Eccleſiæ Chriſtianorum inſtar illorum quæ dixit Iſaias. *Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eũ, & ſeruauit nos: iſte Dominus, expectauimus eum, exultauimus & lætabimur in ſalute eius.* & illorum. *Vtinam dirumperes cælos, & venires.* & Pſal. *Suſcita fortitudinem tuam, & veni, &c. illuſtra faciem tuam & ſeruabimur.* & illorumq; 1. Cant. habentur: *Oſculetur me oſculo oris ſui:* hæc verba in principio huius Pſalmi protuliſſe: *Expectando expectaui Dominum, & inclinauit ſe mihi, & audiuit clamorem meum, & aſcendere fecit me à ciſterna ſonitus è luto cæni, & ſtatuit ſuper petrã pedes meos.* Vel vt Chaldæus legit: *Et eduxit me de puteo luti ſcaturientis ſenum,* ac ſi clarius dixiſſet, ſumma cura & ſolicitudine qua potui expectaui vt nobiſcum cõmoraretur, carnem noſtram ſuſcipiens Dominus noſter, ille inquam qui eſt fortitudo fragilium, arx, & refugium pauperum, dulce refugium animarũ, expectatio diu deſiderata gentium,

2 Sam. 18 — Iſai. 25. — Iſai. 64. — Pſal. 80. — Cant. 1.

tium, quemadmodum sæpe patribus nostris Abrahe, Iacob, & alijs quamplurimis & mihi etiam, & si omnium minimo pollicitus fuerat. Et iam intus sentire me sentio ob magnam, ingentem & infinitam misericordiam eius dignatū esse executioni promissionē suam mandari, educens vniuersum genus humanū eius aduentu; operibusque mirabilibus suis in hac mortali vita peractis, acerbissimaq; eius passione pro cunctis mortalibus Patri æterno in reparationem cunctorum criminum totius generis humani libere â Messia nostro oblata, de lacu miseriæ, & de luto fecis, & de cisternis in quibus non erat aqua, verum etiam nec valebant continere aquam, & eripiens illud de vana eius religione & spurcissima idolatria, cui fere vniuersum orbatum fontibus aquę viuæ deditum erat, & venerationi Deorū illorum qui non erant Dij, sed opera manuum hominum, vt Isai. testatur: *A planta pedis vsq; ad verticem nō est sanitas in eo.* & c. 52. *Et repleta est terra dijs varijs, operi manum suarum incuruauerunt se, & quod fecerunt digiti eorū* & de innumeris alijs peccatis. Ob quorū obscenam fesionem, & execrandam turpitudinem merito nomine lacus miseriæ, & luto fecis comprehenduntur à Psalmista, cum nō solum valeant ista ob eorum maligniti item Deum offensum & iratum reddere, hominesque in perpetuum adeò separare, vt ex illis verbis Isai. colligitur: *Ve genti peccatrici populo graui iniquitate, semini malorum, filijs corruptoribus: dereliquerunt Dominum, irasci fecerunt sanctum Israel, alienauerunt se retrorsum.* & Isai. *Iniquitates vestræ diuisserūt inter vos, & Deum vestrum:* & animam in perpetuum interire; Ezech. *Anima quæ peccauerit ipsa morietur*, quibus rebus nihil fedius, execrabilius fingi, aut excogitari potest, cum nulla alia miseriarum genera esse possint, quæ cum istis aliqua ex parte conferi valeant. Quæ omnia satis confirmare vidētur verba quæ Psalmista his auectēda contendit dicens: *Et statuit super petram pedes meos, dirigens gresus meos*, id est, statuens & collocās genus humanū in vera cognitione aduentus Messię, & mysteriorum eius inquam qui fundamentum est firmum & solidum huius Ecclesię militantis, quo fulcita, & si fluctus ingentes contra eam illidantur innumereque tempestates concitentur, nunquam labatur, sed instar illius Ecclesię triumphantis, sit in æternum perseueratura, vt deinceps nō corruat, neque ab amicitia Dei disce-

Isai. 1. Isai. 52. Isai. 1. Isai. 59. Ezec. 18.

diſcedat, ſed tanquam in tutiſſimo præſidio conſtituta, præceptis illius obediens, mandatiſque eius ambulans, omnes fluctus tentationum, & dæmonis inſidias ſuperans, actus, opera, & cogitationes ſemper dirigat in eum, cum quo in æternum tanquam cum ſuo vero capite, Duce, & Rege ſummę illius beatitudinis particeps effecta, fœliciſsimam vitam traducere, & tanquam meritiſſima Regina regnare debeat.

CAP. I.

Veræ intelligentiæ eorum verborum multa feciſti, &c. demonſtratur, & ex conſequenti maieſtas incarnationis verbi diuini oſtenditur.

CVm ergo ex his quę breuiter retulimus non paruam intelligentiam conſequutos vos fuiſſe iam proſpiciam, ita vt iam deinceps fateri cum Chriſtianis cogamini (pręſertim cum neque contrarium vos efficere poſſe ſuper ſcriptio huius Pſalmi, antecedentia & ſubſequentia eius carmina ſinant) vniuerſum iſtũ Pſalmum, non ſolum aduentum Chriſti pręſeferre, verum præfixum terminum nobis aperte demonſtrare, quo cunctę gentes & nationes ab illis ignorantię, peccatorum voraginibus, & fluctibus, quibus erant immerſę liberandæ erant: ſupereſt vt iam vnanimes in gratiarum ſignificationem, ob hoc vnicum & ſingulare beneficium omnibus à Deo impenſum cum eodem Pſalmiſta clamemus: *Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationes tuas erga nos non eſt qui ordinet apud te annuntiabo, & loquar, plura ſunt quam vt enarrentur.* Vel vt Chaldęus legit: *Multa miracula feciſti tu Deus Deus mirabilia tua, & cogitationes tuæ verſus nos, non eſt poſsibile ordinare laudem tuam, ſi voluero narrare & loqui, plures ſunt quæ vt enarrentur.* Niſi fallor parumper ab errauimus ab eô quod diſputationes noſtræ contra vos concitatæ, & arma fortiſsima à nobis aſſumpta dirigebantur. Aſſumantur ergo, quęſo, ſi vobis placet, neque eſt cur illa iam pertimeſcatis, cum non ſint arma fraudis, doli, nequitiæ, diſſenſionis & malitię ſed veritatis, æquitatis, iuſtitiæ, pacis & amoris, ac ſummæ amicitię, quibus etiam ſi punctim feriamini, intimaq; cordium veſtrorum pungantur (ſępe fiet) ſed mihi credite non vobis mortẽ, ſed nouam vitam erunt allatura:

ra:vincemini,& victores eritis: captiuiq; trahemini & libere, non vi,ſed in funiculis charitatis in cogitationem veri capitis veſtri Chriſti;cum quo copulati,eiuſque paſsionis intercedēte fide quæ per charitatē operatur,participes effecti : Iudaicis ritibus tanquam fallacibus, vanis,& ſuperſtitioſis prorſus exuti, Chriſtianamq; religionem induentes ad ſecuram,tranquillam & nunquam perituram vitam vna nobiſcum traducamini.

Neque quidquam aliud à nobis eflagitare videntur illa verba huius Pſalmi dudum propoſita,quandoquidem vt cunctis gentibus & nationibus aduentus Chriſti,dieſque illius diuinitus præfixus omnibus pateret,nullique mortalium relinqueretur ocaſio errandi , ita vt huc , & illuc vagi & ancipites in eius cognitione vagarentur,ſed in prōptu omnes abſque vlla gentis , conditionis,& ſexus , differentia diem illum præſentem cernerent,& intuerentur , Regius vates nomine cunctarum nationum, ſed potiſſime Chriſtianorum in hæc verba prorrumpit: *Multa feciſti tu Domine, &c.* Quæ vt enfaſim magnam in ſe continent,ſic vehementer omnes mortales ad horum contemplationem & admirationem perpetuam commouent,& inflammant: cū illis non ſolum reperiamus ſic liberalitatem Dei erga genus humanum altiſsimo illo & ineffabili incarnationis myſterio Dauid enuntiaſſe,vt longo interualo cætera beneficia quæ hominibus à primo naſcentis mūdi exordio,Deus contulerat lōge excellat ac ſuperet,& ſi dici poteſt liberalitatem cunctā Dei exhauriat:verum ſic ſingulare hoc beneficiū hominibus conferendum apertiſsimè cunctis mortalibus iſtis verbis à Dauid manifeſtari,vt nullus iā mentis compos eſſe,aut excogitari à nobis poſsit,qui in huius temporis fœliciſsimi notitia & aſignatione vnquam cęcutire valeat,aut aliquando errare ſe potuiſſe , dictitare iam audeat.

Magna & præſtantiſsima ſunt ea quæ his breuiſsimis verbis me iam dixiſſe cunctis apparent , libenter profecto fateor , ſed multo minora videbuntur ſi cum his quę à Pſalmiſta Spiritus ſancto dictante interius comprehenduntur cōparentur. Nam eſto infitiari vobis minime poſsimus ſummam & ingentem omnipotentiam Deum oſtentaſſe. Eo tempore, quo vniuerſam huius terreſtris mundi fabricam tanta herbarū, arborum,animantium , & fontium amenitate,fluuiorum,huc,

&

& illuc currentium abundantia, admiranda illa elemẽtorum compoſitione ornauit, & extruxit, hominem de limo terræ condendo: & eo quo cæleſtem hanc, & admirabilem molem, tanta planetarum micantium pulchritudine, ſplendidiſsimarumque ſtellarum nitore inaudito mirabiliter condecorauit, vt illam tanquam cæleſtium incolarum domicilium digniſsimum, mortales poſt miſerandũ iſtud exilium, vna ſimul cum authore & opifice eorum perpetuo incolerent, ſingulari prouidentia ex tunc hucuſque illius incolumitati ſic conſulens, vt ſemper abſque vlla temporis intermiſsione, aut iniuria eadem met extiterit, & perſeueret in laudem ipſius conditoris, in vtilitatem, requiem & ſolatium, gaudiumq; perpetuum vtiliſsimorum hominum, ita vt huius tanti, & tam immenſi opificij & ingẽtis ſtructuræ memor ipſe Dauid vix ſe abſtinere potuerit, quominus ſuſpenſus & ſtupefactus, protulerit illa verba: *Benedic anima mea Deo, Deus Deus meus magnificatus eſt nimis, pulchritudine & decore indutus eſt. Induens lucem quaſi veſtimentum, extendens cælos vt cortinam. Qui contignat in aquis cenaculum ſuum, &c. Fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non commouebitur in ſæculum ſæculi, &c. Fecit Lunam per tempora, Sol cognouit ocubitum ſuum, &c. Quã multa ſunt opera tua Deus, omnia in ſapientia feciſti, &c.* *Pſal. 104.* & Pſal. *Confitemini* Deo *Deorum, quoniam in æternum miſericordia eius. Qui fecit mirabilia magna ſolus, &c. Qui fecit cælos in intellectu, &c. Qui extendit terram ſuper aquas, &c. Qui fecit luminaria magna, &c. Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.* *Pſal. 136.* Fateriq; iam cogamur, maxime magnificatam fuiſſe eius manum, vniuerſali illa mundatione, qua homines iumenta, cunctaque animalia (exceptis illis quæ intra archam Noe concluſa fuerant) miſere profundo voragine aquarum ſubmerſa reliquit: ſummeq; admirabilis ſtupẽdus ipſe aparuerit in edẽdis illis portentoſis prodigijs, quæ quõdam cum populo ſuo Iſraelitico oſtentauit, vt illa verba Pſal. demonſtrant, vt Chaldaica lectio habet: *Recordabor operum Dei, quapropter memor ero ab initio mirabilium tuorum, meditabor in omnibus tuis optimis, & in cauſis miraculorum tuorum, loquar Deus, ſanctæ viæ tuæ, quis Deus magnus ſicut Deus Iſrael? tu Deus faciens miranda, oſtendiſti in populis fortitudinem tuam Redemiſti brachio, vt inquã brachij tui populũ tuum, &c. Viderunt diuinitatem tuam in mari, Deus viderunt virtutem tuam in mari,* *Pſal. 77.*

Kk

mari contremuit populus, insuper turbati sunt abissi, &c. In mari rubro viæ tuæ, & semitæ tuæ in
Psal. 105. & 107. & 136. *aquis multis*: & copiosius ea quę Psal. 105. & 107. & 136. haben tur: quorum mirabilium excellentiam contemplatus instar eo
Psal. 71. rum quæ dixit Psal. 71. *Deus docuisti me ab adolescentia mea, & vsque nunc annuntiabo mirabilia tua, insuper vsq; in senectutem, & canos, Deus ne derelinquas me, donec anuntiem brachium tuum generationi, cunctis qui venturi sunt, fortitudinem, & iustitiam tuam Deus vsq; in excelsum, quanta fecisti magnalia Deus, quis similis*
Psal. 86. *tibi?* & Psal. *Non est similis tibi in dijs Deus, & non est iusta opera tua. Omnes gentes, quas fecisti venient & adorabunt coram te Deus, & glorificabunt nomen tuum. Quia magnus es tu, & faciens mirabilia tu Deus solus*: In hoc Psal. iam denuo profert: *Multa fecisti tu Deus, Deus meus mirabilia tua, & cogitationes tuas pro nobis, non est proportio ad te.* Tamen vt vera fateamur (dicẽdi enim nobis iam conceditur locus) sic clarissime hoc altissimum Incarnationis mysteriũ, merito cæteris miraculis omnibus anteponendum esse, prophetã insinuasse adinueniemus: vt ferè nec nominis aut memoriæ digna cuncta alia habenda esse, ipse iudicauerit: imo perpetuo silentio inuoluenda, si cum illo cuncta alia mirabilia cõferre contendamus, dicens: *Sacrificiũ & oblationem noluisti, &c.* quod præsentire vissus est Isai. dicẽs: Isai. 43.
Cæterum in memoriam ne reuocetis priora, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio nouum, nũc orietur. Non ne cognoscetis illud? ponam profecto in deserto viam, in solitudine flumina. Glorificabit me Hiere. 23.
bestia agri, &c. & Hiere. *Ecce dies veniunt dixit Dominus, & nõ dicent vltra viuit Dominus qui ascendere fecit filios Israel è terra AEgypti, sed viuit Dominus, qui ascendere fecit, & qui adduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de omnibus terris ad quas eieci eos, & habitabunt in terra sua.* Et merito equidem cum in isto altissimo, & supremo incarnationis prodigio intueamur, non iam vt antiquitus, cunctas creaturas suo opifici & conditori parere, vnaquæque illarũ suę insitæ & naturalis propensionis memor: sed quod magis stupendum & admirabile est, creatorẽ cunctarum rerum, creaturæ humanæ subijci, & id quod non erat, ipsum assumere non dedignatum fuisse, carnem inquã humanam, ex qua excelsa & summa vnione, id nostræ humanæ naturæ cõcessum est, vt habeat in se, quod Angelicæ naturę si possent illi inuiderẽt: & excelsitudine illius, cunctæ res etiã inanimatæ, nouũ nitorẽ, & splẽdorem,

rem,dignitatemq; acquirāt. Ob quæ omnia, vt iã tãquam perpetua memoria dignisſimum, iſtud ſingulare beneficium á cunctis mortalibus celebraretur: ex eo tẽpore potisſimè, quo executioni mandãdum erat, apertisſimũ ſignum tantę & tam ſingularis mercedis, & ſi cunctis, ſed potisſime vobis, qui increduli futuri eratis propheta dedit, dicens: *Sacrificium & oblationem noluiſti &c. tunc dixi, ecce venio, &c.* ac ſi clarius nobis oſtendere conaretur, illis inquam fœlicisſimis tẽporibus aduẽtũ Meſsię apud nos appropinquare debere, vt verbum diuinũ fieret caro, quibus ſacrificia veteris legis prorſus obrogarentur, vt ſic ea quæ vmbra erant, pręſentia repreſentati euaneſcerent, perirent, penituſque ceſſarent.

CAP. II.

Procul amandantur, recentiores expoſitiones iuniorum Hebræorum.

AVdiſtis vt Credo iuſtam veſtram condemnationẽ à Dauide prolatã, vel vidiſtis (vt proprius loquar) ſalutem veſtram foribus veſtris appropinquantẽ, imò iã ad ſtãtem, equm igitur iam eſt, vt quanam euaſionem excogitent prophetæ veſtri falſi (quos tandiu contẽplabatur Iere. dicens: *Ne audiatis verba Prophetarum qui prophetant vobis, vaneſcere faciunt vos, viſionem cordis ſui loquntur, non de ore* Domini. *Dicunt dicendo ſpernentibus me, locutus eſt* Dominus, *pax erit vobis, & omni ambulanti in duritia cordis ſui: dixerunt, non veniet ſuper vos malũ*) Rabbinos veſtros dico, qui ſemper eo ſunt intẽti, vt ſomnient mendacia, & decipere faciant cæteros, ne conuertantur à malitia ſua, attente percipiamus: eos inquã, qui vt nouam amicitiam nobiſcũ ex nũc inire contendant, libenter fatentur (ſed nunquid contrariũ pręſtare poterant) certisſimũ eſſe omnia iſta ſacrificia veteris legis, quę modo apud eos ſummo honore & veneratione habentur, imò in integrũ ſeruãtur, omnino abolẽda eſſe, vt ex verbis iſtius Pſal. colligitur, & ex illis Pſal. *Audi populus meus & loquar Iſrael, & teſtificari faciã cõtra te,* Deus Deus *tuus ego ſum, non ſuper ſacrificia tua arguã te, nec ſuper holocauſta tua, quod nõ fuerint coram me ſemper, &c. non accipiam de domo tua vitulum, neque de gregibus tuis hircos, &c. nunquid comedã carnẽ taurorũ. & & ſanguinẽ hircorum bibã? immola* Deo *laudẽ, & hæc rede altisſimo vota tua.* & ex illis Pſalm. *Quoniam non vis ſacrificium, alioquin darem.* & Iſai. *Vt quid mihi offertis multitudinem victimarum veſtrarum dicit* Dominus, *ſatur ſum holocauſtis arietum, & adipe bubalorum, & ſanguinem*

[Margin: Hiere. 23.] [Margin: Pſal. 58.] [Margin: Pſal. 51.] [Margin: Iſai. 1.]

vitulorum & agnorum & hircorum nolui, &c. ne addatis afferre sacrificium mendax, suffimentum abominatio est mihi. & Isai. *Qui immolat bobem, est ac si interficeret virum, qui immolat pecus, perinde est, ac si deceruicaret canem, qui offert oblationē est, ac si offerret sanguinem suilam, qui suffire facit Thus, est ac si benediceret idolo.* & Hiere. *Vt quid mihi iam Thus de Saba veniet? & calamus odoratus optimus de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt ad beneplacitum, & sacrificia vestra non dulcuerūt mihi.* Amos. *Odiui, reprouaui solemnitates vestras, & non odorabo oblationes cætuum vestrorum, quia si obtuleritis mihi, holocausta & munera vestra non aceptabo, & pacifica pinguium vestrorum non respiciā.* Oseas. *Quia misericordiam volo, & non sacrificium, & scientiam Dei præ holocaustis.* & Malachiæ. *Non est mihi voluntas in vobis dixit Dominus exercitum, & munus non volam de manu vestra.* & Ose: *Sacrificia eorum sicut panis lugentium reputabuntur, &c.* Sed cum hoc tamen nullatenus illis, aut nobis vnquā affirmare licere iamdiu fuisse abolita: aut aboleri posse his nostris temporibus, secundum promissionem Dei cunctis factam: sed necessario perseuerare deberi absq; vlla tēporis intermissione vsque ad finem mundi, qua ætate aduētum primum Christi futurū esse certissime isti expectāt? sed expectent profecto vsq; in illa tēpora, vt tunc eum iudicē seuerum, rigidum, tremendū, summeque contra illos iratum excipiant, quem nunc pium, benignum, clementem misericordem, eorumq; salutis maxime prouidum, & omnium euigilantissimum non solum recipere renuerunt: verum cunctis alijs additum ad eum excipiendum, adhuc varijs machinamentis intercludere ardenter exoptant, & solicite conantur.

Isai. 66.

Hiere. 6.

Amos. 5.

Ose. 6.

Mala. 1.

Ose. 9.

Pergant ergo hi conscelerati & impij, & vt sui erroris pristini fauctores euigilātissimi apud sinagogas suas palàm nuncupētur iam, vanas & apparentes rationes ad confirmationem suæ fatuitatis in medium cōtra nos adducant: scilicet inverecunde acclamantes, nos parū in vera intelligentia, imò in lectione sacræ Scripturæ esse versatos. Fieri ne potuit, vt tantam licentiā & authoritatem nos assumere vnquam potuerimus? vt ex eo quod intueamur illa sacrificia, & victimas & oblationes, non eo ordine, quo prçceperat Moises per tot annorum curricula ab illis offerri nēpe in Hierusalem, afirmandi nobis cōcedatur locus, certissime ex tunc aduentū Christi iā præterisse? Presertim cū apperte sacra Scriptura pro-

1. Ratio Rabinorum.

proclamet 70. annis dura illa captiuitate Babilonica populum Iſraeliticũ occulto & iuſto iudicio Dei orbatum eſſe, his eiſdem ſacrificijs, neque tamen ob id vnum, quempiam adeò temerariũ extitiſſe, vt hac vna ratione commotus auſus fuerit affimare Meſsiam tunc veniſſe. Nam facile illis reſponde-
Reſpõ. re poſſumus, vix Eſdræ libros ad illorum aures perueniſſe, aut illorum vetuſtiſsimas hiſtorias primis labijs illos deguſtaſſe, nam ſi illorum lectione inſtructi mediocriter eſſent, faciliмe intuerentur vt in libro Eſdræ refertur, Ieſuag, & Zorobabel religioſiſsimos Sacerdotes poſt reditum filiorum Iſrael ex longa illa Babilonis ſeruitute, non ſolum conſtituiſſe altare in loco ſuo, & obtuliſſe holocauſta Domino mane & veſpere, inſignemque illam tabernaculorum ſolemnitatem celebraſſe,
1. li. Eſd. 3. vt ſcriptum eſt: *Et holocauſta per ſingulos dies in numero ſecundum conſuetudinem per ſingulos dies, & poſtea holocauſtum iuge, & in Kalendis, & in omnibus ſolemnitatibus Domini ſanctificatis.* Quæ omnia ſatis confirmãt ea quæ 1. Eſdræ 6. refferuntur:
1. Eſd. 6. *Et obtulerunt in dedicatione domus Dei huius vitulos centum, &c. & immolauerunt peſag, &c. & fecerunt ſolemnitatem infermẽtatorum.* Quod ſi de illis temporibus quibus facta fuit transmigratio populi Iſraelitici, & orbatus fuit templo Hieruſalem, in quo ex præcepto diuino tantum immolanda erãt ſacrificia, potiſsimæ intelligenda eſſent ſigna primi aduentus Meſsiæ à Pſalmiſta aducta, ſcilicet, ceſſationem ſacrificiorum & oblationum futuram eſſe in perpetuum: qua ratione fieri poterat, vt Deus perciperet abolenda eſſe illa ſacrificia in perpetuũ, quæ poſt trãſmigrationem ſtatim in integrũ inſtauranda eſſe præſciebat? in tantum, vt 1. Eſdr. 5. nobis referat ſcriptura. *Verumtamen anno primo Chores Regis Babel, Chores Rex poſuit edictum, vt domus Dei hæc ædificaretur, & etiam vaſſa domus Dei aurea & argentea, quæ Nabucodonoſor à templo quod eſt in Hieruſalem attulerat in templũ Babel, eduxit Chores Rex è templo Babel, & data ſunt ipſi Sesbaſar quem ducem cõſtituerat, dixitq; ei: Hæc vaſa tolle, & deferre fac in templum quod eſt in Hieruſalem, vt domus Dei ædificetur in loco ſuo.* Quæ omnia eo expectãt, & tendunt vt intelligamus poſt iſtam tranſmigrationem non ſolum tẽpli inſtaurationem, ſed etiam vaſorum eius reſtitutionem ideo factã fuiſſe, vt ſicut in diebus priſtinis ſic Deo offerrentur ſacrificia, & ex tunc immolarent 1. Eſd. 5.

vſq; ad aduentũ Meſsiæ, fuiſſe ex ordinatione diuina. Quę omnia preſentire viſſus fuit paraſraſtes Chaldæus quando Pſal. vbi nos legimus: *Nunquid comedam carnes taurorũ? & ſanguinem hircorum bibam?* legit: *à die deſtructionis ſanctuarij domus, non accepi carnes ſacrificiorum pinguium, & ſanguinem hircorum non fuderunt ſacerdotes coram me*: at tempore transmigrationis populi Iſraelitici in Babiloniã, & ſi legamus templũ ſanctuarij eſſe expoliatũ omni pulchritudine, diuitijſque ſuis, igneq; pauimenta & laquearia illius ampliſsime domus Dei eſſe conſupta, vt ex illis Paral. dicitur de Rege Chaldeorũ: *Quod vniuerſa vaſa domus Dei, magna & parua, & theſauros domus Domini, & theſauros Regis & principum eius, omnia adduxit in Babel, & incenderunt domum Dei.* Tamẽ non ab imis fũdamentis fuit euulſum, & ſolo complanatũ, ſicut in deſtructione vltima poſt aduentũ Chriſti facta à Romanis: de qua Chriſtus prędixerat non relinquendum eſſe lapidẽ ſuper lapidẽ, vt tẽporis euentus demonſtrauit, ita vt fere nullũ veſtigiũ illius relictum fuerit, vt cuiq; veſtrum colligere licebit ex illis verbis Eſdr. *Anno 1. Ghores Regis, Ghores Rex poſuit edictũ, vt domus Dei quæ eſt in Hieruſalem, domus ædificaretur, quæ eſt locus in quo immolant victimas, & fũdamentis parietes colligarentur.* & Age. *Nunquid tempus eſt vobis, vt vos habitetis, &c. & domus iſta ſic deſerta?*

Pſal. 50.

2. Par. 36.

1. Eſdr. 6.

Agge. 1.

Inſuper poſſumus illis reſpõdere, nullatenus Pſalmiſtam ceſſationem ſacrificiorum quę ſunt tẽpore transmigrationis illius prædixiſſe, ſed eã quã cœteri Prophetę poſt transmigrationẽ illam Babilonis, in perpetuum futuram annuntiarunt, vt cuiq; intueri poteſt ſi tempus quod illi prędixerunt, nempè Oſſeas, Amos, & Malachias attente contẽplatus fuerit. Sed quia iam ad aures meas perſonare ſentio falſas, impias, & ſacrilegas aliorum Rabbinorum veſtrorũ interpretationes, quibus vt veritatẽ iſtam ab Spiritu ſancto per Dauid intentam detegant, ſuos alia via decipere conantur: congrum eſt vt paulatim illis occurramus, ne ſuis comentitijs rationibus tãquam peſtifera contagione vtentes, reliquos inficere valeant. Neq; id vlla ratione conſequi poterunt, ſi attente illas perſcrutemur. Nã cuius queſo conſiderationis, efficatiæ, & inergie eſſe poterit alicui, ſtolida, & inſipida interpretatio eorũ, eorum in quam, qui *his verbis ſacrificium & oblationem noluiſti, &c.* conãtur docere id tantum intendere Dauid, ſcilicet, vt oſtendat cũctis

3 Error.

ctis Deũ Optimũ Maximum,
ſic ſumme amatorem fuiſſe
populi ſui Iſraelitici, vt cũ in-
tueretur illum dura ſeruitute iã
diu apud Babilonios opprimi,
& perconſequens orbatũ eſſe
illis ſacrificijs antiquis,quæ ma
xime grata apud eũ erãt,maxi-
meq; miſericordiæ impetrato-
ria:ipſum poſtea ingenti miſe-
ricordia tactũ excitaturũ fore
(vt de curſu tẽporis Deũ præ-
ſtitiſſe reffert ſcriptura)poten-
tiſsimũ Regẽ Cirrũ, qui vices
ipſius Dei agens populũ Iſrae
liticũ libere dimitteret, in pa-
triamq; ſuam,id eſt,in Hieruſa
lem redire ſineret, vt ibi vt anti
quitus eadẽ ſacrificia & oblatio
nes Deo offerret; *vt 1. Eſd. c. 1.*

Reſpó. Præcipue cum non ſolũ pa-
lâm Pſalmiſta nobis & cunctis
demonſtret, Deũ omnia illa ſa-
crificia & oblationes vt inutilia
& tanquã vana vmbram tantũ
que noſtrorũ ſacramentorũ ha-
bentia, abſq; vlla ciuitatis per
ſonarum, aut ſexus exceptio-
ne aperte reprobaſſe, dicẽs: *Sa-
crificium & oblationem noluiſti,
&c. holocauſtum pro peccato non
poſtulaſti*, tũc dixi, ecce veni: ve
rũ ipſa ſacra ſcriptura doceat,
& ſi potentiſsimus fuerit Rex
Cirrus ad primũ preſtandũ, nõ
tamen eum extitiſſe de quo ſer
monẽ inſtituens Pſalmiſta dice
bat: *In capite libri ſcriptum eſt de
me, vt facerem voluntatẽ tuã* Deus
*mi, volui & lex tua in medio viſce
rum meorũ eſt.* Quanam namque
dicite, voluntatem Dei inquam
adimpleuit, aut legẽ diuinã in
præcordijs preſentem habuit,
aut quã iuſtitiam populo, aut
Eccleſię docere, quanã verita-
tem aut ſalutem cunctis prædi-
care poterat? qui & ſi non va-
rijs gentilitatis erroribus, vanis
que & falſis Dijs erat totus ab
ineunte ætate (parẽteſq; & ma
iores ſuos imitatus) deditus &
conſecratus: at ſaltem ferre nul
lam expreſsã claram notitiam
Dei veri & legis eius diuinitus
fuit cõſequtus. Alicuius ne mo
menti, aut ponderationis apud 4Error.
doctos in paginaq; ſacrę ſcrip
turę maxime verſatos viros,
eſſe poterũt comẽtationes fal-
laces, eorũ inquã, qui cũ palam
cernant verba iſta Pſal. *Sacrifi-
cium, &c.* radicitus cunctã per-
fidiã à ſinagogis eorũ euellere,
vniuerſas leges Moſaicæ radi-
ces prorſus nec amplius pulu-
lent, proſcindere: eam iam licẽ
ciam dicendi temere ſibi arro-
gent, vt proferant, eſto verbis
iſtis a Dauid prolatis ſacrificiũ
&c. aduẽtus Meſsię aperte ſig
netur, eo tẽpore quę futurũ eſ-
ſe, quo ſacrificia veteris legis
ſint ablata, non tamen inde
contra illos nos fateri poſſe,
illorum ſacrificia tanquam an-
tiquata ceſaſſe, aut à morte
Chriſti (quem nos iſto nomine

temere eum appellari decreuimus) illorum ſinagogas hucuſque illis oblationibus orbatas fuiſſe. Præſertim cum non ſolum ſemotiſsimæ illæ gentes, remotiſsimæ nationes & regna intra quę tanquā in duris com pedibus vt captiui eo tādiu ex tunc detinentur, verum etiā nos palàm teſtari poſsimus, ſic cūctum populum Iudaicum abſq; vlla ſexus & cōditionis differē tia, ex tunc abſque vlla tempo ris intermiſsione vſq; in hæc noſtra tēpora, in ſacrificijs immolādis Deo enixe & ſummo pere elaboraſſe, & in obſeruatione legis Moyſaicæ perpetuo fuiſſe, & eſſe modo ſumme intentum, & occupatū, vt abſq; vlla iniuria, non ſolum Eccleſiam Chriſtianorum in perſeue rantia adequaſſe, verum longe illam ſuperaſſe gloriari poſsit: cum ea cura & ſolicitudine ea omnia quæ Moyſes obſeruāda, & præſtanda illi præcepit, in integrum præſtare & obſeruare ſemper conatus fuerit, & mo do etiam conetur, vt merito ob ſeruātiſsimus legis Moyſaicæ populus ille apud cūctas gētes, & totius Orbis partes dici, & haberi merito poſsit, & debeat.

Reſpō. Vera namq; prædicant iſti, digniſsimi ſunt equidem, vt iā deinceps tanquā legis antique fautores ſoliciti, ac maxime eui gilantes à nobis nuncupentur, & apud Deū habeantur, vt illis Deus, & ſi non bona tempo ralia cæleſtia & ſpiritualia (ob illorum ſacrificia & obſeruatio nem legis) in iſta vita conferre, at ſaltim in altera iuſtiſsime pœnas æternas elargiatur. Sed Rabbini doctiſsimi, aut forſam vt proprius loquar legis veſtræ maxime obliuioſi, dicatis quæſo, lege veſtra Moyſaica (cuius filios eſſe vos ſerio triū phantes tan diu gloriamini, & modo & ſæpe dictitatis) Deute ron. ſcilicet vobis non ne inquam præceperat Moyſes: *Nō facietis ſic Domino Deo veſtro, ſed locum quem eliget Dominus Deus veſter ex omnibus tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, vt habitet ipſe, quæretis & venietis illuc, & aferetis illuc holocauſta veſtra, & ſacrificia veſtra, & decimas veſtras, & oblationem manus veſtræ, & vota veſtra, & ſpontanea veſtra, & primogenita bouū veſtrorum, & pecudum veſtrarum & comedetis ibi corā Domino Deo veſtro.* Et inferius eadē repetere conatus Moyſes ne ē memoria veſtra aliquod verbum iſtorum excideret, dixit: *Caue tibi nè forte offeras holocauſta tua in omni loco quem videbis, ſed in loco quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum, illic offeres holocauſta tua, & ibi facies omnia quæ præcipio tibi.* Vel vt Chaldęus: *Non facietis ita coram Domino* Deut. 12.

no

no Deo veſtro, *ſed ad locum quem elegerit, Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt collocet ibi maieſtatem ſuam, venietis & domum maieſtatis eius requiretis, & offeretis ibi holocauſta veſtra, & victimas ſantificatas veſtras, & decimas veſtras & primitias manuum veſtrarum, & vota veſtra & quæ ſponte donatis, & primogenita boum veſtrorum & ouium veſtrarum. Et comedetis ibi coram domino* Deo *veſtro, &c. Non facietis ſicut omnia quæ nos facimus hic hodie, ſinguli quod rectum videtur in oculis ſuis &c. Caue tibi, ne forte offeras holocauſta tua in omni loco, quem videbis, ſed in loco quem elegerit dominus in vna tribuũ tuarum, ibi offeres holocauſta tua, & ibi facies omnia*

Deut. 16. *quæ ego præcipio tibi.* & Deute. 16. *Non poteris ſacrificare peſach intra vnam e portis tuis, quas* Do*minus Deus dat tibi, ſed in loco quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitare faciat nomen ſuum ibi, ſacrificabis peſach &c. Septem diebus ſolemnitatem celebrabis domino Deo tuo, in loco quem elegerit dominus,* vel. vt Chaldæus nõ *habebis poteſtatem immolandi phaſe in vna vrbium tuarum, quam dominus dabit tibi, ſed in loco quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitare faciat maieſtatem ſuam in eo, ibi immolabis phaſe.* Quis ergo eſt ille ſpiritus malignus qui corda, mẽtes, & iudicia veſtra obſcurare, aut peruertere ſic potuit, vt omnibus iſtis præceptis Moſaycis pro nihilo ductis, quod vobis apperte & conſultò prohibuerat **Deut. 4.** Moyſes Deut. 4. dicens: *Non addetis ſuper verbum quod ego præcipio vobis, & non diminuetis ex eo, vt cuſtodiatis præcepta domini veſtri, quæ ego præcipio vobis.* Modo facere vobis licitum & maxime iuſtum iam videatur, apud alienigenas nationes tãtam multitudinem ſacrificiorum Deo immolantes: quantam recenſere cunctis fœdum & execrandum eſt omnia illa in eum ſcopum intendentes, vt frequentia innumera illorum, aditum nobis ad cognitionem & intelligentiam aduentus primi Meſsiæ intercludatis?

CAP. III.

Stoliditates Rabbinorum in medium aducuntur, vt cunctis innoteſcat nullatenus Iudeos extra Hieruſalem imolare ſacrificiũ poſſe.

QVod ſi forſam excuſatione digni aparere aliquibus **1 Repli.** maiores veſtri conantur, & vos id vnum contenditis, arbitrantes prohibitionem iſtorũ ſacrificiorum à Moyſe factum, intelligendam eſſe tantum apud eas nationes gentilium, apud quas commorabantur priſci illi Iſraelitici antequã in terrã pro-

missionis ingrederentur, ne cõtaminarentur illis supreſtitionũ & Idolatriæ generibus, quibus illi Gentiles abutebantur: aut ex eo quod dictitatis huiusmodi locum sacrificandi nunquam vobis alicubi â Moyſe, vel ab alio legiſlatore fuiſſe præfixum & aſignatum: certe meo iudicio ab omni reprehenſione immunes, & liberi iam ab omnibus iudicādi eſſetis, niſi veſter Moyſes vobis palā ita omni ex parte aduerſaretur: præcipue illis verbis Deutero. *Non facietis ſic domino Deo veſtro, ſed locum quē elegerit dominus Deus veſter &c. Et affereris illuc holocauſta veſtra &c.* Non *facietis ſecundum omnia quæ nos facimus hic hodie, vnuſquiſque omne quod eſt rectum in oculis ſuis, non enim veniſtis huc uſque ad requiem, & hereditatem quam dominus* Deus *dabit tibi.* Et *tranſibitis Iarden, & habitabitis in terra quam dominus* Deus *veſter hereditate accipere faciet vos, & requiem dare faciet vobis ab omnibus inimicis veſtris in circuitu, & habitabitis confidenter.* Et *erit ad locum quem elegerit dominus* Deus *veſter, vt habitare faciat nomen ſuum ibi, afferetis omnia quæ ego præcipio vobis, holocauſta, veſtra, & ſacrificia veſtra:* ex quibus non ſolum tamquam manifeſtum apparet populo Iſraelitico, antequam in terram promiſſionis ingrederetur, nō eſſe prohibitum vbique ſacrificare, ſed poſtquam terram promiſſionis inhabitaret. Quæ omnia ſatis cōfirmare videntur illa verba quæ præcedunt in eodē cap. cū dicitur: *Iſta ſunt ſtatuta & iudicia quæ cuſtodietis vt faciatis in terra quā dabit dominus* Deus *patrum tuorum tibi, vt poſsideas eam omnibus diebus quibus vos viuetis ſuper terram, perdendo perdetis omnia loca, in quibus ſeruierunt gentes quas vos poſsidetis, &c.* Et *diruetis aras earum, & confringetis ſtatuas earum, &* Lucos *earum comburetis igni*: vel vt Chaldeus, *hæc ſunt mandata & iudicia quæ cuſtodietis vt faciatis ea in terra quam tibi dedit dominus* Deus *patrum tuorum, vt poſsideas eam omnibus diebus quibus vos permanetis ſuper terram: perditione diſperdetis omnia loca, in quibus ſeruierunt populi quos vos poſſeſuri eſtis, &c.* Non *facietis ita coram* Domino *veſtro, ſed ad locū quē elegerit, &c. venietis &c.* Non *facietis ſic domino* Deo *veſtro, ſed locum quem elegerit dominus* Deus *veſter &c.* Queretis, *& venietis illuc & afferetis illuc holocauſta &c.* Caue *tibi ne forte offeras holocauſta in omni loco quem videbis, ſed in loco quem elegerit dominus*: ex altera autem parte illa verba Paralipo, contra vos publicè tanquā ſanguis Abel proclamare non ſentirem, ſcilicet, *apparuit autem dominus* Salomoni *nocte, & ait ei, audiui*

Deut. 12.

2. Para. 7

2. Para. 7

audiui orationem tuam, & elegi lo cum iſtum mihi in domum ſacrificij, ſi clauſero cælum, & non fuerit pluuia, & ſi præcepero locuſtæ, vt deuoret terram, & ſi miſero peſtilentiam in populum meum, & hu- Pſa.54.
miliauerit ſe ſpopulus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomẽ meum & orauerit: & exquiſierit faciem meam, & conuerſus fuerit a vijs ſuis malis, ego exaudiam de cælo, & parcam peccato eorum, & ſanabo terram eorum. Nũc oculi mei erũt aperti & aures meæ intentæ ad orationem loci huius, & nunc elegi & ſanctificaui domum hanc, vt ſit nomen meum ibi vſque in ſeculum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

Vndique ergo a latere, a tergo, a fronte vos his apertiſsimis teſtimonijs, contra vos adductis circumdamini, ita, vt non ſolum excuſationis locum vos in fœliciſsmos Iudeos inuenire ſit poſsibile: verum nec fugam aut euaſionem aliquam apparentem excogitare ſit vobis iam integrum: Reliquum eſt (quod ob veſtram eximiam ſanctitatem, & Religionem ſingularem, maxime eſt eſperandum) vt Deum mendacem in eius promiſsionibus extitiſſe fateamini, cum per tot annorum curricula procul à Hieruſalem, amãdatos eſſe, Regeq; veſtro orbatos, vos tamquam exules, vagos huc & illuc per tot nationum exterarum ciuitates, loca, & vicos circumferri, ab omnibuſque gentibus tanquam viles, & infames haberi, ſanctitate & maieſtate illa ſanctuarij veſtri tandiu ſolo complanata permiſerit: quæ omnia cum aduerſantur promiſsioni antiquę factæ á Deo Salomoni, & cuncto populo, & ſucceſſoribus eius, proferre aut excogitare blaſfemum impium ſumeq; execrãdum eſt: aut vos eos ſemper que tales extitiſſe, vt ſic prouocaueritis dominũ gloriæ, vt maledictionem illam quam olim cominatus erat vobis & maioribus veſtris iamdiu in vobis & ipſis impletam eſſe experiamini, nempe *ſi autem auerſi fueritis,* 2.Para.7
& dereliqueritis ſtatuta mea, & præcepta mea, quæ dedi coram vobis, & ambulaueritis & ſerulieritis dijs alienis, & incuruaueritis vos eis, euellam eos de terra mea, quam dedi eis, & domũ iſtã quam ſanctificaui nomini meo, proijciã à facie mea, & dabo eũ in parabolã, & in exemplũ cunctis populis. Et domus iſta quæ fuit excelſa omni trãſeunti per eam erit ſtupori.

Mihi credite cõmodius erit vobis vt hoc poſtremũ vna nobiſcũ palã fateamini & ſi miſerabile vobis videatur, antequã nefaria ſacrilega & ſume obſcena verba de Deo palam acclamantes acrius ac vehementius multorum linguas & corda in maledictionẽ tãtum veſtrorũ, & in maiora & inflamatoria

odia

odia in vos & cunctam malitiam veſtram concitare ex nūc ſit ſume neceſſarium : nam eſto vobis libēter impertiamus, Deū vbique eſſe, cum vbique oīnia quæ exiſtunt, ſuſtentet, regat & gubernet, nulloq; loco eſſe alligatum, qui eſt extra omnem locum, & à nullo comprehenditur & continetur, vt Pſalmiſta innuere viſus eſt cum dixit: Quo
Pſal. 39 *ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, ſi aſcendero in cælum ibi es & ſi ſtratum fecero in inferno ecce tu es, ſi aſumpſero pennas luciferi, & habitauero in nouiſſimo occidentis, & ibi manus tua ducet me, & tenebit me dextera tua*, vt ſacrificia oblationes & holocauſta a mortalibus ſuſcipiat, facillimeque potuiſſe illum holocau ſtomata veſtra extra ciuitatem Hieruſalem abſque vero Sacerdote & ceremonijs, à Moyſe conſtitutis dignanter excipere: quibus illum vos & maiores veſtri ad clementiam, miſericordiā trahere, & allicere valleretis, ſed ob id vos dicere temere & impudenter tentabitis, oblationes veſtras id modo impetrare apud Deum, quem non ſolum non excepiſtis cū crudeliſsimæ morti ob multa bona opera in vos facta, & eximiam eius ſanctitatem tantum impie tradidiſti: verum eius voluntas ſic maxime contraria ex tunc extitit holocauſtis veſtris ſicq; in vos auimata quantum præſagire nobis & vobis iam licet ex illis Pſal. *Sacrificium & oblationem noluiſti, &c. Holocauſtum & ſacrificium pro peccato non poſtulaſti &c.* & Mala. 1.
illis Malachiæ. *Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non volam de manu veſtra ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius magnum nomen meum inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo & oblatio munda.*

Potuit namque qui noſtrum parentem de nihilo condidit, & ad imaginem eius finxit, qui cunctas gentes illa inundatione generali ſubmerſit, populūque Iſraeliticum ex poteſti AEgyptiorum manu fortiter eripuit, glorioſaſque victorias de inuictiſsimis Regibus eum reportare fecit, Ciuitatem illam Hieruſalem, templumque illius ſanctiſsimum maiores veſtros & cunctam proſapiam veſtram ab incurſionibus Romanorum, cūctarumque gentium & nationū diu conſeruare, vt ibi ſacrificia grata illi in perpetuum offererētur, et ſic holocauſtomata veſtra æternitati Conſecrata perpetuo extarent : id fateor, vobiſcum Regio Dauid dicente, *quoniam* Pſal. 51.
ſi, voluiſſes ſacrificium dediſſem, ideſt ſi grata tibi fuiſſent, & nō noua Chriſtianorum ſacramenta ſalutifera potiſsime adumbrarent continuo iſta immolarentur

tur

tur a fidelibus tuis. Neque adhuc inficior quod ſi cuncta iſta diſponeret Deus noſter, quod nõ ſolum numquam templum illud ſolo complanaretur: verum neq; in colle eius ideſt populus ille vllis perturbationibus & bellis contra illum cõcitatis ab continua illa ſacrificiorum varietate ceſſaret, aut determinatum locum illis ad ſacrificandũ non ita decerneret, aut Moyſes nomine Dei in eo loco tantum imolandum eſſe præcipere. Sed nunquid ob id extra Ieruſalem vobis modo ſacrificia Deo offerre vobis licitum eſſe audacter & impudice affirmabitis? an vt voluntate diuinæ vos continuo reſtituiſſe gloriemini? an vt graue iſtud ſcellus Deo tantum tribuendum eſſe prædicetis? eo quod vos & ciuitatem Ieruſalem cum potuerit non tutatus fuerit ad ea omnia ſacrificia immolanda. Eia audatia iſta præceps, impietas iſta abominabilis & execrãda blaſfemia a mentibus veſtris funditus euellatur, longe lateq; à conſpectu noſtro exterminetur ſtatim eſt ſume neceſſe & tantũ id vnũ peccatorum veſtrorum ſummæ grauitati, & malitiæ veſtræ, altiſsimoque incarnationis myſterio & diuinæ prouidentiæ tribuatis maxime vellem; cum, eo proceſsit vt reiecto & reprobato veſtro Populo Iſraelitico ob ſcellera eorum & ingentem ingratitudinem: Populum Gentilicum (intercedente morte & paſsione filij eius) in locum eius ad maiora bona capeſenda adducere & trahere ſecum iuſtiſsime ſtatuerit.

4. Error

Fortiſsima machinamenta veſtra radicitus ita euerſa manent, niſi fallor, vt tuti, & ſecuri ex hac parte, nos incedentes, audacter impetus efferueſcentes retardare poſsimus, illorum qui dictitare conantur: quod inſtar filiorũ Iſrael, qui quandiu vagabuntur per diſertum, poterant etiam poſt conſtructionem tabernaculi offerre ſacrificia, & oblationes voluntarias alibi quam, in tabernaculo, non autem ſacrificia & oblationes adque tenebãtur ex præcepto, & hoc illis licebat, quouſque pacifice terram promiſsionis poſsiderent, vt Rabi Samuel teſtatur ſimiliter poſſe modo Iudæos, eſto illis eſſet præfixus ſingularis locus ad ſacrificandum ſacrificia & oblationes, ad quæ tenebantur ex præcepto, & reuelatione diuina, nempe templum Salomonis vt Paralipomen. ſicut fuit 2. Para. 6. præfixus maioribus ſuis antea, ſcilicet, in ſilo vbi tabernaculũ & arca domini perſeuerarunt. 344. annis & in omnibus locis in

in quibus esset arca vt in Cariatari, in Masapach, in Galgala, in Gabaon, in domum Obedon, extra templum Ierusalē, saltim sacrificia, & oblationes, voluntarias offerre, & instar maiorum suorum hæc eadem præstare; donec in integrum cuncti illius populi terram Ierusalem pacifice possideant, quod certissime se consequturos esperant temporibus adeo statutis.

Sed forsan nondum isti miseri intuentur, & secum cogitant, nos manibus nostris contrectare, nempe illos turpiter & ignominiose fuisse eiectos a Ierusalem, templumq; illud sanctissimum a Gentilibus & Romanis sic prorsus dirutum, vt ex tunc caput extollere vnquā posse speret? cuncta quæ sacrifitia absque vlla diferentia, nulla ratione habita præcepti diuini illis contrarium præcipientis, extra Ierusalem in multis opidis & Ciuitatibus & vicis quibus dura seruitute opprimuntur, libere eos ex tunc hucusq; continuo immolare. Insuper diu cunctis nationibus innotescere, ab illis in fœlicissimis temporibus absque vlla tēporis intermissione vsque in hæc nostra tempora, illos iusto Dei iudicio a sanctissima illa ciuitate, tanquam ex paradiso propulsatos, vagari, huc, & illuc, nullam quietem habentes, & quod maius est, nunquam ad redificationem illius templi, additum esse illis reseratum? Respōs.

Sed dudum audiamus queso illos & attendamus an ob ista omnia secure in confirmationem sui erroris, in medium proferre possint, hæc sacrificia & oblationes sibi ex tunc offerri Deo licere, cum inspiratione diuina sit illis reuelatum, vt istam licenciam sibi ad sacrificandum assumant. Neque hoc inuisum aut inauditum iam alicui videri debere, præsertim cū nobis referat sacra Scriptura, Eliam extra Ierusalem nempe apud Samariam, coram innumera multitudine falsorum prophetarum, qui cultum & reuerentiam continuo exibebant Baal, non solum ipsum nouum altare Deo construere nullatenus dubitasse, vt verba illius nobis demonstrant, *& curauit altare domini dirutum, tullitq. Elias duodecim lapides iuxta numerum duodecim filiorum Iacob, &c. Et ædificauit ex lapidibus altare in nomine domini, fecitque aquæ ductum, secundum locum duorum satorum sementis in circuitu altaris, & parauit ligna. & in frustra concidit iuuencum, & posuit super ligna, & dixit iterate & iterauerunt, & dixit. 3, facite & fecerunt; & 3. fecerunt & ibant aquæ* Replica 1. Reg. 18.

aquæ per circuitum altaris, & etiam aquæ ductum impleuit aqua, & fecit cum offerret sacrificium, accessit Elias Propheta, & dixit dominus Deus Abraham, Isac, & Israel, hodie cognoscatur quod tu es Deus in Israel, & ego seruus tuus, & quod in verbo tuo feci omnia hæc, exaudi me domine exaudi me, & cognoscat populus tuus hec quod tu es dominus Deus, & tu conuertisti cor eorum retrorsum, & cecidit ignis domini, & consumpsit holocaustum, & ligna, & lapides, & puluerem, & aquã quæ erat in aquæ ductu linxit.

Respõs. Sed quorsum tanta & tam longa repetitio, & series verborum a vobis congesta, forsam ne vt vos omnes deinceps tanquam illum celestem & diuinum Eliam zelo Dei ardentissimum, colamus, suspiciamus, & veneremur? an iam tanquam falsos Prophetas Baal, acutissimo verbi diuini gladio, instar illius quod Elias cum illis Propheris falsis antiquitus præstitit, ob zelum Dei iuste iugulemus, crudeliterque interficiamus? vt inde pennas vestræ temeritati debitas persoluentes, cunctis vobis & posteris vestris aduentus Messię iam innotescat, & nulli errandi locus cõcedatur? O superbiam inauditam, ô temeritatem execrandã, ô facinus detestandum & nullis sacrificijs holocaustomatis, aut penis expiandum.

Eô ne temeritas vestra procax procedere, proteruaq, malitia & insania progredi potuit? vt temere, & audacter non cum quocumque Ptopheta vos ex nunc conferri contendatis, sed cum Elia illo viro sanctissimo in cuius potestate clauem cælorum, mortuorum resurrectionem, constitutas esse cuncti intuebantur vt illa verba Regum. *Viuit dominus Deus Israel cuius extiti in conspectu, si erit annis his ros & pluuia, nisi secundum verbum meum &c.* 1. Reg. 17. *Domine mi Deus reuertatur obsecro, anima pueri huius, ad interiora eius &c. & reuersa est anima pueri &c.* clare ostẽtãt: cuius abstinẽtia adeo singularis fuit vt illa Regum. *Surexitque, comedit & bibit abijtque in fortitudine cibi illius 40. diebus:* 1. Reg. 19. cuius zelus honoris Dei adeo inauditus & admirandus, vt illa Re. *Et accessit Elias ad vniuersum populũ, & dixit, vsque quo claudicatis in duas cogitationes? si dominus est Deus, ite post eum, & si Babal, post eum ite, &c. aprehendite prophetas Babal, nemo euadat ex eis, & aprehenderunt eos, & descendere fecit eos Elias ad torrẽtem chison, & iugulauit eos ibi,* 1. Reg. 18. præseferunt: cuius denique cognitio in altissima Dei & futurarum rerum intelligentia adeo suprema, & eximia amicitia cum Deo adeo arctissima: quantum

quantum nobis augurari iam licet illis verbis Regum. *Dixitque Eliseus obsecro vt fiat in me duplex spiritustuus*, & illis Regum. *Egredere & sta in monte coram domino, & ecce dominus transit, & ventus grandis* & illis Regum, *Et fuit cum ascendere faceret dominus Eliahu per turbinem, in cælum & abijt*. Cuius denique sanctitas admiranda adeo diuinitus cum alijs celestibus virtutibus eius, sic in in illo elluxit vt ob illius excellentiam, Deum non solum voluntati Eliæ sæpissime se conformasse, verum in cælum vna cum anima & corpore illũ cõscẽdere fecisse legamus: dictitantes reuelatione diuina illa sacrificia & oblationes, intra Hierusalem Deo offerre cunctos vos & maiores vestros, iustissime olim potuisse: & modo posse alibi extra templum Ierusalem, instar Eliæ illius qui imolauit domino, vt quã plurimis placet eo loco quo Iacob Genes. 32. vidit Deum ob quod appellatus fuit locus ille *Peniel*, idest facies Dei, quia vidit Deũ facie ad faciem? Quę nam est cõuentio inter filios tenebrarum, & amicum Dei, inter filios nequitiæ, pestilentiæ, & inter iustum & Innocentem? inter opera vestra execranda malitia & peruersitate vbique plena, & inter opera illius sanctitatẽ eximiam, incensam charitatem vndique redolentia? quibus continuo sic se exercebat ille sanctus, vt se ipsum in perpetuam victimam & sacrificium gratissimũ, pro Dei honore vitam suam libere morti exponendo, in dies offerre ardenter conaretur?

2. Reg. 2.
1. Reg. 19.
2. Reg. 2.

Vestra ne sacrificia extra Hierusalem Deo immolata eo ne tendunt, vt illis debitum cultum Deo vero exibeatis, & prorsus idolatria & eius cultores longe ex terminentur, solusque verus Deus ab omnibus vt par est, colatur, vt Elię antiquitus contigit? aut potius vt portentosa opera charitatis & admirationis plena, quæ in reparatione generis humani Messias noster publice edidit, propterquę exaltauit Deus illum vndique, & dilatauit nomen suum in vniuersa terra, & in cælis: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, & infernorum, inde obscurentur & obnubilentur? forsam contẽditis ne illis, vt cõmodius cũcti mortales ad maiorem cognitionem Dei veri trahantur, vt Elias loco superius allato conabatur, imo est consecutus: aut consulto equidem ea præstatis vt in cognitione & intelligentia vera aduentus Messiæ nostræ vna vobiscum cuncti christiani nostri misere ex nũc cecutire incipiãt? id certe. Quis nã est ille ignis qui ad deuoranda vestra sacrifitia desc[illegible]

dit

det? Eſt ne cœleſtis ſicut Heliæ? aut inferni à Dæmonibus excitatus, vt vna ſimul cum illis corpora & animas veſtras perpetuo in æternum, in alia vita excruciet, comburat, & conſummat? Noua ne ſigna, nouæ reuelationes Dei, nunc denuo ſunt vobis communicandæ? vt aduentum primum Meſsiæ noſtri palàm confitemini? cum ſplendidiſsimum illum iuſtitiæ Solem, ad illuminandum omnem hominem venientem in hunc mundum, à patre omnibus conceſſum, excipere ſic ſemper renuiſtis, vt Pſalmiſta proclamare viſſus fuit dicens: *Da eis ſecundum*
Psal. 28. *opus eorum, & ſecundum malum operum eorum, & ſecundum opus manum eorum da eis, rede retri-*
Pſal. 81. *butionem eorum eis, quoniam non intellexerunt opera Domini, & opus manum eius, ideo deſtrahet eos, & non ædificabit eos.* &
Pſal. 36. Pſalm. *Noluit intelligere vt be-*
Pſal. 81. *ne ageret.* & Pſal. *Non cognoſcent, & non intelligent, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Vel vt Chaldęus: *Neſcierunt bonum operari, & non intellexerunt legem, in tenebris ambulant, propterea ſic mouebunt pedes fundamentorum*
Iſai. 1 *terræ.* Iſai. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem non cognouit, Populus meus non intellexit.* & Hiere. *Contrictio ſuper cōtri-* Hiere 4.
ctionem vocata eſt, quia vaſtata eſt omnis terra: repente vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubito cortinæ meæ. Vſquequo videbo vexillum, audiam vocem tubæ? Quia ſtultus populus meus, me nō cognouerūt, filij inſipientes ſunt, & non intelligentes ſunt. Sapientes ſunt ad malefaciendum, benefacere autem non nouerunt.

CAP. IIII.

Rabbinorum ſtoliditates referuntur, vt illis conuincantur, nullatenus reuelatione diuina, eos à tempore paſsionis Christi, huc uſq; potiri, vt ob eam extra Hieruſalem, ſacrificia Deo offerre ſit illis permiſſū.

PAlàm & libenter vobis fatemur in lege naturę vſq; ad Moyſes tempora, Patriarchas illos, & omnes quotquot præceſſerunt, reuelatione diuina à Deo accepiſſe, & diuinitus inſtructos fuiſſe, quæ ſacrificia, quæ oblationes illi eſſent offerendæ, vt fere totius Geneſis paginæ teſtantur: quibus Deum pacatū reddere poſſent, & proteſtatione Chriſti venturi, peccatorumq; ſuorum deteſtatione, in priſtinam Dei amicitiam à peccatis eorum ſoluti redderent. Sed ex hoc nō optime colligitur, neq;

est cur nos ita vndique conuinctos esse arbitremini, vt similiter fateamur, vobis qui tandiu lege scripta abutimini, veramq; intelligentiam Prophetarũ funditus peruertistis, qua cognitio clarissima & certissima aduentus Messiæ, & per consequens salus cuncta hominum in posteros tanquam per aquæ ductus propagabatur: aliquando elargitã esse, aut elargiri modo potuisse a Deo, nouam reuelationem, quæ in omnibus reuelationi pristinæ, sanctissimis Prophetis in veteri lege factæ, & per consequens veritati summæ contrariaretur: occasione cuius a vera & infalibili notitia aduẽtus Messiæ longe aberrantes, excusationis locus vobis merito sit relictus. Quænam mens rationis regula certissima fulcita, iam ad existimandum adduci potest, vt affirmare iam audeat, singulari Dei reuelatione, vos extra Hierusalẽ, comode holocausta gratissima immolare Deo posse? Si attente & mature, ea quæ cũ ipsis sacrificijs, vos credenda esse, Sinagogis vestris temere præcipitis, contempletur?

Nunquid reuelationis nomine dignum est, & nepotius stultitiæ summę est tribuendũ? vos & maiores vestros sepe dictitare, vt ex prima parte doctrinæ vestræ cuius vocabulũ est *Beruchot*, id est, benedictiones colligitur. Deũ *caput & brachium habere: & in cessarie pixidem gestare ligatam, corrigio ipsius quæ corrigie nodũ, à postera capitis parte sub cerebro firmatum: intra vero pixidem quatuor cartulas inesse laudes Iudæorum continentes: similiter* Deum *esse tantum in occidente: semelq; in die irasci: singulisq; diebus hora determinata ingemiscere: duasq; lacbrymas ab eius oculis profluere propter Iudæorum captiuitatem: terq; in die tanquam leonem rugire, in hæcq; verba illum prorumpere, heu mihi, heu mihi, vt quid domũ meam redigi, & templum meum cremaui, & filios meos in gentes transtuli, heu patri qui transtulit filios suos, & heu filijs, qui translati sunt de mensa patris sui: eumq; summæ intentum esse in oratione, vt misericordia eius sit supra iram eius: nunquamq; perficere potuisse spatiũ foraminis quod reliquit in creatione firmamenti:* Deumq; *mendacem & peccatorem esse: tribusq; primis horis diei in intelligentia* Talmud *esse occupatum; insuper in mundum esse.* Cũ nõ solũ hęc omnia sacrę Scripturæ, verumetiam rationi naturali, summę ex diametro repugnare aperte nobis iam constet? Cum pręterquam quod Num. Fortissimus Deus *spirituum appelletur.* & Iud. *Non enim quasi homo sic Deus.* Ex quibus aperte coligitur Deũ maxime esse expertem materiæ, & perconsequens Num 16. Iudi. 8.

quens

quens corrigiam nullibi in eo eſſe. Similiter ipſa ratio naturalis docet, quod ſi Deus corporeus eſſet, cũ longitudinis, altitudinis, profunditatis & latitudinis, dimenſionibus conſtaret, finitus eſſet, cum ad nihil aliud præter iſtas dimenſiones, corporeũ ſe extendat. Inſuper certiores reddamur, eſto in ſacra Pagina, Deo brachiũ, caput, manus, pedes, oculi, cæteraq; mẽbra humana atribuantur, omnia per allegoriam illi acomodata fuiſſe: ſicut maiores veſtri illa verba: *Sicut locuſte aperuerunt faciẽ terræ*. & illa: *Aperiens terra os ſuum deuorabit illos*. & illa: *Ecce populus de vmbilico terræ deſcendet*. & illa: *De ala terræ laudes audiamus*. & illa Abac. *Lapis de pariete clamauit, & lignũ quod inter iunturas eſt reſpondebit*. Iſai. 14. *& ſiluit terra*: alegorice & nõ literaliter intelligẽda eſſe aperte docuerunt: cum proprie neq; facies, os, aut ala, aut vmbilicus, aut lingua, inſit terræ, neq; lapidẽ clamare, aut lignũ reſpõdere ſit intelligibile. Iam verò dictitare. *Deum in occidente eſſe*: *aut iraſci ſemel in die*: *duaſq; lachrymas effundere propter captiuitatẽ Iudæorũ*: *tanquã leonẽ rugire ter in die*: quis eſt ex vobis qui non erubeſcat hæc deliria non ſolũ proferre exterius, verũ animo concipere. Preſertim cum non ſolũ Pſalmiſta acclamet, quod omnes partes mũdi cælorũ impleat. *Quo ibo ab ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi aſcẽdero in cælum, ibi es tu, ſi iacuero in inferno ades, &c. vtiq; tenebræ non obtenebrant apud te, & nox ſicut dies lucet, tantũ tenebræ, quantum lux*. Adeoq; potentem eſſe. *Vt omnia quecũq; voluerit fecerit in cælo & in terra*. & Sapi. *Tu es Dñe qui vitæ & mortis habes poteſtatem*. & Pſ. *Præparans montes in virtute ſua, acintus fortitudine, cõpeſcens ſonitus maris, fremitum fluctuum eius, & tumultum nationum, & timebunt qui habitãt in extremis à ſignis tuis*. & Pſal. *Quis loquetur fortitudines Dei, auditas faciet omnes laudes eius*. & Iob. *Poteſtas & terror apud eum eſt*: Sed etiam ipſe rationis diſcurſus, aperte tanquã digito nobis oſtendat, nullatenus eũ dici Deũ poſſe, qui aut loco cõtinetur, aut perturbationibus agitari poteſt, cũ ſit Deus incorporeus, & illi vni incumbat omnia in ſe continere, ipſe vero à nullo contineri valeat: in eoq; ineſſe ſummã fœlicitatẽ cũ qua nec minime, nec vllę perturbationes ſtare vnquã eſt illi permiſsũ. Proclamare vero, ac firmiter ſepe tueri: *Deũ ſumme occupatũ eſſe in oratione, vt miſericordia eius excellat irã: inpotẽtẽq; extitiſſe ad conſtitutionẽ vniuerſã firmamẽti: in ſuiſq; promiſsionibus mẽdacẽ, ac peccatorẽ, & in nudũ eſſe intelligẽ: in Talmudi quotidie maxime eſſe ocupatũ & attẽtũ*. Quis

Enod. Numer. Iudicum. Iſaias. Abac. 2. Pſal. 138. Pſal. 114. Sap. 16. Pſal. 64. Pſal. 106.

per Deum immortalem hæc obſcena & abſurda excogitare, has blaſphemias contra Deũ ore eſpurciſsimo euomere non dum iam totis artubus perhorreſcit? Cum non ſolum aperte prophetas his omnibus ſtultitijs ſatisfeciſſe intueamur, dicẽtem Dauid. *Pſal.* 33. Cantate ei canticum nouum, diligẽter pſalite ei, quia rectum eſt verbum Dei, & omne opus eius in Fide, diligit iuſtitiam & iudiciũ, miſericordia Dei plena eſt terra. Et *Pſal.* 36. Deus in cęlo miſericordia tua, fides tua vſq; ad nubes. Et *Pſal.* 57 *vt Chaldeus legit*: Deus laudabo te in nationibus, quoniam magnificatã eſt vſque ad ſuperficiem cælorum benignitas tua, & vſq; ad cęlos veritas tua. Et *Pſal.* 107. Magna eſt ſuper cęlos miſericordia tua. Et *Pſ.* 136. Cõfitemini Domino Deorũ, quoniã in ęternũ miſericordia eius, quia fecit mirabilia magna ſolus, &c. qui fecit cælos in intellectu, &c. Qui fecit luminaria magna, &c. Solem in poteſtatem diei, &c. Lunam & ſtellas in poteſtatibus noctis. Et *Pſ* 104. Extendẽs cęlos & cortinã, &c. *&* 33. Verbo Domini cęli formati ſunt. *&* 88. Deus Deus exercituum quis ſicut tu? Fortiſsime Deus & veritas tua in circuitu tuo. *&* 116. Veritas Dñi manet in ęternum. *&* 118. Principiũ verborũ tuorũ veritas. *&* *Nu.* 25. Nõ eſt Deus quaſi homo vt mẽtiatur. *&* *Pſ.* 99. Deus in Siõ magnus & excelſus, ipſe ſuper omnes populos. Cõfiteãtur nomini tuo magno & timẽdo, ſanctũ enim eſt, &c. Exaltate Deũ Deum noſtrũ, & adorate ſcabelum pedũ eius, quia ſanctus ipſe noſter. *Leui.* 19. Sãcti eſtote quia ego Sãctus ſum. *&* *San.* 2 Non eſt Sanctus vt eſt Dñs. *Iſa.* 6. Seraphin ſtabant, &c. Sãctus, Sanctus, Sãctus, Dominus Deus exercituũ. *&* *Pſal.* 147. Magnus dominator noſter, & multus virtute, & intelligentię eius non eſt numerus. *Iob.* 28. Fines mundi intuetur. *Pſal.* 34. Accedite ad eũ, & illuminamini. *&* 27. Dominus illuminatio mea. *&* 138. Quoniã excelſus Deus, & humilia reſpicit, & excelſa de longe cognoſcit. *&* 7. Scrutans corda, & renes Deus. *Hiere.* 17. Ego dominus, eſcrutans corda. *&* *Dan.* 2. Et bene dixit Daniel Deo cæli, & locutus ait: ſit nomẽ Dei benedictũ à ſęculo, & vſq; in ſęculum, quia ſapiẽtia & fortitudo eius eſt, & ipſe mutat tempora, & transfert regna, atq; conſtituit, dat ſapientiam ſapientibus, & ſciẽtiã intelligẽtibus & diſciplinã. Ipſe reuelat profũda & abſcondita, & nouit in tenebris cõſtituta, & lex cũ eo eſt. Verũ etiam clare intueamur ipſam rationem naturalem fortiſsima & validiſsima nũc denuo arma

contra

contra vos tanquam rationis expertes aſſumere ſolicite con tendere: & comode id præſtare, imó & vos illis conuictos vndique tenere poterit; Præſertim cum ipſamet dictitet, orare ſemper inferioris reſpectu ſuperioris eſſe, ſi ergo Deus verus eſt, non ſolum non habet ſuperiorem, verum nec equalem, nam ſi aliquem ſibi ſuperiorem cognoſceret, cum ille maior illo eſſet, ille potius diceretur Deus: ſi equalem haberet neuter illorum eſſet Deus, cum neuter illorum eſſet infinite omnipotẽs, ſiquidẽ ſupra aliũ potẽtia vniuſcuiuſque non ſe extenderet. Si vero hoc oratione impetrare â ſe contendit, ergo iam in ipſo aliquid eſt ſuperius, aliquid eſt inferius, ergo ex ea parte qua inferius eſt, non eſt Deus, ergo iam aliquid eſſet in Deo quod non eſt Deus, quod ridiculum eſt, cum in infinito perfecto, omnes partes illius ſint infinitæ, vel vt proprius loquamur, omne quod in illo eſt infinitũ eſt. Inſuper quia alias Deus eſſet compoſitus ex partibus Etherogeneis, & inde ſequeretur quod non eſſet ſimpliciſsimus, & non excederet naturas creaturarum qui eſt creator illarum. Tumquia potens Deus eſt ad præſtandum omne id quod voluerit, ſi ergo vult vt miſericordia eius indignationem ſuam excellat, non indiget oratione ad id con ſequendum, cum ſit conditor cunctarum omnium: pręcipue cum, neq; à creaturis, neq; à ſe ipſo (cum voluntas eius ſit rectiſsima, ipſeq; ſit ſibi ipſi regula ſuarum actionum) impediri nullatenus valeat. D*eum autem orificium cæli perficere non potuiſſe, ſarine potuit lingua humana, aut potius mente diabolica excogitari vnquam?* Quandoquidẽ Deus omne id pręſtare poſuit quod eſt factibile, & quod non dicit in ſe repugnantiam: & valuit facere omnia ex nihilo quia eius virtus cum ſit infinita, extẽdit ſe ad omne finitum, & omnia quot ſunt factibilia finita ſunt, cum ſint creaturæ, & præter hoc nô ſit repugnantia ex parte rei factibilis, qualis eſt inter fuiſſe & non fuiſſe, eſſe & nõ eſſe, quæ omnia inter ſe maxime ſic aduerſantur, vt Deus ſua immenſa potentia nullatenus valeat facere quod nõ fuit, fuiſſe: aut quod fuit, non extitiſſe: ſicut quod eſt nõ eſſe: aut eſſe aliquid, cum non eſt. His inſuper accedit, cũ intueamur illam partem firmamenti non eſſe maioris perfectionis & nobilitatis, cum ſit ſimiliter inanimata, corporea & cæleſtis, ac cætere partes illius, ſed potuit illas ex [illegible] lo condere, ergo & iſtam, cum philoſophi Chriſtiani nobis teſtentur tantam

virtutem requiri in Deo, ad creationem vnius formicæ, quanta eſt neceſſaria ad creandum vniuerſum orbem, cum ſemper creatio præſuponat virtutē infinitam ex parte creātis.

Reſp. 2. Deum autem mendacem eſſe, quis ſecluſa fide adhuc dicere erit auſus? Cum mendacium præterquam ſummam imperfectionē in Deo diceret, eo quod Deus licet in omnibus maxime distet â creaturis, ſumme & infinite in veritate longe illas antecellat: cum ipſe ſit qui veram habet conſiſtentiam in loquela, & in operibus ſuis, cætera omnia deficiant, non maneant, ſed corruptioni ſint ſubdicta. Similiter maximè repugnaret ſumme bonitati eius, (quæ omnium ſumma eſt) ſi in eius promiſsionibus eos deciperet, quos ad participationem immenſæ eius bonitatis glorię cæleſtis, & ſupremarum diuitiarum (quibus maxime abundat) condidit.

Ex quo facile conſequitur, abſurde dictum eſſe â Rabbi Simeon, vt dicitur: *In Hulin cap. cerefot: peccatorem fuiſſe Deum, eo quod priuauerit Lunã claritate illa excellentiſsima, quã æquabat in principio ſuæ creationis ipſum Solem, ob quod delictū*

Num. 28. *præcepit Moyſes.* Numer. *Vt offerret domino hircum pro peccatis.* Nam præterquam ipſa ratio naturalis nobis dictitet, quod cum Deus ſit ſummæ ſapiens (alias enim nō poſſet vniuerſam iſtam machinam mundi condere, regere, & per tot annorum curricula eadem firmitate conſeruare) nullatenus peccare valeat, aut per ignorātiam: cum fere omnis peccans ſit ignorans: nec per malitiam, cum eò tantum omnes creaturas condiderit, vt illas participes ſuæ bonitatis efficeret: quibus duabus rebus de medio ſublatis impoſsibile eſt Deum peccare potuiſſe, cum ſit regula prima indeficiens omniū noſtrarum actionum. Similiter illa nos fateri cogit, nullatenus nos dicere poſſe, Deum vllam iniuriam Lunæ ob hoc irrogaſſe (eſto veriſsimū fuiſſet, quod illi tāquā ceci arbitrātur, quod maxime falſum eſſe Scriptura ſacra ipſa teſtatur, dicens: in earum creatione in æqualia fuiſſe: *Fecit Deus duo luminaria magna vnum, vt præeſset diei, alterū nocti.* Genes. 1. Nā quam iniuriā Deus irrogaret, ſi omne illud quod alicui creaturę mutuabit, iterū cum voluiſſet ab ipſa repeteret? Pręſertim cum nón ex neceſsitate aut ſingulari obligatione, ſed voluntate maxime libera Deus illud ei impartiretur ad tempus.

Neque minus iam fateri tenemur execrationis nomine dig-

digniſsimos eſſe eos, qui ſequente; Rabbi Iohanam vt fertur in raba Mechia, in cap. *Ha cobor* expurciſsime dictitare audent: *Deũ inquam polutum eſſe, ex eo quod tetigerit Moyſem eo tempore quo illum mortuum ſe*
Ioſue. 34. *pelliuit*: nam eſto nobis referat Scriptura: *Et mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini, & ſepeliuit eum in valle, in terra Moab*. Vel vt Chaldæus legit: *Et mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini, in terra Moab per verbum Domini, & ſepelliuit eũ in valle, &c.* Sed ex iſtis verbis cui ne licebit iam coniectari, Deum Moyſeh tetigiſſe? cum id non ſolum nobis non referat ſcriptura, verum ſciamus miniſterio Angelorum, vel alterius cuiuſque creaturæ (cum Deo omnia ſint ſubdita) vel virtute verbi ipſius) Pſalmiſta acclamante: *verbo Domini cæli facti ſunt, vel firmati*) illum ſepelire Deum potuiſſe. Tum precipue cum ipſa ratio naturalis dictitet, quod in corporeum eſt, nullatenus rebus corporalibus infici poſſe, cum ex ſua natura ſit liberum, & immune, ab omni contactu earum: ea potiſsima ratione, quia eſt ſuperioris ordinis, & non poteſt in fluxum quempiam accipere ab eis. Nam eſto intueamur materiale virtute diuina, in immateriale agere, & ſic doceant nonnulli ex noſtris, ignem inferni in ipſas animas agere torquendo actiuitate ſua illas, etiam ſint materiæ omnino expertes, & ſit alterius & inferioris ordinis, ignis ille reſpectu animarum: tamen cõtrarium dicere tenemur in præſenti dificultate, cũ tanta ſit & reperiatur diſtantia inter cunctas creaturas & Deũ qui adeò immaterialis eſt, vt ſit puriſsimus, & ſimpliciſsimus actus, quanta inter finitum, & infinitũ, inter creaturã & creatorẽ, & inter ea quę ſũmę & infinite diſtant, reperiatur eſt neceſſe.

Si cæleſtis reuelationis inſtar veſtri Elie participes vos à tẽpore vaſtitatis vltime Hieruſalem hucuſq; fuiſſe, & eſſe modo gloriamini, palàm profecratis mihi, à vobis enixe impetrare conabor: quidnamq; fuerit in cauſa, vt adhuc cum ipſa reuelatione diuina, nunc nunc Talmut veſter, ſũma veneratione habeat, & quod magis eſt cũctis credẽdũ pręcipiat, quod Rabi Eliezer, vt ex lib. qui Pirque inſcribitur, coligitur: *Celos de luce veſtimenti Dei, terram autem de materia quæ ſtabat in cathedra* Dei *Deũ condidiſſe, ordineq; tẽporis ante mũdi creationẽ* (vt Rabi Simeõ docet) *extitiſſe, tẽpore Meſsiæ nõ recipiẽdũ eſſe aliquem ex gentibus ad obſeruationem legis Dei, vt in lib.* Abo- Refu. 3.

dazara cap. 1. fertur. *Adamum sexu præpostero vsum esse*, Noe *ebrietate vini oppressum, vim contra naturam a filio suo Chan pertulisse, vt lib Iana cap. ioui aquiporim*: Abraham *conuocationum dæmonum authorem extitisse, vt in Canhedrim capit. vltimo*. Ioseph *animo copulamdi se cum domina sua, ad cubicula eius ingressum esse, vt in libro* Hulin. *Dauid violasse Abisai, quæ data ei erat vt calorem* Dauid. *conseruaret*. *Iahel septem vicibus concubuisse cum Sisara, & postea illum occidisse, vt in lib.* Nazor. *Rubem non peccasse cum femis cuit cum Baia concubina patris sui, vt in lib. Sabat filios* Heli *& Samuelis vt santos ab omnibus haberi debere*. Præsertim cum ista omnia sic Scripturæ sacræ summe opponi cernamus, vt iam tanquam falsissima ea omnia à nobis expellere sit necesse. Fieri ne potest vt ista à vobis temere tueantur, & vt maxime vera & solida venerentur, vt ludibrio habeantur iam quæ Genes. 1. spiritus reuelatione dicuntur: *In principio creauit Devs cælum & terram*. Cum ergo *Bara*, siue Hebraice, siue Chaldaice summatur significet ex nihilo rem aliquam condere, qua ratione affirmare potestis, cælos & terram ex aliqua materia Deum condidisse? Quo inconuenienti vobis à nobis nuper concesso, aliquâ præter Deum æternaliter illi, coextitere est necesse concedamus: aut silentio à nobis misere inuoluantur ea quæ Genes. Iacob prædicens dixit: *Non auferetur sceptrum de Iuda & Dux de femore eius, donec veniat qui mitendus est, & ipse erit expectatio gentium*. Vel vt Chaldæus legit: *Donec veniat Messias, cuius est regnum, & ei obedient populi*. & Isai. *Et fluent ad eum omnes gentes*. Isai. 11. *Et stabit in signum populorum*. & illa quę Genes. habentur. *Vocauitque Dominus Deus Adam, &c. & dixit: Quis indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?* & illa quæ Genes. capit. 6. proferuntur: Noe *vir, iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum* Deo *ambulauit*. & illa quæ Genesis 22. dicuntur: *Per me iuraui, dixit Dominus: quia pro eo quod fecisti rem hanc, & non prohibuisti filium tuum, vnicum tuum, quia benedicendo benedicam tibi, &c. & benedicent sibi in semine tuo, omnes gentes*. & Genes. *Propterea præcipiet filijs suis, & domui suæ post se, & custodient viam Domini, vt faciant iustitiam, & iudiciũ, vt venire faciat Dominus super Abraham, quod locutus est super eum*. & illa Genes. *Et quomodo faciam malum*

Genes. 48
Isai 2.
Genes. 3.
Genes. 9.
Genes. 22.
Genes. 18.
Genes. 39.

malum grande hoc, vt peccem contra Deum? & illa Regum. *Puella autem erat pulchra valde, & Regem fouebat, & miniſtrabat ei,* 1.Reg.1.
Rex autem non cognouit eam. & illa Iudicum. *Et egreſſa eſt Iahel in occurſum Siſaræ, &c. & tulit* Iudic. 4.
Iahel vxor Cheber clauum tabernaculi, & poſuit malleum in manu ſua, & ingreſſa eſt ad eum clam, & infixit clauum in tempus eius, & fixit eum in terram. Ipſe aut ſoporatus eſt, & laſſus eſt, & mortuus eſt. & illa Paralimpom. 1. Par. 5.
Filij aut Rubem primogeniti Iſrael, ipſe enim fuit primogenitus, & cum violaſſet ipſe torũ patris ſui, data eſt primogenitura eius filijs Ioſeph filij Iſrael. & illa Samuel. *Filij autem Heli filij erant impij, nec cognoſcebant Dominum:* 1. Sam. 2.
Si vobis placet cuncta iſta tegantur, aut de medio tollantur, error falſitas, veritati infalibili anteponatur, vt ſic comodius veritas obſcuretur, & turpiter à ſinagogis veſtris expellatur, iniquitas vero & mendacium veſtrum vigeat, ſtabiliatur, ac regnet.

Confutatio. 4. Vſquequo claudicatis in duas cogitationes miſerrimi Iudæi, ſi Dominus eſt Deus, ite poſt eum, & ſi Bahal ſequimini eum, vel vt clarius loquar, ſi legem Moyſaicam modo vos ad eius obſeruationem obligare arbitramini in integrum quęſo tanquam illius omnium obſeruantiſsimi fautores, obſeruate, cunctaque ſacrificia & ceremonias eius vt Moyſes præceperat, offerre conamini: ſi vero tanquam mortuam reputandam eſſe præſentia nouæ legis noſtræ iam clariſsime intuemini, illam procul vt vacuam, & infructiferam, a conſpectu veſtro prorſus viriliter ex nunc expelite. Quorſum namq; pręcepta decalogi vos obſeruantes (ſi nobis modo abſque mendatio dicere eſt permiſſum) de medio ſublatis omnibus ſacrificijs & feſtiuitatibus a Deo per manus Moyſes inſtitutis, Moyſaycæ legis ſectatores, imo filij eſſe (nobis expectantibus) nuncupari poteſtis?

Vbinam, quæſo ſacrificia illa voluntaria, de quibus Leuit. dicitur; *Loquere ad filios Iſrael* Leui. 1.
& dices ad eos, homo cum obtulerit ex vobis oblationem Domino, de animalibus de bobus, & de pecudibus, offeretis oblationem veſtram; ſi holocauſtum eſt oblatio eius, de bobus maſculum immaculatum, offeret eum, ad oſtium tabernaculi Eccleſiæ offeret eum, ſecundum voluntatem ſuam, in cõſpectu Domini.

Vbinã ſacrificia ſacrificiorum; vel vt Chaldæus vult, *ſanctificatorum*: vel vt 70. *ſabatoria?* de quibus Leuit. dicitur. *Et ſi* Leuit. 3.
ſacrificium pacificorum fuerit, oblatio eius, ſi de bobus ipſe offerret

tam masculum quam fœminam, in maculatum offerret eum, in cõspectu Domini, *&c. immolabit eũ ad ostium tabernaculi* Ecclesiæ.

Vbinam hostiæ & sacrificia pro peccatis per errorẽ comissis, *de quibus* Leuit *dicitur*. Et locutus est Dominus ad Moseh dicẽdo, loquere ad filios Israel, dicendo: anima cũ peccauerit per errorẽ ex omnibus pręcep tis Domini quæ nõ sunt fiẽda, & fecerit vnum ex eis, si Sacerdos vnctus peccauerit secũdũ delictũ populi, offerret pro peccato suo in quo peccauit, iuuẽcum filium bobis inmaculatũ Deo pro peccato, & afferet iuuencum, ad ostium tabernaculi Ecclesiæ in cõspectu Dñi, &c. & si omnis Sinagoga Israel errauerit, & latuerit res ab oculis congregationis, & fecerit vnũ ex omnibus præceptis Domini, quæ nõ sunt fienda, & delinquerint & scitũ fuerit peccatũ in quo peccauerint, offeret cõgregatio, iuuencũ filium bobis, pro peccato, & adducet ante tabernaculũ Ecclesiæ, &c. Cum Princeps peccauerit, & fecerit vnũ ex omnibus præceptis domini Dei sui quæ non sunt fiẽda, per errorẽ & deliquerit, vel notificatũ fuerit peccatũ suum in quo peccauit, offeret autem oblationem suam hircũ caprarum, &c. & mactabit eũ in loco quo mactari solet holocaustum coram Domino? Leuiti. 4.

Vbinã hostiæ illæ pro peccatis vltroneis & malitiose per petratis, de quibus dicitur Leuit. *Et locutus est Dñs ad Moseh, dicendo: Anima si peccauerit & præuaricata fuerit præuaricatione in* Dominũ, *& negauerit proximo suo depositum, vel pecuniam positã in eius manu, negotiationis gratia, vel raptum, vel vi extorsit aliquid à proximo suo, vel inuenit amissum, & negauerit illud, &c.* Si *itaq; peccauerit & deliquerit redet raptũ quod rapuit, vel extortum quod vi extorsit, vel depositum quod depositũ est apud eum, vel amisum quod inuenit, vel omne super quo iurauerit falsum & redet illud cum sorte eius, &c. & obligationem pro delicto suo aducet* Dño *arietem, immaculatũ, &c. & expiabit eum* Sacerdos *coram* Domino? Leuiti. 6.

Vbinam illę oblationes pro delictis Sacerdotũ, aut pro gratiarũ actionẽ, de quibus Leuit. copiose à Moyse præcipiũtur, & referũtur? Vbinam modo celebrantur, quæso illæ primitiæ de quibus dicitur Exo. & Deuter. *Primitias primitiuorũ terræ tuæ aduces, in domũ* Domini tui? Vbi decimę illę Deut. *Decimã, dando decimam dabis, omnis fructus seminis tui, qui egredietur ex agro annuatim, & comedes coram* Domino Deo *tuo in loco quẽ elegerit, vt habitare faciat nomẽ suũ ibi.* Leuiti. 7. Exod. 13. Deut. 14.

Deut. 26. Leuit. 6. ibi. & Deut. vbinam ille ignis Leuit. *Et ignis in altari ardebit & non extinguetur, & ardere faciet Sacerdos in eo ligna. Singulo mane, & ordinabit ſuper illud holocauſtum, & ſufiri faciet ſuper illud adipes pacificorum ignis ſemper ardebit in altari, & non extinguetur?*

Vbinam ſolemnitates Domini, cõuocationes ſanctitatis, Leuit. 23. quę præcipiuntur Leuit. *Menſe primo quarta decima menſis, inter veſperas peſach eſt Dño, & quinta decima die menſis huius ſolemnitas eſt in fermentatorũ Domino?* Vbinã ille ſeptẽ hebdomadæ plene, nẽpe ſolenitas Pẽtecoſt. de qua dicitur: *Statutũ perpetuũ erit in cunctis habitaculis veſtris in generationibus veſtris?* Vbinã feſtiuitas iubilationis & expiationis: *Menſe ſeptimo vna mẽſis, vobis erit quies memoriale iubilationis, inuocatio ſanctitatis, &c. Verum tamen in decimo mẽſis ſeptimi huius, dies expiationum erit?* Vbinam feſtiuitas tabernaculorum: *Quinta decima die menſis 7. huius ſolemnitas tabernaculorum erit ſeptem diebus Domino?* Vbinam tandem celebrantur ille feſtiuitates in integrum, quarum recordatur Moſes veſter eodẽ cap. *Iſtæ ſunt feſtiuitates Dñi, quas vocabitis cõuocationes ſãctitatis ad offerendũ oblationẽ ignitã Dño, holocauſtum, & ſacrificium, hoſtia & libanina de die in diem?* Forſan ne immolantur iſta ſacrificia à vobis eo in loco, *quo dicitur.* Deuteronom. Deut. 12. Et erit ad locum quem elegerit Dominus Deus veſter, vt habitare faciat nomen ſuum ibi afferetis omnia, quæ ego præcipio vobis, holocauſta veſtra & ſacrificia veſtra, decimas veſtras, & oblationes manus veſtræ, & omnem electionem votorum veſtrorum, quę vouetis Domino, &c. Caue tibi, ne forte offeras holocauſta tua, in omni loco quẽ videbis, ſed in loco quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum, illic offeres holocauſta tua, & ibi facies omnia quæ ego præcipio tibi, &c. non poteris comedere intra portas tuas, decimam frumenti tui, & vini tui, & olei tui, primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum, & omnia vota tua quæ voueris, & ſpontanea tua & oblationem manus tuę, ſed coram Domino Deo tuo comedes eam in loco quem elegerit dominus Deus tuus?

An forſan cunctæ iſtæ feſtiuitates veſtrę celebrantur eo in loco quo præcipuntur Deut. *Et tribus vicibus in anno* Deut. 16. *conſpicietur omnis maſculus tuus coram Domino Deo tuo, in loco quem elegerit, in ſolemnitate infermentatorum, & in ſolemnitate*

nitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorum, & non conspicietur coram Domino *vacuus*. An potius in illis miserandis locis, quæ antiquitus præuidit Moyses spiritu profetico, Leuit. 26. Leuit. *dicens*: Si vero in hoc nõ audieritis me, sed ambulaueritis mecum ex aduerso, incedam vobiscum in furore ex aduerso & corripiam vos, & ego septies propter peccata vestra, &c. & eritis in terra inimicorum vestrorum, &c. & peribitis in gentibus, & consummet vos terra inimicorum vestrorum, & qui remanserint ex vobis disoluentur propter iniquitatem suam, in terris inimicorum suorum, & etiam propter iniquitates patruinsuorum, secum liquefient, confitebunturque iniquitates suas, & iniquitas patrum suorum secundum præuaricationem suam qua pręuaricati sunt in me, & etiã qua ambulauerunt mecum ex aduerso, etiam ambulabo ego vobiscum ex aduerso, & inducam eos in terram inimicorum eorũ & tunc humiliabit se cor eorum in circuncisum, & tunc expiabunt iniquitatem suam. *Vel vt Chaldaica lectio habet*. Et si in his non fueritis correpti, verbo meo & ambulaueritis coram me in duritia, ambulabo ego dure vobiscũ, & ego quoque percutiã vos septies propter peccata vestra, &c. Vos autem dispergam inter populos, &c. & peribitis inter populos, & consumet vos terra inimicorum vestrorum, & qui reliqui fuerint ex vobis, tabescent iniquitatibus suis in terra inimicorum vestrorum, propter peccata quoque pessima patrum suorum, quæ aprehenderunt manibus suis, tabescent & confitebuntur peccata sua, & peccata patrum suorum, propter pręuaricationem, qua præuaricati sunt in verbum meum, & qua ambulauerunt coram me in duritia, ego quoque incedam cum eis in duritia, & aducam eos in terram inimicorum suorum, tũc conteretur insipiens cor eorum & tunc placabunt pro iniquitatibus suis. Quæ omnia modo recensere vix humana mens absque ingenti cordis compũtione neque audet, aut potens est, nisi beluinam naturam fuerit induta.

Cõfu. 5 Si Eliam imitantes extra locum a Deo præfixũ, extra Hierusalem inquam, sacrificia, oblationes, vota vestra, Deo offerre cunctasque illas solemnitates à Mose præfixas obseruare audacter conamini, absque vllo metu & verecundia: ostendatis nobis est opus, vt hac in re erudiamur à vobis: quisnam ex cũctis prophetis antiquis extiterit, qui ista omnia pręstare ausus

ſus fuerit. Poſt ſecundam reedificationem templi Hieroſolimitani, cum non ſolum iſta omnia, verum nec minimũ horum, quempiam illorum animo perpetrandum concepiſſe, innuat ſcriptura Sacra.

CAP. V.

Argumenta validiora eorundem diluuntur, ex quorum ſolutione, hæc eadem veritas clarius manifeſtatur.

INgenue vobis fatemur de curſu temporis, multa myſteria diuina, quæ antiquiſsimis Patriarchis & Prophetis ita recõdita maxime fuerunt, & vtruſque fere aliquod veſtigium illorum, conſecutos eos fuiſſe aperte ſacra Pagina innuat, clariſsimæ manifeſtata ſubſequentibus profetis fuiſſe: ex quo facile conſequitur Profetas non inter ſe equales extitiſſe, ſed aliquos longo interuallo reliquos excelluiſſe, in cognitione altiſsima myſteriorum iſtorum, & omnium eorũ quæ Meſsias noſter naturã humanam vere aſſumẽdo, erat operaturus in reparationẽ generis humani, & in adimplectionẽ propoſiti & decreti diuini, quæ omnia inſinuare viſus fuit Pſa.
Pſal. 118. dicens: *Præ omnibus docentibus me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea ſunt, præ ſenibus intellexi, quia præcepta tua cuſtodiui.* Vel vt Chaldæus: *Pluſquam omnes doctores meos intellexi, quoniam teſtimonia tua cogitationes meæ ſunt, pluſquam ſapientes intellexi quoniam præcepta tua ſeruaui:* ſed ita præ omnibus præcepta diuina, voluntatem quæ eius, in integrũ vos huculque obſeruaſſe, & obſeruare modo putatis? ſicque præ omnibus in meditatione horũ omnium perpetuo laboraſſe? vt tanquam iuſtiores, & ſanctiores, præ omnibus Patriarchis, & ſanctiſsimis Prophetis qui vos precellerunt, in cognitione voluntatis diuinæ, in manifeſtatione & declaratione preceptorum eius, vos præferri cum tanta iniuria illorum, de decore noſtro patiamur? nequaquam id vobis impertiemur, cũ adeo opera veſtra, dicta & cogitationes, illis omnino maxime aduerſentur: tantũque ab illis diſtent, quãtũ ex illis nobis augurari licet: *Non ſunt cogitationes meæ ſicut cogitationes veſtræ.* & illis: *Contaminata eſt terra in operibus eorum.*

Neque aliqua ex parte inſolentiam eorum ſuſtinebimus, qui vt hæc omnia confirment, ſeque præ omnibus magiſtros eſſe iactitent, iam in publicum prodire non recuſant, dicentes obli- Solutio Repli.

oblationes voluntarias nullatenus obligare illos posse sub pęna peccati grauissimi (esto fiat extra Hierusalem) quemadmodum nec antiquitus obligabantur maiores eorum ad vouendum illas, & operi mandandas in templo Hierosolimitano Nam esto hoc verissimum sit, tamen non excusantur, neque immunes fiunt à culpa, si voluntatem diuinam transgrediẽtes, eum ordinem prolibito suo denuo seruandum decernant, quem non solum ipsi fingunt, sed in omnibus voluntati diuinæ aduersatur, cum maius bonum ex adimplectione præcepti & beneplaciti diuini, quã ex exercitio talium oblationum, & sacrificiorum voluntariorũ, extra Hierusalem perpetrato consequatur: ex quo consequẽs fit, vt saltem ex hac parte non legis Mosaicæ sectatores, sed tanquam transgressores impudici, seuerissimis pœnis digni, meritò efficiantur.

Nec leuioribus suplicijs puniri similiter iam debent, qui ex eo quod Deuteronom. legant: Deut. 14. *Decimam dando, decimam dabis omnis fructus seminis tui, & comedes in conspectu Domini tui, in loco quem elegerit vt habitare faciat nomen suum ibi, &c. & si maior fuerit via quam vt posis ferre* Solutio Repli. *eam, quia distat à te locus quem elegerit* Dñs *Deus tuus, dabis in pecuniã, & ligabis pecuniã in manu tua, & ibis ad locum quẽ elegerit* Dñs *Deus tuus, & dabis pecuniam secundũ omnia quæ desiderat anima tua.* vel vt Chald. *Et quãdo longior fuerit via, & non poteris portare illa, quoniam longe est à te locus, quẽ elegerit* Dñs *Deus tuus, &c. vendes ea argento & ligabis manu tua, & ibis ad locum quẽ eligerit* Dñs *Deus tuus:* Dictitare audent, non abuti modo Iudæos præcepto Moyses, cum tantũ distẽt modo à Hierusalẽ, vt illic decimas persoluere fere sit imposibile. Sed quęso perlegant iterũ, atq; perlegãt ea quæ nũc dictitare cœperũt, vt nobis ostendant si possunt: qua ratione illa verba: *Et si maior fuerit via, quam vt posis ferre eam, quia distat à te locus quẽ eligerit* Dñs *Deus tuus, dabis in pecuniã & ligabis pecuniã in manu tua, & ibis ad locum quem elegerit, & dabis pecuniam secundũ omnia quæ desiderat anima tua, &c. & comedes ibi, coram* Dño *Deo tuo, & lætaberis tu & domus tua:* modo opere adimpleantur, vt deinceps illos tanquã maxime infensos legi Mosaycæ, ex hac parte non Solutio Rep. persequamur. Sed persequãtur iam est necesse, & in illos libere irruamus, qui ex eo quod in semotissimas terras, & remotissimas nationes à Hierusalem maxime distantes ignominiose se, depulsos esse intuentur, &

expe-

experiuntur, arbitrantur & ſibi perſuadent, tanquam magiſtri ſapientiſſimi, abſq; vllius reprehenſionis nota, ſolemnitates illas præcipuas quas Moſes, nomine Dei obſeruandas intra tẽplum illud ſanctiſsimum, tantũ aperte præcepit: eaſdem vbiq; celebrare poſſe, iuſtiſsimeq; ipſos excuſari apud Deum ſaltim debere, ſi illas loco ſibi à Deo aſignato non obſeruent. Sed dicaut mihi, eſto ad obſeruationem illarum modo non obligentur, in eo loco illis præfixo, ſaltim excuſari debent à peccato grauiſsimo malitiæ quod perpetrant: cum nõ ſolum eas alibi ex libito tantum, & contra voluntatem diuinam obſeruare non recuſant, verum eas iterum ſtabilire & conſeruare, ſic cõſtanter conantur, vt hac via aduentum Meſsiæ, à Pſalmiſta auctoritate ſuperius à nobis allata, manifeſtatũ funditus perturbent obſcurent & impediant.

Neque equidem vlla vnquã excuſatione digni habẽdi ſunt, aut Rabbinorum nomine ampliſsimo ſunt cõdecorandi, qui vt id vnum comodius & facillius ab ignorantibus, & imperita vulgi multitudine obtineãt vehementiusque cunctos ad errorem ſuum pertrahant, impudica lingua contra legem Moſaicam adhuc blaſphemantes, dicere non erubeſcunt: non indigere illos ſacrificijs, legis antiquæ, etiã ſi vndiq; grauiſsimis peccatis abũdent, ad expiationem illorum: præſertim, *cum nihil ad perfectum aduxerit lex vetus, & ex operibus legis nullus iuſtificaretur*: & intueãtur clariſſime, nullam maiorem virtutem & efficaciam eſſe cõmunicatã à Deo ſacrificijs, hoſtijs, & holocauſtomatis quæ antiquitus, in tẽplo illo Hieroſolimitano Deo immolabant, pro peccatis ſiue Sacerdotũ, ſiue Principũ, ſiue totius populi, ignoranter, aut malitioſe comiſsis: quã modo ipſi experiũtur habere ſacrificia, hoſtię, & holocauſta, quæ extra Hieruſalẽ ab ipſis inter Gentiles & Barbaras nationes, & gentes cõmorantibus Deo offeruntur, abſq; vlla tẽporis intermiſsione, à miſerabili tẽpli illius vaſtatione vltima, vſq; in hunc diẽ. Pręcipue cũ iam diu pro explorato habeãt, & certiſſime omnibus in Sacrę ſcripturæ, lectione & intelligentiã maxime veriatis diu conſtet, nulla tenus aliquã virtutẽ dimitendi peccata, condomnandi delicta illis â Deo eſſe conceſſam. Eia venenum ſerpentinum quo interius ipſos maxime abundare, & contra nos calide euomere inde ſentire iam ſentio (vt illo infecti ſtatim læ tali morbo corripiamur) longe à no-

â nobis propellere ex nunc in posterum summa animi contẽtione studeamus. Attendamus inquam ab falsis istis recentibusq; magistris & Prophetis, qui veniunt ad nos in vestimẽtis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; nam à fructibus eorum statim cognoscemus eos: & merito eos lupos rapaces appellare possumus: cum tãquam lupi voracissimi, eò semper inuigilent, vt oues Christianorum iugulent, & mactent, legem Christi qua tanquam cælesti & diuino pastu à tempore passionis eius, vsque in finem mundi aluntur, & semper sustentari debent, a cordibus eorum auferant, qua vna de medio ablata, famæ & siti statim illos deficere est necesse.

Solutio Argũ. Ex nunc equidem pacifice, absque contradictionum strepitu, aut garrulationis nota, clare & aperte vobis cõcedimus, nempe sacrificia illa antique legis, ad emundationẽ exteriorem corporis, ob contactum aliquarum rerum prohibitarum, à Deo esse instituta, ita vt nullatenus interius corda hominũ peccatis infecta purificasse, emũdasse, aut sanctificasse cuncta illa sacrificia, & holocausta antiqua, vniuersasque legis Moysaicę oblationes, & legalia nobis proferre fit integrum: esto aliquibus ex maioribus vestris, ex peruersa intelligentia eorũ verborum, quę dicuntur Leuit. *Et si omnis Sinagoga Israel errauerit, & latuerit res ab oculis cõgregationis, &c. & tinget Sacerdos digitum suum, &c. & expiabit eos sacerdos & dimittet eis.* Et illorum quę inferius dicuntur: *Cum Princeps peccauerit, & fecerit vnum ex omnibus præceptis Domini, quæ non sunt fienda per errorem, &c. & expiabit eũ Sacerdos a peccato eius & dimittet ei.* & intra *Et si anima vna peccauerit per errorem de populo terræ, &c. & sufire faciet Sacerdos super altare, in odorem Domino, &c. & expiabit eum Sacerdos & dimittet ei.* & illorum quæ habentur Leuit. *Et anima cum peccauerit & fecerit vnum ex omnibus præceptis Domini, quæ non sunt fienda, & non cognouerit, & deliquerit, & portauerit pœnam iniquitatis suæ, &c. & expiabit eam sacerdos ab errore suo, quem ignorauit, & ipsa nesciuit, & dimittet ei.* Et illorum Leuit. *Et oblationem pro delicto suo aducet Domino, arietem immaculatum, &c. & expiabit eum Sacerdos coram Domino & dimittet ei, vnũ quodque ex omnibus quæ faciet delinquendo in eo.* Et illorum quę dicuntur Exod. & ex illis Numer. *Et vir qui est mundus & in via non fuerit, & cessauerit facere pesag, excidetur anima ipsa é popu-*

Lenit. 4.
Lenit. 5.
Lenit. 6.
Exod. 21. 22. 23.
Num. 9.

populis ſuis, quia oblationem Domini non obtulit. Ad exiſtimandum adducti fuerint, vt palã docerent ineſſe ſacrificijs veteris legis virtutem diuinam ad condonationem peccatorum.

Non attendentes, iſtis omnibus teſtimonijs Spiritum ſanctum inſinuaſſe, ſacrificia veteris legis valida eſſe ad remiſſionem pœnæ temporalis, quæ debita erit vnicuique peccato ex ordinatione diuina, vt ex Leuitico colligitur: & ad carnis purificationem, vt Paul. docet: *Si enim ſanguis hircorum, aut taurorum, aut cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſantificat, ad emundationem carnis: quanto magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti, &c.* & iterum: *Impoſsibile enim eſt ſanguine hircorum, & taurorum auferri peccata*: Non autem ad remiſsionem culpæ: cùm id vnum Sacramẽtis nouę legis ob virtutem Paſsionis Chriſti iam exhibitæ tribuendum eſſet à Deo, vt ex illis verbis Iſaiæ: *Haurietis aquas ex fontibus Saluatoris*: colligitur: id eſt aquas quæ non ſolùm mundare, verùm viuificare homines mortuos valebunt. Neque cõſiderantes, quòd ſi dicitur: *Dimittetur peccatum ei*: debeat intelligi, ſi Fidei Chriſti venturi ſic interius aſſentiatur, vt grauiter de ſuo peccato ob amorem tantùm ipſius Dei doleat, firmiſsimum propoſitum in poſterum emendæ, nunquamque amplius aliud perpetrandi habens. Quæ omnia congruere ſatis videntur verbo Apoſtoli: *Nam vmbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginẽ rerum, nunquã poteſt accedentes perfectos facere, &c. Impoſsibile enim eſt ſanguine taurorũ, & hircorum auferri peccata*: & hoc idem demonſtrat verbum, *Venisla*, quod reperitur in teſtimonijs ſupra adductis: quod ſignificat non ſolùm dimittere, verùm propitiari: ac ſi diceret, & propitiabitur ei Deus in cõdonandis pœnis illis, pro peccatis in iſta vita debitis.

Hebr. 9.

Hebr. 10.

Hebr. 10.

Sed vt ad rẽ reueramur, vobis liberè concedimus, ſacrificia illa, & cunctas illas oblationes, eſtò fierint intra Templũ Hieruſalem, nullius eſſe virtutis, aut efficatiæ ad remiſsionem peccatorum, & augmentũ gratiæ. Sed quęſo, oſtendatis nobis, quiſnam vobis hoc priuilegium impertierit inſtituẽdi de nouò ſacrificia, quę iam euanuerunt aduẽtu Meſsiæ: & quę adũbrarent id, quod antiqua præfigurabant: cùm figuratum per tot annorũ curricula Chriſtianorũ Eccleſia fœliciter fuerit ſortita? Aut in medium à vobis iã adducantur, quæ remedia vobis

extra Hierusalem sint relicta, ad emundationẽ carnis,&ad cõdonationem pœnæ temporalis, pro peccatis debitæ? Sed quia hæc in medium à vobis adduci sacra Scriptura non patitur,solum superest, vt vos ita innocentes,immaculatos, & in omnibus operibus sanctificatos perpetuò esse prædicetis:vt nulibi remedijs, illis pristinis indiguisse vnquam,aut indigere modò,palam testemini: qua vna re,cũctos Patriarchas, Reges,& Prophetas antiquos longo interuallo excelletis, ac superabitis. Credite mihi,sic in vos sum animatus, vt ista vnà vobiscum affirmarem, nisi hàc

1.Reg.8. illa verba Regum: *Non est homo,qui non peccet*:illàc opera vestra execranda, summam ingratitudinem,malitiam & iniquitatem vndique redolentia nõ essent mihi magno impedimento.Sed quem etiam in vos maximè propensum non ab hoc proposito retardabit?si cogitatione aliquantisper contemplari contenderit, eò temeritatem vestram peruenisse, vt instar eorum,qui impudicè dixerunt

Iob.22. de Deo,Iob. *Nec nostra considerat,circa cardines cæli perambulat*:immemores beneficiorũ antiquorum,quibus vos, & maiores vestros Deus singulariter, inter vniuersas alias nationes deuinxit:oblitiq; plagarum illarum,quibus crudelissimè afflixit eos,qui volũtati eius resistere sunt ausi: nunc denuò omnibus istis pro nihilo ductis,contendatis,illa sacrificia,& holocausta, quæ antiquitus potissimè vt nostra representabant, iussu Dei â maioribus vestris obseruabantur,modò autem vt antiquata non solùm abolita fuerunt aduentu Messię,verum lethalia,& mortifera manẽt: vestra authoritate quę summa est, omnibus Prophetis,cunctaque Scriptura reclamantibus,nõ solùm denuò confirmare,& stabilire,sed intrepide affirmare, ea omnia ab omnibus nunc similiter obseruari debere:vt hac ratione omnibus cognitio aduentus præteriti Messiæ nostri intercludatur. O innocentiam vitæ admirabilem, ô sanctitatem venerandam, ô sanctimoniam cęlestem. Est nè summæ perfectionis,singularis religionis,sanctimoniæque cęlestis, an impietatis nouę,execrãdæ malitiæ,ac temeritatis pręcipiti: apertissimũ signũ,vestra tantũ auctoritate ea sacrificia denouo condere,quę Psalmista,& cũctis Prophetis acclamantibus,diuinitus iam dudũ sic perierũt,vt in perpetuum nullatenus reuiuiscãt, nè illorum obseruatione cæteri mortales expectatione aduẽtus primi Messię sicut vos,& maiores vestri illusi decipiantur, igniq;

niq; inferni, & perpetuis tormentis deputentur? Quiſnãque Propheta, aut quę ſcriptura ſacra, aut maiorũ veſtrorũ ſtulta traditio, aut peruerſa ſacrę paginę intelligentia, aut Dęmonis illuſio apud vos tanti ponderis, & momenti eſſe potuit: vt nũc ſpiritui Dei ſacrificia antiqua, legemq; Moſaycam obſeruantes, vos opponi in ſummis, & maximis bonis habeatis? Id agite, vt Dęmonis naturam induti, ſemper in malo, vt hucuſque preſtitiſtis, perſeueretis.

CAP. VI.

Hoc idem conatur, & palàm inuitis Rabbinis, conſequitur.

NE autem in vacuum gratiam aduentus præteriti Meſsiæ noſtri recepiſſe aliquibus iam videamur: multũ expedit, vt paulatim in defenſionem veritatis noſtræ, pręcipuè tamen huius teſtimonij à Pſalmiſta adducti, hos nouos, & recentes Prophetas tãquã falſos, Dęmonis miniſtros, cunctarumq; gentium, & nationũ ſeductores conſultò omittentes: illos, inquã, in viam ſalutis reducere ſimiliter contendamus, qui cùm planè intueantur, nullis firmamẽtis firmiſsimis conſiſtere eos, quos nuper humi poſtratos reliquimus, ita vt iam deinceps caput extollere vix ſperent, de medio ſublata à nobis iſta reuelationis, imo potius illuſionis diabolicæ ſpecie: tantũ Scripturæ ſacræ adhæreſcentes arbitrãtur, abſq; vlla reprehẽſionis nota, vbiq; extra Hieruſalem cõſiliones, ſacrificia illa antiqua, hoſtias, & oblationes, cunctas cęremonias, vniuerſamq; legem Moſaycã illos obſeruare poſſe, imo ex præcepto diuino ad id vnum teneri vſque ad finẽ mũdi. Sed certè falluntur hi ſicut cęteri, falliti q; illos ſtulta ſua ſapiẽtia, nam ſapientia huius mũdi ſtultitia eſt apud Deũ: nimiſq; ſibi perſuadent, & arrogant. Nam quamuis Leuit. legant:
Statutum perpetuũ eſt in ge- Leuiti. 6.
nerationibus veſtris de oblationi- Exod. 28.
bus ignitis Dñi. & Exod. *Statu-*
tum erit ſempiternum ei, & ſemi- Exod. 30.
ni eius, & poſt eum. & iterũ. *Et*
erit eis ſtatutum perpetuum, ei &
ſemini eius in generationibus eorũ: Exod. 27.
& 27. *Perpetuus erit cultus per*
ſucceſsiones eorum: & quod magis eſt, eſto nobis opponant il-
la verba Leuit. *Statutum perpe-* Leuit. 23.
tuũ erit in generationibus veſtris, cunctiſq; habitaculis veſtris: vel vt Chaldæus: *Legitimũ ſempiternũ erit generationibus veſtris in cunctis habitationibus veſtris:* & inferius hæc eadem referantur: ex quibus contra nos colligere nõ erubeſcunt, ſcilicet non ſolùm ſacrificia veteris legis in perpetuum vſque ad finem mundi permanſura, ſiue intra Hieruſalem, ſiue in alijs remo-

tiſsimis Orbis partibus: verùm etiã ad immolationem illorum, totiuſq; legis Moſaycæ obſeruantiã cũctos certiſsimè teneri. Tamen erubeſcant, & cõturbẽtur valdè iſti acerrimi Religionis Chriſtianę inimici, & à via erroris eorũ reuertantur: ſi nolunt ad tartareas regiones iuſto iudicio Dei impoſterũ certiſsime deduci. Erubeſcant iã, neq; audeant iſta in publicũ proferre, tãtumq; ſibi aſſumere: vt ſtatutum quod ad tẽpus quoddã limitatum, & pręfixum populo Iſraelitico conceſſerat Deus, arbitrentur, & audacter tueantur, in æternũ permanſurũ eſſe, vt legẽ Chriſtianam prorſus ſtirpent, ac funditus è mentibus Fidelium eradicent. Sed quiſnam illis tantam licentiam vnquã cõceſsit, vt modò tanquam alter Moſes aliam legem denouò cũctis Synagogis eorum condãt? Condite, iterum condite, ſi eam quam modò obſeruatis nullius momenti eſſe dudum experimini: vt iam eam apud vulgũ opinionem, & authoritatem conſequamini, vt tanquam noui cõditores legis, veneratione ſumma imò potius ludibrio, & deriſione maiori, deinceps ab omnibus habeamini: dummodo legẽ Dei, qui antiquis patribus per manus Moſes per aliqua annorum curricula permanſuram ipſe tunc dedit, nunc authoritate veſtra corrigere, & vſq; in finem mundi contra voluntatem diuinam protrahere temerè nõ contendatis. Et quidnam aliud nobis, & vobis perhibent teſtimonia ſuperius adducta? Forſan nec dictio illa, *Golam*, id eſt, *perpetuum*, aliud atteſtatur? Nã eſtò dictio, *golam*, cùm de Deo, & de Beatis dicatur, æternitatem ſæpè ſignificet, vt planè demonſtrant illa verba Exod. *Dominus regnauit in æternum, & vltra*: Exod. 15.
& illa Pſal. *Benedictus Dominus Deus Iſrael, à ſæculo vſque in ſæculum*. Pſal. 41.
& illa Pſal. *Miſericordia autem Domini ab æterno, & vſque in æternum*. Pſal. 103.
& illa Iſai. Iſai. 54.
In miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. & illa Hiere. *In charitate perpetua dilexi te*. Hiere. 31.
& illa Pſal. *In memoria ſempiterna erit iuſtus*. Pſal. 112.
Tamen ſæpe certiores reddimur, dictionem, *golam*, ſignificare aliquando tempus vitæ alicuius limitatum, vt illis verbis Pſal. *In æternum nõ obliuiſcar iuſtificationes tuas*: hoc Pſal 119.
eſt, diebus vitę meę: aliquando annum quinquageſsimum, Deut. & Exod. *Et ſeruient ei in ſæculum*: id eſt, vſque ad annum Iubilei: Deut. 15. Exod. 21.
aliquando verò longum tempus vſque ad illud tempus notabile, ſcilicet aduentus Chriſti, vt eſt in omnibus locis à nobis ſuperius adductis. Nam qua ratione in perpetuum duratura erant illa

Hier. 31. illa ſacrificia, holocauſta & lex deniq; Moſayca, ſi Hiere. dicitur: *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam cum domo Iſrael, & cum domo Iuda fœdus nouum, non ſecundum fœdus quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehēdi manum eorum, vt educerem eos de terra* Ægypti, *quia ipſi irritum fecerūt pactum meum, & dominatus ſum eis dicit Dominus, ſed hoc erit fœdus quod feriā cum filijs Iſrael, poſt dies ipſos dicit* Dominus, *dabo legem meam in*
Iſai. 2. *medio eorum, &c.* & Iſai. De Siō *exibit lex, & verbum* Domini *de Hieruſalem*. Ergo ex his omnibus neceſſario conſequitur omnia iſta ſacrificia duratura eſſe vſque ad aduētum Chriſti quē præfigurabant, quibus attente conſideratis & præuiſis voluit Deus, vt operi mandaretur quod ab æterno futurū eſſe ipſe præordinauit & certiſsime cognouit.

Reſpō. 2 Argu. Neque maiorem vim contra nos habitura fore alia teſtimonia ab illis aducta ſibi iam perſuadeant, quamuis illis aperte prima fronte inſinuare videatur Spiritus ſanctus, ſacrificia illa antiqua vbique apud cunctas totius Orbis partes & ſeiunctiſsimas gentes, & prouincias a Iudæis celebrari poſſe, & debere; quo admiſſo aduc Meſsiam noſtrum nondum veniſſe clare vnuſquiſque illorū arbitrari poſsit: atque ita denuo nobis opponāt adhuc ſacrificia antiquæ legis firma, & in ſuo priſtino nitore conſiſtere vt antiquitus: quæ omnia ſatis confirmare videntur illa verba præcedentia in teſtimonijs adductis, ſcilicet: *Loqutus eſt Dominus ad Moſe dicendo, loquere* Leuit. 6.
ad filios Iſrael, & dices ad eos cū ingreſſi fueritis in terram quam ego do vobis & meſſueritis menſem eius: adducetis, &c ſtatutum perpetuum erit in cunctis habitaculis veſtris in generationibus veſtris. Ex quibus aperte oſtenditur licitum eſſe vbique non ſolum antequam ingrederentur in terram promiſsionis, & deſertum ambularent, ſed etiam cum pacifice terram promiſsionis nempe regnum Iſrael & Iuda poſſiderent, legem Moſaycam, cum eius ſacrificijs, hoſtijs, & oblationibus, cunctiſque eius cæremonijs à Moſe ſtatutis in integrum obſeruari poſſe vbiq; abſque vlla culpæ & reprehenſionis nota. Nam equidem ſi attente contextum totius illius capitis, & cæterorum in quibus ſimilia verba reperiuntur legamus, ac præſcrutemur, facile ab iſtis laqueis eripiemur, adinuenientes illa verba: *Statutum perpetuum erit in generationibus veſtris, in cunctis habitationibus veſtris*, tantum adaptanda eſſe non ſacrificijs, & holocau-

Mm 3 ſtis,

ſtis, ſed illis ad quæ immediate ſubſequuntur, ſcilicet: *omne opus ſeruitutis non facietis:* ſignificans diem illum, in quo ſacerdos in templo Ieroſolymitano ſolemnitatem Pentecoſtes celebrabat, vt ex illis verbis quæ inferius adduntur, aperte colligitur: *Facietiſque hircum caprarum, vnum pro peccato, & duos annos agniculos in ſacrificiũ pacificorum: & eleuabit ſacerdos eos cum placentis primitiarum, eleuationem coram Domino cum duobus Agnis Santitas erunt Domino ſacerdoti erunt, conuoca io ſancta erit vobis: omne opus ſeruitutis non facietis: ſtatutum perpetuum, &c.* Præſertim cum eo tendant, vt inſinuent nobis, & cunctis etiam de ſacra Scriptura bene ſentientibus, quod vbicunque eſſent Iudæi, enixe & ſolicite illos celebrare debere illum diem, & maxime abſtinere ab omni opere ſeruitutis: ſicut adaptanda ſunt illa verba quæ inferius ſimiliter in eodem cap. referuntur: *Statutum perpetuum erit in generationibus veſtris in cunctis habitationibus veſtris,* illis verbis præcedentibus immediate, nempè: *Menſe ſeptimo, vna menſis erit vobis quies, menoriale, iubilationis, &c. & omne opus non facietis ipſomet die iſto, &c. omnis autem anima quæ fecerit omne opus eodemnet die iſto, perdere faciam animam ipſam, è medio populi ſui: omne opus non facietis: ſtatutum, &c.* Et ſimiliter neceſſario fateri iam tenentur illa verba: *Statutũ perpetuum erit in generationibus veſtris, & cunctis habitaculis veſtris,* eſſe anectenda illis verbis, quæ in eodem cap. ſupra reſferuntur, ſcilicet: *Facietiſq; in die qua eleuabitis homer, agnum immaculatum, anniculum in holocauſtum Domino &c. & panem, & pollentam, & ſpicam tritam non comedetis, vſque ad eandem diem hanc, donec aducatis oblationẽ Dei veſtri.* Præcipue cum ipſamet loca non ſolum nobis indicet, quando loquebatur de ſacrificijs immolandis, Iudæos teneri ex habitaculis ſuis aducere ea, quæ immolanda erant per manus Sacerdotis, ad locum particularẽ præfixũ illis, a Deo per Moyſen, quemadmodũ ex teſtimonio immediate aducto colligitur, & ex illis verbis quæ ſubſequntur: *Ex omnibus habitaculis veſtris aducetis placentas eleuationes: duo ex duabus decimis, &c. offeretiſque cum placentis, ſeptem agnos immaculatos:* verum clariſsime cunctis demonſtrẽt, quænam eſſent feſtiuitates Domini, quæ loco determinato erant celebrande, vt illa verba preſeferunt Leuit. *Iſtæ ſunt feſtiuitates Domini, quas vocabitis conuocationes ſanctitatis, ad offerendum oblationem ignitam Domino,* Leuit. 23.

mino, holocauſtum; & ſacrificium hoſtiam & libamina de die in diẽ, &c. ſtatutum perpetuum erit in generationibus veſtris. Et quę pręcepta, aut feſtiuitates erant, quę vbiq; obſeruari, & celebrari poterant ex appoſitione illorum verborum: *Statutum perpetuũ erit in generationibus veſtris in cunctis habitationibus veſtris.*

CAP. VII.

Neſariæ Iudæorum obſeruationes, & execrandi eorum errores in medium adducuntur, vt inde cuncti percipiant ſacrificium laudis, confeſsionis, & iuſtitie nulatenus apud eos reperiri.

SEd quia alios ex maioribus veſtris, hęc omnia quę nuper retulimus, vt argumentis veſtris reſponderemus attente contemplantes, aliam denuo viam iam ingredi intueor, vt cõmodius ab iſtis fortiſsimis noſtris argumentationum telis, contra illos contortis immunes, & liberi euadant: affirmantes, ſic veriſsima eſſe quę hucuſque contra illos à nobis fuerunt obiecta, ita vt nullatenus vim argumentorum noſtrorum enodare, cuncti Rabbini valeant: ſed tamen certiſsimum eſſe, præter hæc omnia ſacrificia, hoſtias, óblationes, & holocauſta, quę Moſes tantum intra Hieruſalem obſeruanda populo Iſraelitico præcepit: altius ſacrificium his omnibus, præſtantius & vtilius, Deoq; magis gratum, ab illis ex tunc immolari ex præcepto diuino: quod nullis cancellis (ſicut cætera ſacrificia) continetur, ſed vbiq; comode præſtari poteſt: illud nempé quod Pſalmiſta cõmemorat, quando poſtquam retulit nomine Dei illa verba: *Audi populus mi, & loquar Iſrael, & teſtificari faciam cõtra te. Deus Deus tuus ego ſum, non ſuper ſacrificia tua arguam te, nec ſuper holocauſta tua, quæ non fuerunt coram me ſemper: non accipirm é domo tua iuuencum, de ſeptis tuis hircos quoniam mihi ſunt omnes beſtie ſilue, &c.* Nunquid comedam carnem taurorum, & ſanguinem hircorum bibam? ſtatim ſubdit: *Immola Deo laudem, & hæc rede altiſsimo vota tua*: neceſſe eſt vt ſtatim celerem, & pręcipitem illorum curſũ retardemus: vt antequam terram, aut portum tutiſsimum non ſolum occupare, verum conſpicere poſsint: in medio itineris firmiſsimis argumentis ſic celeriter illos obruamus, vt magnus, & ingens timor, in cunctos eorum aſſeclas inde conſequatur, cæteriq; omnes bellum nobiſcum inire deinceps, illorum experimento præterre facti tanquam pauidi, ingen-

Pſal. 50.

ingentique metu percusi, prorsus recusent, & id consequemur certissime.

Nam quamuis certissimum sit, nullusque iam ambigendi locus nobis, & illis relinquatur istis verbis, nuper a Dauide prolatis, sacrificiorum veteris legis cessationem, aptissime demonstrari, locoque illorum omnium, de nouo reuelatione diuina, nouum sacrificium laudis instituendum esse, cuius excellentia tanta futura erat, quanta ex illis verbis eiusdem Psalmi intueri iam licet, nempe: *Qui sacrificauerit confessionem honorificabit me, & componenti viam ostendam salutem Dei*: Quibus verbis absque vlla sexus, aut loci differentia, promittit Deus salutem diuinam cuicunque, sacrificium laudis, aut confessionis Dei, vbique Deo immolanti: quæ omnia maxime consonant verbis Mesiæ nostri: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor ego & eum, coram Patre meo.* Ob quod testimonium arbitrantur (esto sacrificia veteris legis modo ad illorum obseruationem nullatenus illos obligent, & in rigore loquentes, aperte intueantur euacuata esse, ab illorum Sinagogis, cum omnibus modis, & formis a Mose statutis, nulla ratione apud illos obseruentur) equidē adhuc sacrificio illo vero, & omnium perfectissimo, nulla ratione illos adhuc esse orbatos, ac perconsequēs Mesiam nondum aduentasse, cum omnia sacrificia non fuerint ab illis de medio sublata. In quorum confirmationem, palam dictitant Dauidem dixisse, immemorem omnium aliorum sacrificiorum veteris legis: *Contremiscite, & nolite peccare: dicite in cordibus vestris, super cubilia vestra tacete semper: sacrificate sacrificia iustitiæ, & confidite in Domino*: istis verbis innuēte ad salutem diuinam consequendam, nullum sacrificium salutarius a Deo illis esse relictum, quod ita pasiones eorum indomitas, quę ad malum eos inclinant, domet, & mitiget, vt vix amplius peccare ob ingentem Dei timorem & reuerentiam eos sinat, interiusque corda eorum in proximos, & Deū cōglutinet semper: sicut est sacrificium laudis, id est, confessionis, & sacrificium iustitiæ. Pręsertim cū tantum istis duobus sacrificijs, corda mortalium non solum consecrata Deo omnino maneant, verum iustitiam exercentes erga proximos, illorum voluntates firmissimis funiculis ad se alliciant: his omnibus simul insuper præseferentes Deum tanquam equissimum iudicem, qui vnicuique eorum reddet in alia vita secundum

Psal. 4.

dum menſuram operum eius. Sed non eſt profecto cur iam ob iſta omnia, excuſationē ob peccatum graue quod à morte Chriſti, vſque in hęc noſtra tēpora perpetuo perpetrantur immolantes ſacrificia, vt ipſi aperte teſtantur in Sinagogis ſuis, quæ prohibita ſunt à Deo a nobis conſequantur: aut quod cunctam ipſius legis Moſaycæ euacuationem, ex eo tēpore hucuſque ob garrulationem iſtam, nuper ab ipſis excogitatam denegare audeant. Nā præterquam luce meridiana clarius omnibus conſtat: Præcipue illis qui aliquantulam intelligentiam ſacrę Scripturæ fuerint conſequuti, teſtimoniū illud à Dauide prolatum: *Immola Deo ſacrificium laudis*, propriè, & in rigore litterę ſacrificium laudis, & confeſsionis, per antonomaſiam ſignificare, ſacrificium [illegible] legis noſtrę, ſcilicet Euchariſtiā: quod tanto excellit cętera omnia ſacrificia veteris legis, quanto ipſemet Chriſtus qui in ipſo continetur, & immolatur Patri ęterno, dignitate excellentia, maieſtate, & conſiſtentia, cunctas Orbis creaturas, ſiue terreſtes, ſiue ſpirituales longe ſuperat. Ob quę omnia multis & iuſtis de cauſis, laudis, & confeſsionis amplißimum, & excellentißimum nomen prę omnibus alijs obtinet. Prę ſertim cum in ipſo ſumma miſericordia erga genus humanū, iuſtitia inexquiſita, pro deſtructione peccati, admiranda prouidencia in reconciliandis mortalibus cum ipſo Deo, ſumma bonitas in conſulenda ſalute mortalium, ſic diuinitus conſpiciatur, reluceat, ac ſplendeſcat, vt ob illa omnia ſacrificium laudis Dei, & confeſsionis, id eſt, ſacrificium in quo ſummè laudatur ipſe Deus, & ſūmopere confitetur eius maieſtas, potentia, & ſacrificium gratiarum actionis, id eſt, inſtitutū ad reddendum debitas gratias Deo, & ad illum reconciliandum cū hominibus, merito appelletur. Quę omnia ſatis conſpiciūtur in nomine, *Thoda*, cum ad iſta omnia ſignificatio eius ſe extēdat. Et hoc idē confirmant illa verba, quę apponuntur in principio Pſal. *Deus Deorum loquutus eſt, & aduocauit terram ab ortu Solis vſq; ad occaſum eius, de Sion ſpecies decoris eius*: id eſt, Deus loquutus eſt in humanitate, ſecundum illud principium: *qui & loquor vobis*, & aduocauit habitātes in terra ab ortu Solis, vſque ad occaſum ad Euangelicam legem: Ex Siō *ſpecies decoris eius*, ſcilicet, lex orta erit à tempore potiſsimo paſsionis Chriſti. Et ſimiliter hoc idem corroborare videtur,

tur expoſitio Rabbi Samuelis affirmantis, omnia iſta intelligi de aduentu Meſsiæ. Qua interpretatione admiſſa, neceſſariò fateri tenemur, iſtud ſacrificiū laudis de ſacrificio quod ipſemet Chriſtus inſtituit intelligi debere: & non de holocauſto particulari quod Iudæi ſe modò dicūt vbiq; ſeruare. Quādoquidē Pſalmiſta poſtquā Chriſti aduētū ſecūdū ad iudicandū cunctas creaturas intellectuales propoſuit, dicens: *Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit: &c.* ſtatim proponit nobis illum arguentem, & diſceptatem cum hominibus, nō eo quòd ſacrificia antiqua immolare Deo ceſſauerint, dicens: *Non in ſacrificijs tuis arguam te, &c.* ſed ex eo, quod ſacrificio laudis abuſi fuerint: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſsimo vota tua.* Tamen præter hæc omnia, certiſsime iam ad exiſtimandum adducor, nullū eſſe tā à iudicio, & à mente alienū, qui ſi attētè opera veſtra, dicta excōgitata, leges, & inſtituta pleraq; in voluminibus Thalmudicis veſtris literis exarata, aſsiduamque veſtram ſolicitudinē, vt à vobis ſumma cura & fidelitate cuncta iſta obſeruētur, vt par eſt: cōſideret, qui vna mecum palam non prædicet, ita vos, infœlicisſimi Iudęi, hoc ſacrificio laudis penitus eſſe orbatos: vt iam extunc huc vſque, vos tanquam gentem abſque Rege, Propheta, Sacerdote, vtroq; & ſacrificio, & lege deſtitutam; imò quaſi derelictā prorſus à Deo, cunctorum ludibrio, & irriſione expoſitam, & cōmertio nō tantū noſtro, ſed cunctarum gentium indignam, ab omnibus appellandos eſſe, imò habendos iā fateri cogatur. Et quis in hæc verba iam contra vos audacter prorumpere non tentabit?

Confuta huius erroris.

Nunquid ſacrificium laudis, & iuſtitiæ tantùm vobis relictū eſſe, vt hac ratione ad ventum Meſsiæ noſtri præteriti confundatis, & perturbetis: dictare modò audetis? qui quotidie in ſynagogis veſtris docetis, vt doctrina Thalmudica veſtra teſtatur. *Quicunque à vobis inuitatus fuerit ad conuiuium, ſiue Gentilis, ſiue Chriſtianus fuerit, ex hoc filios inuitati ad captiuitatem obligari. Peccatumq; grauiſsimum eſſe Chriſtiano vendere quancunque poſſeſsionem. Sicut quòd mulier Iudæa nutriat filium Chriſtiani, ad idolatrandum. Omne damnum irrogandum eſſe Chriſtianis, eo quòd ſint idolatræ. Grauiterq; peccare Iudæum, ſi perſoluat debitum Chriſtiano. Abſolutque debere Iudæum, qui falſum iurat Chriſtiano. Aut qui in feſtiuitate Mardochei, cōterentes ollas in ſynagogis veſtris, dicitis: Sicut contri*

Portalitiū lib. 3 conſiderat. 9.

Vinald in opere vegato de quinta perſecutione Eccleſia.

tus

Magiſter Alfonſus, conuerſus de bel. Dei cap. 44. *tus eſt Aman, ſic regnum Chriſtianorum velociter conteratur*. Trãſeuntesque per domus Chriſtianorum in hæc verba prorumpitis: *Domus ſuperborum proſternat te Deus*. Cum autẽ per cœmenteria Fideliũ pręambulatis, in hęc verba cõtra eos prorũpitis: *Sit verecũdata mater veſtra ſit repudiata illa, quæ vos peperit, quia finis Chriſtianorum vermis eſt*. Aut ex eo, quòd ter in die maledicitis *Ieſu Chriſto, & Diſcipulis eius, Regibus, & Principibus Chriſtianorum*. Appellantes *librum Euangeliorum falſitatem incarceratam: ſanctam noſtram Euchariſtiam panem venenoſum: Crucis imaginem abominationem: Virginem Mariam ſciſſuram, & pollutam. Memoriam Chriſti eſſe mortuam ipſumq; nihil eſſe præter præconem. Feſtiuitates Chriſtianorum luctum paruulos Chriſtianorum ſerpentes, & Chriſtianos deſtructos*. Aut ex ea parte, qua quotidie in hæc verba contra Chriſtianos prorumpitis: *Chriſtianis non ſit ſpes: & omnes hæretici, & omnes qui loquuntur cõtra Iſrael, in breui ſint ſciſſi: & Regnum ſuperborũ ſit cuulſum, quaſſatum, deſtructum. Qui conuertuntur ad aliam legem, non habeant ſpem: & hæretici omnes ſubito pereant*: & omnes qui quærunt mala nobis, repente ſcindãtur.

1. Argu. An tandem ex ea parte, qua Rabbini veſtri recentes publicè docent, Chriſtum nullatenus fuiſſe Deum: quia eſt impoſsibile Deum coinquinari poſſe: at inquinaretur, ſi humanam naturam aſſumpſiſſet. 2. Arg. *Factaq; ſuppoſitione, quòd incarnatus eſſet, nullatenus habere nobiſcum eandem naturam*: cùm non ex ſemine virili, eſſet genitus.

3. Argu. Nec pro peccato originali, aut alijs peccatis potuiſſe illũ ſatiſfacere: cùm ſolũ ſecũdũ naturã humanam mortuus fuerit.

4. Arg. Cunctasq; alias pœnas, quas impoſuerat Deus ob primum peccatum generi humano, adhuc certiſsime ipſum pati.

5. Arg. Nullatenus Chriſtum abſtuliſſe poteſtatem Diaboli, cum à tempore aduentus Meſsiæ, nunquam ceſſauerit excitare homines ad peccandum.

6. Arg. Impoſsibileq; fuiſſe, extitiſſe Deum Meſsiam noſtrũ cùm Deus nullo loco determinato circunſcribatur, at Chriſtus fuit in vtero Marię. Tum quia, ſi tota diuinitas in vtero fuit, totus mũdus priuatus eſſet diuinitate.

7. Arg. Matth. 9. Inſuper quia relaxauerit obſeruationem Sabbati. Matth. 9. Et quia nõ fuit ſtabilis, ſed ſæpe ſibi ipſi in doctrina cõtradicebat: pręcipue in acceptatione ſacrificiorũ, vt ex illis Matth. 8. (Matth. 8.) *Vade, & oſtẽde te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes*: & ex illis Mat. 4. (Matth. 9.) *Miſericordiã volo, & nõ ſacrificiũ*: colligitur.

Tum

9 Arg. Matt. 18. Tum quia veniens ſaluare, quod perierat, Matthæi; parabolicè peccatoribus loquebatur. Matth. 13. Mat. Matt. 26. Tū quia orauit. Mat. Dei autem non eſt orare, ſed inuocari ab alijs. Triſtis fuit, & timuit. Mat. Matt. 26. Tū quia non cognouit de lōginquo, an ficulnea illa haberet fructus? Matt. Matt. 21. & maledixit ei, cùm nihil nocumenti ſibi fuiſſet. Et quia accepit poteſtatem ab alio, Matt. Mat. vlt. vltimo.

10 Arg. Ioan. 5. Tum quia fuerit miſſus Ioa.

11 Arg. Matt. 4. Et quia ipſemet protulit: *Ecce Satan ſtudet ad interficiendum me.* Et quia eſurijt Matth. dixitq; Diabolo: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei:* nō autem dixit ex ore meo.

12 Arg. Matt. 3. Tum quia fuit baptizatus vt peccator, Matt. Ob quæ omnia palàm iam acclamare ſunt auſi, nullatenus fuiſſe Meſſiam.

13 Arg. Iſai. 2. Maximè cùm non venerit in nouiſſimis diebus: eiuſque aduentu mons Sion non fuerit eleuatus in vertice montis: neque confluxerint omnes gentes ad eum. Neq; dixerint gentes: Venite, aſcendamus ad mōtem Domini. Gladijque omnes non conuerſi fuerint in vomeres. Nec habitauerit lupus cum agno Iſai. Iſai. 11.

14 Arg. Neque fuerint liberati à captiuitate Iuda, vt prædictum erat Deuteron. Deut. 30. *Et congregabit te de vniuerſis populis, in quos te ante diſperſit: & ſi ad cardines cæli fueris diſperſus inde te trahet Dominus Deus tuus, & aſſumet: atque introducet in terram, quam poſſederunt patres tui.*

15 Arg. Hiere. 3. Nec congregauerit Iuda os in Hieruſalem, Hiere. *In tempore illo vocabunt Hieruſalem ſolium Domini, & congregabunt ſe ad eam omnes gentes in nomine Domini.*

16 Arg. Zach. 6. Neque in Hieruſalem ædificauerit templum Domino, Zachariæ: *Ecce vir germen nomen eius, &c. ipſe ædificabit templum Domini:* & Dan. vltimo. Dan. vlt.

17 Arg. Hiere. 33. Neque fuerit redempta Iuda, Hiere. *Ecce dies venient, dicit Dominus, &c. In diebus illius ſaluabitur Iuda, & Hieruſalem.*

18 Arg. Iſai. 53. Neque habuerit filios, Iſai. *Si poſuerit ſe ipſum pro delicto, animam eius videbit ſemen longæuum* & Pſal. *Ponam in ſeculū ſeculi ſemen eius.* Pſal. 88.

19. 20. & 21. Argu. Iſai. 6. Gen. 49. Neque in diebus eius lux Lunæ fuit facta ſicut Sol, Iſai. *Et erit lux Lunæ ſicut lux Solis.* Neque fuit ſublatum ſceptrum ex Iſrael, Genet. *Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, &c.* Neque venerit in nubibus cæli, Daniel. Dan. 7. *Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi Filius hominis veniebat.*

Argu. 22. 23. Tum quia in genealogia eius

eius referũtur mulieres peccatrices, Matth. 1. ſcilicet Thamar, Ruth, & Berſabee: ac denique quia non fuerit ex ſemine Dauid, cum illa verba: *Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus*: nõ demonſtrent Chriſtum natum eſſe ex ſemine Ioſeph, & perconſequens Dauid, à quo originem ſuam ducebat. *Matth. 1.*

O funeſtum, & miſerandum caſum. Fieri nẽ poteſt, vt tantis ignorantię, & cæcitatis tenebris ſint iſti miſerabilis Iudæi vndique circunuenti, vt palàm arbitrentur, imo (vt cũctos alios ad hoc vnum fatendum ſemel, ac iterum commonãet) & prędicent, adhuc in integrum ſacrificium laudis, confeſsionis, & iuſtitiæ contineri in his omnibus execrãdis orationibus ſuis? Nõdum ſecum contemplantes, cũctas orationes iſtas, & vniuerſa eorum dogmata in eum ſcopũ tendere, vt charitatem quam in proximos ſuos tenentur habere, prorſus à finibus eorum longe propellant: & inuidiæ lingualis eorum, qua continuò nos, & cunctam religionem Chriſtianã ardenter, tanquam canes rabidi proſequuntur, apertam ſignificationem cunctis præbeant: cæteras verò eorum falſitates, & errores abominabiles in id inſeruire, vt ſtultitiam, & ſtoliditatem qua diu laborant, cunctis apertiùs oſtentent.

Et quã nam non oſtentabũt, qui quotidie manibus ſuis cõtre ctantes, Solẽ eſto res immũdas & ſpurciſsimas tangat, nullatenus autem ipſum ob illarũ contactum coinquinari: arbitrantur id vnum Deo, qui ſolum oriri facit ſuper vniuerſam faciẽ terræ, impoſsibile eſſe, ſi naturam humanam aſſumeret? Pręſertim cũ mundicia Virginis Marię, ex qua carnẽ puriſsimã àſſumpſit rat, tanta fuerit, quantam ex illis verbis Hierem. vnicuique coniectari licet: *Nouum faciet Dominus ſuper terram, mulier circundabit virum*. Et illis Cant. *Tota pulchra eſt amica mea, & macula non eſt in te, &c. ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Et qui cùm clariſsime intueantur aerem, ſiue ex terra, ſiue ex aqua generatum nõ differre ſecundùm materiam: nam eſtò aqua, & terra in principio generationis ſint differentes, tamen per actionem generãtis ad vnam diſpoſitionem reducũtur. Nondum ſibi perſuadere poſſunt, vt ſecũ paulisper cõtẽplẽtur, eſtò materia corporis Chriſti tota miniſtrata fuerit à Virgine Maria, virtute ſpiritus ſancti: nullatenus prout eſt à matre, illam differre à corpore noſtro: cùm ſimilitudo, aut diſsimilitudo aliquarum rerum in materia non attendatur ſecundũ ſtatum mate-

Solutio 1. argu. *Hiere. 31.* *Cant 4.* *Solutio 2. argu.*

materiæ in principio generatio-
nis, sed secundū conditionē ma
teriæ iam præparatæ, prout est
in termino generationis.

Solutio 3. argu. Et qui cùm conspiciant, nō
solùm secundùm humanam na
turam Christum mortuum fuis-
se, sed etiam personā Verbi di-
uini mortē pertulisse: dignitati
talis personæ, quæ est infiniti
valoris, rigurosam satisfactionē
pro peccato Originali, & pro
omnibus peccatis totius mundi
copiosissimè ab ipso exhibitā
fuisse, adhuc cōcedere renuunt.

Solutio 4. argu. Et non nè hanc eādem stolli
ditatem iterū cūctis prædicant,
& fatentur; qui nōdum per cal-
luerunt pœnalitates, quas Deus
nostris primis parentibus cōmi
natus fuerat ob peccatum eorū,
diuinitus modo post Passionem
Christi mortalibus relictas fuis-
se, ablata etiam culpa: vt non so
lū Fideles caput eorum imita-
rētur, qui multa passionum ge-
nera pertulit, vt sic ad immorta
litatis gloriam perueniret; verū
etiā meritū fidei eorum nō mi-
nueretur, sed se per augeretur?

Solutio 5. argu. Neq; conspicere, & experi-
ri adhuc potuerunt à tempore
Passionis Christi ferè vniuersā
idolatriā, & oraculorū respōsa,
quibus homines à Dæmonibus
decipiebātur, prorsus extincta
fuisse: eamq; tā admirandā vir-
tutē sacramētorū Passione Chri
sti, nobis cōmunicatā ad resistē
dū cunctis suggestionibus Dæ-
monū, quā in sua vre visus fuit
Psal. dicens: *Super aspidem & ba* Psalm 90
siliscum ambulabis: & conculcabis
leonem, & draconem.

Solutio 6. argu. Neq; vnquā assequi value-
runt, quod Christiani in dies do
cemus, Deū vt Deū nullatenus
esse corporeū, & per consequēs
vbiq; esse: at verò Deū factum
hominē iam corporeū esse, non
vt Deū, sed vt hominē, & sic lo
co determinato ipsum circunscri
bi: neque ita tanquā Deū circū
scriptū esse in vtero sacratissi-
mæ & purissimæ Virginis Ma-
riæ, quādo in illud descēdit, nō
per motū localem, sed per no-
uum modū, & nouum effectū,
copulando in vnitatē personæ
sibi naturā humanā: vt non fue-
rit tunc, vt Deus erat, vbiq; se-
cundū illud Hiere. 33. *Cœlum &* Hiere. 33.
terram ego impleo: similiter quando
habitauit in medio tabernaculi,
fateri compellimur cunctam di
uinitatem illius per totū mūdū
esse diffusam? Et quid nā aliud
præter fatuitatem summam præ
seferunt? qui ex eo, quod con-
spexerūt, & legunt modo, Chri
stū non prohibuisse Discipulis
suis, Mat. 15. nè euellerēt spicas Matth. 15
die Sabbati: in eū errorē fuerint
adducti, vt dicerent Sabbati es- Solutio 7. & 8. argu.
se violatorē? In aceptatione ve
rò sacrificiorū veteris legis ma
ximè mutabilē extitisse, imme-
mores illorū Deut. 23. *Ingressus* Deute. 23.
in vi-

in vineã proximi tui, comedes vuas quantum placuerit: Iinuens Spiritus ſanctus licitè iſta præſtari poſſe quocunq; die, præſertim cùm ad cõſeruationẽ vitæ naturalis fiebant: Meſsiam verò miſericordiæ ſacrificiũ cæteris ſacrificijs, illis teſtimonijs ſupra adductis præponi debere ſolum contendiſſe? Et qui nondũ cõtemplati fuerunt Meſsiam noſtrũ inſtar Ezechielis, & aliorũ Prophetarũ, vt veritas clarius & gratioſius innoteſceret ſępe Diſcipulos ſuos alloquutum fuiſſe per parabolas: ea autẽ, quæ erãt de neceſsitate ſalutis, clariſsimè tractaſſe: vt palàm Marc. 5. 6. & 7. perhibetur. Cumq; Chriſtus verus homo fuerit, quid diu admiramini, vt tãquã verus homo, & ſic inferior Patri ſuo, ad ipſum Meſsias, noſter oraſſet, etiãvt is qui peccata omniũ mortalium tulit, vt Iſaias prędixerat? *Verè langores noſtros ipſe tulit, & ſcelera noſtra ipſe portauit.* Triſtis, & mœſtus eſſet, eſuriret, mortemq; perhorreſceret: vt ſic nõ ſolũ verè pateretur, verũ cunctis homo mortalis appareret? Et tanquã Propheta magnus ea præſtaret cum arbore illa ficulnea, in ſignum eorũ, quæ futura erant Sacerdotibus illius populi: & vt clarius de vacuitate operũ bonorum illos conuinceret: & vt homo acciperet poteſtatẽ in exercicitio à Deo poſt glorioſam eius Reſurrectionẽ:

Solutio 9. arg.

Mar. 5. 6. & 7.

Si nõ ſolũ homo, ſed Deus verè extitit, procedens æternaliter à Patre: Quid vos tandiu ſuſpẽſos tenet, cũ auditis ipſum miſſum eſſe à Patre: cũ ex tali miſſione non acquiſiuerit nouum terminũ, apud quẽ nõdum erat? Solutio 10. arg.

Si nõ tantum Deus, ſed homo erat: Quid mirũ quòd Meſsias permiſerit ſe à Dęmone, & ſi non interficiat ſaltim tentari: & zelauerit in cõfirmationẽ huius veritatis diuinitatẽ ſuam, dicẽs: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei*: tacẽs verò, quod procedit ex ore meo. Solutio 11. arg.

Permittens ſimiliter tãquã ſi peccator eſſet, vti baptizaretur à Ioãne: vt ſic baptiſmum nobilitaret; cõtactuq; ſanctiſsimæ carnis eius aquis vim regeneratiuã cõmunicaret? Solutio 12. arg.

Tandẽ vt vno verbo concludamus, ſummã veſtrã ſapientiam, an miſerabilem cęcitatem palã demonſtrant modò, qui nõdum hucuſque conſequti fuerunt, & ſi non montẽ illum Sion terreſtrẽ, at ſaltim montẽ Sion, cęleſtem Eccleſiã dico, eleuatã fuiſſe aduẽtu primo Meſsiæ noſtri pręomnibus collibus, & montibus, id eſt, pręomnibus alijs Republicis, in diebus nouiſsimis, id eſt, in vltima ętate, quã duraturus eſt mundus, vſq; ad tremẽdum diẽ iudicij: & conſtitiſſe ad Meſsiam innumeras Solutio 13. arg.

ex

ex cunctis generibus nationum, dicētes: *Adoremus Deū Abrahā*, id eſt, quem coluit Abraham. Tantaque pace ſpirituali, aduētus Meſsiæ noſtri, Fideles potitos fuiſſe, ſecundùm illud Pauli: *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia:* quantā illa verba præſagire videābtur: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* & quantā Chriſti præcepta ad hoc dicendum nos impellunt: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, &c.* Quæ pax ita permanet in cunctis Fidelibus ab eo tempore aduentus Meſsiæ noſtri hucuſque: vt habitare poſsint ſuperbi cum humilibus, infideles cum Fidelibus, Iudæi cum Gentilibus ſine detrimento Chriſtianorum: vt inſinuare viſus fuit Chriſtus, dicens: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.*

2. Cor. 10.

Solutio 14. arg.

Morteq; Meſsiæ cunctos mortales ſiue Iudæos, ſiue Gentiles liberatos fuiſſe à captiuitate Diaboli: ſi fidei Chriſti cum charitate, id eſt, ſimul cum operibus charitatis aſſentiri non recuſſauerint, ſecundum illud Lucę 11. quòd *Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui diſperſi erant, congregaret in vnum*, vel cō gregando omnes in vnam fidē, ſpem, charitatem, legem, & præcepta: quæ coniunctio ſpiritualis Ezechiel 37. in conglutinatione illorum duorum lignorū præfigurabatur. Præſertim cùm congregatio ſæpe congregationem ſpiritualem ſignificet, ſecūdùm illud Pſal. *Cor eius congregabit iniquitatem ſibi:* & nomine terrę, terram viuentium intelligi debere ſit neceſſarium, eſtò non addatur illa particula, nempe, *In terram viuentium*, ſecundū illud *Iuſti autem hæreditabūt terram, & habitabunt in ſæculum ſeculi ſuper eā:* vt poſtea potiātur terra beatitudinis in æternū.

Luc. 11. *Ezech. 37.*

Solutio 15. arg.

Et quid nā aliud præter ſtultitiam ſuam palàm oſtentant illi, qui vt talpa cæcucientes nūquam hucuſque eis intueri licuit, aduentu ſuo præterito Meſſiam noſtrum reduxiſſe ſuos, id eſt, prædeſtinatos in Hieruſalē illam, non terrenam, ſed cæleſtem, de qua dicitur: *Quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in ipſum:* & alibi: *Concupiuit anima mea in atria Domini.*

Solutio 16. arg.

Meſsiamq; vnū ędificaſſe Eccleſiam ex lapidibus viuis, ſcilicet ex Fidelibus: qui in pręſenti templo, & in Hieruſalem ſuperiori, id eſt, in præſenti vita copulantur per gratiam, cum Deo: in futura verò per gratiā, & gloriam, ſecundùm illud Aggæi: *Magna erit gloria domus iſtius plus quam primæ*: at gloria potiſsime non rebus materialibus,

bus, ſed creaturis rationalibus correſpondet.

Solutio 17. arg. Inſuper ſaluatã fuiſſe Iudæã ex tunc, id eſt, omnes illos, qui intus & exterius, ſcilicet, fide, & operibus aſſenſum Meſsiæ præbuerunt: imo & tẽporaliter omnes illos, qui in vltima illa vaſtatione Hieruſalem crediderunt Angelo illis annunciant, vt tranſirent in regnum Regis Agrippæ: Solutio 18. arg. Tantosq; filios ſpirituales ex tunc habere cœpiſſe Meſsiã, cuius regnum non erat temporale, ſed ſpirituale, ſecundũ illud: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*: (*Ioan.* 18.) quot recẽſere modo impoſsibile eſt. Solutio 19. 20. 21. 22. 23. arg. Eia nè poſsibile eſt, vt inter Rabbinos, & doctos viros ſint cõnumerandi, qui nunquam penetrare valuerunt, aduẽtu primo Meſsię gloriã, & ſplendorẽ Fidei noſtræ, & Religionis Chriſtianorum, quę nec minuenda eſt, nec occidetur in perpetuum: ſplẽdidius elluxiſſe prę luce antiqua veteris illius legis? ſecundum illud: *Nox præceſſit, dies autẽ appropinquauit: abiciamus ergo opera tenebrarũ.* (*Rom.* 3.) Vnaq; ſimul ex tunc proprio Rege, vero Sacerdote, ſacrificio, & Propheta, imo loco illo ſacrificiorum miſerè fuiſſe orbatos? Et 72. illis iudicibus, ad quos cunctę lites deferebantur, ab Herode interfectis, vt in lib. Sanhedrin Hieroſolymitano habetur? Verba illa Danielis 7. *Aſpiciebam in viſu noctis, & ectiã in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat*: (*Dan.* 7.) ſecundum aduentum Meſsiæ noſtri tãtum præferre? vt illa quæ ſequuntur, innuũt: *Donec troni poſiti ſũt, &c. & libri aperti ſunt.* Non quidem cõſiderãtes, eſto quam plurimæ mulieres peccatrices in genealogia Meſsię noſtri referantur, nullatenus ſanctitatem eius illas omnes obſcurare aliqua ex parte potuiſſe, ſecundũ illud Hiere. 33. *Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ*: (*Hier.* 33.) & illud Iſaię: *Qui nõ fecit peccatum, nec eſt inuentus dolus in ore eius.* Sed eò ab Euangeliſta referri, vt peccatores nõ dedignarentur ad eum iam accedere, vt remiſsionẽ peccatorum ſuorũ ab illo conſequerẽtur, ſecundum illud Paul. 1. Tim 1. *Ieſus Chriſtus venit in mundum peccatores ſaluos facere.* (1. *Tim* 1.) Inſuper Meſsiã noſtrum filium extitiſſe putatiuum ſolũm Ioſeph, naturalẽ verò Virginis Marię: qui duo nõ ſolũm eiuſdem tribus erant, verum eandem proſapiam trahebãt à Dauid: ſi 38. ramos illos, qui à Nathã filio Dauid, vſq; ad auos ſancti Ioachim, paulatim memoria ſua refricare cõtenderint. vt Fortalitiũ fidei lib. 3.

Rabbini doctiſsimi, aut (vt propius loquar) ſummè inſani, & ignorantes, mihi credite, quotieſcunque iſta veſtra deliramẽta, quę ſuperius retuli, memoria

mecum repeto, & alia quã plurima, maximeq; inter se contraria, quæ à Rabbinis Pharisæis, & à Rabbinis Charaynis, qui solũ assentiuntur Bibliæ: & à Rabbinis Catiquinis, & à Rabbinis Mecubilinis (vt Magister Alfonsus refert) adducuntur, attẽte contemplor: variasq; illas, & maximè distantes maiorum vestrorum opiniones circa intelligentiã aduetus Messię, intueor: vix cohiberi possum (mihi parcite) quominus risum, & chachinum cõprimere valeam. Tãtumq; abest, vt fatear vobis, modô relictũ esse sacrificiũ laudis, & confessionis, cuius Psalmista meminit, ob cuius obseruationẽ aduentũ Messiæ nondũ prætcrisse vos adhuc arbitramini, & & prædicatis vbique: vt cogar palã in cõspectu omniũ proclamare, vestrũ sacrificiũ non laudis, aut cõfessionis, aut gratiarũ actionis: sed execrationis infidelitatis, & abominationis exnũc vocari ab omnibus debere. Holocaustomata verò vestra nõ iustitiæ, sed iniquitatis: simulq; orationes vestras maximè gratas extare non apud Deũ, sed apud illos nequitiæ, & tenebrarũ authores, & rectores: in fœdus, & signũ seruitutis miserãdę, qua illis nõ tantũ modo addicti estis: sed eritis in perpetuũ in alia vita, cũ illis pertimescẽdis Dæmoniorũ classibus, acerrimis inimicis totius generis humani.

Alfonsus li. fort. Dei. c. 33.

CAPVT VIII.

Confirmationes errorum ipsorum diluuntur, ad clariorem dilucidationem huius veritatis.

SEd quia dum istã falsam, & cõmentitiã Rabbinorũ horũ interpretationẽ, circa authoritatẽ Psal. superius aductã, funditus euertere pro virili conati sumus, imô certissimè sumus cõsequuti alios maximè solicitos intueor, vt ab his fortissimis rationibus, quibus se vndique conuictos, & irretitos sentiunt, saltim apud imperitã vulgi opinionẽ (quam tãdiu deceptã tenuerunt, & tenent modô, prout illis est permissum) se enodent, & liberent. Affirmãtes, quòd si verbis illis: *Holocaustũ, & sacrificium pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio, &c.* aduentus Messiæ præsignatur à Dauide, cessationẽ illam sacrificiorũ, & holocaustorũ, tanquã in signũ clarissimũ huius mysterij magni cunctis proponente: certissimũ esse Messiam multò tẽpore antea quã nos fatemur, & credimus, aduentasse. Præsertim, cùm vt ex his quæ Machabæorũ habentur, intueamur omnes, Alexandro mortuo, Regem Antiochum Hierusalẽ non solũ dominatũ fuisse, illamq; spoliasse: verũ sacrificia veteris legis, imo & legem ipsam particulari pręcepto prohibuisse, legesq; Gentium tantũ ex tunc ab omnibus obseruãdas fore grauissimis

Refutatio. 7.

1. *Mach.* 1

mis

mis pœnis præcipiendo, vt illa præseferunt: *Et conuertit Antiochus, postquã percussit AEgyptũ, &c. Et ascendit Israel, & ascendit in Hierusalẽ multitudine graui, & intrauit in sanctificationẽ cum superbia Et accepit altare aureum, & candelabrũ luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronam, & ornamentum aureum, quod in facie tẽpli erat: & cõminuit omnia, &c. Et fugerunt habitatores Hierusalem propter eos. Et facta est habitatio exterorũ, & facta est extera semini suo: & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo. Dies festi eius conuersi sunt in luctũ: Sabbata eius in opprobriũ honoris eius, in nihilum. Secundũ gloriam eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius cõuersa est in luctum, &c. Et misit Rex Antiochus libros per manus nunciorũ in Hierusalẽ, & in omnes ciuitates Iehuda: vt sequerẽtur leges Gentiũ terræ, & prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei: & prohiberẽt celebrare Sabbatũ, & dies solemnes, &c. Et iussit ædificari aras, & tẽpla, & idola: & immolari carnes suilas, & pecora cõmunia: & relinquere filios suos incircũcisos: & coinquinari animas eorũ in omnibus immũditijs, & abominationibus: ita vt obliuiscerẽtur legẽ, & immutarent omnes sanctificationes Dei, &c. AEdificauit Rex Antiochus abominandũ idolũ dessolationis super altare Dei. Et per vniuersas ciuitates Iehuda in circuitu ædificauit aras, &c.* Et apertissimè similiter demõstrãt illa verba. 1. Machab. 2 *Et dixit Machabæus: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionẽ Populi mei, & contritionẽ ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cũ datur in manibus inimicorũ. Sancta in manu extraneorum facta sunt Templũ eius sicut homo ignobilis: vasa gloria eius captiua adducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis: & iuuenes eius ceciderũt in gladio inimicorũ. Quæ gens non hæreditauit regnũ eius, & nõ obtinuit spolia eius? Omnis cõpositio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla: & sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra dessolata est, & coinquinauerũt eam Gentes.* ¶ Sed nũquid iam à verbis peccatorũ, tandiuq; insurgentiũ cõtra veritatem timebimus: cùm gloria, & cogitatio eorũ nullatenus consistere valeat? Neq; est, cur iam tanta animi solicitudine ad id vnũ impetrandũ à nobis hi vndique premãtur, & defatigentur: nã equidẽ cõsultius suæ saluti cõsuluissent, si veritati huic faces, & colla liberè submittẽtes, vitã nobiscũ pacificã & quietã traducere conarẽtur. Nã esto aliquãtulũ defessi iam illis videamur, nimis

1. Mach. 2

prolixa iſta noſtra diſputatione cum illis habita. Sed tamen deſperent ſemper, eſt neceſſe, nullatenus aliquem laborē, aut moleſtiam ingentē tanti momēti, aut conſiderationis apud me futuram eſſe: quominus palàm cunctis oſtendamus non minus iſtos ac alios, cū quibus ſupra certamen longum inire conati ſumus, à veritate, & à vera intelligentia verborum illorum Pſalmiſtę, nempe: *Sacrificium, &c.* longe aberraſſe.

[illegible]lutio [illegible] er[illegible]oris.

Et aberrant equidem abſque dubio, præſertim cùm ſtatim in eodem cap. nō ſolùm nobis referat ſacra Scriptura, Mathathiam, & filios eius, Iohanam, Simonem, Iudam, Eleazar, & Ioanatham nullatenus ab obſeruatione legis Moſaycæ diſceſſiſſe, quāuis omnes gentes Regi Antiocho obedirent: aut quempiā illorum ſegregatum fuiſſe à ſeruitute legis patrum ſuorum, vt conſentirent mādatis Regis Anthiochi, vt inſinuant illa verba: *Ego, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum noſtrorum:* verū breuiſsimo temporis interuallo interiecto, ſacrificia veteris legis in priſtinū ſuum ſtatū reſtituta fuiſſe: vniuerſaſque oblationes, & hoſtias in ipſomet Templo Hieruſalem Deo immolari ſicut antea: & vt Moſes præceperat, ab ipſis cœpiſſe. Templumq; ipſum profanatū, altaria diruta, & ſynagogam ipſoſmet Iudæos emundáſſe, ac denouo erexiſſe: & ex eo tempore vſq; ad vltimā deſtructionem illius factam per Titum & Veſpaſianum, ipſum firmū, & ſtabile cū ſuis ſacrificijs, & holocauſtis ferè abſque vlla tēporis intermiſsione permanſiſſe, vt illa verba docent: *Tunc cōgregata eſt ad eos ſynagoga Iudæorum fortis viribus, Iſrael omnis voluntarius in lege: & omnes qui fugiebāt à malis, additi ſunt ad eos, & facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum, & percuſſerunt peccatores in ira ſua, & viros iniquos in indignatione iſta: & cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. Et circuiuit Mathathias, & amici eius: & deſtruxerūt aras, & circunciderunt pueros incircunciſos quotquot inuenerunt in finibus Iſrael, &c. Et obtinuerunt legem de manibus Gentium, & de manibus Regum, &c.* Et illa 1 Machabeor. *Dixit autē Iehuda, & fratres eius. Ecce cōtriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare, &c. Et elegit Sacerdotes ſine macula, volūtatem habentes in lege Dei. Et mūdauerunt ſanta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. Et acceperunt lapides integros ſecundum legem, & ædificauerunt altare nouum ſecundum illud, quod fuit prius: Et ædificauerūt ſancta, & quæ intra domum erant intrinſecus.*

1. Mach. 2

1. Mach. 4

ſecus. Et ædem, & atria ſanctificauerunt, & fecerunt vaſa ſancta noua: & intulerunt candelabrum, & altare incenſorum, & menſam in templum, &c. Et ante matutinum ſurrexerunt, & obtulerunt ſacrificium ſecundùm legem ſuper altare holocauſtorum nouum, quod fecerunt, &c. Et fecerunt dedicationẽ altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſalutaria laudis. Et omnia illa, quæ Machabæorum hiſtoria copioſius atteſtatur.

Refutatio.8. Quod ſi vlterius nobis opponere conentur, verba Pſal. *Sacrificium & oblationem noluiſti*: nullatenus nobis præſignare, ceſſationem ſacrificiorum, & holocauſtorum, in ſignum aduentus Meſsiæ futuram per longinquum tempus, & per multa annorum curricula duraturam eſſe. Ita vt nimis audacter iſtam licentiam nobis vendicemus affirmandi, verba Pſalm. non ceſſationẽ ſacrificiorum veteris legis, quæ per Anthiocum facta fuit: ſed iſtam, quæ à tempore Paſsionis Chriſti hucuſque durat, & perſeuerat, præ ſe ferre. Aliàs namque ſimiliter illos eãdem facultatem ſibi aſſumere poſſe affirmandi, eadem verba Pſal. ceſſationem non iſtam ſacrificiorum, qua modò illi orbãtur, oſtendere, cùm adhuc ſperent eam reſarciendam fore: ſed illã, quæ tẽporibus Machabæorum ſucceſsit. Opponant profectò liberè, vt ſolent: nam impetum ferbeſcentẽ eorum non idcirco formidabimus. Si enim liberi diuinitus erepti ſumus à multitudine argumentorum eorum, qui cõtra nos tanquã ſagittas veneno infectas forti & potẽti manu ſuperius cõtorſerunt: ſimiliter, Deo duce, cõteremus hodie rationes iſtorũ denuo excogitatas ante faciem noſtram: ſcientq; gentes, Hebræę inquã, quia eſt Deus qui redimat, & liberet Iſrael, Eccleſiã inquã noſtrã Chriſtianorum ab oppreſſione cõtinua Iudęorũ, in nos, & in eius ſtabilitatẽ viriliter irruere conantiũ. Credant mihi, deicientur rationes firmiſsimæ illorum, fortiſsimo gladio diligentium aduentum Chriſti: vt collaudent deinceps vnanimiter omnes, qui nouerunt eum, & dulciſsimum nomen eius.

Nã pręterquam poſſumus illis reſpondere, quòd fuit tã breuẽ illud tẽpus, quo orbata fuit Synagoga Iudęorum tẽplo Hierosolymitano, & per cõſequẽs veris ſacrificijs, vt pro nihilo ferè reputari iam debeat: maximè cũ reperiamus in libris Machabæorum, per illud tẽpus Synagogã illã ducibus Sacerdotibus, qui illã regerẽt, & gubernarẽt iuxta legẽ illi præſcriptã à Moyſe, ſemper abũdaſſe. Quę omnia ſatis manifeſtãt, imo ad

dicendum iam nos impellunt, nondũ verba ista Psal. adimpleta fuisse eo tẽpore: neq; vaticinium illud tũc adimpleri debere. Præsertim cũ fere statim, auxilio particulari Dei, & non sine magno miraculo, cum tã parua militum copia Mathathiã & Iudam deiecisse innumerã illã Gentium multitudinem, aras, & idola quæ erant in templo Hierusalem, solo complanasse, ipsumq; in pristinum splendorẽ, restituisse cernamus. Quæ quidem minime illos consequi potuisse ab vltima illius Templi vastatione hucusq; est certum. Neq; ob aliam rationẽ, nisi ob id tantùm, nempe quia ista verba Psalmistæ hoc tempus legis nouæ potissimè tanquam digito intento demõstrabant: quo funditus in perpetuum euertenda erant omnia sacrificia, holocausta, oblationes, & ceremoniæ antiquę legis, imo & ipsa lex Mosayca, quoad præcepta legalia, & cæremonialia: vt contigit in vltimã destructione Hierusalẽ, post mortem Christi à Romanis perpetrata. Similiter alia via faciliori poterimus nos illorũ iacula contra nos emissa propellere, dicentes, quòd esto verba Psalm. cessationẽ sacrificiorum tantũ, quæ illis tẽporibus Machabæorum euenit, præseferrent, & illi adaptari possint iuxta eorum sententiã. Tamen est certissimũ, nullatenus conuenire posse illa verba, quæ inferius sequuntur in eodẽ Psal. *In volumine libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuã Deus, &c. non abscondi misericordiam tuam in cœtu multo*: aut Mathathię, aut Iudę, aut alicui ex Sacerdotibus, qui ex eo tempore vsq; ad aduentum Mesiæ nostri synagogam Iudæorum gubernarũt. Nã licẽt Mathathias sic legem Mosaycam in medio cordis & viscerũ eius impressam habuerit, vt illa verba innuũt: *Et si omnes gentes Regi Antiocho obediant, vt discedat vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & cõsentiant mandatis eius: ego, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum, &c. Non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei: nõ audiemus verba Regis Antiochi, nec sacrificabimus, transgredientes legis nostræ mãdata, vt eamus altera via, &c. Et vt cessauit loqui verba hæc, accessit quidam Iudæus in omniũ oculis sacrificare idolis super arã, &c. Et vidit Mathathias, &c. & insiliens, trucidauit eũ super aram, &c. & zelatus est legẽ sicut fecit Phines, &c. & exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate, dicens: Omnis qui zelũ habet legis, statuens testamẽtũ exeat post me.* Tamẽ nõ est, cur illi cõuenire posse illa verba: *In capite, vel, in volumine libri scriptũ est de me, &c.* aliqua ex parte

Macha 1.

te

te affirmare audeamus. Quando
quidē præterquā veritati nō
repugnet: neq; ipſe fuerit, qui
annūciauit iuſtitiā & ſalutē in
Eccleſia magna, id eſt, legē eā,
cuius virtute homines ſaluaren
tur, & cōſequi poſſent ſalutem
ſpiritualē: & ſit veriſsimū, ex-
ceptis Ioanne Baptiſta, & Vir
gine Maria, & Apoſtolis, de nul
lo alio aliquē ex Prophetis an
tiquis aliquid prædixiſſe: adin-
uenimus, induſtria auxilioq; ne
Dei ſingulari (vt nobis refert
Scriptura ſacra) ſtatim remui-
xiſſe ſacrificia in tēplo Hiero-
ſolymitano, quę poſtea per tot
annorū curricula cōtinuata fue
rūt vſq; ad Paſsionem Chriſti.
Qua veritate admiſſa, cōſequēs
ſit, vt nulla ratione verba Pſal.
ceſſationē illā, ſed iſtā quā mo-
dò nos intuemur, oſtenderent.

Refutatio. 9. Neq; minus falſa profecto, &
ſtulta aliorū veſtrorū Rabbino
rū videri iā cunctis debet expo
ſitio eorū, qui docēt illa verba
Pſal. nō iſtā ceſſationē ſacrifi-
ciorū, quā modò ipſi experiun
tur, cū illā adhuc certiſsimè ſe
in integrum recuperaturos eſſe
ſperent: ſed deſtructione illam
vniuerſalem legis veteris, quæ
poſt aduētū Chriſti vſq; in fi-
nē mundi vnà ſimul cū ſacrifi-
cijs erit futura. Præſertim, cùm
iſta liberè abſq; vllo fundamen
to doceāt, & nō intueantur iam
clariſsimè, quòd ipſamet Sacra
ſcriptura palā proclamat, iſta ceſ
ſatione ſacrificiorū cumulatiſsi
mè adimpleta eſſe omnia, quæ
de natiuitate Meſsię noſtri vſq;
ad Aſcenſionē illius glorioſam
ad cælos Prophetæ ſanctiſsimi
prædixerūt. Et quia hęc omnia
attētè contēplanti Prophetarū
vaticinia, & cū omnibus illis,
quæ Meſsias noſter in decurſu
totius vitæ eius mortalis præſti
tit, cōferenti ipſomet ſole luci-
diora apparebūt: opus eſt, vt in
eos iā diſputationis noſtræ aciē
intendamus, qui vt fortiores, &
doctiores cæteris cū quibus bel
lū inire cœpimus, ſe iactitarēt,
validiora & doctiora argumēta
ad euerſionē huius noſtræ ſoli-
dæ veritatis in mediū cōtra nos
ſe adducturos dictitāt. Dicētes,
nulla ratione nobis inficiari il-
los poſſe, aliquid aliud pręter .1.
aduētū Meſsię teſtimoniū à Da
uide in mediū adductū, ſcilicet:
*Sacrificiū, & oblationem noluiſti,
&c. tunc dixi: Ecce venio*: cunctis
oſtēdere. Ita vt nemini liceat cō
trariū aſſerere, aut ex cogitare:
cùm in eum ſcopum ſuperſcri-
tio illius Pſal. cuncta eius verba
præcedentia & ſubſequētia, to-
tusq; Pſalmus dirigātur à Spiri
tu ſancto: vt vniuerſos mortales
ad cognitionem claram aduētus
Meſsiæ inſtruāt, doceāt, ac qua
ſi per manus ductum ſic certiſ-
ſimè perpetuò trahant, vt ne-
mini errandi locus abſque gra-
uiſsima culpa illius deinceps
concedatur. Quæ omnia ſatis

præſeferunt, & inuunt abſque
vlla difficultatis ſpecie, aut Rab
binorum, & doctiſsimorum ho
minum interpretatione nimis
accuta cortex ille exterior ver-
borũ, & ſenſus ſimiliter interior
eorũ, ſi attẽte tantummodo, &
maturè à nobis percipipiatur,
aut ſaltim ſemel legatur: *Sacrifi-
ciũ, & oblationẽ noluiſti: aurẽ autẽ
fodiſti mihi.* Holocauſtum, *& ſacri
ficiũ pro peccato nõ poſtulaſti: tũc
dixi, Ecce venio. In volumine libri
ſcriptum eſt de me, vt facerem vo-
lũtatem tuã* Deus *mi, &c.* Sed, in
quiunt, nõ inde licere nobis ita
firmiter affirmare, aut docere ex
eo tẽpore, quo de medio ſubla
ta fuerunt ſacrificia, & holocau
ſta illa Moſayca de Hieruſalé,
occaſione illius vltimæ & miſe
randæ vaſtationis factæ per Ro
manos, euerſionisq; illius Tẽpli
ſanctiſsimi, certiſsime iam Meſ-
ſiam noſtrũ aduentaſſe. Præſer-
tim, cûm ad inueniamus in ipſa
ſacra pagina quã plurima pro-
miſſa facta à Deo populo Iſrae
litico, & quod magis mirãdum
eſt, multa iam tanquam oculis
præſentia, manibusq; contrectã
da nobis & illis Deum propu-
ſuiſſe, medijs Prophetis ſuis: ne
que tamen ſtatim, ſed tranſacto
longo interuallo temporis exe
cutioni mandata fuiſſe ab ipſo
Deo, vt proclamant ſemper il-
Malach 3 la verba Malachiæ. 3. *Ecce mit-
to Angelum meum, & vertet viam
ante faciem meam, & ſtatim veniet
ad templum ſuum dominator, quẽ
vos quæritis: & Angelus fœderis,
quem vos vultis.* Et illa Iſaię 62. *Iſai. 62.*
Dicite *filiæ* Sion: *Ecce ſalus tua
venit, ecce merces eius cum eo, &
opus eius coram illo.* Et illa Iſai. *Iſai. 8.*
*Ecce ego, & pueri, quos dedit mi-
hi* Dominus, *vt ſint ſigna, & por-
tenta* Iſrael, *&c.* Et illa: Ecce Do *Iſai. 19.*
*minus, equitatus ſuper nubem le-
uem, & ingredietur* AEgyptum.
Et illa: *Ecce nomen* Domini *venit* *Iſai. 30.*
de longiquo, ardens furor eius. Et
alibi: *Exalta, ne timeas: dic ciuita* *Iſai. 40.*
tibus Iuda: *Ecce* Deus *veſter, &c.* *Iſai. 42.*
Et iterum: *Ecce ſeruus meus, inni
tar ei, &c.* Et idem: *Ecce ego fa-* *Iſai. 43.*
cio nouum, nunc orietur, &c. Idem
Iſaias: *Ecce teſtem populis dedi* *Iſai. 65.*
eum. Et iterũ: *Ecce enim ego creo
cœlos nouos, & terram nouã, &c.*
Et deniq;: *Prope eſt iuſtus meus.* *Iſai 51.*
Et Cantic. 2. *Ecce iſte venit, ſa-* *Cantic. 2.*
liens.

Sed eſtô ita veriſsima hæc
ſint, vt nullatenus eis contra-
dicere ſit nobis integrum: ta-
men rationi maxime conſenta-
neum erit, vt nobis liceat ea te
ſtimonia diligenti cura aliquan
tulum perſcrutari: nam ſi hoc
nobis conceſſerint, conſequen-
tur equidem ipſi, quod modò
maximè impetrare conãtur, in-
telligentiam, inquam veram ho
rum omnium teſtimoniorum:
vt deinceps occaſione eorum,
vt hucuſq; fecerunt, nullatenus

in pe-

in penetranda mente verborũ Pſalmiſtæ decipi poſsint, & alios multos in eorum errorem pertrahere.

Neque minora vobis polliceri poſſumus, aut ex illorum veriſsima interpretatione (vt literalis ipſe & originalis ſermo perdocet) vobis ſperare licet: præcipuè cum in primo teſtimonio Malachiæ adinueniamus vbi nos legimus: *Ecce ego mitto*, in rigore, *ſoleah*, participiũ, id eſt: *Ecce ego mittens ſum*: innuens non determinatum, ſed indeterminatum tempus, & indefinitũ. Quanta verò ſit differẽtia inter hæc: *Ecce ego mittens ſum*: & inter illa: *Tunc dixi, ecce veni:* nullus eſt, qui iam non clarè intueatur: cum prima dictio aperte innuat miſsionem illam, prout eſt præſens in æternitate: altera verò aduentum temporalem, & præfixum poſt ceſſationem ſacrificiorum clarè oſtentet.

Quę ſatis confirmant verba Malachiæ, quæ inferius adduntur: *Et ſtatim veniet ad Templũ ſuum dominator, quem vos quæritis: & Angelus teſtamenti, quem vos vultis*: ac ſi dicerent, executioni mandandam eſſe in tẽpore breuiſsimo (licet illud eſſet indeffinitum hominibus) illamque miſsionem, tanquã pręſentẽ perpetuò eſſe in ipſa ęternitate. Nam ſi hoc non intendunt illa verba, quomodo inter ſe cohęrent? *Ecce ego mittens ſum Angelum meum, &c.* & illa: *Et ſtatim veniet, &c.* ſi mittens Angelum eſt in tempore, nunquid interuallo indigebat temporis, vt veniret ad nos ſaluator, quem vos quęritis: & Angelus teſtamenti, quem vos vultis: cûm ſit ipſe puriſsimus actus, & infinitę actiuitatis, & non ſubiectetur motui, aut tempori? Proprius profectò, ſi hoc non intenderet, loqueretur Propheta: *Ecce ego mittens ſum Angelum, &c. & ſtatim veniens eſt ad vos*: quæ omnia maximè veritati repugnare videntur: cũ iſta miſsio temporalis poſt multa annorum curricula conſequta fuerit miſsionem illam ęternã, quã pręordinauit Deus ab ęterno in tempore hoc fieri debere.

Neque quidquã aliud illa verba Iſai: *Dicite filiæ Sion: Ecce Saluator tuus aduenit*: nobis demonſtrant: cûm ibi dictio illa, *ba*, ideſt, *veniens*, reperiatur. Quem ſenſum 70. lectio approbat, addens in explicationem huius veritatis: *Habẽs mercedem ſuam ſecum*: ſicut & illa: *Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi Dominus in ſignum, & portentum Iſrael à Domino exercituum in Sion.* exprimẽtia iam diu ſimul in ipſa ęternitate eſſe pręſentem ipſam Incarnationem, Iſai. 62.

Nn 5 &

& Apostolos, qui post aduentum Messiæ temporalis propagaturi erãt legẽ Euãgelicã, quã percepturi erãt à Christo in mõte Sion. Et illa: *Ecce Dominus ascendit super nubem leuem*, id est *ascendens est ab æternitate*: vt dictio illa *Rocheb*, innuit &c. & decursu temporis carnem nostram assumet: *Et ingredietur in AEgyptum*: & illa: *Ecce nomen Domini venit de longinquo*, id est, veniens est de longinquo, vt dictio illa, *ba*. Et illa: *Ecce ego facio nouum goseh*, id est *faciens nouum*; *quod nunc orietur*. Si ergo ipse dixit, & facta sunt: Qua ratione cùm ipse dicatur faciens, non diceret, & statim ortũ est, sed orietur? nisi per operationem illam, iam doceret illam, quæ est in mente diuina: & per ortum, natiuitatem eius temporalem. Et hãc eandem veritatem confirmant illa: *Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam*: dictio illa, *bore*, id est, *creans sum*. & illa: *Ecce iste venit saliens*, id est, veniẽs est, saliens, vt dictio, *ba*.

Quod si illa verba: *Exulta, nẽ timeas, dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester: ecce Dominus in fortitudine veniet*. & illa: *Ecce seruus meus, suscipiam eum*: iã præscrutari, & omnia similia, quibus abundat sacra Scriptura: *Prope est iustus meus*. Isai. & Ageus. *Adhuc modicũ, &c*. examinare vellimus: facile dicernẽmus, inani fundamento Rabbinos istos suam sententiã stabilisse: si eãdem rationem habendam esse existimãt de omnibus istis, allijsq; innumeris testimonijs veteris testamenti, in quibus est certissimũ, multũ tẽporis præterisse inter Prophetias istas & euentus, qui postea fuerunt illas subsequuti: ac de verbis superius à nostro Dauide prolatis. Præcipuè, cùm in istis ea signa particularia aduẽtus futuri temporalis nostri Messiæ ostendantur, qualia forsan in alijs non solũ non reperiuntur, verùm difficiliter excogitari possint. Tũ & etiã, quia esto dictio illa, *hine*. i. *ecce*, sit particula demõstratiua apud vos, pręsens, que tẽpus in omnibus testimonijs nuper à vobis adductis demonstret id, quod futurum est postea, id est, transacto multo tẽporis interuallo, vt rei euẽtus docet. Tamen istam existẽtiam à parte rei existentẽ non eo tẽpore, quo proferũtur à Prophetis, sed eò quo euenient respectu nostri, ostendunt: vt clarissimè verba, quæ subsequuntur illã dictionem, demonstrant: cũ semper in futurũ polliceãtur. Esto ipsis ob donum admirabile prophetiæ, & quia certo cognoscebant esse futura ob reuelationẽ diuinam, iam tanquã præsentia ea intuerentur. At in ista authoritate

ritate

ritate Psalmi omnia ecõtrario esse adinueniemus; quandoq; quidẽ, vt certos Psalmista nos redderet de aduentu Messiæ, nõ solùm illam dictionẽ, *ecce*, apposuit, signis particularibus prius adhibitis ad discernẽdum aduẽtũ illius, vt illa innuunt verba: *Sacrificium, & oblationem noluisti*: instar illorum verborũ, quæ adducuntur à Christo ad discernendũ tempus aduẽtus 2. *Erũt signa in Sole*: & quæ adducuntur ab ipso Isai. in ostensionẽ præfixi temporis, intra quod Gẽtes ad legem Euangelicam adducẽ-

Isai 54. dæ erant: *Quemadmodũ in diebus Nobac hoc mihi est, cui iuraui, quod non transirent aquæ Nobach vltra supra terram: sic iurauit, vt non irascar contra te, nec increpẽte, &c.* & illorum, quæ per totũ

Isai. 60. Isai. prosecuntur: & aliorũ multorum, quæ in ipso, & alijs Prophetis inueniuntur: verum etiã diuinitus adhibuerit illud verbum, *bati*, id est, *veni*, ad tollẽdas istas omnes difficultates. Vt cũctis vera intelligẽtia, & notitia clara aduẽtus illius sine eo, quod ad inuestigationẽ huius veritatis aulas Rabbinorũ adire, Synagogæ cathedras frequentare, atq; doctorum & magistrorum sentẽtias sciscitari illis esset necesse, clarissimẽ innotesceret. Ac si clarius nobis doceret Psalmista, statim vẽturum esse post abolitionẽ sacrificiorum & holocaustorum Messiam: ita vt illud, *statim*, non protrahamus ad eam temporis distantiam, qua vos à tempore Passionis Christi hucusq; & etiã deinceps in futurum protrahi existimatis, vt aduẽtum præteritum Messiæ de medio à nobis tollatis: sed præseferat ipsamet cessationem sacrificiorum. Vt hac ratione ad expectandum in futurum tempus aduentus primi Messiæ, vt vos misere hucusq; præstitistis, prorsus cunctis aditus omnis, & locus sit interclusus.

CAP. IX.

Testimonia sacræ Scripturæ, quæ ab illis adducuntur ad euersionem nostræ veritatis, exponuntur: vt inde fundamenta erroris Rabbinorum prosternantur.

SEd quia ex verissima ista textus Psalmistæ explicatione allata, maiora & difficiliora argumenta contra nos concitanda esse Rabbini vestri adhuc ita nobis minantur, vt gloriosum tryumphum de nobis consequuturos esse, erecto collo, inuerecunda frõte, superbis oculis, & arrogãter dictitare iam palam sentiã, quantæ efficaciæ, cuius nẽ virtutis, ac momenti sint, nẽ deinceps ad hæc similia dicenda accessus illis sit reseratus, opus est expẽdamur.

Pror-

Prorrumpant ergo, & tanquam aspides, serpentes, aut dracones venenosi omne virus malitiæ, & iniquitatis, quo interius erga nos maximè abundant, ne intus lateat, palā euomāt insidiasq; occultas & periculosiores nobisdeincepsparēt, vnā proclamantes nullatenus Messiæ aduentum eo tempore, quo à Propheta illis verbis: *Sacrificium, & oblationem, &c.* nos præfixum esse perhibemus, adimpletum esse. Cûm non solùm Christianis, & cunctis Gētilibus remotissimarum prouinciarum sit diu notissimum, sacrificia veteris legis, & holocausta illa Mosayca, tempore aduentus illius Magni Prophetę, quem nos Messiam appellamus, summa cura & solicitudine à cunctis Iudæis in Hierusalem, & etiam in vniuersis finibus Iudæę obseruari: verûm nostra recens scriptura, nempe Testamentum nouum palàm testetur, Christum nostrum adeo obseruatissimum extitisse in toto vitę suæ curriculo legis Mosaycæ, adeoque solicitum in seruandis omnibus cæremonijs illius, qualem nobis præseferunt illa verba: *Non veni soluere legem sed adimplere*: & illa Lucæ: *Et postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem: vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini.* & illa quæ præcedunt: *Et postquam consumati sunt dies octo, vt circūcideretur puer: vocatum est nomen eius Ieosuach.*

Mat. 5.
Luc. 3.

Et insuper ad maiorem confirmationē impietatis suæ, qua erga Christum, & Religionem eius perpetuo æstuant: proclament similiter, tantùm abesse, vt cessauerit adhuc post mortē eius Magni Prophetæ: vt adinueniamus nonnullos ex eius Discipulis palàm circuncidisse quamplurimos, ipsaq; legalia, & cæremonias legis veteris obseruasse: in tantùm vt vnquam sacrificia vsq ad destrutionem Hierusalem, quæ post 40. annos post mortem Christi contigit, à templo Hierusalem fuerint expulsa. Et tandem effundant furorem suum in similitudinem serpentum, acuantque linguas suas, & liberè iam contra alta omnia, quæ superius in confirmationem nostræ veritatis adduximus, quidquid ad buccam venerit, nobis opponant.

Nam esto venenum aspidum insanabile lingua eorum Moysi videretur: tamen nomine illius, de quo dicitur: *Nomine meo serpentes tollent: & si quid mortiferum biberint, non eis nocebit:* virtuteque illius, qui contriuit fortitudine sua mare, confregit capita cetorū in aquis, sciduq; Deut. 32.

capita

capita Leuiathan, deditque eũ in eſcam populo deſerta incolentium: capita horum crudeliſsimorum drachonum crudeliter, licêt iuſtè à nobis palam conterentur, ſuper aſpides iſtos ambulabimus, & calcabimus leonem, drachonem, cũctaque beſtiarum iſtarum genera venenoſa, religionis noſtræ Chriſtianæ miſerandam ruinam, poſtremumque exitium impiè, ſed vane minitantia.

Solutio Argu.

Vobis impertimur, quæ ſuperius nobis oppoſuiſtis, & hiſtoriæ ſacræ & profanæ apertè teſtantur: & veriſsima eſſe, quæ in decurſu huius poſtremę obiectionis in medio à vobis allata fuerunt. Sed mihi concedite ea omnia, quæ veritatem noſtram firmiter corroborant, & confirmant: ea dico, quæ ſimiliter veriſsima hiſtoriæ monumenta, & maiores veſtri palàm atteſtantur. Teſtamini, inquam, tempore aduentus Meſſiæ iam Herodem Aſchalonitã Gentilem regnum Iudæorum occupaſſe pacificè, in ſignum eorum, quæ prædixerat Iacob: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius: donec veniat, qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentium.* Sacerdotumque miniſteria pecunia comparari. Temploque Hieruſalem maiores veſtros abuti ad emendum, & vendendum: precipuê vt ex illis verbis, quæ dixit Chriſtus Phariſęis, & Sacerdotibus, colligitur: *Propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, & inuenit in templo vendentes oues, & boues, & columbas, & numularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de Templo, oues quoque, & boues: & numulariorum effudit æs, menſasque ſubuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc: nolite facere domum Patris mei, domum negociationis.* Sacrificia, & holocauſta, quæ à Synagoga Deo per manus Anę, & Chayphæ offerebantur, adeò ſanguine peccatorum grauiſsimorum eſſe infecta: vt iam viderentur ea ipſum Meſsiam cogere, in confirmationem eorum quæ Oſeas prædixerat: *Miſericordiam volo, & non ſacrificium: & ſcientiam Dei præ holocauſtis:* Matth. reſpondere Phariſæis obijcientibus Diſcipulis Chriſti: *Cur cum publicanis, & peccatoribus comedit Præceptor veſter?* Quin potius: *Diſcite, quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium.*

Gen. 49. *Luc. 2.* *Oſee 6.* *Matth. 9.*

Concedite mihi, iam ex eo tempore quo Chriſtus duodecim annorum natus erat, in Tẽplo cum Doctoribus legis de vera intelligentia Prophetarũ, & ſacræ Scripturæ, & de efficacia legis veteris contendentem fuiſſe:

fuisse, vt Lucas nobis refert: ita vt omniũ ora in admirationem illius suspensa tenerẽtur, stuperentque omnes, qui eum audiebant super intelligentia, & responsis eius: atque extunc tanquam nullius virtutis & efficatiæ sacrificia veteris legis sic haberi ab omnibus fere cœperint, quantùm licèt colligere ex illis verbis, quæ Ioannes, prędicans tunc in omnem regionem finitimam Iordanis Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, dixit: *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & ne vellitis dicere intra vos: Præsentem habemus Abraham.* In Baptismo verò Christi apertum esse cælum, audita illa voce: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui:* vt nobis dicere liceat ex eo tempore, sacrificiorum, & holocaustorum illorum, & circuncisionis vim eneruatam, ac mortificatam esse valde: & tanquam maximè antiquatam senescere, & ad interitum properare. Matt. 3.

Et non nè properabat celeri cursu? cùm non solùm præsentia Christi non significarent iam, quod antea representabãt, & ad quę instituta potissime erant, cum iam præsentem haberent eo tempore, quem venturum esse figurabant; verũ reperiamus, ipsum palàm acclamasse in mõte, quando eum quã plurimæ turbæ sequebantur, vt cuncti ad meliorem vitæ frugẽ deinceps se reciperent, legem, inquam, nouam amplecti cũctis viribus conarentur, illa verba: *Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquã Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides? qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Racha: reus erit concilio, &c. Audistis, quia dictum est antiquis: Non mæchaberis? Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendũ eã, iam mæchatus est in corde suo, &c. Dictum est autem: Quicunq; dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mæchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis, quia dictum est antiquis: Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua? Ego autem dico vobis non iurare omnino, neq; per cælum, quia tronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius, &c. Sit autem sermo vester, est est, non non, &c. Audistis, quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente? Ego autem* Matt. 6.

autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam tuam, præbe & illi alteram,&c. Audiſtis, quia dictũ *eſt: Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuum?* Ego autẽ *dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderũ vos, & orate pro præſequẽtibus,& calumniantibus vos: vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt,&c.* omnibus illis apertę innuẽtem, ex tũc antiqua ſacrificia, veterẽq; illam legẽ euaneſcere cœpiſſe: legem verò nouam vigere.

Et quid aliud pręter eius internectionẽ inchoatã, aut ceſſationẽ iã incœptã eſſe præſagiebatur, cũ reperimus Euãgeliſtas noſtros palã acclamare, Chriſtũ Dominum, poſt aduentũ eius, loco Circuncisſionis ſacramentum Baptiſmi in remediũ peccati Originalis, reſpectu hominum: loco Agni Paſchalis ſacrificium Euchariſtiæ inſtituiſſe: loco ciborum prohibitorum, præcepiſſe Matt. *Non quod intrat per os, coinquinat hominem.* Loco ferè innumerabilium præceptorum ad duo capita vniuerſam legem ipſum reduxiſſe, Matt. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mẽte tua: hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autẽ ſimile huic: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.* Loco aliorum holocauſtorum, pro peccatis, Pœnitentiæ Sacramẽtum condidiſſe, Matt. *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.* Et deniq; loco bonorum temporalium vitæ & pacis tẽporalis, ad quę ſe extendebat lex illa antiqua, vt Leuit. *Si in præceptis meis ambulaueritis,&c. dabo pluuias veſtras tempore ſuo,&c. daboq; pacẽ.* & Leuit. *Cuſtodite leges meas, atq; iudicia: quæ faciens homo, viuet in eis,&c.* bona ęterna obſeruantibus legem Euangelicam pollicitum eſſe, Matth. *Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata Dei.* & Ioan. *Mandata eius mandata æterna. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cælorum.*

Matt. 15. · Matt. 22. · Matt. 3. · Leui. 26. · Leuit. 18. · Mat. 19. · Ioan. 12.

Pręſagiebant ne aliud iſta omnia præter euacuationem non ſolum ſacrificiorum, & cęremoniarum: verum totius legis Moſaycę, quę ex tunc plenitudine gratiæ aduentus Meſſię paulatim, ac pedetentim cõtinuò vſque ad eius mortẽ quotidie fiebant? Et vt vnà ſimul cũ his intelligeremus, ex tunc abrogari legem illam, & Synagogam illis ſacrificijs, viuente Chriſto, orbari cœpiſſe: omniaque iſta facta fuiſſe non caſu, ſed diuino decreto, vt vſque ad mortem Chriſti durassent, vt ex eo tempore cum iam impletum eſſet

omne illud, quod præseferebat, & repræsentabant, vt ipsemet Christus moriens dixit *Consumatũ est*: vt inde vt mortua prorsus cessarent: præcipuè apud eos, quibus sufficientem notitiam & reuelationem haberent legis Euangelicæ.

In cuius veritatis confirmationem id factum esse cernimus, quod maiores vestri non sine magna Christianorum, & legis nostræ laude, ac excellentia frequenter prædicare solēt (vt in Thalmud lib. Ioma cap. quod incipit: Septem dies fertur) quòd cùm statim post mortem Christi illa miracula, quæ quotidie in Templo Hierusalem cernebantur: nempe vt nũquam mulier abortum pateretur ex odore illarum carnium: nullatenus corrũperētur illę carnes holocaustorum: muscis Tēplum semper careret: Sacerdos pollutionis effusionem non haberet: macula aliqua in panepropositionis non reperiretur: nulla pluuia esset sufficiens ad extinguendum ignem altaris: neque cuncti venti potētes essent ad impediendam illam columnam fumi, quæ ex altari in cęlum erumpebat: vasa confracta statim ipsa Templi terra in profundum sui ventris concludebat: hęc, inquam, miracula prorsus cessassent, coacti fuerint dicere cum Propheta: *Signa nostra non vidimus, non est vltra Propheta: neque apud nos est sciens bucusq;*.

In Talm. lib. Ioma.

Psal. 74.

Neque minus profectò hæc veritas nostra potest confirmari, si his omnibus addamus ea, quæ maiores vestri tanquam religionis Christianæ acerrimi propugnatores, pro nobis affirmant (nē resipiscant, quæso deinceps, citò audiamus eos, & dicant iam) nempe à tempore Passionis Christi, vt Thalmut Hierosolymitanum perhibet, statim amotos esse illos 70. Iudices Consistorij Gazit, quibus erat commissa olim potestas ferendi sententias criminales: vt sic in integrum sceptrum Israel translatum esse ad gentes alienigenas; prophetiāque Iacob. *Non auferetur sceptrum de Iuda nec Dux, &c.* ex tunc adimpletam palàm, nobis dicere liceat.

Et vt vno verbo illorum ora concludamus, quidnam aliud præter generalem interitum totius legis Mosaycæ, sacrificiorumque illorum extinctionem cunctis demonstrat miseranda illa calamitas, à Romanis contra Hierusalem inuecta post admirabilem Ascensionem Christi ad cælos? Qua sic misere Tēplum illud sanctissimũ ab imis fundamentis euersum, soloque complanatum reliquerunt: tum vt cunctis gentibus, & nationibus

bus in portentum, & ſtuporem effectum etiam vt hac ratione maiores veſtri ceſſationem legis Moſaycæ quam nec hortatu Apoſtolorum, nec clamoribus Prophetarũ, nec ijs & alijs innumeris miraculis ab ipſis editis deſerere valuerunt: tandẽ exiles à patriæ dulciſsimis finibus, & ſanctiſsimo Templo illo facti, manibus ſuis, licet inuiti, & reluctantes contrectarent.

Sed quorſum in his congerẽdis tandiu immoramur? quorſum proh Deum immortalem tandiu tempore iſto abutimur? An id præſtitimus, vt veſtris argumentis reſpondentes, cunctis oſtenderemus, à tempore aduẽtus Meſsiæ vſque ad eius mortẽ ſacrificia veteris legis iam tanquã morti maximè propinqua quotidie quaſi per quoſdam decrementi gradus paulatim eneruari cœpiſſe, maximeq; Deo odibilia facta fuiſſe, vt Iſaiæ verba inſinuant? *Kalendas veſtras, ſolemnitates veſtras odiuit anima mea: ſunt mihi oneri, laboraui ſuſtinendo*. Certè eo animo tãtũ in hac vna re ſumus defeſsi. *Iſai. 1.*

Neq; ex hoc opus eſt, vt perquã inſipiẽtes, aut parũ in ſacræ Scrip. intelligẽtia verſati cunctis videamur, dictitantibus præcipue vix argumentorum veſtrorum vim, aut teſtimonij à Pſalmiſta adducti ſenſum nos penetraſſe: quandoquidẽ ſi contextum illius Pſal. attentè legerimus, liberè ſuſtineremus, nè reprehenſione digni à cunctis iudicaremur: vt iam vobis palã affirmandi concederetur locus minime tempore aduẽtus Meſſiæ funditus omnino euerſa fore (ſi Dauid aſſentimur) cuncta illa ſacrificia.

Solutio Argu.

Sed certe legimus, & perlegimus cuncta illa: clareque in principio animaduertimus, nullatenus Dauid hæc inſinuaſſe, ſed potius huius inſtãtaneæ ceſſationis legis veteris memorem extitiſſe: vt manifeſte illa verba oſtendunt: *Sacrificiũ, & oblationem noluiſti: aurem autẽ fodiſti mihi. Holocauſtum, & ſacrificium non poſtulaſti: tunc dixi: Ecce venio.* Et demonſtrant illa verba, *haſazta*, id eſt, *noluiſti: ſaalta*, id eſt, *poſtulaſti*. Hoc eſt, non eo amore quo antiquitus iſta ſacrificia tu Deus es proſequutus, modo proſequeris, vt verbũ *aphazta, in coniugatione* Piel demonſtrat: ac perconſequẽs innuens Pſalmiſta, ſacrificia illa nõ maxime Deo grata eſſe ex tunc: & inde nobis iã fateri licere, eo prolata eſſe illa, vt ex illis pedetentim oſtẽderemus, quod tandem deſiderabat, & ardẽter concupiſcebat anima mea, ſcilicet à tempore aduentus illius iam paulatim tanquam lethali morbo infecta illa ſacrificia vim ſuam amiſſura eſſe, & momento

Pſalmiſta illis verbis nobis pol
liceri videbatur, ita ſecurè iam
obtinemus: vt nullus ſit, qui ali
quantulum nobis amplius infe
ſtare audeat Et ni fallor, conſe
quti ſumus, vt habitare poſsi-
mus confidenter, comedamus
panem noſtrũ cum ſaturitate,
Leuit.26 & omnibus illis quæ Leuit. di-
cuntur, libere fruamur: *Dormie-
tis autem, & non erit exterrẽs. Et
ceſſare faciam beſtiam malam è ter
ra: & gladius non tranſibit per
terram veſtram. Et perſequemini
inimicos veſtros, & cadent coram
vobis gladio, &c.* Solum ergo ſu-
pereſt, nè tanta pace, & quiete
abuti videamur: vt ad breuem
quandam ſummam redigentes
omnia, quæ in iſta mortali vita
edidit Meſsias noſter, ea cũ his
quæ Pſalmiſta ipſum editurum
eſſe oſtendit, pacificè iam cõfe
ramus. Vt ſi non Iudæi, ſaltim
Chriſtiani noſtri, ac ſacrę Scrip
turæ ſolertiſsimi indagatores,
concentu omnium horũ admi-
rabili & ſuaui intra ſe ſic dele-
ctentur: vt moleſtiarum præteri
tarum, quibus vndiq; â Rabbi-
nis execrãdis nuper affecti fue
runt, amplius præ nimia lætitia,
& alacritate iſta nõ recordẽtur.

Neq; recordabuntur equidẽ
illarum vlterius; præſertim ſi
omiſsis omnibus alijs carminis-
bus, quæ iſta verba, *Sacrificium,
&c.* antecedunt, & quæ Eccle-
ſię noſtræ maximè cõgruere vi
dentur: animum, & mentem in
illa verba quæ ſequuntur: *In cap.
libri ſcriptum eſt de me; vt facerẽ
voluntatẽ tuã. Deus mi volui, lex
tua in medio viſcerum meorũ, &c.*
applicuerimus. Quæ ſic apertè
demonſtrant tanquam digito in
tento ipſum Meſsiam noſtrũ:
vt fere nullo interprete, aut ex
poſitionis adminiculo iã ad id
conſequendũ indigeamus. Quã
doquidem nõ ſolûm ipſe ſolus
fuerit de quo antiqui illi Pro-
phetæ â principio Geneſ. vſq;
ad vltimum cap. Malachiæ prę
dixerunt, annuntiantes aduen-
tum, Paſsionẽ, mortemq; acer-
biſsimam, & omnia illa, quę in
hac vita, & alia pro reparatio-
ne generis humani ipſe volũta
rie, id eſt, cõformans ſe in omni
bus decreto diuino, erat ope-
ratus; ſingulaſq; eius actiones
expectantium oculis abſq; fe-
re vllo velamine obijciendo
(quę quidẽ clariſsime quiſquis
iam intuebitur, ſi ſingula Pro-
phetarum volumina perlegere
voluerit) verũ adinueniamus in
teſtimoniũ horũ verborũ Pſal-
miſtæ, à tẽpore Incarnationis
Meſsiæ noſtri, vſq; ad egreſsũ Collatio teſtimonii Dauid cũ his quæ de Chriſto referunt Euangel.
eius, ad ſummũ cęli (vt ſupræ-
mã iudicis perſonam exercituro
omniũ viuentiũ & mortuorũ te
neret) eius voluntatẽ in omni-
bus coniunctam habuiſſe cum
Deo: vt illa verba Ioann. 4.
Rabbi manduca. Ille autem di- Ioan.4.

xit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Dicebant ergo Diſcipuli adinuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis Ieſus: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſsit me: vt perficiam opus eius. *& illa Ioa.*
Ioan. 5. Quia nõ quęro volũtatẽ meã: ſed voluntatem eius, qui miſsit
Ioan. 6. me. *& illa Ioan.* Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius, qui miſsit
Matt. 26. me. *& illa Matt.* Pater mi, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. *& il-*
Marc. 14. *la Marc.* Aba Pater, omnia tibi poſsibilia ſunt, transfer calicem hunc à me: ſed non quod ego
Luc. 2. volo, ſed quod tu. *& illa Luc.* Quid eſt, quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?
Luc. 22. *& illa Luc.* Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum: demonſtrant. Vt iam cum Iſaia
Iſai. 53. proclamare poſsimus, c. 53. Voluntatẽ Domini in manu eius, aut per manus eius directã, & ordinatam fuiſſe: quo præconio nihil maius, excelentius, aut glorioſius à nobis dici, aut excogitari vnquam potuit.

Quam verò firmiter in medio cordis, ac viſcerum eius legem diuinam, à primo naſcẽtis exordio in iſta vita mortali perpetuo, & ſummè impreſſam ipſe ſolus inter alios omnes habuerit; quam continuò ſemper meditatus fuerit, præſentemque memoria ſua illam aſsiduè retinuerit: Quis eſt, qui nõ clarè iã cõſpiciat? Maximè ſi paulisper memoria refricare contenderit, quæ ſacra Euangeliorum volumina nobis teſtatur. Quãdoquidẽ reperiemus ſic illum noctu diuq; in meditatione illius eſſe intentum, vt nullatenus quietẽ aliquam ſibi impertiri poſſe arbitraretur, niſi huic tantum rei totus addictus eſſet, ac incũbe-
ret. Et quid nè aliud præſeferũt Matt. 19.
quæſo illa verba Matt. Si vis ad
vitã ingredi, ſerua mãdata Dei. Matt. 5.
& illa eiuſdem. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas: nõ veni ſoluere, ſed adimplere, &c. Qui ergo ſoluerit vnum ex mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines: minimus vocabitur in reg-
no cælorũ. *& iterum.* Quare & Matt. 15
vos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditionẽ veſtrã? &c. Hypocritæ, benè propheta- Pſal. 118.
uit de vobis Iſaias, dicẽs: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Præſeferunt nè hunc eſſe, quẽ Pſalmiſta teſtimonio iſto, & il-
lis verbis: Lex *tua meditatio mea.* Pſal. 1.
& illis: *In lege eius meditabitur*
die ac nocte. & illis: *Lex Dei in* Pſal 36.
corde ipſius: & nõ ſupplantabũtur greſſus eius: demõſtrauit? equidẽ:

Quod

Quòd ſi ad ea, quæ ſtatim à Pſalmiſta apponuntur in eodẽ Pſa m. *Annunciaui iuſtitiam in cœtu multo: ecce labia mea non prohibui, tu ſciuiſti.* Vel vt Chaldæus legit: *Anunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, &c.* conuertamus: Quis eſt iam tam ab omni ſenſu alienus, qui nõ protinus in odorem ſuauiſsimum inſtantis iam præſentiæ Meſsię noſtri, cogitatione & mente, ad illum intuendum celeriter non trahatur, imo currat? Pręſertim, ſi ad ea, quæ in decurſu eius vitæ ad confirmationem huius prophetiæ ipſe edidit, contemplanda ſe conuertat. Et quidnã aliud illum contendiſſe arbitrari poſſumus? cùm huius rei cura, & ſolicitudo ſic eum anxiũ, & ſollicitum ſemper tenuerit: vt ferê cunctos Euangeliſtas in oſtenſione huius veritatis ita occupatos iam intueamur, vt coacti fuerint dicere, cùm ſe eneruatos eſſe vndique ad hoc pręſtandum cõſpicerent:

Ioan. 20. *Multa quidem, & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu Diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in lib. hoc. Hæc autem ſcripta ſunt: vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei.* & iterum:

Ioan. 21. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribẽdi ſunt, libros.*

Nec mirum, quod Ioannes in hęc prorumpat verba: cùm Matt. legamus: *Et circuibat Ieſus totam Galileam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, &c.* Et *abijt opinio eius in totam Siriam.* Mat. 4. Et Lucas proferat: *Et ibat per ciuitates, & caſtella, docens*: Luc. 13. & iterum: *Erat docens quotidie in Templo.* Luc. 14. & alibi: *At illi inualeſcebant, dicentes: Commouit populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc.* Luc. 23. & Matth. *Euntes autem prædicate, docentes, quia appropinquauit regnum cælorum.* Matt. 10. & iterum: *Euntes ergo, docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Docentes eos ſeruare omnia, quæcunq; mãdaui vobis.* Matt. 28. & idem: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarũ, & Phariſæorum: non intrabitis in regnum cælorum.* Mat. 5. & alibi. *Regnum cælorũ vim patitur: & violenti rapiũt illud.* Matt 11. & iterum: *Peruenit in vos regnum Dei.* Mat. 12. & Ioa. *Regnũ Dei intra vos eſt.* Ioan 17. & Mat. 6 *Primum quærite regnũ Dei: & poſtea omnia adijcientur vobis.* Matt. 6. & idẽ: *Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo, &c.* Ioan. 17. *Nunc cognouerũt, quia omnia, quæ dediſti mihi, abſte ſunt: quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis. Et ipſi acceperunt, & cognouerunt vere, quia à te exiui: & crediderũt, quia tu me miſiſti.* & Ioan. *Vos dixi amicos: quia omnia quæcunq; audi-* Ioann 15.

ui à Patre meo, nota feci vobis.

Iam verò quis ignorare poteſt congruentiam ſummam, imò identitatem, quæ inter iuſtitiam Dei ex vna parte, & Euangelium noſtrum ex altera relucet? Quę tanta eſt, vt potius ſinonima, ac eadem, quã diuerſa appareant: cùm in originali nomen, *zedec* iuſtitia, nihil aliud quam quod iuſtum eſt, quod iuſtificat, præſeferat. Quæ quidẽ maximè Euangelio Chriſti cõueniunt: cùm non ſolùm rationis dictamini ex omni parte cõueniat, verùm ob ſuam rectitudinem illi vni congruat, homines ſic iuſtificare: vt participes in hac vita gratiæ, ius habeant ex debito ad gloriam, ſecundũ illud: *Quot quot autem receperũt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.*

Rom. 8.

& Pau. doceat: *Si autẽ filij, & heredes.* Heredes quidem *Dei coheredes autem Chriſti ſecundum illud* ad Thimo.

Pau. 2. ad Timot. 4.

Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dñs *in die illa iuſtus iudex: nõ ſolũ autem mihi, ſed his, qui diligunt aduentũ eius.* Ex quibus optime cõſequitur, Meſsiã noſtrũ digniſsime perfunctum eſſe illo munere, nẽpe enunciãdi, vel Euangelizandi iuſtitiam Dei, vel Euangeliũ Dei apud congregationes Iudæorum: vt antea Pſalmiſta illis verbis docuerat: *Annunciaui iuſtitiam in Eccleſia multa, &c.*

Illa tamẽ verba, quæ ſtatim à Pſalo iſta adduntur: *Iuſtitiã tuã non abſcondi vllo modo in medio cordis mei. fidem tuam, & ſalutare tuum dixi.* Vel vt Chald. *Iuſtitiam tuam non abſcondi in medio cordis mei: veritatem tuam, & redemptionem tuam dixi.* Non *occultaui bonitatem tuam, & fidem tuã in Eccleſia magna:* quã optime, & concinnè Meſsiæ noſtro tantũ ſint accomodata, cùm omni ex parte cumulatè ea adimpleuerit: Quis non intuetur? Cùm ipſe ſemper fuerit ita propenſus in ſalutẽ cunctorum: vt abſque vlla perſonarũ exceptione cũctis viam ſalutis demõſtrare conatus fuerit, vt illa verba: *In hoc natus ſum in mundo vt teſtimoniũ perhiberem veritati.* Sicq; ſaluti omnium conſuluerit publicè, & priuatim: vt eius vitam illorum ſaluti poſtponere non dubitauerit: vt ſic tandè illius fœlicitatis ſummę quã ipſe fruebatur, illis in æternum cum ipſo deinceps frui liceret.

Et conſultò protulit *Pſalmiſta:* Iuſtitiam tuam non abſcondi vllo modo: *vt legit* Hebræus: *cũ de Meſsia noſtro teſtetur* Ioã. Ioan. 1.
fuiſſe: Lucem veram, quæ illuminat omnem hominem, veniẽtem in hunc mundum. *& ſuperius:* Hic venit, vt teſtimonium perhi-

perhiberet de lumine: vt omnes
Ioan. 3. crederent per illum. & *idem*:
Sic enim Deus dilexit mundũ:
vt Filium ſuum vnigenitum da-
ret. Vt omnis qui credit in eũ,
non pereat: ſed habeat vitã æter
Mar. 16 nã. & *Marc.* Euntes in mundũ
vniuerſum, prædicate Euãgeliũ
omni creaturæ. Qui crediderit,
& baptizatus fuerit; ſaluus erit.
Qui vero non crediderit: con-
demnabitur.

Quam verò rectê Meſsias
noſter in integrum illa verba,
quæ inferius â Pſalmiſta ſtatim
apponuntur: *Fidem tuam, verita
tem tuam, credulitatem tuam, ſta-
bilitatem tuam* (omnia namq; di
cto illa, *emuna ceca*, quæ eſt in
textu originali comprehendit)
& *ſalutare tuum dilexi*: adimple
uerit: ſatis confirmare videntur
Matt. 22 illa verba *Matt.* quæ Pharisæi
Chriſto dixerunt: Magiſter,
ſcimus, quia verax eſt, & viam
Dei in veritate doces, & non
eſt tibi cura de aliquo: nõ enim
reſpicis perſonam hominũ. &
Ioan. 1. *illa Ioa.* Quia lex per Moyſen
data eſt: gratia, & veritas per
Ieſum Chriſtum facta eſt. & *il-*
Ioan. 14 *la eiuſdem*: Ego ſum via, veritas,
& vita: nemo venit ad Patrem,
Ioan. 8. niſi per me. & *iterum*: Ego ſum
lux mũdi. Qui ſequitur me: nõ
ambulabit in tenebris: ſed habe
bit lumen vitæ, &c. Si veritatẽ
dico vobis: Quare vos non cre
Luc. 4. ditis mihi. & *illa Lucæ*. Et ipſe
docebat in Synagogis eorũ: &
magnificabatur ab omnibus,
&c. Et traditus eſt illi liber Iſa.
Prophetæ. Et vt reuoluit librũ
& inuenit locum, vbi ſcriptum
erat: Spiritus Dñi ſuper me,
propter quid vnxit me. Euãge
lizare pauperibus miſsit me, ſa
nare cõtrictos corde, prædicare
captiuis remiſsionem, & cæcis
viſum, dimittere confractos in
remiſsionem: prædicare annum
Dñi acceptũ, & diẽ retributio
nis, &c. Cœpit autẽ dicere ad
illos; quia hodie impleta eſt hęc
ſcriptura in auribus veſtris. &
illa Matt. Venit enim Filius ho *Matt. 18.*
minis ſaluare, quod perierat. &
illa Luc. Filius hominis non ve- *Luc 9.*
nit animas perdere: ſed ſaluare.
& *illa Ioann.* Non enim miſsit *Ioan. 3.*
Deus Filiũ ſuũ in mundũ, vt iu
dicet mũdũ: ſed vt ſaluetur mũ *Ioan: 10:*
dus per ipſum. & *illa*. Ego ſum
oſtiũ. Per me ſi quis introierit
ſaluabitur: & ingredietur, &
egredietur, & paſcua inueniet.

Qui deniq; totus incubuerit
in adimpletione illorũ verbo-
rum: *Non occultaui miſericordiã
tuã*; vel vt alij legunt: *Gratiã, &
beneficiũ, & veritatẽ tuã in Eccle
ſia*: innuunt illa Luc. *Et ſi bene* *Luci 6:*
*feceritis his, qui vobis benefaciũt:
Que vobis eſt gratia, ſiquidem
& peccatores hoc faciunt? &c.
Veruntamen diligite inimicos
veſtros, benefacite, & mutuum da
te, nihil inde ſperantes: & erit*

merces veſtra multa, & eritis filij Altiſsimi: quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos, & malos. Stote ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. & illa eiuſdẽ: *Dico vobis, quòd ita gaudiũ erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽte, quã ſuper nonaginta nouẽ iuſtis, qui nõ indigẽt pœnitẽtia.* Luc. 15.

Epilog. Cùm ergo ex omnibus quę ſuperius retulimus, luce meridiana clarius omnibus iam conſtet, Meſsiã noſtrũ optime functum fuiſſe munere ſibi iniuncto & a Pſalmiſta manifeſtato, illis verbis dicente: *Anunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia multa: ecce labia mea non prohibebo Deus, tu noſti. Iuſtitiam tuam non abſcondi in medio cordis mei: fidem tuam, & ſalutare tuum dixi: non abſcõdi miſericordiam tuam & veritatẽ tuã:* Quibus verbis Euang. Chriſti excellentia palàm oſtenditur: cùm illud iuſtitiam, veritatẽ, fidem, ſalutare, miſericordiam, & ſtabilitatem Dauid appellet. Eo quòd ipſum iuſtitiã qua Deus in ſe eſt iuſtus, oſtẽdat: valeatq; homines dignos gloriæ, & beatitudinis efficere: eamq; doctrinam doceat, ita vt cęlum, & terra prius deſint, quam iota, aut vnus apex prætereat à lege. Eã fidem in ſe contineat, quę ſolũ teſtimonio diuino innitatur: eã ſalutem prębeat, quę homines mortali conditione natos, immortales & perpetuos reddat: eam miſericordiam Dei pręſeferat, quę ex inimicis, & peccatoribus, pœniſq; ęternis dignis, amicos Dei, gratos, iuſtos, & pręmij beatitudinis meritiſsimos efficiat. Tãdemq; vnicuiq; veſtrum compertum ſit, omnia quę initio in decurſu huius diſputationis nos facturos eſſe polliciti ſumus: ſic re, & opęre præſtitiſſe, in manifeſtationem aduẽtus pręteriti Meſsię noſtri: vt cuilibet ex noſtris, etiã inermi & in Hebraycis literis parum exercitato liceat deinceps ex vera horum verborũ Pſalmi intelligentia in vos, & maiores veſtros, Rabbinoſq; illos antiquiſsimos, quoties voluerit, abſque vllo offenſionis periculo irruere, & glorioſum tryumphũ de illis agere. O inſenſati Iudæi quis vos tandiu faſcinauit, non obedire, aut aſſentiri Euãgelio noſtro? Quis tandiu vos deceptos, & deluſos habere potuit, vt adhuc Meſsiã venturũ eſſe credatis? Reliquum eſt iam, popule Iſraelitice, qui tantam fœlicitatem antiquitus fueras conſequtus) quantam ex illis: *Beatus es Iſrael: Quis ſicut tu, popule qui ſeruatus es per Dominũ ſcutum auxilij tui, & qui eſt gladius excellentiæ tuæ:* colligere fas eſt: Deute. 33. memor illorum omnium, dudumq; pręſentia aduentus tui Meſsię concitatus, des magnitudinem Meſsię noſtro: palamque

que fatearis mirabilia opera eius, quę pro redemptione totius generis humani cum tanto honoris, famæ, & vitę ſuę detrimẽto edidit: ſummiſq; laudibus & encomijs vſque in cælum iã extollas immenſam illam charitatem, & fragrantiſsimum amorem, quo erga homines ſic exarſit, vt vitam ſuam pro illis, etiã ſi hoſtili odio tanquam capitales inimici illum proſequerẽtur, vt eũ morti tradere non recuſauerint, formam ſerui accipiẽs, in ſimilitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo: antequam nunc denuo in obſtinata tua malitia perſeuerare, & antiquo illo errore quo aduentum eius adhuc expectas, ſepeliri cogaris. Generatio peruerſa & praua, nũquid Meſsiæ tuo Domino, & Deo vero tuo retribues iſtud? Popule ſtulte & inſipiens, nonnè ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, fecit te, formauit te, precioſiſsimo eius ſanguine te redemit, & in priſtinam amicitiam ſuam reſtituere in ara crucis iam iã ad Patrem euolaturus ardenter contẽdit? Memento vaticinorum Prophetarum, euolue cuncta ſacræ paginę volumina, & ea ſemel & iterum ſeruare: meditare libros veteris Teſtamenti, & denique interroga antiquiſsimos illos Rabbinos, & Magiſtros vetuſtiſsimos, vt iterum vnanimes ſicut antiquitus prętiterunt, nunc iterum aſsignent tibi aduentum præteritum Meſsiæ tui, vt nos hucuſque tibi in iſta prolixa diſputatione oſtendimus. Quod ſi his omnibus modò animum, & cogitationem tuam applicare adhuc recuſas, id contende, id molliri, id age; donec ad alteram, & poſtremã diſputationis pugnam inter nos vehementius ineundam deueniamus; cuius veritate compulſus hæc omnia palàm nobiſcum fateri, & ſi inuitus vndiq; iam deinceps cogaris.

PROPVGNACVLVM NONVM.

AD MANIFESTANDVM PRIMVM ADuentum Messiæ iam diu appropinquasse, innixum illis verbis Psalm. 43.

Mitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsæ educere me facient, & introducere me vehementissimè contendent ad montem veritatis tuæ, & ad tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei, ad Deum lætitiæ exultationis meæ.

SI Ea estinsita, & innata huius lucis corporalis singularis virtus, & præstantia, vt ex prouerb. Salomonis diuinitus accepimus: vt non solũ maximè potẽs & valida sit omni tristitię, & mœroris generi mederi: verũ tãquam præsertissimum antidotũ mortalia corda ab isto pestifero morbo validissimè præseruare:
Prou. 23. *Lux oculorum lætificat cor.* Mirari profectò deinceps iam desinant, est necessarium omnes illi, qui cùm vos infœlicissimos Iudæos luce ista non corporali, sed spirituali & cælesti, aduentus inquam primi Messiæ nostri, qui meritò Sap. 7. *Candor lucis æternæ, speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius appellatur*: qui eo lucem istam nostram visibilem longè excellit, quantùm ex illis Ecclesiast. *Lux Dei vestigium eius est*: cunctis iam suspicari licet: tandiu iusto iudicio Dei orbatos esse conspiciant: adhuc in eadem admiratione perseuerãtes, summa cura, & solicitudine inuestigantes sunt, quænam sit causa, propter quam sentiant, imo experiantur, vestra corda ingenti mœrore, ac sũma tristitia in dies grauius, & vehementius hâc, & illâc ita crudelissimè torqueri, excruciari, & paulatim cõsumi: vt nullam requiem, aut solatiũ illis adinuenire sit permissum. Sap. 7. Eccl. 50.

Sed cùm ille, qui diues est in miseri-

miſericordia, propter nimiam, & eximiã ſuam charitatẽ, qua vniuerſos mortales perpetuò eſt proſequutus, quiq; Solẽ iſtũ corpalem oriri facit ſuper bonos & malos, ſuper iuſtos & peccatores, abſq; vlla nationũ & gentium differentia: per Prophetam ſuum Dauid nõ ſolùm Fidelibus, id eſt, his, qui fidem primo aduentui Meſsię noſtri firmiter & intrepide adhæsuri erant, ſed etiam obſtinatis, & perfidis, qui huic ſolidæ veritati maximè contradicere, & ei ſe totos audacter vndiq; opponere conaturi erant: apertiſsima ſigna aduentus primi illius manifeſte demonſtrare contendat, potiſsimè verbis ſuperius à nobis allatis: vt illis inſtructi copioſiſsimè, & interius illuminati, filij iam lucis nuncupari, & eſſe facilimè poſsint. Reliquum eſt, nè deinceps vos perfidi Iudæi, ſine maiori & grauiori criminis nota, tanta & tam immenſa Dei miſericordia iam abuti poſsitis: mihi autem (qui & ſi omnium exiguus, & inferior ſum, tamen ſalute animarum veſtrarũ diu maximè flagrari ſentio, & gloriari ſoleo) ſummæ negligentiæ, & torpori vertendũ eſſe, eo quod incœptam veſtrã iſtã cauſam deſeruerim, aliquãdo ſit vobis dicere integrũ: paulatim verba illa ſuperius à nobis allata: *Emitte lucẽ tuam & veritatẽ tuam*: quæ in ſignũ manifeſtiſsimũ aduentus primi Meſsiæ noſtri à Pſalmiſta diuinitus adducuntur, vt muneri mihi liberè impoſito ſatisfaciã, dudũ interpretari enixe cõtendã. Nã ſi id, vt par eſt, præſtiterim, omnia iſta cùm ſumme lucida, & micãtia ſint, non ſolũ eam lucẽ ſplẽdidiſsimam mentibus veſtris allatura: qua dẽſiſsimas tenebras, quibus allucinati eſtis, procul exterminare: verùm eadẽ cùm ſummè ſint ignita, corda veſtra obdurata cera multò molliora reddituras fore ex nunc vobis certiſsime polliceor: vt Pſalmiſta noſter inſinuare viſus fuit: *Vox Domini in potentia, vox Domini in gloria, vox Domini cõfringens cedros, &c. vox Domini parturire faciet feras deſerti.* Et Pſal. 68. *Ecce dabit in voce ſua vocem fortitudinis.*

Pſal. 29.

Pſal. 68.

Neque æquum profectò eſt, vt minora vobis polliceamur, aut nos ſperare poſsimus. Quãdoquidem certiores iamdiu reddimur, eã abundantiã lucis Meſſiam noſtrũ viſibili ſuo primo aduentu, ſecum allaturum fore cunctis mortalibus, in vmbra mortis iam diu conſtitutis: vt ſi cum ea, quam antiquiſsimis illis temporibus Patriarchis, & Prophetis liberaliter ipſe impartiri non eſt dedignatus, aliqua ex parte conferre contenderimus: clariſsimè intueamur,

uaſtiſsimum huius Pſalmi mare, tot myſteriorum cæleſtium ad cognitionem aduentus primi Meſsiæ noſtri maximè conducentium vndique refertũ, ſecurè enauigare liceat. Cúm ergo in portu adhuc tutiſsimo ſimus conſtituti, audacter ex nũc contra nos ſtatim inſultantes proferant, falſò nos iſtis verbis, vel (vt clarius loquantur) nomine lucis & veritatis, ad exiſtimandum addictos eſſe, vt illis Meſsiam noſtrum intelligendũ eſſe arbitremur: cûm tantũ abſit, vt Pſalmiſta id vnum contẽderit impetrare à Deo in cũcto iſto Pſalmo, vt nec vllam mentionem aduentus primi Meſsiæ noſtri, ab eo factam eſſe apertiſſimè reperiamus. Præſertim ſi conſideremus, ipſum Spiritum ſanctum conſulto id vnum conatum fuiſſe, ſolicitè prouidentem, vt Pſalmus iſte omni ſuperſcriptione careret; vt ſic deinceps nullus iam nec ex contextu Pſalmi, aut ex eius titulo occaſionem errandi vnquam aſſumere poſſet: nulliq; iam ſine graui crimine conceſſum eſſet, in eo errore perſeuerare, quo ſunt miſere conſtituti Fideles, id eſt, Chriſtiani, qui arrogãter & falſo id excelentiſsimum nomen Meſsię vendicant.

Solutio. Nam & ſi non inuerecundè tanquam illi, tamen intrepidè illis reſpondere poſſumus inſtar eorum, quæ Meſsias noſter Diſcipulis ſuis dixit: *Sinamus illos, cæci ſunt, & duces cæcorum.* Matth. 15 Quãuis enim minimè illis inficiari poſsimus, textum originalẽ certiſsimè omni ſuperſcriptione prorſus diuinitus eſſe deſtitutũ: & perconſequẽs nullatenus nobis ex eius titulo eſſe permiſſum, vt affirmemus, cũcta illius verba aduentum Dei, aut aliquod myſteriũ potiſsimũ Meſſiæ noſtri præſeferre. Sed tamen quæſo, animaduertant, eſt iam neceſſe, ij doctiſsimi Rabbini, veram intelligentiam Pſalmorũ non tantùm ex earũ ſuperſcriptione, vel titulo: ſed etiam verè, ac propiſsimè ex contextu earum omnium rerum, quæ in ipſis continentur, & ex antecedentibus & ſubſequentibus potiſsime pendere: alioquin cũcti Pſal. qui ſuperſcriptione carẽt, careant, eſt ſimiliter neceſſariũ, vera intelligentia. Cum ergo contextus ferè omnis huius Pſal. apertè aduentum Meſsiæ noſtri præſeferat: Quid tandiu immorantur iſti Rabbini, vt vnà nobiſcum eãdem veritatem fateri, modò renuant, ea tantùm ratione commoti; quia iſtum Pſalmum omni ſuperſcriptione orbatum intueantur? Præſertim cûm videant textum non propter titulum: ſed titulũ Pſalmi potiſſimè propter ea quæ in eius decurſu continentur,

hortari mortales, vt Chriſtum Deũ, & Regem colãt, eique pareãt: tum ob antiqua creationis beneficia, tum ob ipſius admirabilem Incarnationem, vt cõtextus Pſalmi & ſuperſcriptio Latina innuũt, nempe: *Laus cãtici ipſi Dauid.* In 96. Prophetam maximè ſolicitũ eſſe ad extollendam Chriſti potentiam, qui iudicaturus eſt ex ęquo genus humanum, ob quod inſcribitur ſic Latinè, *Canticum ipſi Dauid, quãdo domus ædificabatur poſt captiuitatem.* In 97. inuitare Prophetã homines, & Angelos ad adorandum Meſsiam, eo quod poſtremo ſuo aduentu idolatras pudore affecturus, boniſq; lucẽ allaturus erat, vt ſuperſcriptio Latina docet: *Pſalmus ipſi Dauid quando terra eius reſtituta eſt.* In 98. hoc idem iterum contẽdere, tũ ob Incarnationẽ Chriſti, tum quia orbem ipſe ſit iudicaturus, vt ſuperſcriptio demonſtrat: *Pſalmus Dauid.* Sicut in Pſal. 99. ob eximiam eius excelſitudinem inſtar Moyſis, Aaronis, & Samuelis, cuius ſuperſcriptio ſic ſe habet: *Pſalmus Dauid.*

Numquid ex eo, quòd omnino titulo ſunt orbati, vt Hebrayca lectio ſe habet, Pſal. 104. 105. 107. 114. 116. 117. 118. 119. 136. 137. Fideles reprehenſioni notati erunt digni? Si percallentes cuncta myſteria, quæ in eis, ſi attentè contẽplentur, diuinitus emicant: hinc prædicent ſummè intentũ fuiſſe Prophetã in hac vna re, ſcilicet in exhortando Fideles omnes, vt vnicè Deũ colant, & laudent, ob potentiã quam oſtẽdit antiquitus in creatione huius tantæ, & ingentis molis, vt in *Pſal.* 104. Et quam manifeſtauit in conſeruatione populi Iſraelitici, vt in *Pſ.* 105. Inſuper ob miſericordiam, quã exercuit in eos, qui cõtriti fuerunt de peccatis ſuis: & ob propiciationem, quam exhibuit cũctis inuocantibus illũ ex corde, vt in *Pſal.* 107. Illinc doceant eundẽ ſummè occupatũ fuiſſe, nomine totius ſynagogæ, in agẽdis innumeris gratijs Deo, pro beneficio illo ſingulari exhibito populo Iſraelitico, cũ egreſſus fuit è captiuitate AEgypti. Aut nomine Chriſti ex eo, quòd fuerit ereptus de tãtis periculis, vt in *Pſal.* 114. & 116. In concitando gentes ad celebrãdum diuina encomia, ob Chriſti Incarnationẽ illis exhibitam, vt in *Pſal.* 117. Hinc fateantur, Dauid ſolicitum eſſe in referendis Deo gratijs, nomine totius Eccleſiæ, cũ poſt tot rerum diſcrimina habita ſalutẽ ſit conſequta, vt in *Pſal.* 118. In celebrãdis præconijs legis, & præceptorũ diuinorum, vt in *Pſal.* 119. Cũ ad hęc omnia fatenda & cõtextus eorũ, quę in Pſalmis cõtinentur,

titulis verum ſenſum intentum à Spiritu ſancto cęteri percipere poſsint. Forſan ne eſt alius Deus Chriſtianis, & potiſsimè ſanctiſsimis Eccleſiæ noſtræ Patribus, quorũ doctrina prouide fidelium ſuorum ſaluti Deus cõſulit, & qui eorum corda ad hęc præſtanda illuminauit: ac qui quondam per ora Prophetarũ myſteria Chriſti, & eius Eccleſię prædicere, & annunciare eſt vehementiſsimè conatus? Nequaquam. Pręſertim aclamante Regio Dauid, nomine Fidelium, dum fœlicitatem noſtram contemplaretur: *Super ſenes intellexi:* & cũ cunctis & etiã vobis luce meridiana clarius iãdiu innoteſcat, maiorem & abũdatiorem notitiam noſtris his fœliciſsimis temporibus, quã priſcis illis & antiquis veteris legis mortalibus eſſe à Deo communicatam.

Psal. 43. Cùm igitur hęc omnia ita ſe habeant, & non ſolùm ſuperſcriptio huius noſtri Pſalmi 43. apud Eccleſiam noſtram tamdiu recepta, & ni fallor à Spiritu ſancto per manus Apoſtolorum, & Sanctorum Patrum tradita, nempe, *In finem Pſalmus Dauid:* verùm verba eiuſdem, & contextus eorum, quæ in eo dicuntur, deliria iſtorum abſque vlla contraditione dudum ita iuſtiſsimè arguant, conuincant, & condemnent: vt nullus hucuſque ex hac parte amplius aduerſandi locus contra nos illis ſit relictus. Opus eſt, vt iam 2. Error pręcipitem furorem eorum cõprimamus, qui in errore ſuo perſiſtentes, vt validiſsima argumenta noſtra in illos contorta in oſtẽtationem clariſsimam primi aduentus Meſsię ſecurius enodare, aut faciliùs ſubterfugere valeant: affirmare impudicè non erubeſcunt illis verbis: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam, &c.* Regium Vatem ſolũ lucem ſplẽdidiorem illa, quam maioribus ſuis illuc vſque contulerat Deus, enixè nomine populi Iſraelitici à Deo efflagitare. Vt ea clarius in cognitionẽ voluntatis diuinæ, & myſteriorum profundiſsimorum, quæ Beatis præcipuè reſerantur, ducerentur: his verò tanquam maioribus ſtimulis concitati Iſraelitici, vehementius ad obſeruationem præceptorum Dei anhelarent, auidiuſque ad bona ſpiritualia inhiantes, pro conſequtione bonorum æternorũ in dies magis, & magis deſudarent. Qua expoſitione illis admiſſa, ſigna apertiſsima tùm ad dignoſcendum aduentum Meſſię noſtri, tum ad cognoſcendum ipſum Meſsiam à Dauide in illo Pſalmo ſingulariter adhibita, prorſus tanquam commentitia, vana, & fabuloſa ſtatim ruant, concidant, & euaneſcant,

tinentur,& ſuperſcriptio Latina,quæ in cūctis,excepto Pſal. 104.ſic habet Alleluia, eos iſta fateri palàm compulerit?

Aut grauiter ſint obiurgādi eo,quòd apertè dicāt Pſ.136.& 137 miſerabilē Iudæorū ſtatū, quo à Babylonis dura ſeruitute oppreſſi cōſtituti erant(vt Hierem.poſtea magnis ſingultibus ingemiſcens prædixerat) Prophetam præferre? Cuius ſuperſcriptio Latina ſic ſe habet: *Pſalmus Dauid.* Abſit à vobis tātus error,Iudæi doctiſsimi?Atq; ita nè quæſo, me tamdiu ad alia myſteria manifeſtanda maximè anhelantem ita impudicè retardare deinceps conemini ſtollidis veſtris, imo futilibus rationibus Sed potius interius vnà nobiſcum ſemel ac iterum recogitantes erudimini Pſalmum iſtū omni ſuperſcriptione antiquitus orbatū fuiſſe diuino conſilio, & non fortuito: vt inde omnis aditus ſit vobiſq; & cunctis intercluſus adaptandi ea, quæ in eo comprehenduntur, cuicumque creaturæ, ſed ei ſoli,qui dat omnibus eſſe,& viuere aſſluēter, à quo cuncta quæ conſiſtunt, dependent, & habent eſſe: ipſe verò nullius auxilio indiget, Meſsiā dico, qui nomine lucis, & veritatis quæ attributa eſſentialia ſolius Dei ſunt,continetur.

Ingenuè vobis fateor,noſtratibus nullatenus vnquam permiſſum eſſe vetus teſtamentum ſicut vobis,& maioribus veſtris ſingulari priuilegio,vel(vt proprius loquar) libertate diabolica,vi & tyrannide inuſitata, aliqua ex parte viciare, aut ſpurciſsimis commentarijs, aut dictionibus illi malitioſè & falſè adhibitis fœdare. Sed his, qui firmiter primum Chriſti aduentum ex toto corde receperunt, & pro defenſione huius veritatis mille tormentorū & mortis genera ſubire ſunt parati, & in ea vnà re potiſsimè diu noctuq; incūbunt,vt cunctarū animarum ſaluti ſine aliqua exceptione perſonarū conſulant: vnquā à vobis denegabitur,vt paſtum viuificum ex ipſa ſacra Scriptura abūdanter cæteris impertiāt? & tamq; filij chariſsimi Meſsiæ & lucis quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in tenebris conſtitutos illuminent, clariſsimaq; notitia myſteriorum Dei inbuant, & informēt? Cùm ergo ex his omnibus ſingularis, admiranda & cæleſtis vis percallendi ſacram Scripturā diuinitus ſit noſtratibus cōmunicata: non erit illis cōceſsum abſq; vlla reprehēſionis nota ſuperſcriptiones Pſalmis apponere? vt breuiſsimè omnia, quæ in eorum decurſu continentur, cunctis alijs manifeſtent? vt facilius ex illorum

titulis

titulis verum ſenſum intentum à Spiritu ſancto cęteri percipere poſſint. Forſan ne eſt alius Deus Chriſtianis, & potiſſimè ſanctiſſimis Eccleſiæ noſtræ Patribus, quorũ doctrina prouide fidelium ſuorum ſaluti Deus cõſulit, & qui eorum corda ad hęc præſtanda illuminauit: ac qui quondam per ora Prophetarũ myſteria Chriſti, & eius Eccleſię prædicere, & annunciare eſt vehementiſſimè conatus? Nequaquam. Pręſertim aclamante Regio Dauid, nomine Fidelium, dum fœlicitatem noſtram contemplaretur: *Super ſenes intellexi*: & cũ cunctis & etiã vobis luce meridiana clarius iãdiu innoteſcat, maiorem & abũdatiorem notitiam noſtris his fœliciſſimis temporibus, quã priſcis illis & antiquis veteris legis mortalibus eſſe à Deo communicatam.

Cùm igitur hęc omnia ita ſe habeant, & non ſolùm ſuperſcriptio huius noſtri Pſalmi 43. *Pſal. 43.* apud Eccleſiam noſtram tamdiu recepta, & ni fallor à Spiritu ſancto per manus Apoſtolorum, & Sanctorum Patrum tradita, nempe, *In finem Pſalmus Dauid*: verùm verba eiuſdem, & contextus eorum, quæ in eo dicuntur, deliria iſtorum abſque vlla contraditione dudum ita iuſtiſſimè arguant, conuincant, & condemnent: vt nullus hucuſque ex hac parte amplius aduerſandi locus contra nos illis ſit relictus. Opus eſt, vt iam 2. Error pręcipitem furorem eorum cõprimamus, qui in errore ſuo perſiſtentes, vt validiſſima argumenta noſtra in illos contorta in oſtẽtationem clariſſimam primi aduentus Meſsię ſecurius enodare, aut faciliùs ſubterfugere valeant: affirmare impudicè non erubeſcunt illis verbis: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam, &c.* Regium Vatem ſolũ lucem ſplẽdidiorem illa, quam maioribus ſuis illuc vſque contulerat Deus, enixè nomine populi Iſraelitici à Deo efflagitare. Vt ea clarius in cognitionẽ voluntatis diuinæ, & myſteriorum profundiſſimorum, quæ Beatis præcipuè reſerantur, ducerentur: his verò tanquam maioribus ſtimulis concitati Iſraelitici, vehementius ad obſeruationem præceptorum Dei anhelarent, auidiuſque ad bona ſpiritualia inhiantes, pro conſequtione bonorum æternorũ in dies magis, & magis deſudarent. Qua expoſitione illis admiſſa, ſigna apertiſſima tùm ad dignoſcendum aduentum Meſſię noſtri, tum ad cognoſcendum ipſum Meſsiam à Dauide in iſto Pſalmo ſingulariter adhibita, prorſus tanquam commentitia, vana, & fabuloſa ſtatim ruant, concidant, & euaneſcant,

nescant, est iam necesse.

Confirmatio erroris. Sed comprimatur istorũ pręceps audatia, eorumque temeritas funditus prosternatur. Nam quamuis in cõfirmationem erroris eorum, tamquam qui summa ignorantia laborant, in medium adducere conentur alia testimonia sacræ Scripturæ, quibus arbitrãtur Regium Vatem hanc eamdem rem summopere à Deo consequi contendere, nimirum illa verba Psalm. 118. *Psal.* 118. (Nun) *Lucerna pedi meo verbũ tuum, & lucem semitæ mei*. (Dalet) *Doce me statuta tua: viam præceptorum tuorũ fac me intelligere, & meditabor in mirabilibus tuis.* (He) *Doce me Domine viam statutorum tuorum, & custodiam, &c.* Et *custodiam legem tuã, & custodiam illam in toto corde.* (Ted) *Melior est mihi lex oris tui, quàm millia auri & argenti.* (Iod) *Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua delectatio mihi est.* (Gam) *Seruus tuus sum: fac me intelligere, & sciam testimonia tua, &c.* Et superius: *Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & statuta tua doce me.* Et Psal. 93. *Psal.* 93. *Beatus vir, quem erudieris Domine, & legem tuam docueris, vt quietem præstes ei à diebus malis.* Quæ omnia maximè consonant cum illis Mich. *Mich.* 4. De Siõ *egredietur lex.* Et Isai. *Isai.* 42. *Et legem eius Insulares expectabunt.* Et iterum: *Isai.* 51. *Quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum.* Et Hierem. *Hiere.* 31. *Dabo legem meam in medio eorum.*

Insuper ad id vnum dicendum conuincantur, cùm clarissimè intueantur, legem istam quam Deus daturus erat denuo, his duobus nominibus celeberrimis, scilicet, *Lucis & veritatis*, ab ipso Dauid appellari, dicente: *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, &c.* *Psal.* *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa: desiderabilia super aurum, & obrizum pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum.*

Sed tamen absq; insolentię, aut temeritatis nota palàm iam nobis prorũpere licet, illos execrabili malitia, potius quàm ignorantia inuincibili infectos esse: cùm illa solũ potuerint tot absurda obscena, ac tot deliramenta inaudita excogitare, & in medium proferre, quot mens humana, aut saltim Fidelis audire iam tota erubescit, imo fari perhorrescit. Doctissimi Rabbini, quò sophismata vestra fabulosa, & cõmentitia argumenta tendunt? An vnquam legem vllam absque legislatore consistere posse vobis videre licuit? Si ergo nostro testimonio, & alijs adductis ab ipso Propheta, & ab alijs, legem nouam à Deo efflagitabat ipse Dauid, imo futuram Respon sio.

turam eſſe certiſsimè intuebatur: ipſum nondũ præſentire & intueri clarè, illius legis conditorem, qui non ſolùm eam hominibus tanquam verus Deus, & homo eſſet laturus, verùm cunctos mortales eius exemplo ad illius legis obſeruationẽ concitaturus erat: vobis dicere, nobis audientibus, erit modò integrum?

Pręcipuè cùm adhuc veſtris oculis apertè intueamini, antiquitus iam Deuter. huius nouę legis, & legislatoris illius, vnà ſimul, promiſsionem factam a Deo cunctis Iſraeliticis adſtantem: *Et dixit Dominus ad me: Bona ſunt, quæ loquti ſunt: Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrum eorum, ſicut tu es. Et ponam verba mea in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ ego præcepero, &c.* Et erit: *Vir qui non obedierit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo: ego requiram ab eo*. Et intueamur ſimiliter nos, non ſolùm Moyſen extitiſſe, qui antiquitus & priſcis illis tẽporibus huius ſingularis & immenſi beneficij, quo Deus vnicè cumulaturus erat genus humanum, certior factus fuit à Deo: verũ Dauid hanc eamdem promiſsionẽ iterum anxiè, & ſolicitè ab eodem poſtulaſſe, dicentem: *Concupiui ſalutare tuum, Domine: & lex tua delectationes meæ, &c. Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.* Et Pſal. 67 *Illuminet vultũ ſuum, ſela*, id eſt, in perpetuum, *ſuper nos, & miſereatur noſtri.* Quæ maxime conſonant cum illis Iſaiæ: *Ecce ſeruus meus, initar ei: electus meus, complacuit animæ meæ, dedi ſpiritum meum ſuper eum. Iuditium Gentibus extre faciet, in lucem, &c. & legem eius Inſulares expectabunt.*

Deute. 18

Pſal. 118

Pſal. 67

Iſai. 42.

CAP. I.

Nouæ expoſitiones denuo in iſta verba: Mitte lucem tuam: adhibitæ reiciuntur.

QVANTVM tamen à vera intelligentia huius teſtimonij ſuperius adducti aberrent, qui tanquam terreni, viſibilia tantum contemplãtes, palàm docent, Prophetam Regium Dauid iſtis verbis: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam:* poſtulare á Deo, inſtar illius columnæ ignis, quam Deus antiquitus præbuit populo ſuo Exod. ad educendum illum de populo AEgypto, vt illa verba præſeferunt: *Et Dominus ibat ante eos: interdum in columna nubis, vt duceret eos per viam: & noctu columna ignis, vt lumẽ faceret eis: vt ambularẽt die, ac nocte:* nũc denuo alterã columnã ignitã, vt educeretur cũctus populus Iſraeliticus ab illa dura ſeruitute, qua opprimẽdus erat decur-

3. Error

Exod. 13.

decurſu temporis à Babylo-
nijs. Prǽſertim cúm non ſolùm
Deuteron. habeatur Deum per
Moyſen illis pollicitum eſſe,
certiſsimè liberandos fore de
captiuitate, qua erant opprimē-
Deuter 30 di: Et erit: *Cùm venerint ſuper
te omnia hæc, beneditio, & male-
dictio, quam dedi coram te: & re-
duxeris te ad cor tuum in omnibus
gentibus, ad quas expulit te Deus,
Dominus tuus. Et conuerſus fue-
ris ad Dominum, Deum tuum: &
obedieris voci eius ſecundum om-
nia, quæ præcipio tibi hodie, tu,
& filij tui, toto corde tuo, & to-
ta anima tua. Reducet Dominus
Deus tuus captiuitatem tuam, &
miſerebitur tui. Et reducet, & cō-
gregabit te ex omnibus populis, ad
quos diſpergere fecit te Domi-
nus, Deus tuus. Si fuerit expulſus
tuus in extremo cæli: inde congre
gabit te Dominus, Deus tuus, &
inde accipiet te.* Verumetiam Eſ-
1.&3.cap dræ referatur, poſtquam reuer-
ſus fuit populus Iſraeliticus è
Babylonia, Templum Hieruſa-
lem non ſolùm eum inſtauraſ-
ſe: ſed etiam in eo ſacrificia ſi-
cut antiquitus Deo immolaſſe:
*Et ſurrexit Ieſuah, filius Ioſada,
&c, & fatres eius Sacerdotes, &c.
& ædificauerunt altare Dei Iſ-
rael, &c. & obtulerunt ſuper il-
lud holocauſta Domino, holocau-
ſta mane, & veſpere. Et fecerunt
ſolemnitatem tabernaculorū, ſicut
ſcriptum eſt: & holocauſta per ſin-
gulos dies in numero, ſecundum con
ſuetudinem per ſingulos dies.* Quæ
maximè cohęrent cum his, quę
apponuntur inferius in noſtro
Pſalmo à Dauid: *Ipſa me dedu-
cere facient, & adducent in mon-
tem ſanctum tuum, & in tabernacu
la tua. Et introibo ad altare Dei,
ad Deum, qui lætificat iuuentu-
tem meam, &c. Spera in Deo quo-
niā adhuc confitebor ei, qui eſt ſa-
lutare vultus mei, & Deus meus.*

Sed quis dudum iam ex vo-
bis, doctiſsimi Rabbini, non
clarè intuetur, & palam me-
cū prędicat, ſi attentè hęc con-
templetur: non ſolùm nullate-
nùs alibi, huiuſmodi columnam
ignis Deum pollicitū fuiſſe Da Solutio.
uid, & cuncto populo Iſraeliti-
co: verùm neque illam prębuiſ-
ſe illi, vt egrederetur â Babylo-
nijs, á quibus per ſeptuaginta
annorū curricula crudeli ſerui-
tute fuit oppreſſus: quę nè teme
rè â me dicta fuiſſe vnquā pro-
ferre poſsitis: Quæſo, ſæpè ac
iterum attētè perlegatis ea, quæ
in reditu populi Iſraelitici de
Babylonia illi acciderunt, do-
nec in antiquam patriam ſuam
reuerteretur. Nā illis perlectis,
ſtatim vos in aliam ſententiam
ingreſſuros inde videre me vi-
deo. Equidē vobis ingenuè fa-
teor, ita miſerè ſubiectos fuiſſe
Iſraeliticos Babylonijs, vt nul-
latenus ſubterfugere, & excu-
tere à ſe valuiſſent duriſsimum
illud

illud ſeruitutis iugum: niſi Dominus potenti ſua manu in eorum auxilium iuxta ea, quæ antiquitus in reditu de AEgypto miraculosè cum populo ſuo, & cũ AEgyptiis præſtitit, cõſurgeret, ſuſcitãs nouum ſpiritum Regis Chores, vt Iſraeliticam gentem in priſtinam libertatẽ reſtitueret: vt illa Paralipo. innuunt: *Anno autẽ primo Chores Regis Paras, ad explendum verbũ Domini per os Irmirahu, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Chores Regis Paras, ad explendum verbũ Domini per os Irmiiahu. Suſcitauit Dominus ſpiritum Chores Regis Paras, & transire fecit vocem per vniuerſum regnũ ſuum, & per ſcripturam, dicendo. Sic dixit Chores Rex Paras. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus, Deus cæli. Et ipſe præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Hieruſalem, quæ eſt in Iudæa. Quis in vobis de omni populo eius Dominus Deus ſuus ſit cum illo, & aſcendat.* Et illa, quæ habentur Eſdræ.

2. Par. 36.

1. Eſdr.

Sed columna aliqua ignis illos noctu, diu verò columna nubis ductos fuiſſe nequaquã perhibet ſcriptura. Neque Deuteron. Moyſen, qui prædixit reditum populi ex captiuitate ſua, vnquam huius columnæ igneæ recordatum fuiſſe, ipſi hęc delinia nobis obijcientes, teſtari poterunt. Præcipuè cũm adinueniamus, in illa verba Deuteron. loco citato, ſi vt par eſt, examinentur, ſcilicet: *Et reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, & miſerebitur tibi. Et reducet, & congregabit te ex omnibus populis, ad quos diſpergere fecit te Dominus Deus tuus. Si fuerit expulſus tuus in extremo cæli: inde congregabit te Dominus Deus tuus, & inde accipiet te:* non captiuitatem illam Babylonicam: ſed eam, in qua nunc à Paſſione Chriſti hucuſque ſine ſummo Sacerdote, & ſine proprio Rege per finitimas totius mundi Prouincias, oras, regiones, & angulos miſerè diſperſi eſtis, præſeferre, cùm in iſta tantùm illa verba: *Si fuerit expulſus tuus in extremo cæli* apertè adimpleri cernamus omnes.

Deute. 30.

Neque profectò minori reprehenſionis nota ſunt afficiendi, ſi vlterius expoſitionem illorum attentè perpendere, & contemplari vellimus, illi inquam, qui fateri palam conantur, iſtis verbis: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*: excellentiſsimum ſapientię donum, quo mortales à temporalibus rebus, quibus erant dediti, prorſus abſtracti, ardentius in amorem cæleſtium bonorum, & in illorum conſequutionem exardeſcerent, & inflãmarentur Dauid efflagitare: quam mercedẽ in filio ſuo Salomone completam fuiſſe ferè omnes intuentur. 4 Error

tur. Sed Bone Deus, quis ista deliria audiens, ita moderatus, aut prudens esse, aut fingi potest, qui risum & cachinum cõprimere iam possit? aut qui istorum sapientiam arrogantem non iam irrideat? Nam quamuis in confirmationem erroris eorum principio in mediũ adhibeant illa verba Regum: Dixitq; Deus ad eum: *Pro eo quòd postulasti hoc, & non postulasti tibi dies multos, nec postulasti tibi diuitias, neque postulasti animam inimicorum tuorum: sed postulasti tibi intelligentiam ad audiendum iudicium. Ecce feci iuxta verba tua. Ecce dedi tibi cor sapiens, & intelligens: vt similis tibi non fuerit ante te: nec post te surrecturus sit similis tibi.* Et illa Regum: *Amplior fuit sapientia Salomonis sapientia omnium filiorum Orientalium, & omni sapientia AEgyptiorum.* Et insuper testari certissimè possint, nomine lucis, sæpe in sacra Scriptura claram Dei cognitionem intelligi: cùm illa instar huius lucis visibilis, tetras ignorantiæ tenebras à mentibus humanis longe propellat, clarioresque, & puriores mortales ad penetranda arcana cælestia, & abdita mysteria reddat: vt aperte innuunt illa verba Psal. *Quoniam tu illuminabis lucernam meã Domine: Deus meus illuminabit tenebras meas.* Et illa Psal. *Aspexerunt ad eum: & illuminati sunt, & facies eorum non sunt pudore affectæ.* Et Sapien. *Clara est, quæ nunquam marcescit sapientia.*

1. Reg 3.

1. Reg. 4.

Psal. 18.

Psal. 34.

Sap. 6.

Solutio.

Sed fieri potest, vt oculos habeant hi, & non videant? omnium doctissimi hi ab omnibus haberi velint, & nondum agnoscant, Salomonem non ea luce, aut sapientia tanta fuisse vnquam exornatum, vt illa potuerit cunctas tenebras, quibus genus humanum circundatum erat, longè amãdare? Valuit equidem multa consilia diuinitus illustratus mortalibus præbere: quibus perfecti, & immaculati esse possint. Eaq; etiam mysteria cœlestia, licet obscurè, cunctos Fideles docere: quibus cælestem notitiam tam huius militantis Ecclesiæ, quàm illius tryumphantis consequi possent. Sed equidem nunquam ita sapientia sua lucidus, aut micans extitit: vt cunctos errores propellere valuerit: numquam ita amore Dei incensus & inflamatus, vt exemplo suo cunctos mortales in amorem singularem & feruentissimum Conditoris eorum inflãmauerit: nunquam denique ita splendidus, quominus multis erroris generibus non sine magno Fidelium scãdalo se immiscuerit. Si ergo tantis erroribus & tenebris implicatus extitit, quo iure lucis nomine dignissimus

niſsimus eſt iudicandus? Quomodo non tantùm verax, ſed veritas eſt modò appellandus, qui idolatriç tādiu deditus fuit? Quomodo nominibus lucis & veritatis comprehendi, aut eum eſſe prædicare poteſtis: cuius ductu, & ſingularis vitæ exẽplo Iſraelitici commoti fuerant, vt debitum cultum, & honorem Deo exhiberent? ingredi conarentur ad tabernaculū Dei? Conſulitis equidem veſtro nomini, cùm tantam ſapientiam vobis adhuc arroganter aſſumitis, conſuleretis ſi palinodiam decantantes, nomine Salomonis verū noſtrum Salomonem, Meſsiam inquam intelligendum eſſe, adhuc iudicaretis. Cùm ei viri lucis excellentiſsimum nomen attribui debere fateantur omnes, quotquot iam intuentur, & clarè conſpiciunt eum eſſe lucem inacceſsibilẽ, adeoq; immenſè lucidam, vt ſtellæ ſi cum eo cõparentur, non ſint mundæ, aut ſplendeant coram illo; candoremq; lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, totius ſapientiæ fontem, in eoq; vno reconditos eſſe theſauros ſapientiæ, & ſciẽtiæ Dei: & illo illuſtriſsimo, & omnium celeberrimo nomine, nempe ſapientia Dei diuinitus eſſe expreſſum ſæpiſsimè à noſtro Paulo

5 Error Iam verò quam vanis & falſis fundamentis innitantur, qui arbitrantur, imo certiſsimè ſibi perſuadent, iſtis carminibus: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam:* Regium Dauid, contemplantem diu mundum iſtum, incolas inquam illius iam iam in dies ſeneſcere, poſtremam ruinam cunctis minitari, vt illa verba Pſal. *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum:* Et illa Pſal. *Verumtamen vanitas filij hominis, mendatiū filij viri. Si aſcendant in ſtateras, minus quàm vanitas erũt in ſimul:* & illa Pſal. *Fili viri vſquequo gloriam meam vertetis in ignominiam? Diligetis inane, queretis mẽdatium?* Et illa Pſal. *Ego dixi, cum paucerem: Omnis homo mendax;* apertè demonſtrãt: enixè impetrare contendere à Deo, vt dignaretur lucem quandam cæleſtem, & ſingularem cuncto generi humano liberaliter communicare; qua renouatus vniuerſus Orbis, in ſuam priſtinam innocentiam, in qua diuinitus à Deo conditi fuerant, incolæ eius reſtituti, & fœliciſsimi illius ſtatus, quo antiquitus potiti fuerãt noſtri primi Parentes, effecti participes, miſerabilem illorū caſum & interitum faciliimè vitare valerent: Quis dudum ſecum iam non contemplatur?

Pſal. 62. *Pſal. 4.* *Pſal. 116.*

Illis inquam liberè impertimur, Dauid maximè ſolicitum eſſe iſtis carminibus, vt cuncti homines intus & exterius ſic

deinceps à Deo renouarentur luce spirituali: vt primum hominem induentes, id est, fœlicissimam illius status conditionem, grati iam & amici Deo viderentur, imo & essent: & consortes denique fierent illorum cælestium bonorum, quæ copiosissimè animabus eorum est impartitus: quod vnum satis corroborare videntur illa verba
Psal. 104. Psal. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ:* & æquè consonat illis verbis
Thren. 5. Thren. *Conuerte nos Domine ad te: & conuertemur. Innoua dies nostros, sicut ab initio.*

Sed quænam tanta dementia illorum mentes cœpit, imo prorsus occupauit: vt cùm dudum certiores reddantur illius execrandi criminis, quod primi nostri Parentes contra Deum temerè & audacter commisserunt: in cuius pœnam non solùm omnibus illis cœlestibus bonis, quibus diuinitus à Deo conditi fuerant, proh dolor, illi & posteri eorum iustissimè fuerunt orbati: verùm intelligant in eum tristem & lamentabilem statum misere vnâ simul cum omnibus successoribus eorum eos deuenisse, qualem præseferre videntur illa verba Psalmi-
Psal. 48 stæ: *Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis agri, & bestijs campi:* adhuc istorum omnium inmemores, luce quadam corporali cælesti cælitus demissa, cuncta ista mala, & miseranda detrimenta, cunctis mortalibus importata instaurari commode posse arbitrentur? ita vt pristinum, & fœlicissimum statum illa tantùm eos recuperare posse distitent.

Sed quæso, doctissimi Rabbini, quæ lux adeo summe spiritualis, & cælestis præter illam lucem, quæ: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per seipsum factus est:* vnquam sufficiens esset ad propellendas densissimas ignorantiæ tenebras, quibus vniuersum genus humanum ob præcipitem nostrorum primorum Patrum audaciam, & execrandam libertatem vndique circundabatur: ad emendandas, & illustrandas animas cunctorum mortalium, fœdissima peccati Originalis labe, ex qua tot mortalia peccata, & venialia in dies pullulabant, infectas: & ad renouanda præcordia hominum, tot vitiorum generibus spurcissimis fœdata? Quæ, inquam, lux splendidissima, aut flamma summe ignita à vobis vnquam fingi, aut recogitari nunc denuo potest, præter eam, quam non solùm lucem mundi, verum charitatem Ioannes noster appellat, dicens: Solutio

Deus

1. Ioan. 4. *Deus charitas eſt*: quæ poſſet conſumere, & deuorare vberè tot peccatorum ſegetem, & copioſiſsimam maliciam, qua vniuerſus Orbis hac & illàc pullulans erat: voluntates humanas à Deo maximè auerſas, imo illi contrarias arctiſsimo amoris vinculo cum ipſo iterum firmius, & arctius vnire: indomitas paſsiones hominum cum ipſa ratione iterum conglutinare: humana corda, in malum maxime obdurata emolire: pectus diuinum ad interitum perpetuum omnium mortalium ſumme propenſum, ad ingentem miſericordiam, & liberalē peccatorum condonationem cunctis vere pœnitentibus in partiendam incendere, & inflammare?

Si iniuria illa grauiſsima Deo illata à primis noſtris Parentibus in integrum reſarcienda erat, vt ſic iuſtitia ſumma Dei ſumme offenſa ab homine, illæſa maneret in poſterum, vt cuncta Prophetarum oracula dudum proclamant: Quem, rogo, tantam prouinciam aggredi poſſe arbitramini, præter eū, qui cùm Deus & homo eſſet, habens in ſe, quo pati & mori poſſet, & moriens: qui æqualis Patri erat, æquiualens ipſi Deo pro peccato redderet, & delere valeret *Chirographum mortis perpetuæ, quod cōtra nos erat. Affixens illud cruci, ſpolians principatus, & poteſtates, traducens confidenter, palam tryumphās illos in ſemetipſo?* Coloſ. 2. Aliàs namq; quomodo cum Paulo dicere poſſemus. Rom. 5. *Sed non ſicut delictum ita & donum? Si enim vnius delicto multi mortui ſūt: multò magis gratia Dei, & donū in gratiā vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abūdauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudiciū quidem ex vno in condemnationē: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem, &c. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia: vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.*

Qui modus conuenientior, aut prouidentia maior adinueniri, aut excogitari potuit, ad renouationem totius Orbis, ad ruinā iam maxime declinātis: & cunctorū ſimiliter incolarū eius, ad ſatisfaciendū Deo, contra homines maxime irato: ea, qua Deus hominē fieri ab æterno diuinitus decreuit? Præuidēs ſcilicet, quia futurus erat Primus homo, qui ſuperba ſua oblitus conditoris ſui, & ſuæ naturæ ſimilis Deo eſſe voluit: ſic ſimiliter eſſet etiā verbum diuinum, quod ab æterno vnà cum Patre, & Spiritu ſancto vnus, & idem, & verus Deus

erat: qui tanquam suæ eximiæ excellentiæ immemor, semetipsum exinaniret, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, factus obediens vsque ad mortem: vt superbiam primorum nostrorum Parentum aboleret. Et nostram veram naturam indutus, tanquã summè sapiens eam cęlestem cognitionem mentibus mortalium communicaret; & vt summè bonus eam rectitudinẽ illis imprimeret: quibus non solùm primam illam, & antiquã conditionis sortem redolerent: verùm damna & mala, quę per vitius hominis peccatũ mortales in posterum incurrerunt, facillimè deuitare valerent, clarissima trophea de Dæmone, & cunctis asseclis eius reportantes.

6 Error. Cùm ergo hæc omnia ita se habeant. Cui inquam, doctissimorum vestrorum Rabbinorũ deinceps contra nos insurgere erit integrum? Ita vt affirmare audeat, eò Dauid istis verbis: *Mitte lucem tuam*: postulauerit à Deo aduentum primum filij sui & per cõsequens in istis carminibus, signa apertissima ad dignoscendum Messiam, & aduentum eius esse comprehensa: tamen nullatenus Deum hanc singularem mercedem illi pollicitum fuisse?

Præsertim cùm non solùm contrarium nobis aperte doceant illa verba Psal. *Beatus populus, qui scit iubilationem Domini in lumine vultus tui ambulabunt.* & illa: *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini, &c.* & illa: *Ortum est in tenebris lumen rectis: clemens, & misericors, & iustus.* vel vt Chaldæus. *Orietur in tenebris lumen rectis*: verũ etiã de Messia acclamet Isaias: *Erumpet veluti aurora lumen tuũ.* & iterum: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in terra vmbræ mortis lux splenduit super eos.* & idem: *Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* & alibi: *Et dabo te in fœdus populi, & lucem gentibus: vt aperias oculos.* Psal. 89. Psal. 97. Psal. 112. Isai 58. Isai. 9. Isai. 44. Isai. 42.

7 Error. Et quis iam nisi summe insipiens, aut nimis temerarius cunctis videri cupiat, nobis denuo contradicere, aut veram intelligentiam horum carminum perturbare erit ausus? Cõmotus tantùm illis verbis, quæ statim sequuntur: *Ipsa deducere me facient, & introducent in tabernacula tua.* Ita vt sibi falsò persuadeat, cuncta illa maxime repugnare singularitati personę diuinę Verbi, & eius vnitati: quod sicut est vnum essentia, ita in personalito: & per consequens nullatenus Messię nostro adaptanda fore.

Præ-

Solutio. Præſertim ſi attente is contemplantus fuerit, numero plurali vſum fuiſſe diuinitus iſto teſtimonio Dauid, ſcilicet: *Ipſæ deducent me, &c.* ad manifeſtandum diſtincta attributa diuina, quæ relucent in Deo, eſtô idemtificentur omnia illa cum eſſentia diuina: vt ſic diſtinctos conceptus de Deo concipientes, magis & magis immenſitatem diuini ſui eſſe cunctis manifeſtaremus. Ex quo conſequeretur vt homines auidius in eius amorem pertraherentur: cognoſcentes, Meſsiam qui in hunc mundum in remedium generis humani venturus erat, eſſe lucem: vt eius luce mentes hominum cæleſti cognitione imbueret, & veritate: non tantum in his quæ docturus erat, ſed in promiſsionibus ſuis.

CAP. II.

Vera intelligentia huius teſtimonij docetur.

SED opus eſt iam, nè tandiu temporis opportunitate aliquibus abuti videamur, eò celeriter properemus, quò iſta verba Pſalmi: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam*: nos dudum vocant: vt illis apertiſsimè primum aduentũ Meſſiæ noſtri acclamantibus, cunctorum Rabbinorum malitiam nos labefactaſſe palàm deinceps gloriari poſsimus.

Neq; quicquam aliud ex verbis ipſis coniectari nobis licet: aut contextus verborum præcedentium & ſubſequentium (ſi attentè à nobis perpendatur) præſeferre videtur. Cùm illis inſtruamur, Regium Dauid, contemplantem in ſpiritu vniuerſum genus humanum facinoroſis, iniquis & doloſis hominibus eſſe vndique repletum, vt illa verba: *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non miſericorde: à viro iniquo, & doloſo erue me fortiter, & potenter*: oſtendunt: ſolicitè & vehementer nomine iuſtorum potiſsimè, & cunctorum mortalium (quorum partes agebat) à Deo impetrare contendiſſe: vt deinceps homines à tot vitiorum laqueis, quibus irretiti per viam condemnationis perpetuæ gradientes, ad deſtinatum mortis æternæ terminum paulatim, ac certiſsimè properabant: forti validiſsima manu ſua ſecurè liberarentur. Dignareturq; ipſemet Deus, ob eximiam & magnam miſericordiam ſuam, & ob multitudinem miſerationum illius, eã lucem hominibus impartire, quã tene-

Vera expoſitio horum verborũ

tenebræ vllæ obnubilare non ſolum non poſſent: verum nec ad illam appropinquare eſſet illis permiſſum. Vel eam doctrinam ſolidam, firmam, & ſummè micantem doceret: cui nullus mendacij, erroris, aut falſitatis locus eſſet reſeratus tam in his, quæ edocerētur ab ipſo, quâm in omnibus, quæ promitterentur. Vt ſic mortales à tenebris vitiorum, ab inſidijs, fallacijs, & cauillationibus carnis, mundi, & Dæmonum immunes: & ſplendidiſsima, cæleſti & diuina Euangelij luce perfruentes in iſta mortali vita, ſecuriſsimè tandem appellere poſſent ad fœliciſsimum ſalutis, & beatitudinis portum: vt manifeſtè illis verbis oſtenditur: *Et ipſæ deducere me facient, & introducent in tabernacula tua: Introibo ad altare Dei, ad Deū, qui lætificat iuuentutem meam.*

Quam promiſsionem in integrum adimpletam contemplabatur Ioannes, quando vt cunctis veritas horum verborum clarius innoteſceret, tanquam teſtis oculatus illius aduentus, Meſsiæ inquam noſtri de illo ſermonem inſtituens, & firmiter memoria tenens petitionem Pſalmiſtæ, iſtis verbis contentam: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam, &c.* Palàm non ſolùm prorumpere fuit auſus, *quod erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, &c. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eā nō comprehenderunt.* & idem: *Hoc autem Iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* & alibi: *Iterum ergo loqutus eſt* Ieſus Chriſtus eis, *dicens: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris: ſed habebit lumen vitæ.* & idem: *Quādiu ſum in mundo, lux ſum mundi.* & alibi: *Ambulate, dum lucē habetis, &c. Credite in lucem, vt filij lucis ſitis, &c. Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat*: ſed etiam, quòd fuit veritas ipſa: *Vidimus gloriam eius gloriam quaſi Vnigeniti à* Patre, *plenum gratiæ, & veritatis, &c. Quia lex per Moyſen data eſt: gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* & idē: *Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem niſi per me.* & iterū: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*

Ioan. 3. Ioan. 8. Ioan. 9. Ioan. 12. Ioan. 1. Ioan. 14 Ioan. 18.

Et merito equidem Meſsiam noſtrum lucem mundi, abſque arrogantiæ, temeritatis, aut falſitatis nota, a nobis nuncupari poſſe aduertemus. Cùm non ſolùm ex ipſis Euangeliſtis habeamus, ipſummet Chriſtum Phariſæis obicientibus illi: *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum:* reſpon-

Ioan 8. respondiſſe: Et *ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio vnde veni, & quo vado, &c.* Ego *ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo: & teſtimonium perhibet de me, qui miſsit me* Pater: à
Hebr. 1. Paulo verò ſplendorem gloriæ appellatum fuiſſe: *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouiſsime autem diebus iſtis loqutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum: per quem fecit & ſæcula. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſq; omnia verbo virtutis ſuæ:* & ex conſequti Deum eſſe, cui vni maximè propriũ, & connaturale eſt, tanquam lucem omnium ſplendidiſsimam cunctarum tenebrarum eſſe ex-
Ioan. 1. pertem, vt Ioan. ſupra. *Quoniã Deus eſt lux: & tenebræ in eo nõ ſunt vllæ:* verum etiam maiores noſtri, & nos longo experimẽto fateri cogamur, à tempore ortus ſui, eam cæleſtem, & diuinam lucem cunctis hominibus Meſsiam noſtrum abundanter & copioſè communicaſſe: vt compellamur omnes vnanimi cõſenſsione cum eodem Ioanne proclamare, extitiſſe lucem ſplendidam cunctis venientibus in hunc mundum. Præclareque lucis manere functum eſſe ex tunc, & vſque in finem mundi ſimiliter abſque vlla perſonarum acceptione functurum eſſe, inſtar illius lucis inacceſsibilis, quam beatiſsimis ſpiritibus omni cõcretione materia liberis ipſemet liberaliter impartitur: vt illa Apocal. præſeferunt: *Dominus enim, Deus omnipotens templum illius eſt, & agnus. Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eã, & lucerna eius eſt agnus. Et ambulabunt gẽtes in lumine eius, &c. nox enim non erit illic.* Apoc. 21.

Neque equidem inconſultó, vel arroganter hæc à nobis prolata eſſe alicui veſtrum videri debet. Quandoquidem ſi paulisper memoria repetere cõtenderimus lucem illam ſplendidiſsimam, quam Meſsias noſter cunctis mortalibus præbuit, vt ea non ſolùm in cognitionem ipſius, & Patris æterni, & Spiritus ſancti: verũ in vnitatem eſſentiæ & diuinarum ipſarum perſonarum ducerentur: inſtarque illorum ſupernorum ſpirituum, qui pluraritatem ipſarum perſonarum clariſsimè contemplantur: in iſta mortali vita, fide intuentes, vnicè & vnitatem eſſentiæ earundem venerarentur. Certioreſq; ab ipſo facti, fœlicitatis illius ſummę, & vitę æternæ, qua vndiq; ſemper abundanter affluens illa natura diuina, ſine vllo defectu eadem, immobilis perſeuerans,

uerans,& perpetuò est permã-sura ipsis Beatis liberaliter se cõmunicat, celeriter ad illã bea-torum patriam consequendam ardentissime mortales perpe-tuo anhelarent. Sine dubio adinueniamus adeo excelsam, supremam, & inauditam exti-tisse: vt si cum illa luce singu-lari, ac eximia, quam priscis il-lis sæculis, Patriarchis, & Pro-phetis copiosissimè Deus est elargitus, conferre tentaueri-mus: vndique conuicti fate i co gamur: eo istam nostram excel lere illam antiquam, & veterē, quantùm ex illis verbis Psal. *Præ omnibus docentibus me in-tellexi: quia testimonia tua medita tio mea sunt. Præ senibus intel-lexi*: nobis colligere est per-missum. Psal. 118.

Nec equidem tantùm ex ea parte, qua aurea sæcula ista fœ-licissime soli Christiani inter cunctas alias Respublicas con-sequti fuerimus, in quibus nō si ne magna Christianæ Religio-nis fœlicitate, manibus nostris fmidiu adimpleta confecta-uerimus ea, quæ de verbo vitæ Prophetæ, & Patriarchæ nobis prædixerunt euētura. Sed ex ea inquam, qua talem magistrum & præceptorem, singulariter adepti fuerimus; qui non solū magistri, sed & amici charissimi munere functos fuit, vt sic ardē tius & euigilātius suorum salu ti spirituali cõsuleret: omnia abdita secreta, quæ sibi, Patri, & Spiritui sancto erāt reserata, no bis tāquam filijs amantissimis, ex suis visceribus egresis, san-guineq; eius pretiosissimo re-demptis similiter reserare sum-mopere cõtinuo cõtēdēs: vt il-la quæ Apostolis suis, nomine vero ipsorū cunctis Fidelibus Messiam nostrū dixisse fertur, demonstrant: *Iam non dicam vos seruos. quia seruus nescit, quid fa-ciat dominus eius. Vos autem di-xi amicos. Quia omnia quæcum-que audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Ioan. 8.

Nam quamuis ex Genesi habeamus, primum nostrum Pa rentem non qualemcûq; altis-simi illius, & inauditi mysterij Incarnationis verbi diuini à Deo reuelationem accepisse: sed eam, quā præseferūt illa ver ba Genes. *Cadere fecit Dominus Deus soporem super hominem: & dormiuit. Et tulit vnam è costis eius, & clausit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de homine in mulie-rem: & adduxit eam ad hominem. Et dixit homo: Hæc vice os ex os-sibus meis, & caro ex carne mea, Et vocabitur virissa: quia ex vi-ro sumpta est ista.* & illa Gene-sis: *Et dixit Dominus ad serpen-tem: Quia fecisti hoc, maledictus eris præ omni animali, & præ omni bestia agri, &c. Et inimi-*

Comparatio inter antiquos Prophetas & Messiā nostrum.

Genes. 2.

Genes. 3.

citias

citias ponam inter te & inter mulierem: & inter semen tuum & semen eius. Ipsum conteret te in capite: & & tu conteres eum in calcaneo. Et qualis vt capiti, & primo nostrorum omnium Parenti, maxime conueniebat.

Insuperque ipsa sacra Scriptura instruamur, non solum hanc eandem notitiam huius mysterij diuinitus Abraham cõsequtum fuisse, Genes. vt illa verba demonstrant: *Et visus est Dominus Abraham. Dixitque ad eum:* Ego *Deus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus: & dabo pactum meum inter me & te, & multiplicabo te vehementissime, &c. Et non vocabitur vltra nomen tuum Abram: sed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multitudinis gentium posui te.* & illa Genes. *Per me iuraui, dixit* Dominus: *quia pro eo, quod fecisti rem hanc, & non prohibuisti filium tuum, vnicum tuum, quia benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est iuxta litus maris, Et hæreditabit semen tuum portam inimicorum suorum: & benedicent sibi in semine tuo omnes gentes terræ:* verum etiam reuelationem Diuinarum Personarum, & vnitatis essentiæ earum habuisse, Genesis: *Et visus est illi Dominus in quercubus Mambræ: & ipse sedebat in ostio tabernaculi, &c. Et incuruauit se super terram, & dixit:* Domine *mi, si nunc inueni gratiam in oculis tuis, ne nunc transeas à seruo tuo.*

Geneſ.17.

Gen.22.

Geneſ.18.

Similiter certissimum sit, Patriarcham Iacob, non tantùm natiuitatem temporalem sempiterni Verbi diuini cælitus adeptum fuisse, vt illa verba Genes. ostendunt: *Et egressus est Iacob, &c. & tulit de lapidibus loci, & posuit sub capite suo: & dormiuit in loco illo, & somniauit. Et ecce scala erecta erat super terram, & caput eius tangebat cælum.* Et *ecce* Angeli Dei *ascendebant, & descendebant per eam. Et ecce* Dominus *stabat iuxta eam, & dixit:* Ego Dominus *Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, terram super quã tu dormis, tibi dabo, & semini tuo. Et erit semen tuum sicut puluis terræ, &c. Et benedicent se in te, omnes familiæ terræ, & in semine tuo;* sed etiam manifestam diuinæ essentiæ cognitionem obtinuisse, quando postquam luctatus est cum Deo, Deum illi benedixisse fertur: *Et vocauit Iacob nomẽ loci* Peniel, idest, *facies* Dei: *quia vidi Deum facie ad faciem, & euasit anima mea.*

Gen.28.

Geneſ.32.

Et hanc eandem fœlicitatem expertum fuisse Moysen, vt illa verba Deuter. docent: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum*

Deute.18.

fratrum eorum, ſicut tu es. Et po-
nam verba mea in ore eius: & lo-
quetur ad eos omnia, quæ ego præ-
cepero ei, &c. & illa Numeror.
Num. 12. *Ore ad os loquar cum eo: & in*
viſione, & non per enigmata, ne-
que per figuram Dominum aſpi-
ciet. Exod. *Et loquebatur Do-*
Exod. 33. *minus facie ad faciem, quemadmo-*
dum loquitur vir ad amicum ſuũ:
abditos receſſus voluntatis di-
uinæ penitus ferre percallen-
tem, & penetrantem, vt aper-
tè manifeſtare videntur illa ver
ba Exod. *Et loquutus eſt Deus*
Exod. 20. *omnia verba iſta, dicendo:* Ego Do
minus, &c. Non erunt tibi Dij
alieni coram me: non facies tibi
ſculptile, &c. Non aſſumes nomen
Domini *Dei tui in vanum, &c.*
Recordare diei Sabbathi, vt ſan-
tifices illum, &c. Honora patrem
tuum, & matrem tuam, &c. Non
occides. Non committes adulteriũ.
Non furaberis. Non teſtificaberis
in proximum tuum teſtimonium
mendax. Non concupiſces domum
proximi tui. Non cõcupiſces vxo-
rem proximi tui. Tandiuque le-
gamus, Iſaiam proclamantem
illis verbis: V*idi Dominum, ſe-*
dentem ſuper ſolium, excelſum, &
eleuatum: & fimbriæ eius reple-
bant Templum: Seraphin ſtabant
ſuper illud. Sex alæ erant vnicui-
que, duabus velabat vnuſquiſque
faciem ſuam, &c. Et clamabat al-
ter ad alterum, & dicebat. San-
ctus, Sanctus, Sanctus, Dominus
exercituum: Plena eſt omnis ter-
ra gloria eius: Sacroſanctũ My-
ſterium Trinitatis in vnitate di
uinę eſſentię vidiſſe. Ac deni-
que in medium adducere va-
leant, Dauid, & reliquos om-
nes Prophetas, maiores, & mi-
nores, horum omnium myſte-
riorum, & earum omnium re-
rum, quæ â Meſsia noſtro in
iſta mortali vita edendę erant:
prępceptorum inſuper, & con-
ſiliorum, quibus homines vitã
æternam conſequuturi erant, ple
nam & claram notitiam, luce
cęleſti illuſtratos, ita nactos
fuiſſe: vt meritò de illis cum
Regio Propheta acclamare
poſsimus, quôd *volauerint ſuper*
Cherubin, & Seraphin, & ſuper
pennas ventorũ, abditiſsima Dei,
arcana penetrantes, & tanquã
aquilę Solis cęleſtis radios lu-
cidiſsimos facie ad faciem in-
tuentes.

Sed eſto hęc omnia ita ve-
riſsima ſint, vt nullatenus eis
contradicere poſsimus, niſi
Spiritui ſancto aduerſari pro-
terue cupiamus: nihilominus ta
men illis non obſtantibus ad-
huc proclamare poſſumus &
poterunt etiam meritò omnes
illi antiquiſsimi & ſanctiſsimi
Prophetę, nunquam equidem
tantę & tam ſupremę lucis, &
cognitionis præclariſsimę ho-
rum, & aliorum myſteriorum
(quæ conſultò ſilentio inuoluẽ
da

da eſſe duximus) participes ipſos, aut cunctas Synagogas ſubſequtas fuiſſe: vt aliqua ex parte conferri potuerint cum iſta inaudita, inuiſa, & inacceſsibili luce, qua per tot annorum ſæcula Eccleſia noſtra, à Chriſti ore tanquam à perenni totius luminis fonte, & Sole iuſtitiæ ſplendidiſsimo, à tempore ortus eius temporalis ſupra omnem inuidiam vſque in hæc noſtra tempora fœliciter fruitur, & fruitura eſt vſque in finem mundi.

Cuius iudicij, aut ſententię nè me auctorem extitiſſe aliqui ex vobis arbitrentur: aut in ea ferenda, me tanquam nimis præcipitem, aut temerariũ condemnare audeant: quæſo, illa verba Pſal. pauliſper perlegant, & perſcrũtentur, quæ
Pſal. 118. ſic ſe habent: *Melior mihi lex oris tui ſuper millia auri, & argenti.* Vt illorum genuinà intelligentia dudum inſtructi, audacter iam cum Fidelibus excellentiam noſtræ lucis veteri illi anteponendam eſſe palàm prædicent, & fateantur. Et cõſultò id equidem præſtare poterunt: cùm ipſi diu experti ſint vnà nobiſcum, ſolam Rempublicam noſtram Chriſtianorum tantæ, & tam ſupremæ fœlicitatis participem extitiſſe: vt non ſolùm valuerit ſimul fructum copioſiſsimũ benedictionum ſpiritualium, quas Deus nomine temporalium veteris legis, huic populo Chriſtianorũ pollicitus fuerat, percipere: verùm etiam proſperum, & certiſsimum euentum vaticiniorũ Prophetarum ex ea parte, qua aduentum primum Meſsiæ, & cuncta eius myſteria ab ipſo, & vniuerſa eius Eccleſia peragendà annunciabant: non enigmaticè, aut obſcurè, ſed oculis ſuis clariſsimè conſpicere, externiſq; contrectare. Quia vna re, eò Eccleſiæ noſtræ fœlicitatem illam antiqui populi ſuperare fateri compellimur: quò fructus arborum flores, perſonam vmbram, repreſentatum figurã, animatũ mortuũ lõge excellat, eſt ſummè neceſſarium.

Quòd ſi aliquibus in veteri lege videre diuinam eſſentiam, & pluralitatem perſonarum, fuiſſe à Deo conceſſum ſibi arroganter vendicant: fateantur ſimiliter, eſt neceſſe, nunquam ita clarè antiquos illos Patriarchas, & Prophetas illam conſpexiſſe; vt illos dudum per aliquod breuiſsimum tempus perfectiſsime Beatos appellare ſit nobis ſine nota permiſsũ. Prę ſertim cùm palã teſtetur ſacra Scriptura Exod. *Dixit autem Deus Moyſi: Non poteris videre faciem meam: quia non videbit me homo, & viuet.* Quæ maximè cõ- Exod. 33.
ſonant cum illis Ioa. *Deum ne-* Ioan. 4.

ſtibus incolis (eſto non alerentur eodē modo) ſingulariter cōſtitutum fuiſſe à Deo in iſta vita noſtra mortali. Quia vna re nihil maius, illuſtrius & magnificentius dici iam poteſt. Et revera ſine vlla reprehēſionis nota id affirmare erit nobis integrum, quandoquidem certiores reddamur, admodū populi Iſraelitici, quē cælitus in his quæ ad cognitionem diuinam maxime expectabant, ſpiritualibus doctrinis Deus antiquitus per ſuos Prophetas & amicos inſtruxit, & mirifice exornauit: modò docendo illum, Deū vnū

Deute:6. eſſe, Deutero. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Deus vnus eſt.* Summe omnipotentem, omniūque ſpirituum mortalium domi-

Geneſ. 17: Num:16: num, Geneſ. *Ego Deus omnipotens.* Num. *Deus Deus ſpirituū omnis carnis.* Modò Dominum cęli & terrę: Deum Deorum Magnum, Terribilem: nullius perſonę acceptatorem, facientem iudicium, & diligentē pe-

Deut:3: regrinum, Deuter. *Quis enim eſt Deus in cælo & terra, qui faciat*

Deut:10. *ſecundùm opera tua?* & iterum: *Dominus enim Deus veſter eſt Deus Deorum, & Dominus dominorum: Deus Magnus, Potens & Terribilis, qui non accipit perſonam, neq; accipit munus. Faciēs iudicium pupillo, & viduæ. Diligens peregrinum, dans ei panem, & veſtimentum.* Modò Veracē, Fidelem, Immutabilem, & abſq; vlla iniquitate, Numer. *Non eſt* Num. 23.

vir Deus, vt mentiatur: & filius hominis, vt pœniteat eum. Ipſe dixit, & non faciet? & loqutus eſt, & non ſtabiliet? Deut. *Deus ve-* Deut. 32.

ritas, & non eſt iniquitas: iuſtus & rectus eſt. Modò Scrutatorem cordium, Miſericordem, & Clementem, Pſal. *Scrutans corda,* Pſal: 7.

& renes Deus. & iterum: *Quo-* Pſal: 86:

niam tu, Domine, ſuauis, & mitis: & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. Modò Regem, & ante omnia ſæcula: & Deū prę omnibus Dijs, Pſal. *Deus* Pſal: 74:

autem Rex meus eſt: ab initio operans ſalutes in medio terræ. & iterum: *Magnus eſt Dominus, &* Pſal: 134:

Deus noſter præ omnibus Dijs. Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit in cælo, & in terra in mari, aut in omnibus abyſsijs. Modò iudicem iuſtum, & fortem, Deum maieſtatis, & virtutum Pſal. vt Chaldęus legit: *Deus* Pſal. 7:

iudex iuſtus: & in fortitudine iraſcitur aduerſus impios tota die. & Pſal: 29:

alibi: *Deus gloriæ intonuit.* & Pſal: 102:

Pſal. *Deus Deus virtutum.*

Similiter in nouo Teſtamēto reperiamus nō tātū maxime ſolicitū ſēper fuiſſe Meſsiā noſtrū in imbuēdo mētes Fideliū ſuorū iterū ac ſępe in cognitione clariori earūdē veritatū & doctrinæ: hinc illum docentē illa Mar. *Nemo bonus, niſi vnus Deus.* Marc. 10.

Quia poteſt Deus de lapidibus iſtis Luc. 3.

ſuſcita-

ſuſcitare filios Abrahæ. Ioann.
Ioan. 6. *Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non perhibunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu meã.* Lucæ. *Scriptum eſt:*
Luc. 4. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Illinc dicẽdo Matt.
Matt. 11. *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ.* Matt. *Data eſt mihi*
Matt. 28. *poteſtas in cælo & terra.* Matt.
Matt. 10. *Et nolite timere eos, qui occidũt corpus: animam autem non poſſunt occidere. Sed potius timete eum, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.* Matt. *Euntes*
28. *ergo, docete omnes gentes.* Petri. *Qui ſine perſonarum acceptione iudicat.* Matt. *Miſericordiam volo, & nõ ſacrificiũ.* Hinc. Matt. *Cælum & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt, donec omnia fiant.* Apocal. *Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis, & verax.* Ioa. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.* Ioa. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Matth. *Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Luc. *Stote ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* Matth. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos.* Marc. *In nomine meo Dæmonia eijcient, &c.* Ioann. *Antequam Abraham fieret, ego ſum.* Illinc denique acclamantem Matth. *Niſi abundauerit*
Matt. 5. *iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cælorum.* Matthæi. *Et videbunt filium homi-*
Matt. 24. *nis venientem in nubibus cæli, in virtute multa, & maieſtate.* Ioa.
Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Verum etiam adhuc cuncta Euangelia noſtra proclamare audiamus, Meſsiam noſtrum ſummopere elaboraſſe, vt ſic populus Chriſtianorum antiquo illi populo in cognitione myſteriorum cæleſtium præſtaret: vt palàm nobis extunc dicere liceat, cuncta illa myſteria, quæ priſcis illis temporibus ferè cunctis Iſraeliticis fuerunt abſcondita, & inacceſsibilia, vt illa Exod. præſeferunt: *Lo-*
Exod. 6. *quutus eſt Deus ad Moſeeh, & dixit ad eum: Ego Dominus. Et viſus ſum ipſi Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotenti: & in nomine meo Iehoua non ſum cognitus eis.* & illa Iſai. *Vere*
Iſai. 45. *tu Deus abſcondens te, Deus Iſrael ſaluator*: eadem quaſi ſenſibus noſtris externis ipſum iam Meſsiam noſtram palpanda propoſuiſſe: vt Pſalmiſta prædixerat: *Vox Dei obſtreti-*
Pſal. 29. *cans ceruos, & reuelans condenſa: & in templo eius omnis loquetur gloriam.* & Pſalm.
Pſal. 78. *Aperiam in parabola os meum, loquar abſcondita ab initio.*

Et equidem multô clarius ea
manifeſtata videmus Matthæi,
Matt. 13. Chriſto acclamante: *Veſtri autem beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierũt.*

CAP. III.

Hæc eadem veritas confirmatur.

ET cõſultò hæc omnia Meſſiam noſtrum palàm proclamare potuiſſe, tanquam ſerio tryumphantes fateri iam poſſumus. Cum adinueniamus, non ænigmaticè aut obſcure, ſed clariſsime, vt nullus deinceps Fidelibus dubitationis locus relictus eſſet, numerum determinatum Diuinarum Perſonarum cunctis Chriſtianis ſubiecitſſe,
Matt. 28. Matth. *Euntes ergo, docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Neque huic vni rei illum acquieuiſſe, donec omnia quæ ad cuiuſcunque perſonæ cognitionem maximè expectãtia erant, palàm demonſtraret. Publicè oſtendens, primæ Perſone Diuinæ, nempe Patri non ſolùm dominium cæleſte cæli & terræ ineſſe: perpetuoq; illũ operari tanquam principiũ, & fontem perennem vitæ: & eſſe, à quo eſſentia diuina cũcta aliis duabus perſonis, abſq; vlla diminutione, naturaliter & liberè communicatur: & eũdem in Filio manentem, omnia efficere,
vt illa Matt. innuunt: *Confiteor* Matt. 11.
tibi Pater, Domine cæli & terræ. & Ioan. *Pater meus vſq; mo-* Ioan. 5.
do operatur, & ego operor. Ioa.
Sicut miſit me viuens Pater: & Ioan 6.
ego viuo propter Patrem. Ioan.
Pater autem in me manens, & ip- Ioan. 14.
ſe facit opera: ſed etiã ne aliquis ob iſta teſtimonia, & illa Ioan.
Et ſciens, quia omnia dedit ei Pa- Ioan. 13.
ter in manus. Ioan. *Et ego rogabo Patrem: & alium Paraclitum* Ioan. 14.
dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. & Ioan. *Et a me ipſo non veni: ſed*
eſt verus, qui miſit me, quem vos Ioan. 7.
neſcitis. Ego ſcio eum: quia ab ipſo ſũ, & ipſe me miſsit. Ioa. *Ego*
enim ex Deo proceſsi, & veni: di- Ioan. 8.
ceret, aut concipere eſſet auſus, Patre potẽtia, duratione, ſapiẽtia, bonitate, veritate, iuſtitia, ſãctitate, puritate, aut in aliquibus attributis eſſẽtialibus Filio antecellere: ſtatim vt huius erroris anſam funditus propelleret, le-
gamus, ipſum dixiſſe Ioa. *Phi-* Ioan. 14.
lippe, qui vidit me, vidit Patrem. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? & ſupra: *Si cognouiſſetis me, & Patrem meũ vtiq; cognouiſſetis.* Ioan. *Ego &*
Pater vnum ſumus. Ioan. *Creditis* Ioan. 10.
in Deum, & in me credite, &c. & Ioan. 14.
Ioan. *Amen amen dico vobis, non* Ioan. 5.

potest Filius à se facere quidquã, nisi quod viderit Patrem facientẽ. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit, &c. Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius quos vult, viuificat. Neq; enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudiciũ dedit Filio: vt omnes honorificent Filiũ, sicut honorificant Patrem. Qui nõ honorificat Filium, nõ honorificat Ioan. 8.
Patrem, qui misit illũ. & Ioa. *Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principiũ, qui & loquor* Ioan. 10. Ioan. 12.
vobis. Ioa. *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.* Ioa. *Qui credit in me, nõ credit in me: sed in eum, qui misit me. Et qui videt me,* Ioan. 16.
videt eum, qui misit me. & Ioan. *Omnia quæcũq; habet Pater, mea* Ioan. 17.
sunt. Ioa. *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te, solum Deũ verum: & quem misisti, Iesum Christum, &c. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, &c. Et ego claritatem quã dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnũ sumus.*

Neq; tãtùm in manifestatione huius veritatis Messiam nostrũ maximè solicitum extitisse reperiemus: verùm in ostensione distinctionis istarũ personarum, & processionis etiam Spiritus sancti, ab istis duabus æternaliter emanantis: vt ostendunt Ioan. 16. Ioan. 14
illa verba Ioan. *Non sum solus: quia Pater mecũ est.* & illa Ioa. *Paracletus autẽ Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Ioa. *Si enim* Ioan. 16.
ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos, &c. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet. Ioa. Ioan. 15.
Cùm autẽ venerit Paracletus, quẽ ego mittam vobis à Patre Spiritũ veritatis, qui à Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me.

Si ergo in altissimo illo, & profundissimo Trinitatis mysterio, solum Beatis vitam æternam vnà cum ipso Deo in cælesti illa beatitudinis patria de gentibus clarissime reserato, cũ illorum beatitudo in clarissima huius mysterij cognitione innitatur: incolis huius mũdi Messias noster vt lux splendidissima post ortum suum temporalem, eam supremam, & cęlestẽ cognitionem, atq; notitiam admirabilem præbuit, qualem illuc vsq nec oculus vidit, nec auris audiuit, aut humana mens excogitando concipere vnquã valuit. Vnà simul ostendens tãquam digito intento quæ sint illa præmia amplissima, quibus merita, & opera iustorũ in perpetuum in illa ciuitate suprema & cælesti Hierusalem sunt à Deo mirificè condecoranda, vt illa verba Matth. præseferunt. *Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternã.* & Matth. *Beati mundo corde: quoniam ipse Deum videbũt.* Ioa. *Qui sequitur me, non ambulabit* 2 Cõsit. Matt. 25. Matt. 5. Ioan. 8.

in tenebris: ſed habebit lumen vitæ. & Luc. Et ait Ieſus: Filij huius ſæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi vero qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis neque nubunt, neque ducunt vxores, neque vltra mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt. Ioan. Et ego cognoſco eas, & ſequuntur me: Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. & Apocal. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. Quis dudū miratur iam? ex eo, quod intueatur Meſſiam noſtrum tanquam lucem ſplendidiſsimā, quam olfacere, & præſentire viſus fuit Iob dicens: Poſt tenebras ſpero lucem: poſtquam immenſitatem bonitatis diuinæ, & excellentiā præmiorum quibus Beati ſunt condecorandi in alia vita, cunctis Fidelibus clariſsimè conſpicienda propoſuerat, vt illorum deſiderio & amore allecti, ad eorum conſequutionem vehementius obtinendam raperentur: in proſequutione huius muneris ſibi iniuncti, ſtatim abſque vlla intermiſsione, non ſolum manifeſtam præceptorum viam, ſed admirabilem ſemitam ſupernorum conſiliorum, quibus tanta perfectionis & ſanctitatis vbertas, & diuerſitas comparatur, quanta eſt quæ illuſtrat Religionem Chriſtianam: Fidelibus ſuis amplectendam ſolicitè propoſuerit. Vt illis iam omnes perfectionem, & ſanctimoniam antiquorum Prophetarum non tantum imitari: verum etiam excellere, & ſuperare facillimè quoties velent, auxilio ipſius Meſſiæ valerent.

Luc. 20. Ioan. 10. Apoc. 21. Iob. 17.

Nam eſtō ſacra Scriptura nobis perhibeat, antequam ſplendidiſsimus Sol iuſtitiæ, Meſsias inquam, noſter, viſibiliter verā naturam humanam ex puriſsimis Mariæ Virginis viſceribus aſſumens, oriri dignatus fuiſſet Fidelibus ſuis: iam diu floruiſſe tāta iuſtitia, & ſāctimonia Noe, virum omnium ſæculorum memoria digniſsimum, quantam oſtendunt illa verba Geneſ. Et Nohach inuenit gratiam in oculis Domini, &c. Nohach vir iuſtus, perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. Ita vt propter illam, & ſingularē eius ſanctitatem, in illa inundatione generali Omnipotens Deus tanquam immemor iniuriarum omnium quas in illum audacter mortales commiſerunt, iramque & indignationem, qua in illos erat vndiq; incenſus, cōprimens, miſerandam ruinam cuncto-

3 Cōfir. Gen. 6.

cunctorum iam dudũ inceptã remouere decreuerit, Genes. Genes. 8. *Recordatus est Deus Nobach, &c. Et transire fecit ventum super terram: & quieuerunt aquæ. Et clauserunt se fontes voraginis, & fenestræ cæli: & prohibita est pluuia de celo.*

Viguisse mirificè Abraham ea obedientia, qua voluntati diuinæ erat in omnibus consecratus. Quandoquidem de illo non solũ nobis refert sacra pagina, filium vnicum quem habebat, iussu Dei, inuicto & infracto animo, ipsum ipsimet Deo immolare contendisse: verum etiã firmiter credidisse in spem contra spem, videlicet se futurũ esse patrem multarum gẽtium ea tempestate: qua cernebat eius corpus ferè emortuum, emortuamq; esse vuluam Sarrę vxoris suæ: & filium quem postea habebat, Deo in hostiam & sacrificium ab ipso esse immolandum. Moysen misericordia insignem extitisse: quandoquidẽ ita in salutem proximorum suorum, populi inquam Israelitici fuit incensus, & inflãmatus: vt non solûm inter eos & Deũ intercedere tentauerit, verùm in hęc verba illum prorupisse legamus. Exod. Exod. 32. Dixit *Mosech ad Populum: Vos peccastis peccatum grande, & nunc ascẽdam ad Dñm, si forte expiem orãdo pro peccato vestro. Et reuersus est Moyses ad Dñm, & dixit: Obsecro, peccauit Populus iste peccatum grande: & fecerunt sibi Deos aureos: & nũc si remittis peccatum eorum, & si non, dele me nunc de libro tuo, quẽ scripsisti.* Similiter Phines summè zelatorẽ honoris Dei fuisse, vt illa verba Numer. præseferunt: *Et dixit Moyses ad Iudices Israel: Occidite vnusquisq; viros suos, qui coniunxerunt se ipsi Babal, &c. Et vidit Phines filium Eleazar filij Aron Sacerdotis: & surrexit è medio cõgregationis, & accepit lanceam in manu sua. Et egressus est post virum Israel in tabernaculum: & transfixit ambos ipsos, virum Israel & mulierẽ ipsam in ventre eius. Et restrinxit se plaga a filijs Israel.* Num. 25. Propter quod Psalmista. *Et stetit Phines, & diiudicauit, & prohibita est plaga: & reputatum est ei ad iustitiam.* Psal. 106. Innocẽtem & castum *Ioseph*, tãtæ & tam admirãdæ fidelitatis, & castitatis fuisse: vt cũ vxor Dñi eius amore impudico illius sic exarsisset, vt illa verba Genes, ostendunt: Gen. 39. *Et fuit: Post hæc leuauit vxor domini eius oculos suos super Ioseph, & dixit: Cõcumbe mecum. Et renuit, & dixit ad vxorem domini sui: Ecce dñs meus non cognouit mecum, quid esset in domo: & omnia quæ erãt ei, dedit in manu mea. Non est maior aliquis in domo hac me, &c. Et quomodo faciam malum grande hoc, vt peccem contra Deum?*

Insu-

Inſuper eſt ô ſummis laudibus efferat ſacra Scriptura firmam Heliæ ſpem, in Deo fixam: qua à Deo ita ornatus fuit, vt illa non ſolùm glorioſum tryumphum de Prophetis falſis repor taret: verumetiam gloriã, & laudem Dei per vniuerſam terram amplius propagare valuerit. Quandoquidem ad clamorem orationis illius, ſcilicet: *Domine Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, hodie cognoſcatur, quod tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus: & quòd in verbo tuo feci omnia hec. Exaudi me, Domine, exaudi me: & cognoſcat Populus hic, quoniam tu es Dominus Deus, & tu conuertiſti cor eorum retrorſum:* legimus ignem Domini deſcendiſſe, & conſumpſiſſe holocauſtum, & ligna, & lapides: vniuerſumque populum tanto miraculo viſo in hæc verba proclamaſſe: *Dominus eſt Deus.* Tãdemq; palàm eadem prædicet, Heliſeum in ieiunio & oratione eximiũ extitiſſe: Dauid miſericordia ſingularem: Salomonem in manſuetudine vnicum: in pacientia & laboribus ſuſtinẽdis Iob, Hieremiã, Iſaiã, & Danielem, & in alijs præſtantiſsimis virtutibus admirabiles extitiſſe: atque multos eosq; inſignes viros vniuerſum populum Iſraelitum habuiſſe, quibus diuinitus illuſtratus cum Regio David palã publicis præconijs acclamare valuit: *Mirabilis Deus in Sanctis eius.*

1. Reg. 18.

Sed tamen mihi credite, doctiſsimi Rabbini, nũquam fuiſſe illos numero adeo inmẽſos, ſanctitatis excellentia adeo ſingulares & perfectos: vt iã non poſsit abſq; vlla contradictione, noſtra iſta Eccleſia Chriſtianorum publicè docere, poſt aduentum Chriſti, cuius fulgentiſſimis doctrinæ & vitæ eius exẽplaris radijs mirificè eſt nobilitata ac illuſtrata, tot tantosq; eos valdè præſtantes viros in vnaquaque iſtarum cæleſtiũ virtutum illam vnam in lucem ediſſe in confirmationẽ legis noſtræ Euangelicæ, quam a Chriſto recepit: vt iam pro ſingulis illorum quibus floruit Reſpublica Hebræorum, non tantùm mille, verùm infinitos, ſi numerari poſſunt, fœliciter illã Deo ſemper exhibuiſſe, & in dies exhibere cunctæ aliæ Reſpublicæ conſultò, & iuſtiſsimè fateri audeant.

Neque eſt profecto, cur harum rerum in veſtros animos tanta ſubeat admiratio. Cũ diu omnes iſtas virtutes, ſummo & heroico gradu in Meſsia noſtro tanquam in vnico, & ſingulari exemplari ad imitandum cũctis Fidelibus propoſito, ſic ſummè ſplenduiſſe experiamur, eo què ſemper opera cuncta illius maximè nitida, ac micantia à

Confirmatio 4.

primo sui ortus principio vsq; ad gloriosam eius Ascensionem ad cælos cunctis irradiasse: quã tum ex illis verbis Christi cõiectura facili assequi vnicuique erit integrum, Ioan. *Ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.* Et iterum: *Si non facio opera Patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite. Vt cognoscatis, & credatis: quia Pater in me est, & ego in Patre.* Et alibi: *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum nõ haberent.* Id vnum omnibus illis contendens, nempe vt eis splendidissimis lucis vestimentis indutus, illum splendorem cęteris qui tanquã letargo graui, summorũ vitiorũ iamdiu cõsopiti erãt, impertiretur: quo facillimè ab illo sic excitari valerent in omnibus eorum actionibus, vestigijs Christi inhærentes: vt nomen eorum immortalitati consecrantes, meritissimi discipuli illius cunctis apparerent, clariusq; præceptoris fama vbique personaret.

Io 10.5. Ioan. 10. Ioan. 15.

Et consultò equidem Messiam nostrum doctrina sua cælesti, exemplariq; vitã ab omni reprehensionis nota libera, hæc omnia præstitisse acclamare iam possumus: cùm diu illum absque vlla status, aut personarum exceptione, cunctis fulgẽtissimum suum fulgorem communicare contendisse perpetuò conspexerimus, & conspexerint iam omnes. Forsan nè est aliquis vestrum, qui dudum non fuerit contemplatus abundantiam illam lucis, quam Messias noster spectatissimis Episcopis, Prælatis, & cæteris quibus cura animarum est iniuncta, copiosissimè præbuit? Præcipuè si consideret eum in pascendis ouibus suis, conferendis pastibus salutaribus, & in consulenda Fidelium suorum salute spirituali, se ipsum morti liberè exponentem, perpetuò absque vlla intermissione sic fuisse occupatum: vt illa Matthæi verba præseferunt: *Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem langorem, & omnem infirmitatem in populo.* Et Ioan. *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Et lupus rapit, & dispergit oues.*

Matth. 4. Ioan. 10.

Quis nondum intuetur eam lucem, quam his, qui renunciantes bonis temporalibus, asperã paupertatis, castitatis, & obedientiæ vitam degere aggrediũtur, copiosissimè exhibuit? Si attentè cõtempletur verba illa

ſtuporis,& admirationis plena quæ Meſias noſter,ſpectãte omni populo Iudęorum, protulit: Matth. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet.* Et illa: Ioan. 6. *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam: ſed volũtatem eius, qui miſit me.* Et illa. Matth. 19 *Et ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerũt propter regnum celorum.* Et illa Luc. Luca. 20 *Filij huius ſeculi nubunt.*

Quis non videt eam, quam deſerta montiũ cacumina incolentibus, carnem ſuam continẽtia, ieiunijs, oratione, vigilijs macerantibus, nè in turpia deſideria,& laſciuas cogitationes prorumpat, abundanter ipſe eſt elargitus? Si mentẽ paulisper reuocet ad ea, quæ per Matth. 5. Matthæum ipſe dixit: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad cõcupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te: erue eum, & proijce abſte.* Et ad illa, quæ Matth. 4. Matth. à Meſsia noſtro geſta fuiſſe perhibet: *Et cũ ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: poſtea eſurijt.*

Iam vero quantũm orationi & meditationi cęleſti continuò conſecratis, gloriam & pompã huius mũdi ſtrenuè conculcantibus, oprobria inimicorum, falſa teſtimonia, irriſiones, inſidias, & cũcta conſceleratorum machinamenta fortiter negligẽtibus, recenti vitæ eius exemplo, ſemel atque iterum impartiatur: Quis nondum oculis ſuis cernit? Cûm Luc. nobis recenſeat, ipſum *Pernoctaſſe in oratione Dei.* Luc. 6. Et adhuc in agonia mortis conſtitutum, prolixius oraſſe: *Et factus eſt in agonia, prolixius orabat.* Lucas etiam, & Ioann. teſtentur, in hæc verba Meſsiam prorupiſſe: *Ego autem non quæro gloriam meam.* Luc. 22 Ioan. 8. Duobusq; falſis teſtibus illi falſa imponentibus Matthæi: *Hic dixit: Poſſum deſtruere templũ Dei, & poſt triduo illud reædificare;* Matth. 26 Meſſiam tacuiſſe, vt illa verba præſeferunt: *Princeps autem Sacerdotum ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur.*

Quantam verò communicauerit his, qui à parentibus, cognatis, amicis, principibus, & regibus crudeliſsimè varijs tormentorum, & ignominiæ generibus afficiũtur: eo quód iuſtitiæ, & honori Dei, atque proximorum ſaluti ſpirituali conſulant: Quis nondum experiri cœpit? Si perlegat illa, quæ Matthęi 26. dicuntur: *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.* Matth. 26 Lucæ 22. *Ieſus autem dixit illi: Iuda, oſculo Filiũ hominis tradis? &c.* Luc. 22 Luc. 23 Luc. 23

Pater,

Pater dimitte illis: non enim sciūt quid faciunt. Et illa, quę in Christi Passione gesta fuerunt Matthæi: *Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes autem, blasphemabant eum, mouētes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis Templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua te metipsum. Si filius Dei est: descende de cruce.* Matt. 27.

Et quam aliam, preter istam lucem fulgentissimam præsentem perpetuò cernunt, & contemplabantur & fuerunt vnquam contemplati omnes illi, quot quot omnia huius modi tā quam extercora existimātes, vt Christum lucri facerent: hinc in operibus misericordiæ exercendis, illinc in proximorum salute spirituali comparanda, cum magno vitę corporalis discrimine; noctu diuque occupantur, vt Christi imitatores esse possint. Præsertim acclamantibus cunctis Euangelistis, Messiam nostrum tanquam lucem maximè ignitam, & summæ & perpetuæ æstuitatis, continuò intentum fuisse: vt saluti spirituali & corporali suorum maximè prouideret, hinc cæcis visum, surdis auditum, mutis linguam disertam, paraliticis agilitatem, infirmis salutē, & mortuis vitā præstando: illinc peccatoribus vere pœnitentibus veniam impartiendo, seipsum pro culpis eorum crudelissimo mortis generi in holocaustum ignitū offerendo. Et vt vno verbo concludam; quis tandem aliquando lectitare valuit illa Pauli verba: *Viri, diligite vxores vestras; sicut & Christus dilexit Ecclesiā, seipsum tradidit pro ea vt illā sanctificaret, &c.* Et illa Ioan. *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos, &c. Non pro eis rogo tantum: sed pro eis, qui credituri sunt.* Et illa Lucæ: *Filius hominis non venit perdere animas: sed saluare.* Et illa Matthæi: *Venite omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.* Qui statim præsenture, & cernere non cœperit lucem splendidissimā, quam Messias noster vxoratis, pastoribus Ecclesiæ, principibus, & his qui gubernacula Rei publicæ tractant, illis sententijs, & diuinis testimonijs diffundere cœpit: vt illis illustrati, singuli muneribus sibi iniunctis â Deo sic satisfacere in dies valeant, vt in omnibus voluntati diuinę conformes fiant.

Ephe. 5.

Ioan. 17.

Luc. 9.

Matt. 11.

CAP. IIII.

Messiæ nostro tantum hæc verba: Mitte, &c. & veritatem tuam: adaptanda fore demonstratur.

INtroduxit iam vos (nec decipior) paulatim ista cælestis & admi-

admirabilis lux incognitionem claram, & manifeſtā ipſiusmet aduentus primi, ortus tempora lis Meſsię veſtri. Reliqum eſt, vt magis & magis notitia apertiſsima huius veritatis imbuami ni, gradum faciamus, quò lux iſta vnà cum alijs verbis a Pſal miſſa ſuperius allatis. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam* (vt clarius eandem doctrinam percipere, & attrectare poſsitis) nos vocat. Nam illorum ductu, certiſsimè vos cōſequturos ſpero, vt ſtatim illis à nobis explicatis, apertiſ.imè mentem Spiritus ſancti, eo teſtimonio latentem percallentes, in montem ſanctitatis eius, & in tabernacula Meſsiæ noſtri vnâ nobiſcum non ſolûm ducamini, veram intelligentiam illorum verborum conſequentes: ſed etiam reliquum veſtræ vitæ tabernaculum in hoc firmiſsimo, & excelſo ſanctitatismonte (Chriſtū dico) deinceps collocare, in ſummis & maximis bonis habēdum eſſe palàm fateamini, & prædicetis.

Neq; mirum profecto, cùm experiamur omnes non minori veritate, & proprietate Meſſiæ noſtro, inſtar illorum: *Mitte lucem tuam*: ſimiliter & iſta: *Et veritatem tuam*: adaptanda eſſe, imo debere. Quādoquidem intueamur omnes, Meſsiam noſtrum non tantùm lucē explēdidiſsimam ad depellendas denſiſsimas ignorantię & peccatorum tenebras extitiſſe: verùm veracem in omnibus, quæ ſeruanda docuit, & obſeruantibus illa certò dare eſt pollicitus. Quę licet prima facie aliquibus maximê diſtare inter ſe videantur: tamen ſi interius lucis, & veritatis naturam paulatim penetrare conati fuerint: ad exiſtimandum adducor ſtatim intellecturos, ita inter ſe hæc duo cohęrere, vt vix non ſolûm ſeparari, imo neq; alteram illarum, vt par eſt, abſque alia intelligi poſſe clariſsimè deprehendāt. Nam quæſo, qua nam ratione Meſsias noſter verê diſipare potuiſſet falſitatis tenebras, ſi lucis veræ naturam non conſequtus eſſet? Quavè ratione de illo acclamare poſſet Ioann. quòd erat lux non quęcumque, *Sed lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum?* (Chriſt9 veritas appellatur. — Ioan. 1.)

Et meritò quidem hæc omnia vera natura lucis inuolui, imo in Meſsia noſtro admirabili cōnexione copulata eſſe teſtari poſſumus. Nā prętérquam quod ipſemet huius ſolidę veritatis teſtimonium apertiſsimum præbuit, dicens Ioann. (Ioan. 14.) *Ego ſum via, veritas, & vita* ſimiliter adinueniemus, ſi paulìſper totius noui teſtamenti paginam euoluamus, omnia quæ docuit, & quę fecit, quæ promiſit, ſic veriſsima

riſsima extitiſſe: vt non ſolùm mendacij, aut falſitatis ſint expertia: verùm inſtar illius primæ veritatis,quæ nec falli, nec fallere poteſt, ipſamet veritas nuncupari aliqua ex parte poſſint. Et ſine dubio vocari iam debent: Quandoquidem ſi in altiſsimam eius doctrinam, quam in decurſu vitæ eius temporalis homines Meſsias docuit, ſiue ad mores bonos inſtruendos maximè expectantem, ſiue ad manifeſtationẽ ſacroſancti myſterij ſummæ Trinitatis,& aliorum cæleſtium myſteriorũ valde neceſſariam, ſiue aliorum ſacramentorum, quę in reparationem & inſtaurationem generis humani inſtituere eſt agreſſus, vt Iſaias prædixerat: *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam*: oculos conuertamus. Reperiemus ſanè, non ſolùm legem eius,legi antiquæ non aduerſari: ſed illam ſummè perficere, tot conſiliorum generibus eam exornando, & vni ſimul actus interiores ſimiliter reformando: ita vt meritò illam veterem, iam antiquatam cum Paulo appellare poſsimus. Adeoque veracem ſemper extitiſſe, quantùm ex ipſius conditoris doctrinæ præſtantia vnicuique colligere erit facillimum. Prȩſertim cùm non ſolùm acclament Euangeliſtȩ Patrem ȩternum,vt firmius doctrinæ Meſsiæ noſtri adhæreſcere poſſent fideles, in hæc verba prorupiſſe: *Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi complacui,ipſum audite*: verumetiam in confirmationem eorum omniũ quę docuit,& eſt pollicitus, ea miraculorum genera, numero infinita, & magnitudine admiranda omnibus ſpectantibus, palam ab illo edita fuiſſe: vt conſultò iam, vt Ioan refert,dicere potuerit: *Si non venißem,& loquutus eis fuißem: peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Qui me odit, & Patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent* Et iterum. *Non creditis,quia ego in Patre, & Pater in me eſt? alioquin propter opera ipſa credite.* Ioann. 15. Ioan. 14.

Nec immeritò his nominibus: *Mitte lucẽ,&c. & veritatẽ tuã*: Regium Prophetam poſtulaſſe Meſsiam noſtrũ fateri iam poſſumus: cũ ex ipſis vetuſtiſsimis annalibus habeamus, hucuſque nullatenus quẽpiam eorum,qui veſtigijs Meſsiæ noſtri adhæſerunt,eius legi Euãgelicȩ & prȩceptis obedientes, pertimiſcendas errorum carybdes,periculoſas errandi Scyllas,aut miſerandum naufragiũ fuiſſe periclitatum: ſed faciliimè & certiſsimè expertum fuiſſe, veriſsima ſemper extitiſſe,quæ Meſsias cun-

ctis

Ioan.8. ctis illum imitãtibus pollicitus fuit, nẽpe Ioa. *Qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris: ſed habebit lumen vitæ.* Et nũquid hoc vnũ vnâ ſimul nõ proclamabũt tot Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, Hilarij, Chryſoſtomi, Cypriani, Tertulliani, Cyrili, Gregorij, Bernardi, Damaſceni, Dionyſij, Iſidorij, Athanaſij, Aquinates, Bonauenturæ, & alij innumeri Eccleſiæ noſtre Proceres: qui tanquã ex equo Troiano, exferaciſsimo hoc noſtro Chriſtianorũ agro prodierunt nõ ſolũ, vt noſtram iſtam Religionẽ Chriſtianorum mirifice exornarẽt: ſed etiã in perpetuum tãquam ſtellę fixæ, in perpetuas ęternitates cæleſte illam Hieruſalẽ aliqua ex parte nobilitarent, illuſtrarẽt, & cõdecorarent? Equidẽ. Et ne immemores tanti beneficij aliquibus videantur, palã proclamabunt, eam abũdantiã huius cæleſtis lucis ab iſto magno noſtro luminari, inquam Chriſto illis fuiſſe communicatam: qua valuerunt nõ ſolũ cũctos huius hemiſphærij, ſed alterius incolas, & eos, quotquot vẽturi erãt, ſic illuminare: vt nullatenus abſq; grauiſſima reprehẽſionis nota a certa veritatis via diſcedere, aut aliquatenus deuiare poſſent.

Confirmatio 1 huius doctrinæ. Eia dicãt, quęſo, & palã nobis teſtetur, cũcti aduerſarij, & inimici noſtri, an forſan turpiter & ignominioſè à via veritatis deuiarent, defeciſſent, & in tot errorum, & falſitatis genera miſerè incidiſſent Gnoſtici, Audiani, Apocaritæ, Brachitæ, Dicartitę, Laſcodrogitæ, Theſalitæ, Tetraditæ, Seleucus, Hermias, Galatæ, Apolinaris, Luciferiani, Philaſter, Arabici, Olãdinus, Albigẽſis, & Priciliauus, modò affirmantes, animas eſſe Dei ſubſtantiã: nunc factas eſſe ab Angelo, aut ex igne & ſpiritu: modò ſaltim impiorũ hominũ in alia vita in Dęmones, aut bruta animalia cõuerti: nũc cunctas vnâ ſimul cũ ipſo corpore diſolui, & corũpi, aut ſaltim è corpore in corpus migrare: aut tandẽ antequã corpori infundantur illas peccaſſe, ob cuius peccati pœnã intra corpus tanquã intra carcerẽ includũtur: ſi ſolidã Chriſti doctrinam, veritatemq; Euangelicã, quã Meſsias noſter tot miraculis cõfirmauit, firmiter vt initio cœperũt, intra ſe amplectandam cõtinuò contendiſſent? *Caſtro cõtra hæreſ. lib. 2: fol. 35. & lib. 7 Hiſt: Trepart. c. 11.*

Si in via iſta Meſsiæ noſtri ambulaſſent, neq; ad ſiniſtram, aut ad dexterã partẽ declinaſſent, voluntarias tantũ, interpretationes Sacrę ſcripturæ ſibi excogitantes, vnquã deô pręcipites ferrentur, Baylardus, Arnaldus, Briſienſes, Almaricus, Cherintus, Papias, Begardi, Beguinæ, Armeni, Gręci, Iouiniani,

1

ni, tot deliramẽta circa beatitudinẽ hominum docentes? Hinc dictitãtes, Beatos nullatenus videre diuinam essentiam: sed claritatem quandam illius. Illinc fœlicitatem summam in carnis delitijs esse collocandã: in hac verò vita posse homines perfectã beatitudinẽ consequi. Hinc vnamquamque naturam intellectualem naturaliter esse beatã. Illinc denique Beatos pares esse in gloria.

Si in vera doctrina fideliter perseuerassent, & immobiles consisterent, an vsquam tot mẽdatiorum voraginibus miserandis immergi, & ingurgitari contigisset Appelli, Manicheo, Albaniensibus, Marcioni, Valentino, Vadianis, Armænis, Sabellio, Noetio, Arrio, Aetio, Eunomio, Acatio, Varimando, Maximino, Feliciano, Pascẽcio, Alogianis, Ignoytis, Macedonio? Docentibus his, duos Deos extare: illis Deum corporeum esse: his Deum mendacem extitisse: illis pluralitate personarum orbari: his Filium minorem Patre, quam plurimaque ignorare: illis asserentibus, Spiritum sanctum nullatenus Patrem adæquare, aut Filium.

Eusib. lib. 5. histo.

Trina. lib. 3. aduersus hæres.

Bernus de Lucẽburgo in suo Cathalog.

Si solidæ doctrinę Christi cõstanter adhærescerẽt, ita ne miserabiliter in tot errorum scyllas laberẽtur conscelerati illi Simon Magus, Basilides, Valentinus, Hyminæus, Caiani, Seuerianí, & Archontici audacter carnis resurrectionem futuram negantes? Aut illi, qui hunc articulum Fidei confitentes, palàm docere non erubuerunt, iterum corpora moritura, vt Origines? Omnes in sexu virili resurrecturus esse, vt Armeni? Potuissent namque, si in integrum Euangelicæ nostræ verę doctrinę Fidem adhiberent, sibi persuadere: vt impudẽter dictitarent, vt Erasmus, nullatenus posse credi ea, quæ intellectus noster non potest ratione naturali cõprehendere? Fidemque necessarió excludere bona opera, vt Enomius? Fidem per quodcumque peccatum mortale statim amitti, vt Lutherus? Messiam nostrum nõ fuisse verum Deum, vt Carpocrates, Theodotus, Artemon, & Photinus? Aut solam naturam diuinam habuisse, vt Appolinaris, & Proclianetæ? Aut duas in Christo fuisse personas, vt Nestorius, & Gnaseus? Aut vnam habuisse voluntatẽ, vt Macharius, & Monotelitæ? Aut nullatenus Christum crucifixum esse, sed Simonem Cirineum, vt Basilides? Aut non fuisse incarnatum propter hominum salutem, vt Bossus? Aut non resurrexisse, vt Cherintus? Aut sine carne ad cęlos ascendisse, vt Apelles?

Burgo in suo cathalogo.

Epiphan. lib. 8. hæres. 58.

Augusti. lib. de hæresib. c. 18. & cap. 30.

Histo. Tripartita libr. 5. c. 41.

Eusib. lib. 5. hist. Eclesiast. c. 28.

Trina. lib. 1. cõtra hæres. c. 18.

Tan-

Tandem ſi in intimis præcordijs eorum ea, quæ ipſemet Meſſias palam docuit, & cunctis tãquam veriſsima credenda annũciauit, & quę decurſu temporis cuncta Apoſtolorũ, & antiquorum Patrum, & Doctorum Eccleſiæ concors turba vnanimi conſenſione eſt amplexata, conſtanter retinerẽt; An vnquam aſſent tot errorum genera ad decipiendum alios, ne in via ſalutis ambularent, induſtria diabolica indies excogitare? Hàc, turpiter euomentes, vt Pelagius, nullum eſſe peccatum originale. Omnes mortales ante Paſsionem Christi eſſe damnatos propter peccatum noſtrorum primorum Parentum, vt Armenij? Peccatum non eſſe à libero arbitrio, ſed à Dæmone, & omne opus quantumlibet rectè factum eſſe peccatũ, vt Manichæus. Illac impie prędicantes, nullum peccatum imputari ei, qui habet talem, vt Aetius? Omnia peccata eſſe æqualia, vt Iouinianus? Semel iuſtificatum non poſſe amplius peccare, vt Begardus? Nullum eſſe peccatũ mortale præter infidilitatem, vt Melanton? Nullam eſſe differentiam inter peccatum mortale & veniale, vt Caluinus? Omne peccatum prædeſtinati eſſe veniale, reprobi mortale, vt Vviclef, & Eucherius? Quę omnia breuiſsimè Sap. complexa fuit, quãdo nomine iſtorum dicitur: *Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non illuxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* 575.

Sed ne aliquibus iam extra chorum & paleſtram ſaltare videamur, noſtræ diſputationis impetum omnino deſerentes. Reliquum eſt, vt eò quo huius noſtri certaminis ſagittę in principio à nobis collimabantur, feſtinanter properemus. Nec tamẽ ita celeriter, vt iã ſilẽtio neceſſariò inuoluere cogamur ea, quæ clarè & manifeſtè aductũ primũ Meſsiæ demõſtrant. Præſertim cũ nullus iã lectitans iſta verba Pſal. *Mitte lucẽ tuam, & veritatem tuam:* cohiberi poſsit, quominus magnis & ingentibus clamoribus inſtar Ioannis, qui dixit: *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* cũctis ſynagogis veſtris Meſsiam iamdiu aduentaſſe, imo tamquam digito illum demonſtrare ardenter nõ conetur: ne tanti criminis debitas pœnas, & perpetuas in alia vita perſoluat. Maximè cũ experiamur omnes, adeò veracem Meſsiam noſtrum in ſuis promiſsis ſemper extitiſſe, & fidelem in cunctis, quę eſt pollicitus: vt meritò compellamur cum ipſo Rege David proclamare, quaſi extaſi quadam correpti: *Domine, Deus exercituum, quis ſicut tu fortis; Dominus, & veritas* Ioan:1

Rc ritas

ritas tua in circuitibus tuis. Et ite-
Psal.145. rum: Fidelis Deus *in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis*. Et idē:
Psal.118. *Principiū verborum tuorū veritas*. Et non solū ista proferre, verū etiam illi vni adaptare, quæ idē Regius Dauid nomine Patris æterni de Mesia nostro est testatus, di-
Psal.89. cens: *Inueni Dauid seruum meū, oleo sanctitatis meæ vnxi eum, &c. & cōcidam à facie eius hostes eius, &c. & veritas mea, & misericordia mea cum ipso*.

CAP. V.

Quam verax extiterit Mesias noster in ijs quæ fuit pollicitus, fecit, & in futurum prædixit.

Confirmatio.2 ET Vt hæc omnia paulatim clarius cunctis innotescere possint, eia Rabbini literati, & in annalium monumentis maximè versati, in mediū nunc proferatis, vobis cōceditur locus, quis vnquā verbis Christi, quem nos audacter veritatē ipsam vnà simul cū Regio Dauide acclamare cogimur (fuerunt equidem innumeri instar stellarū cęlorū, & arenæ maris: quot nec numero comprehendi, nec animo concipi possunt) eius sanctissimis consilijs totus acquiescens: magnificas domos, amplissimos agros, innumeram argenti & auri abundantiā, charissimos parentes, aut amantissimos filios iucundissimos fratres, aut sorores volūtariè relinquere secū statuit, ob verba illa Metthæi: *Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut sororem, aut patrē, aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomē meum: centūplum accipiet, & vitam æternam possidebit*: qui statim in hoc sæculo in confirma- Matth.19 tionem huius promissionis illi à Mesia nostro factæ, & in signum amplissimi illius præmij, quod largiturus est illi Deus in alia vita, non tantū centum, sed centena millia fratrū, sororū, parentū pro vno parēte fratre, sorore, filio, domo, & agro fuerit singulariter assecutus? Quorum omniū testimonium fidelissimū non aliunde, quam ex santissimis Benedicti, Hieronymi, Augustini, Dominici, Frācisci, & alijs innumeris Ordinibus petere erit nobis facillimū: cum tantā multitudinis fratrum, sororū, parentum, & domorum abundātiam vnumquemq; illorum habere intueamur: quantū nec forsan potētissimis Regibus, industria humana, ingenti equitum & peditum turma, classe instructissima, & diuitiarum immensa multitudine assequi vnquam fuit permissum.

Eia dicite, quæso, quis vnquā inscrutabilē verbi diuini naturā pręter Patrem, aut personā Patris præpter Filium penitus pene-

Matth. 11 penetrare, *aut cui filius voluit*
reuelare, valuit? Matth. Quis vn
quam, iugū ſuaue legis Euange
licę ferre volūtariè, & ampleti
eſt aggreſſus, ſolicitè contēdēs
in cunctis ſuis actionibus opera
Chriſti imitari: qui non fuerit
ſuaui, & gratiſsima quiete inte
rius perfunctus? iuxta illud Mat
Matth. 11 thæi: *Tollite iugū meū ſuper vos,*
& diſcite à me, &c. & inuenietis
requiē animabus veſtris. Iugū enim
meū ſuaue eſt, & onus meum leue.
Quis vnquā in profundo ſuorū
peccatorum ſceno voluptans,
abſq; vera & ſaluberrima cōtri
tionis & pœnitentię medicina,
ſalutē ſpiritualem fuit aſſequu-
Luc. 13. tus? Lucę: *Sed niſi pœnitentiam*
habueritis, omnes ſimiliter peri-
bitis. Quis bonorū cœleſtiū par
ticeps factus fuit, aut ianuas re-
gni cælorū ingredi meruit: qui
innocentiā, māſuetudinē, & hu
militatē parbulorum imitari in
integrum nō contenderit? Mat
Matt. 18. thæi: *Niſi conuerſi fueritis, & ef-*
ficiamini ſicut paruuli: non intra-
bitis in regnū cælorum. Quicūque
ergo humiliauerit ſe, ſicut paruu-
lus iſte: hic eſt maior in regno cæ-
lorū. Quis vnquam firma ſpe,
in nomine Chriſti aliquid quod
ſibi, aut Religioni ſummè ex-
pediret, à Patre eius impetrare
fuit conatus: qui nō fuerit illud
Marc. 11. aſſequutus? Marc. *Habete fidem*
Dei. Amen dico vobis, quia quicū-
que dixerit huic monti; tollere, &
mittere in mare, & nō hæſitauerit
in corde ſuo, ſed crediderit: quia
quodcūq; dixerit, fiat, fiet ei, &c.
Quis vnquā ex toto corde, &
anima dilexit Meſsiam, eiuſq;
ſermonem ad vnguē ſeruauit:
qui non ſtatim fuerit in ſe ex-
pertus, ſummum illum amorē,
quo à Filio & Patre diligitur:
& ſplendidiſsimā Dei notitiā,
qua interius illuſtratur? *Si quis*
me diligit, ſermonem meum ſerua-
bit: & Pater meus diliget eū, &
ad eum veniemus, & manſionem
apud eū faciemus Ioan. Quis vn Ioan. 14.
quam à fide Chriſti ſegregatus,
ſuauiſsimum fructum bonorū
operum prębere potuit, quomi
nus tanquam palmes à vite ſua
exciſſus, ſtatim non aruerit? *Si-*
cut palmes non poteſt ferre fructū
à ſemetipſo, niſi manſerit in vite:
ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ioan. 15.
Ioann. Quis credidit in Chri-
ſtum fide perfecta: qui non va-
luerit eadē miracula, quæ Chri-
ſtus edidit, quoties oblata fue-
rit illi occaſio, aut vrgeret ne-
ceſsitas, vt Fides & Religio
Chriſtiana firmius radicaretur,
aut amplius proſeminaretur, fa
cillimè pręſtare? *Amē dico vobis,*
qui credit in me, opera quæ ego fa
cio, & ipſe faciet, & maiora horū
faciet. Ioa. Quis ad ſacroſanctū Ioan. 14.
Euchariſtię Sacramētum dignè
accedere valuit: qui arctiſsimo
amoris vinculo cum Chriſto
non fuerit copulatus? *Qui man-*

ducat me, viuet propter me. Quis venit ad Meſsiam noſtrum, & illi fidẽ adhibuit, qui vnquam eſurierit, aut ſitierit? *Qui autẽ biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Et Ioa. *Qui venit ad me, nõ eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet vnquam.* Quis vnquam incredulus fuit Filio, qui viderit vitam longæuam, & iram Dei ſuper illũ ſemper imminere non fuerit continuo periclitatus? *Qui incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira* Dei *manet ſuper eum.* Quis vnquam abſq; eo, quod renaſceretur ex aqua & Spiritu ſancto, introiuit, poſt Chriſti Euangelij ſufficientem promulgationẽ, in regnum Dei? Ni*ſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum* Dei. Ioan. 3. Quis ſpontaneè vitam ſuam ob defenſionẽ honoris Chriſti, & Euangelij eius, morti exponere concupiuit, imo expoſuit: qui poſtea multis miraculis ab ipſo editis, ſalutẽ æternam, quã intercedente morte fœliciter ipſe ſortitur, non palam confirmauerit? Matth. *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum corã* Patre *meo.* Et *qui perdiderit animã ſuam propter me inueniet eam.* Quis denique vſq; in finem executioni legẽ, & doctrinam Euãgelicam mandare ſollicite fuit intentus: quem perijſſe teſtari vos poſsitis? Ioan. Si *quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.*

Ioan. 6. *Ioan. 3.* *Matth. 10* *Ioan. 8.*

Quòd ſi ad ea opera mirabilia, quæ decurſu vitæ mortalis Meſsiæ noſtri, in confirmationem & teſtimoniũ eius doctrinæ, quam ipſe promulgauerat, edidit, pauliſper mentem reuocemus: nec minus veracem exnunc Meſsiam noſtrum vbiq; ſe prędicare iam cuncti compellemur. Præſertim cùm omnes experiamur, eum nõ mira arte, aut ſubtili fallatia & illuſione quadam fabuloſa ſenſuum exteriorũ, qua animas Dæmones decipere ſolẽt: aut corporeis elemẽtis vtentes, quibus ipſi ſeductores mira facere aſſueſcunt, faciẽtes, vt in lucem prodeant occulta ſemina, quę à conditore rerum ſunt illis impreſſa, vt Auguſt. refert. Sed inſtar illorum portentorũ, prodigiorum, & ſingularium miraculorũ, quę quõdam Deus antiquitus in confirmationẽ omnipotentiæ ſuę pręſtitit, faciens vt ſterilis Sara, Abrahæ vxor eo tẽpore ſenectutis, quo nec parere, nec eſſe fœcunda poterat, conciperet: Lot liberaretur de incendio Sodomorũ, & vxor eius in ſalem cõuerteretur: diuideretur mare Rubrum, vt illius diuiſione Hebræi ſaluarentur, Ægyptij ſumergerentur, aquæ vero illæ, quæ ob illarum amaritudinem guſtari

Confirmatio 3

Auguſt li br. de Trinita. & lib. 4.

Geneſ. 18.

Num. 11. guſtari non poterant, dulceſce-
rint: manna de cęlo deſcēderit,
ea admirabili diſpoſitione: vt
quidquid amplius præter mēſu-
ram illis conſtitutā colligerent
Hebræi, ſtatim exortis vermi-
bus putreſceret: caſtra eorū vo
latilibus cęli cōplerentur: orā-
te veró Moyſe, manibusq; eius
Num. 20. in modū crucis extēſis, hinc &
illinc hoſtes populi Iſraelitici
fugarētur, hiatibusq; terræ viui
multi cōcluderentur: petra vir-
Num. 21. ga percuſſa inundantes riuos a-
quarum effunderet: & cunctorū
morſus ſerpentum, ligno exal-
tato, ſanarentur: ea inquam
vera, admiranda, & ſtupenda
miracula Meſsiam noſtrū edi-
diſſe, quę veram eius diuinitatē
palam cunctis nationum generi
bus oſtentarent.

Et quid nê aliud teſtantur,
aut proclamant illa aqua in vi-
num, verbo eius tantum, repen-
tina conuerſio? illa admiranda
tot leproſorū emūdatio, pro-
digioſa tot claudorum manda-
to eius ſanatio, admirabilis illa
cæcorum à natiuitate illumina-
tio, ſurdorum, & balbuciētium
clara ad audiendum & loquen-
dum articulata expeditio? Illa
claudorum inuiſa in integrū re
ſtituta ſanitas, lunaticorū mor-
borum ſaluberrima expiatio,
& perennis fluxus ſanguinis
mulieris illius retardatio? Inu-
ſitata, inaudita & inuiſa illa
malignorū ſpirituum à corpo-
ribus humanis propulſatio por
tentoſa, tot mortuorum reſur-
rectio, & ſtupenda Chriſti de
ambulatio per mare, tāquā ſi in
ſolido pauimēto circūferretur?
Miraculoſa refectio illa tot mil
lium hominū, quinque panibus
& duobus piſcibus ab eo facta?
Et vt vno verbo cōcludā, quid
nê aliud præſeferūt tot miracu
lorū genera ab ipſo facta? quæ
ſi typis mandarentur, vix mū-
dus capere illa poſſet.

Et nê hæc fabuloſa eſſe ali-
quando arbitremini: ſemel ac
iterum perlegatis, quæſo, illa
Marci: *Veſpere autem facto,* Marc. 1.
cum occidiſſet Sol, afferebant ad
eum omnes male habentes, & Dæ-
monia habentes. Et illa Luc. *At* Luc. 4.
ille ſingulis manus imponens, cura
bat eos. Exibant autē Dæmonia à
multis, clamantia, & dicētia: Quia
tu eſt filius Dei. Et increpans, nō
ſinebat ea loqui: quia ſciebant ip-
ſum eſſe Chriſtum. Et illa eiuſdē: Luc. 6.
Et deſcēdens cū illis, ſtetit in loco
campeſtri, & turba Diſcipulorū
eius, & multitudo copioſa plebis
ab omni Iudæa, & Hieruſalem, &
Maritima, & Tyri, & Sidonis:
quæ venerant, vt audirent eū, & ſa
narentur à langoribus ſuis: & qui
vexabātur ab ſpiritibus immūdis,
curabātur. Et omnis turba quære-
bat eū tangere: quia virtus de illo
exibat, & ſanabat omnes. Et illa Marc. 6.
Marc. *Et quocumque introibat in*

 vicos,

vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos. Et deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti illius tangerēt. Et quot quot tangebant eum, salui fiebant. Quod si istis testimonijs nō vultis assentiri, queso, memoria retineatis, quæ Iosephus vester, sermonem instituēs de Christo, dixit: *Extitit eo tēpore Iesus, sapiens, siquidē virum eum dicere fas est. Erat enim operum opinionem fidéque omniū excedētiū effector: & omniū eorū qui veritatē amplectebātur, magister. Multos enim simul ex Iudæis, & Græcis à superstitione, disciplina sua, asciuit.*

I. Ioph. 18. lib. antiq.

Confirmatio. 4 Quòd si ad ea omnia, quæ in futurū euentura esse certissimè annunciauit, aliquantulū cogitationem nostram applicare contendamus: sine dubio vobis iureiurando polliceri possum, sic in omnibus verissima Mesiam nostrū prædixisse: vt illa non tanquam futura, sed iam sibi maximè presentia contēplantem annunciasse, fateri cōpellamur.

Et quid mirū? cùm teste Aristotele, ex verô semper verum necessariò consequatur, prædicet iam, & palā testetur Lucas, Mesiam nostrū Discipulis suis annūciasse illa verba miserationis & doloris plenissima: *Ecce ascendimus Hierosolymam: & consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquā flagellauerint, occident eum, & die tertio resurget.* Quę quidem antiquitus copiosissimè Isai. & Oseæ prædicta fuerant: & à maioribus vestris in expositione minori Genesis satis clarè declarata.

Luc. 18.

Isa. 51. 52. & 53. Ose. 6.

Cùm tanquam testis occulatus, affirmet Matthæus, Mesiā nostrum non solū à Iudæis dolo captum, colafis cœssum, sputis defedatū, crudeliter flagellatum, a Gentibus illusum, crucifixum, & morti traditū: verùm gloriosam victoriā de inimicis suis, eius admirabili Resurrectione, reportatum fuisse. Quod postea cōfirmasse intuemur Iosephum dicentem: *Et cùm eū Principum apud nos virorum delatione Pilatus crucis supplicio affecisset, &c. apparuit quippe illis tertio post die superstes, ac rediuiuus.* Et Rabbi Hadarsam in expositione lib Genes. & in lib. Melchita, super illud Psal. *Quoniam momentū in ira eius.* Et Rabbenuhacados in lib. Reuelator arcanorū, & Metdrastehellin. Ioan. doceat Christū prædixisse Discipulis suis, se missurū esse super ipsos Spiritū sanctū, qui docturus erat illos omnē veritatē: *Sed ego veritatē dico vobis, expedit vobis, vt ego vadā. Si enim ego nō abiero: Paraclitus nō veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eū ad vos, &c. docebit vos veritatem.*

Matt. 26.

Ioseph. libr. 18.

Psal. 3.

Ioan. 16.

Quæ

Iſai. 44. Quæ omnia præſentire viſi ſũt Iſai. *Effundã ſpiritũ meũ ſuper ſemen tuum, & benedictionem meã ſuper germina tua: & germinabũt quaſi inter herbam.* *Ezech 36* Et Ezechiel, vt Rabbi Ionathã tranſtulit: *Et ſpiritũ meũ dabo in medio veſtri.* *Zacha. 12* Et Zacha. *Effudam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem, ſpiritũ gratiæ, & deuotionum.* *Ioel. 2.* Et Ioel: *Et erit: Poſt hæc effundam ſpiritũ meũ ſuper omnem carnẽ & prophetabunt veſtri filij, & filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, iuuenes veſtri viſiones videbunt.* Nam iam ad integrum adimpleta fuiſſe teſtantur ipſi *Act. 2.* Apoſtoli Actor. dicentes: *Et cũ cõplerentur dies Pentecoſtes, erãt omnes pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de cælo ſonus tã quam aduenientis ſpiritus vehemẽtis: & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpartitæ linguæ, tanquã ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.*

Solicite nos admoneat iam *Marc. 14* Marcus, Meſſiam noſtrũ prędixiſſe miſerabilem diſcipulorũ in nocte Paſsionis ſuæ diſperſionem, *Omnes ſcandalizabimini in me nocte iſta, quia ſcriptum eſt: percutiã paſtorem, & diſpergẽtur oues, &c.* Et ſimiliter Petri negationẽ, *Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, prius quàm gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus.* Iudæ proditionem, *Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.* Nam Matth. & Ioann. hæc *Matt. 26.* omnia tanquam pręterita receſere non recuſant. *Ioann. 18.*

Si autem ea quæ Apoſtolis ſuis certiſsimè euẽtura eſſe annunciauit, paulatim examinare contẽdimus, videlicet, quę Ioã. dicũtur: *Memẽtote ſermonis mei,* *Ioan. 15.* *quẽ ego dixi vobis: Non eſt ſeruus maior domino ſuo: ſi me perſequti ſunt, & vos perſequentur.* Et Matthęi: *Matth. 10* *Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporũ, &c. Cauete autẽ ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & ſynagogis ſuis flagellabũt vos: & ad Præſides, & ad Reges ducemini proter me, in teſtimoniũ illis, & Gentibus. Cùm autem tradent vos: nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini. Non enim vos eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Quis iam euẽtibus horũ omniũ pręteritis ſummopere non delectatur, & Meſsiã noſtrũ veracẽ extitiſſe palàm prædicare totus non incũbet? Cùm diu vetuſtiſſima annalium monumenta teſtentur, non ſolùm Petrum & Paulum, Petrum pedibus ſurſum ſublatis in crucem actum, *Calixtus lib. 2. c. 36* Paulum vero gladio à Nerone Romæ fuiſſe peremptum: Iaco- *Tertul.* bũ fratrem Domini Hieroſoly- *Caius.* mis à Iudęis lapidibus obrutũ,

Epiſtp in 5 lib. comment ii is rum ſuit.

lignoque duriſsimo caput eius fuiſſe comminutum: Andræam in Achaia ab AEgea Proconſule crucifixum: Philippũ & Bartholomæum Hyerapoli, alterũ altiſsima mola eius collo impoſita, ſuffocatũ, alterũ verò patibulo ſuſpenſum: Thomã apud Pobranam Indiarum ſemotiſsimam ciuitatem, latere eius telis transfoſſo, peremtum fuiſſe: Alphęum apud Oſtraniam ciuitatem in ſemotiſsimis AEgyptiorum confinibus conſtitutam, à Gentilibus ligno affixum fuiſſe: Simonem Zelotem apud Libiam: Mathiam apud AEtiopiã crudeliſsimè necatos fuiſſe: Matthæum apud Mirnineam vrbẽ glorioſiſsimum martyriũ ſubijſſe: Marcum apud Alexandriã Bucelli immaniſsimè raptatum ab Idolorum cultoribus, vltimũ ſpiritum dediſſe: & Lucã apud Græciam ex fructifera olea arbore ſuſpenſum: verùm ea verba in conſpectu omnium, ſapiẽtię diuinæ, & amoris flagrantiſſimi in Deum pleniſsima edidiſſe, quæ vere Chriſti Diſcipulos extitiſſe palàm oſtentabant, & immortalis memoriæ digniſsimos eos reddere valuerũt. Quæ tamen vt clariùs à vobis percipi, & manibus cõtrectari poſſint: quæſo pauliſper horũ Apoſtolorum, & aliorum quam plurimorum militum Ieſu Chriſti crudeliſsima martyria memoria veſtra euoluatis. Vt clarè deprehendatis, ita eos prudentes, quoties reſpondendi locus ad tyrannos illis cõcedebatur, aut ab illis efflagitabatur, ſicut conſtantes in ferendis acerbiſsimis cruciatibus extitiſſe: vt diu, & modò etiam quam plurimos dubios, & ſolicitos tenuerit hæc vna res, an inquam magis prudentia, & ſapientia, quàm fortitudo, & conſtantia diuinitus in illis floruerint.

Nicephor. lib 2. c. 40 4. 42. 43 & 44.

Et quid nam aliud nobis, aut vobis colligere, aut ſuſpicari iã licet? Cùm dudum adinueniamus, vt clariſsimè vetuſtiſsimæ hiſtoriæ teſtantur, Acto. 7. Eſtephanum iam iam martyrio appropinquantem, poſt tam longam & facundam orationem, quam in conſpectu Iudæorum, eorum præcipuè, qui maximè ſanguinis Chriſtiannorum ſitiẽtes erant, cùm nullatenus illos à ſuo malo propoſito auertere potuiſſet, in hæc verba fortiter prorupiſſe: *Dura ceruice, & incircũciſis cordibus, & vos auribus ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos. Quem Prophetarum non ſunt perſequuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu Iuſti: cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis. Qui accepiſtis legem in diſpoſitionem Angelorum, & non cuſtodiſtis.*

Actor. 7.

Paulum verò coram Rege Agrip-

Agrippa, & Feſto Præſide Romano non tantum palàm legẽ Chriſti defendiſſe, dicentem: *Auxilio autem adiutus Dei vſque ad hodiernum diem, ſto teſtificans minori atque maiori, nihil extra dicens quam ea quæ Prophetæ loquti ſunt futura eſſe: & Moyſes: ſi paſſibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum lumen annunciaturus eſt Populo, & Gẽtibus.* Sed etiam Feſto illi dicente: *Inſanis Paule?* Intrepidè illum ei reſpondiſſe: *Non inſanio,* inquit, *optime Feſte ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor, &c. Opto apud Deum & in modico, & in magno non tantùm te, ſed etiam omnes qui audiunt me, hodie fieri tales, quales ego ſum, exceptis vinculis his.*

Act. 26.

Iacobum verò præcipitationi è pinnaculo, & obrutioni lapidum iam vicinum, Iudæis illi obicientibus. O iuſte, tibi omnes optemperare debemus? & quandoquidem Populus fide ſua de Ieſu Chriſto ſeductus erat, annuncia nobis, quid ſit Ieſu? in iſta verba prorupiſſe: *Quid me de Ieſu filio hominis interrogatis? ipſe ſedet in cælis ad dexteram magnæ virtutis & poteſtatis: venturuſq; eſt in nubibus cæli.* Barnabam vero diris cruciatibus Salamine expoſitũ, palàm dictitaſſe: *Præſentis vitæ res ſiue proſperæ, ſiue aduerſæ illæ ſint, breues & caducas eſſe: futuri autem ſæculi bona ſemper in eodem ſtatu permanere. Ideo obſecro vos Fratres, vt in gratia & fide Domini noſtri Ieſu Chriſti firmiter permaneatis, & eius præcepta obſeruetis, ab omni prauo opere mentem & manus cohibentes.* Bartholomæũ crucifixioni adſtantem, totum gaudio cœleſti perfuſum proclamaſſe: *Salue, inquit, crux, per quam humanum genus gaudio affectũ eſt, mors mortem diſſoluit, & mortales ipſos immortalitate donauit. Dulciſsimum vehiculum mihi ad cælos cõſcendenti: ad te aſcendo neque moram duco, iam enim tempus meum impletum eſt.*

Simon Metaphraſtes.

Andrẹam verò in patibulo iam diu conſtitutum, Ægeæ contendenti vt contrariam mutaret ſententiam, vt ſic ſtatim de patibulo deponeretur, acclamaſſe: *Quid tu ad nos Ægea veniſti? Si vis credere Chriſto, ſicut promiſi, aperietur tibi via indulgentiæ. Si autem veniſti ad hæc tantùm, vt me ſoluas: ego penitus hinc de iſta cruce, viuens in corpore deponi non potero. Iam enim Regem meum video, iam adoro, iam conſpectui eius conſiſto: Sed de tuis miſerijs doleo, quia paratus te expectat æternus interitus. Cura pro te miſer, dum adhuc potes: ne tunc incipias velle, cum non poteris. Ne permittas Domine Ieſu Chriſte me famulum tuũ, qui propter nomen tuum pendeo*

in cruce, solui: nec permittas eum qui iam per crucem tuam cognouit magnitudinem tuam, ab AEgea homine corruptibili humiliari. Sed suscipe me tu Magister meus Christe, quem dilexi, quem cognoui, quem confiteor, quem cernere desiderio: in quo sum id, quod sum. Sanctos verò Ionã & Barrachasium coram Magis Saporis Regis Persarum, imminentibus mortis cruciatibus, alterum dixisse: *Nunquam negabo Dominum meum Iesum Christum, viuentem in secula: quoniam ipse est spes omnium Christianorum: nec confundentur, qui sperant in eum. Sic enim nobis pollicitus est: Amẽ amen, inquiens, dico vobis, quisquis me negauerit coram filijs hominum, & ego negabo eum coram Patre meo, qui in cælis est. Quæ cum ita sint, facite in me, quidquid in nos mandatum est. Neq; enim puteris nos Dominum Deum derelicturos, aut ab illo vllis rebus defecturos, qui nobis concessit, vt sanctæ eius domui seruiremus. Et nobis dixit: Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur?* Alterum vero alta voce acclamasse: *Quis enim mẽtes eius excæcare potuisset, vt relicto eo a quo ipse creatus est, adoraret ea, quæ creata sunt, vt hominibus seruiant. Si adoranda essent, non seruirent hominibus, sed homines illis inseruirent. Cum igitur ignis constitutus sit seruus noster ab eo, qui fecit illum: iniquum est nos velle cogere, vt ignem adoremus, quem Deus ad humanos vsus creauit: & abnegemus ipsum Deum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt.*

Sed quando iam per immensum & profundum insignium rerum dicendarum pelagus me enauigare sentire iam sentio, ita vt si omnia sapienter dicta ab inuictissimis nostris Martyribus, crudelissimis mortis tormentis constitutis, in mediũ adducere tentarem: tempus, papirum, & vitam mihi prius, & cunctis scriptoribus defectur ã esse intuear, quã aliqua ex parte tantæ, & tam difficili prouinciæ satisfacere esset mihi concessum: præsertim si ad vnguẽ stupenda quoq; miracula, quæ in confirmationem Euangelij Christi, & illorũ verborũ quæ ipse dixit, Ioa. *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*: in medium adducere nunc temere conaremur. Equum est, & rationi maximè consentaneum, vt ad illa quæ prædixit Messias noster opulẽtissimæ illi ciuitati Hierusalẽ, gradum faciamus: vt illis attentè consideratis à nobis, semel ac iterum Messiam nostrum publica voce summè veracẽ, imò & veritatem ipsam acclamare compellamur. Ioan. 14.

Et cogemur iam profectò, quã doquidem ſi animo luſtrare voluerimus ea, quę Meſsias noſter in cõfirmationem illorum quæ Iſai. dicuntur: *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſucceſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtatione hoſtili. Et derelinquetur filia Sion ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario: & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur*: Matt. dixit: *Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſsi ſunt: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* & Matt. *Videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui nõ deſtruatur.* & Luc. *Cum autem videritis circundari ab exercitu Hieruſalem: tunc ſcitote, quia appropinquauit deſſolatio eius, &c. Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira in populo hoc: & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Hieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.* & Luc. *Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia & ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nũc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndiq́; Et ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt. Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ*: certiſsimè adinueniemus, ſi Ioſepho & Cornelio Tacito fides eſt adhibẽda, ita miſerè & luctuosè cuncta iſta infortunia incolis Hieruſalem eueniſſe: vt vix iam ſine lachrymis à nobis receſeri valeant. Præſertim cũ non ſolùm nobis referant hij grauiſsimi authores, tam graui & inaudita fame ciuitatem illam vndique fuiſſe tunc afflictam, cum à Romanis, & cæteris barbaris nationibus oppugnaretur: vt homines in abditiſsima quæq; ædium cõclauia ſeſe abdentes, quidã propter famẽ ſummã frumentũ ipſum inelaboratum ederent: quidã verò, prout neceſsitas extrema, timorq; magnus eos vrgebat, id in formã panis redigerẽt, & ex igne ipſo extracta adhuc incocta, & cruda frumẽta caperent: ex pauperibus autẽ mulieres, ex virorũ liberi, ex patrũ, matres ex infantium ore cibũ per vim rapientes extraherent. Eoq; famẽ in illos fuiſſe increbratã, vt cuncti cingulis, & calceamẽtis, & pellibus ab ſcutis detractis, &

Iſai. 1. Matt. 23. Matt. 24. Luc. 21. Luc 19. Ioſeph. li. 5. hiſtoria. Corne. Tacit. lib. 22.

& quisquilijs pro cibo vterentur: & quod magis est, vt matres filios suos necarent, vt illis pascerentur. Ex quibus consequtum fuit, non solùm vt domus mulierum, & infantum cadaueribus plenę essent, in angiportubus infinita senum multitudo mortua iaceret: pueri, & adolescentes, intumescentibus corporibus, tanquam idola & simulacra in foro circumeuntes, vbicumque casus occupasset, conciderent: multi in loculos suos, & sepulchra prius descenderent, quàm extrema adesset necessitas: illosque vocarent beatos, qui prius discessissent, quàm tantam experirentur famem. verùm (vt Eusebius & idem Iosephus testantur) ex Iudæis vndecies centena millia fame & ferro ocubuisse, & nonaginta millia in durissimam seruitutem redactos fuisse: vt hinc illos bestijs, illinc teatris, & venditioni exponerentur. Quæ cũ ita se habeãt, cõsultò equidem Saluator noster, Marc. dicere potuit: *Ecce prædixi vobis omnia.* & Ioan. *Hæc locutus sum vobis: vt cùm venerit hora, reminiscamini, quia ego dixi vobis.*

Euseb. li. 3 cap. 8.
Ioseph. lib. 7. c. 26.
Marc 13.
Ioan. 16.

Cõfir. 6 Quòd si vlterius promissionem illam Christi, populo suo Christianorum factam illis verbis Matth. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem sæculi*: qua vna clarissimê pollicetur Christus nobiscũ se perpetuó inhabitaturum esse, non tantûm per essentiam, potentiam, & præsentiã; sed per præsentiam sacramentalem, totũ inquam, latentẽ sub specie panis & vini: vt sic cibus spiritualis esset animarum Fidelium, instar illius cibi, quo aluntur Beati in alia vita, vt insinuauerat Psal. *Et erit placentula frumenti in terra, in capite montium.* Vel vt Chaldæus legit: *Erit substãtificus panis in terra, in capite montiũ.* Vel vt Rabbi Ionatam (vt in lib. collectionum refertur) *& erit sacrificiũ panis in terra, in capite montium*: exactius discutiendam conamini, vt quantam veritatem in se contineant vos ipsi Iudæi palã inde cognoscatis: in hac vna re sæpesæpius contendatis, iterum atque iterum rogo. Ea lege & conditione inter nos habita, vt quidquid ex ista curiosa, & ingeniosa discussione interius senciatis, id vnum palàm exterius nobis & cunctis prædicare non dedignemini.

Matt. 28.
Psal. 72.

Nam si id præstiteritis, consequemur, quod tandiu desideramus: nempe vt exnunc publicê fateamini, nũquam Deũ, priscis illis est antiquis temporibus, maioribus vestris ita propitium, beneuolum, & amicum fuisse, ac se exibuit, & præbuit

populo

populo noſtro Chriſtiano. Præſertim cùm eo non ſicut cum Adam per breue tempus, aut cum Noe, Abraham, Iſaac, Moſe, Dauid, aut Salomone per aliquot annos: ſed per tot annorum curricula abſque vlla temporis intermiſsione ſic amice, & ſingulariter commorari dignatus fuerit: vt meritò proclamare poſsitis, inſtar Moyſis, qui dixit Deuteron. *Quæ enim eſt gens magna, cui ſint Dij propinqui, ſicut Dominus Deus noſter in cunctis, quibus inuocauerimus eum?* Et quæ eſt gens magna, ſicut populus Chriſtianorum, cui Deus tanquam amicus, ſodalis, frater tandiu illorum conſpectui præſens adſtat; & cum illo futurus erit vſque ad conſummationem ſæculi? Vt non ſolùm illos viuificet, ſuſtentet, nutriat, conſoletur, & tueatur: verum illos ducat in requiem ſuam, in domum perpetuam, & in cæleſtem illam beatitudinis patriam manu ſua introducat.

Deut. 14.

Et id verum proclamare vos iam me ſentire ſentio, ſi attentè ſpatium illud longinqui tẽporis, a quo Religio ſancta Chriſtianorum, per vniuerſas mũdi prouincias vſque in hæc noſtra tempora, cæleſti Spiritus ſancti aura proſperè flante, propagari cœpit, nunc recenti memoria repetere volueritis. Quãdoquidẽ ſtatim adinuenietis, eiſdem temporum curriculis, quibus vos miſere tanquam impij, nefarij, & infideles Deo, ſolo proſtrato Hieroſolymorũ ſanctiſsimo Tẽplo, & euerſa cũcta illa ciuitate oppulẽtiſsima Hieruſalem, tanta maiorum veſtrorum ſanguinis effuſione, iuſtiſsimè per Romanos tanquam viliſsimi ab illa expulſi, huc & illuc vagi, abſque Rege naturali, ſummo ſacerdote, & Tẽplo Dei cum magno veſtro dedecore ambulatis: eiſdem met abſque vlla temporis intermiſsione Chriſtum redemptorem noſtrum tanquam amantiſsimum ſponſum, patremque indulgentiſsimum cum chariſsima ſponſa ſua, Eccleſiam dico, diu noctuque cohabitaſſe, non ſolùm particulari prouidentia illam regendo, & gubernando, & ab innumeris inimicorum, & aduerſariorum iniurijs & calumnijs immunem ſemper tuendo: verùm cum illa ſingulari, & omnium admirabili præſentia (licet inuiſibiliter, tamen verè corporaliter, & realiter vna ſimul cum diuinitate) commorando. Ob quod immenſum, inuiſum, & inexcogitatum beneficium, in Canticis præfiguratum, illis verbis: *Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* & illis: *En iſte ſtat poſt parietem noſtrum, proſpiciens e feneſtris, proſpiciens e cancellis.* Cant. 1.

&

Cant. 7. & illis Cant. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*: ferio tryũphantem Dauid, nomine totius Ecclesiæ Christianorum gratias agentem, Deo dicere cuncti intuemur: Psal. 2. *Benedic anima mea Domino: & omnia viscera mea nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnium retributionum eius. Qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de corruptione vitam tuam, qui coronat te misericordia, & miserationibus. Qui replet bonis buccam tuam, &c.*

Respõ. obiectio Nam quamuis vobis minime negare possimus, vix vllum tẽpus post gloriosam illam, & admirabilem Christi ad cęlos Ascensionem hucusq; præterisse, in quo Ecclesia hęc nostra Christianorum hinc à tyrannis crudelissimis, illinc à perfidis maioribus vestris, hinc ab execrandis hæreticis, illinc ab infidelissimis sarracenis, hinc à barbaris gentibus, illinc ab exteris, & remotissimis nationum generibus potenter, & crudeliter & continuò non fuerit expugnata, afflicta, & sæpesæpius dilacerata, & percussa: vt vix pace, & quiete vlla exteriori frui illi fuerit concessum. Tamen renuere vos minime vnquam poteritis, illam diuinitus non solũ tanquã *lectulum Salomonis, quod sexaginta fortes circumdabant ex potentissimis Israel, omnes ipsi tenẽtes gladiũ, docti bellatores, vniuscuiusq; gladius super femur suum*: Cant. 3. semper inuictam, & inexpugnabilem vestrismet oculis vidisse, tot tãtisq; strenuis militibus abundantem, qui gladio Euãgelij Christi vndiq; accincti, in illius defensionem, etiam cũ mortis periculo euidenti, anxie, vehementer, & viriliter insurrexerunt: vt sic palam Salomõ prædicare potuerit de ea: *Faces eius faces ignitæ, flãmæ vehemẽtissimæ: aquæ multæ non potuerunt extinguere dilectionem, & flumina non inundabunt illam*. & iterum: Cant. 8. *Terribilis vt castra cum vexillis*; Cant. 6. verum etiam nunquam dulcissima Christi præsentia sub sanctissimo Eucharistiæ sacramento, siue in cryptis Martyrũ, siue in locis subterraneis, tot persecutionibus lacessitam, sic prorsus orbatã fuisse: quominus spõsus meritò dicere non valuerit, de ea: Cant. 8. *Vinea mea quæ est mihi, coram me est.*

Neq; mirũ alicui vestrũ esse debet doctissimi Rabbini, quod Messias noster, tanquã magnus & verus Dñs, & excelsus super omnes Deos: *Qui transfert montes, & non cognouerunt homines qui subuertit eos furore suo, qui commouet terram e loco suo, &c. qui dicit soli, vt non oriatur, & non orietur: & adhuc stellas nẽ luceant, signauit: qui extẽdit cælos solus,*

Iob. 9. *ſolus, & ambulat ſuper excelſa ma*
ris: qui facit arturum, oriona, &
hiadas, & plagas Auſtrales, &c.
fundauit terram in ſtabilitate ſua:
Iob. 38. *clauſit oſtijs mare, & dixit:* Huc-
uſq; venies, & non addes, vt tran-
ſeas, & hic pones elationem fluctuũ
Iob. 9. *tuorum: qui facit magna abſq; inue*
ſtigatione, & mirabilia abſq; nume
ro: in ſignum omnipotẽtię ſuę,
valuerit tanquã ille, qui fecit
omnia quæcumq; voluit in cæ-
lo, & in terra, tandiu cum po-
pulo ſuo Chriſtiano, per tã lon
ginqua annorum ſpatia, tot tan
tiſq; difficultatibus & contra-
dictionibus ſuperatis, tot impe-
dimentorum generibus procul
amandatis, tanquã in propria
domo ſua perpetuò cõmorari:
Quandoquidẽ prÆterquã quòd
hoc vnum non ſolùm antiqua
Gentiliũ monumenta apertè te
ſtantur, & ipſimet Tyranni, qui
tanquam teſtes occulati ſæpiſsi
mè experti fuerunt vires carni
ficum crudeliſsimorum in tor-
quendo, & cruciãdo Fideles, &
potiſsimè Sacerdotes, prius de-
feciſſe: quàm ſacrificiũ Miſſę,
quod quotidie immolabant (in-
ſtitutum verò à Chriſto in ſui
memoriã, dicente: Hoc eſt cor-
pus meũ, quod pro vobis trade
tur: hoc facite in mei memoriã)
illi offerre deſinerent.

Et quamuis huius rei firmiſ-
ſimũ teſtimonium remotiſsimæ
illæ orientales, occidẽtales, au-
ſtrales, & ſeptentrionales regio
nes, remotiſsima regna & finiti
mæ nationes, in quibus religio
Chriſtiana mirificè eſt propaga
ta faciliìme præbere valeãt: quę
clare & apertè veritatem iſtam
noſtrã oſtentant, & demõſtrãt.
Tamen inter alias gentes, & na
tiones auguſtũ & Chriſtianiſ-
ſimũ Aragonenſe Regnum, om
nium quotquot ſunt, fuerũt, &
erunt innumeris tropheis exor
natũ: fide, religione, & ſanctita-
te pręſtantiſsimũ: & eximia fi-
delitate erga inuictiſsimos, belli
coſiſsimos, & Catholicos Reges
ſuos adeo ſingulariter cunctas
prouincias præexcellẽs, vt per
petuo & certatim eius ſummæ
fœlicitati eas inuidere experia-
mur: id vnum facilius, ſecurius,
& præſtantius pręſtare poterit.
Cùm intra ſua mœnia habeat,
& adhuc ſtet, & perſeueret im-
mobile, ſtatim poſt glorioſam
Chriſti ad cælos Aſcenſionem
vſque in hanc noſtram ętatem,
Angelicum, & celeberrimũ vir
ginis Mariæ de Pilari ſacellũ,
ſacratiſsimis Diui Iacobi fratris
Domini manibus mirificè ex-
tructum, & præſentia corporali
eiuſdẽ Virginis diuinitus ere-
ctum, tanta maieſtate, excellẽ-
tia & prærrogatiua digniſsimũ:
vt etſi à Sarracenis & Gentili-
bus ſæpe oppugnatũ, diuq; ab
illis poſſeſſum, remotiſsimæ na
tiones vidiſſe teſtari poſſint:
nun-

nunquam tamen vero sacrificio altaris illud orbatum, nec per aliquem diem extitisse, affirmare valeant. Vt hoc inuiso, & inaudito miraculo femotissima Regna, & si non summè letari, quod non vtiq; diffido: habeant tamen, quo intus continuo liuore intra se cōsumantur, suam miserandā sortem deplorantes, caninisque moribus incolas huius regni nocte, dieq; persequantur: Barbaris autem, & infidelibus omnipotentia Christi magis innotescat, maioresque, & profundiores radices religio Christiana apud Fideles agat, & figat. Et quod antiquitus de fano Veneris (vt August. lib. 22. de ciuitate Dei cap. 6 refert) testantur fabulosi, nempè lucernam quandam supra millesimum & quingentesimum annum semper ardere sine vlla temporis intermissione: verissimè in sacro nostro sacello expertos fuisse fateri iam possint omnes illi, quot quot viderunt lucem illam, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, adhuc inter tot, tantas densissimasque tenebras infidelium, sarracenorum, gentilium, & tyrannorum in maiorem istorum confusionem, tāquam in propria domo eius cō morantem, splendidissimam fidei, spei, & charitatis claritatē cunctis nostu diuque copiosissimè difundere.

Neque est iam profecto, cur huius portentosi, & inauditi miraculi consideratio vos tandiu anxios, & solicitos teneat; cū omnibus iamdiu constet, diuinitus extructā fuisse ab Apostolo Iacobo, ope & auxilio cœlesti illius, cuius voluntati subiectū posse, quidquid voluerit: & in confirmationem huius testimonij: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam*: atque in ostensionē singularis amoris, quo illud amplissimum Regnum vnà simul à Iacobo, Virgine Maria, & à Messia nostro prosequebatur. Vt sic non solum primos Passionis Christi copiosissimos fructus inter alias nationes illud prius se percepisse gloriari posset: verum etiam cunctæ aliæ nationes inde intelligerent, Iacobum fratrem Domini instar Christi, qui potissimè propter domum Israel humanam naturam assumpserat, secundum illud: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*: præcipuè ad Aragonensium partes agendas, ab Hierosolyma in nostram Hispaniam Celtiberiā permeasse, non solum vt prouinciam promulgandi Euangelium Christi sibi vni iniunctam à Virgine Maria hic exerceret: verum etiam vt iam nihil quod ad summam huius Regni fœlicita- Matt. 15.

ſicitatẽ expectaret, illi defuiſſe videretur, in eo tanquam digniſsimam habitationis Mariæ terram, ſanctuarium iſtud omnium ſanctiſsimum extruendo. Vt ita ſicut terra, quam ipſemet Deus extruxit, in ſæculũ ſęculi eſt permanſura: ſimiliter domus iſta ſemper eadem, conſtans, innixa nõ tantum columnæ illi lapideæ, ſed Chriſto qui eſt lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum, perpetuò perſeueraret. Cuius admirabilem excellentiam olficere iam viſus fuit Regius vates, Pſal. quando tanquam contemplatus amplitudinem huius ciuitatis noſtræ, ob huius Sacelli venerandam ſanctitatem, iam dixiſſe videtur: *Magnus Dominus, & laudabilis valde, in ciuitate Dei noſtri, monte ſanctitatis. Pulcher locus, & gaudium vniuerſæ terræ, ad latera aquilonis ciuitas Regis magni. Deus in ædibus ſuis notus eſt, ad eleuationem, &c. Deus fundauit eam vſq; in ſæculum, Selah*: Ac ſi diceret, ob quod ſingulare, & præſtantiſsimum beneficium à Meſsia noſtro vná cũ Matre, & Iacobo noſtro acceptum: æquum eſt iam profectò, vt cuncti huius fideliſsimi Regni incolæ, ingenti lætitia perfuſi, ſumma alacritate tripudiantes, memores tanti, & tam inauditi & inuſitati doni, inſomnes noctes, & dies in reddendis debitis gratijs Deo agant: quãdoquidem eam fœlicitatem inter alias nationes nacti ſũt, quã vniuerſæ ſuæ Eccleſiæ, in diuerſis mundi partibus proſeminatę ipſum Meſsiã præſtare eſt pollicitus: ſcilicet nunquã in ea Fidem Euangelicã defuturam fore, ſingulariter in hoc ſuo Angelico B. Virginis Mariæ ſãctiſſimo Sacello, ia dudũ ab eo tẽpore hucuſq; impletum eſſe, fere cuncti experiantur. — *Pſal. 48.*

Quôd ſi tandẽ vt finem huic noſtræ diſputationi, ne nimis moleſtus cunctis videar, imponamus, illa verba quæ Chriſtus palàm omni populo Iudæorum ſpectante, Matth. protulit, dicens: A *diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. omnes enim Prophetæ, & lex vſque ad Ioannem*: quæ maximè cohærent cum illis Luc. *Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem*: id eſt, à temporibus Ioannis legem veterem ceſſare iam debere, & Prophetas defuturos eſſe: à nobis examinari parumper contendamus, vt illis inſtruantur clarius omnes in cognitione huius veritatis, quam Dauid efflagitabat, dicens: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam*: in cognitione clariſsima aduentus Meſsiæ noſtri, qui meritò lux, & veritas appellatur: veritas quia non ſo- — Cõſir 6. — *Matt. 11.* — *Luc. 16.*

lùm vera docuit, & operatus est: verùm vera fuit pollicitus, & vera semper in futurum annunciauit. Quis, quæso, tam ferreus, & adamantinus, aut de malo vestro ita complacens reperiri poterit, qui hęc omnia attentè contemplatus, se continere valeat: quominus iam in vberes & copiosos lachrymarum riuos, tristes & miserandos singultus, mœsta suspiria, & quęrulas voces, totus vndequaque non diffluat, vestrum infœlicissimum statum, miserabilem conditionem, & extremam atque luctuosam ruinam perpetuó lugens, & deplorans? Cùm intueatur, & clarè ex isto testimonio nuper à nobis prolato conspiciat, vos omnium quotquot sunt, fuerunt, & erũt, omnium miserrimos Iudęos, in star Gentilium, & Barbarum nationum, quibus cælestis lux, & splendida Euangelici sermonis notitia, ob grauia illorum delicta, & execranda peccata, ferè nunquam illuxit, aut si aliquando splenduit, illam non receperunt, ob malitiam detestandam eorum: sine lege huc & illuc more bestiarum per tot longinqua tempora miserè vagari. O vtinam nunc istę breuissimę dictiones: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem*: scriberentur visceribus vestris, & nõ

Iob,19. stillo illo ferreo, & plumbeo, sed vt in perpetuum consisterẽt, diuina Spiritus sancti manu, & industria illius in medio cordium vestrorum nunc nunc semel sculperentur. Nam si id vnum diuinus ille spiritus vobis donare non dedignaretur: certus iam essem, legem istã vestram Mosaycam tanquam futilem, inanem & fabulosam, imó prorsus iam antiquatã, & mortuam pręsentia horum verborum, instar Dagon in cõspectu Arcę veteris testamẽti, non solùm statim penitus ruituram: verùm prorsus à memoria vestra vt mortiferam & pestiferam obliterandam, & in perpetuum excidendam fore.

Et estô veteres, & antiquos illos Prophetas in hac vna re maximè occupatos, & intentos fuisse adinueniamus (vt in posterum huic tã falso errori vestro, quo tandiu vos estis infecti, & miserrimè decepti, expectantes adhuc frustra huius vestrę legis Mosaycę, & sacrificiorum cessationem in futurum fieri debere, scilicet in nouissimis temporibus) signa manifestissima, & certissima vobis adhibentes: quibus attẽtè à vobis inspectis, & maturè consideratis, nec cęcutiendi, aut aliquantisper à via veritatis aberrandi, nisi malitiosè aut temerè id contenderitis, vllus vobis concedatur locus. Et sic statim adinueniamus

niamus Regium Dauid legis veteris futuram derogationem cũ
ctis propoſuiſſe, tempore aduẽ-
tus Meſsię noſtri, vt illa verba
Pſal.4. Pſal. oſtendunt: *Et ſcitote, quoniam ſegregabit* Deus *miſericordẽ
ſibi: Deus exaudiet, cùm clamauero ad eum, &c. Sacrificate ſacrificiũ,
& ſidite in* Deo, *&c.* Dediſti *lætitiam in corde meo à tẽpore, quo
frumentum eorum, & vinum nouũ eorum multiplicata ſunt* : id eſt à
tempore, quo ſanctiſsimũ Euchariſtię ſacramentum ſub ſpecie panis & vini erat inſtituendum: quod vnũ olfacere viſus fuit interpres Chaldęus ſuper c. 2. Iob, vt refertur à Iuſtiniano in Pſalterio, Pſ 4. & Gala.
Iob. c.2. Pſal.4. Gal li.10. cap.7. quãdo explicans illa verba. *Venerunt, vt viſitarent, & conſolarentur eũ*: dixit. *Et perceperãt tres ſocij* Iob *omnia mala, quæ euenerunt ei. Vbi autem viderunt arbores quæ erant in hortis eorum, aruiſſe: & panem quo ſuſtentabantur, conuerſum in carnem viuentem: & vinum quod habebant, conuerſum eſſe in ſanguinem: receſſerunt vnuſquiſque de loco ſuo, & huius officij gratia liberati ſunt à deſcenſu ad locum, qui deputatus erat eis.* & ſimiliter
Pſal. 40. Pſal. *Multa feciſti tu* Deus *meus mirabilia tua, & cogitationes tuas pro nobis: non eſt proportio ad te.* Si *narrare voluero, & numerare: plura ſunt, quæ numerari queant.* V*ictimam, & oblationem noluiſti: aures autem perfodiſti mihi.* Holocauſtum, *& oblationem pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi:* Ecce *venio. In volumine libri ſcriptum eſt de me, vt facerem placitum tibi,* Deus *meus volui.* & Pſalm. *Redde mihi gau-* *Pſal 50.*
dium ſalutis tuæ & ſpiritu voluntario confirma me, &c. Quo*niam non voles ſacrificium: alioquin darem: & holocauſta non vis.* Sacrificia Dei, *ſpiritus contritus, &c.* Benè *fac in voluntate tua ipſi* Sion, *ædifica muros* Hieruſalem. Tunc *voles ſacrificia iuſtitiæ, holocauſtum, & oblationem: tunc offerrent ſuper altare tuũ vitulos.*

Et in manifeſtatione huius veritatis maximè ſolicitos fuiſſe Iſaiam, quando prædicens ceſſationẽ legis, dixit: V*t quid* *Iſai.1.*
mihi offertis multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus: *ſatur ſum holocauſtis arietum, & adipe bubalorum.* Et *ſanguinem vitulorum, & agnorũ, & hircorũ nolui, &c.* Ne *addatis afferre ſacrificium mendax, ſuſſimentum abominatio eſt mihi.* Ka*lendas,* S*abbatum, & conuocationẽ ſolemnitatis vt rem iniquam ferre nequeo: ſicut nec cœtus, &c.* Kalẽ*das veſtras, & ſolemnitates veſtras odio habet anima mea.* Statim 2. capit. futurum eſſe annuntiat aduentum primum Meſſię. Et *erit*: In *nouiſſimis diebus præparatus erit mons domus* Do*mini in vertice montium: & ele-*

uabit se præ collibus. Et *confluent ad eum omnes gentes.* & 66. *Qui immolat bouem, est, ac si interficeret virum. Qui immolat pecus, perinde est, ac si decerui caret canem. Qui offert oblationem, est, ac si offerret sanguinem suilum. Qui suffire facit thus, est, ac si benediceret idolo.* Post quæ adiecit, vt innueret tempus determinatum cessationis istorum omnium, nempe illis fœlicissimis temporibus, quibus dicitur: *Lætamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam: vt scilicet suggatis, & saturemini ab vbere consolationum eius, &c.* Sic enim *dixit Dominus: Ecce ego declino ad eam tanquam fluuium, pacem, & tanquam torrentem innundantem gloriam gentium: & suggetis. Super latus potabimini, & super genua risu afficiemini. Sicut vir quem mater sua consolatur, sic ego consolabor vos, & in Hierusalem consolationẽ accipietis.* & Oseas. Non *libabunt Domino vinũ, nec dulcescet ei. Sacrificia eorũ sicut panis lugentiũ reputabuntur eis. Omnes qui comedent eũ, cõtaminabũt se: quia panis eorũ pro anima eorũ nõ intrabit in domum Dñi.*

Isai 66.

Oseas. 9.

Tandemque reperiamus hoc vnum summopere contendisse, Amos 5. dicente: *Odiui, reprobaui solemnitates vestras: & non odorabo oblationes cœtuum vestrorum. Quia si obtuleritis mihi holocausta, & munera vestra, non acceptabo: & pacifica pinguium, vestrorum non respiciam.* Quibus maximè fauere videtur expositio Rabbino. vestrorum super 2. cap. lib. Ecclesiast. (vt Gal. reffert) illis verbis: *Vidi bonũ.* Super quæ verba ita se habet: *Vidi bonum, bonum scilicet legis; & inter ipsum vanitas. Quia omnis lex, quam tu discis in seculo isto (vt Rabbi Hesquia) vanitates sunt coram lege sæculi venturi. Quidquid enim præcesserit (vt habet expositio ista super 11. cap. Eccles. illis verbis: Si annis multis vixerit homo) erit vanitas in conspectu legis Messiæ.* Tamẽ palã fateri Christiani iã possumus, nullum fuisse ex omnibus illis, qui ita clarè finẽ certũ legis veteris præfinierit, sicut Messias noster: cùm nõ solùm tẽpus, verũ etiã annum, mensem, & fere diẽ, & horã obitus huius legis manifestissimè ab eo demostratã esse cõspiciamus, illis verbis: *Lex, & Prophetæ vsq; ad Ioannẽ.*

Amos. 5.

Gal. 11. cap. 1.

Nec equidẽ Messiã nostrum minus vere, ac certissimè cũctorum Prophetarũ, sicut & antiquæ legis abrogationẽ, ex eo tẽpore deinceps in perpetuũ, vsq; ad consumationẽ sæculi futurã assignasse, necesse est, vt vnanimes nobiscũ vos fateamini. Nã prę terquã quòd hoc idem insinuarunt Isai. dicens. *Quoniam* Isai 19.

ope-

opperuit vos Dominus ſpiritu ſoporis, & clauſit oculos veſtros: Prophetas, & Principes veſtros qui vident, opperuit. Ezech. *Et quærent viſionem à Propheta, & lex peribit à Sacerdote, & conſilium à ſenioribus. Rex lugebit, & Principes induentur deſolatione.* & idem: *Prolongabuntur dies, & deficiet omnis viſio.* & Oſeas: *Et corrues tempore hoc, & corruet etiam Propheta tecum.* vt Pſal. *Signa noſtra non vidimus, non eſt vltra Propheta: & non eſt nobiſcum, qui cognoſcat quouſq;*: vel vt Chaldæus legit: *Non eſt amplius Propheta: & non eſt nobiſcum, qui ſciat.*

Ezech. 7. — *Ezech. 12.* — *Oſeas. 3.* — *Pſal. 74.*

Sed tamẽ vix iam contineri poſſumus, quominus palàm doceamus, Meſsiã noſtrũ qui Prophetarum certum terminũ præſcripſit, vltra quẽ nullus alius Propheta futurus eſſe poterat, qui myſteria aduẽtus primi eius annunciaret: non ſolũ inſtar illorũ Prophetarum cunctã legis veteris futuram ceſſationẽ, ſed factã eſſe eũ apertè demõſtraſſe, fateri nos omnino cõpelli, illis verbis nuper adſtantibus: *Lex, & Prophetæ vſq; ad Ioannẽ.* Quæ adeò veriſsima fuerunt, vt iam extra omnem calumniã, aut contradictionem liberè id vnũ à nobis dici potuiſſe cuncti experiantur, Præſertim cùm ex eo tempore non ſolùm Prophetis vos orbatos eſſe hucuſq; verũ omni intelligẽtia diuinorũ eloquiorũ ſacræ Scripturę palã teſtari poſsimus. Ita vt in vobis non ſolũ adimpletũ palã fuiſſe intueamur, quod per Oſeã dictũ erat: *Quia poſt dies multos manebunt filij Iſrael abſque Rege, & abſque Principe, & ſine ſacrificio, & ſine ſtatua, & ſine ephod, & teraphim:* verùm ea, quæ Hiere. dicũtur: *Quia vt bruta effecti ſunt paſtores, & Dñm non quæſierunt: propterea non intellexerũt, & omnis grex eorum diſperſus eſt.* Iſai. *Et peribit ſapientia ſapientũ eius, & intelligentia intelligentium abſcondet ſe.*

Hiere. 10. — *Iſai 29.*

CAP. VI.

Diluuntur recẽtiorum Rabbinorum obiectiones.

ET quia iam nõnulli ex maioribus, & neotericis veſtris Rabbinis temerè huic noſtræ ſolidæ veritati ſe oponere ardenter conantur, Meſsiã noſtrum ſummæ falſitatis arguẽtes: vt ſic nullatenus verba illa Pſalmi ſuperius allata, ſcilicet: *Mitte lucem tuã, & veritatẽ tuã:* ipſi vni aptãda eſſe dictitare audeant. Audeant ergo hij iam, & liberè in medium proferant ea, quæ in lib. ſuo *Sanhedrin, cap. Helech*, referũtur, ſcilicet poſt Chriſti Paſsionẽ illis obtigiſſe Prophetã inſignẽ, nomine, *Barcozba*, vel ſecũdùm alios *Bencocab*: quem nõ ſolùm opinio-

ne vulgi, sed Rabbi Salomonis; Rabbi Aquila, Rabbi Moyses, Maymonis filius, & ferè omniũ doctissimorũ Rabbinorum, Prophete nomine dignissimus sic extitit: vt palã omnes non aliũ præterquam Messiã fuisse à Prophetis prædictũ arbitrarẽtur. Ita vt illi vni attribuenda esse existimaret Rabbi Aquiba, illa verba Agei: *Adhuc vnum pusilũ est, & tremere faciam cælum, & terram, & mare, & aridam. Et tremere faciam omnes gẽtes, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Aut si illis placet, in mediũ referant ea, quæ *Thalmud in lib. Meguilla.* i. historiali recẽsẽtur; nempe *anno ab vrbis* Hierosoly*mæ excidio quadragesimo octauo, in ciuitate* Biter, *vbi* Iudæi Metro*polim collocarunt, excitatũ fuisse altissimũ Prophetã Barcozba, tãtæ authoritatis & excellentiæ, vt de eo* Rabbi Aquiba *testatus fuerit, intelligi debere illud.* Num. 21 *Orietur stella ex Iacob:* addẽs vbi nos legimus Cocab. i. *stellã legẽdam esse Cozab.* Nã quãuis hæc omnia ita vera sint, neq; aliquid horum illis inficiari valeamus: vt illorũ stultitiam ex nũc acriter reprehendere, & palã increpare possimus.

Talmud. in lib. Meguilla. 1. Gala li. 4 cap. 21. — *Barc. 360.* — *Num. 21.* — *Coca. t.*

Solutio. Sed forsan nos silentio inuoluere debemus, quę maiores vestri de istis recẽsere non erubuerũt? & etiã in signũ ignorantiæ Rabbinorũ, & fere cunctarũ Synagogarum vestrarum modò referunt? nẽpe aliũ ex istis prophetis falsis, mendacijq; autoribus (ita enim *Barcozab*, si Chaldaycam linguã cõsulamus, præsefert) ab ipsis Iudæis, cum ob ipsum tantũ grauiter cũcti Hierusalẽ oppugnarentur à Vespasiano, interfectũ fuisse, eo quòd nõ esset odorãs, & iudicans, vt de vero Messia prædictũ erat, Isai. *Odorãs erit, & iudicãs;* id est, odoratu sentiet, quis sit reus, quis sit innocẽs, *vt Thalmut Hierosol. in lib. Sanhedrin c. helec:* alterũ verò ab Adriano in ciuitate Biter vnũ simul cum vniuersis Iudęis illum adorantibus occisũ fuisse, *vt idẽ Thalmut in lib.* Tanid, *qui de ieiunio interpretatur, recenset.* Proferat, proferat iã vester Iosephus 2. lib. de captiuitate Iudaica, postea resurrexisse prophetã AEgyptiũ, adeo sermone potentẽ post Christi mortẽ, vt potuerit trigiuta millia hominũ Iudæorum ad se allicere, ita vt eum tãquam verum prophetã cũcti illorum summe colerẽt, & venerarentur. Nã si paulisper quæ inferius ipse Iosephus vt testis oculatus recẽset, per legeritis: statim vos cũ nomine prophetæ indignum extitisse meritò prædicabitis. Præsertim cũ ipse Iosephus illũ nõ alio nomine præter *præstrigiatorẽ falsarium, seductorẽ, concitatorẽ tumultus, cædisq;* Hierusalẽ *an*

Isai. 11. — *Ioseph. l. 2.*

he. a-

belatorẽ palã appellet. Et quid adhuc in his referendis tandiu immoramur, aut iã admiramur? Forſan non ne maximé rationi coniunctum, & copulatũ erat, vt ſi lex vetus tẽporibus aduẽtus primi Meſsiæ ceſſauerat, quẽ ipſa adũbrabat: ceſſaret ſimiliter Prophetæ, qui ipſum adhuc aduentare carne paſsibili pollicebantur? Præſertim cûm idẽ ipſe, qui per ſuos antiquos, & veros Prophetas ſe venturũ pollicebatur, præſens iam appareret: vt deinceps omnes homines ſolùm hac vna in re intẽderent: nẽpe vt adimplentes legẽ Euangelicã ex ore ipſius pręcipientis, fidemq; ei in omnibus quęcunq; doceret, adhibẽtes, omnia quę illis ipſe obſeruãda pręciperet, ſumma cura & ſolicitudine pręſtare in perpetuũ ardenter conarentur.

2 Obie. Quod ſi adhuc pertinaciter in errore veſtro perſeuerãtes perſiſtitis, docẽtes, quamplurimos Prophetas, a tẽpore Paſsionis Chriſti vſq; in hæc noſtra tẽpora, apud Synagogas maiorũ veſtrorũ extitiſſe: qui quãplurima de aduentu primo veri Meſsiæ poſteris annunciarũt: perſiſtite, quæſo, donec nobis oſtendatis, quę hij fuerant, qui ſupremum prophetię donum adepti fuerint? Eia, quæſo, cùm tãtum ad tria genera omnis prophetiæ modus reducatur, vt ex illis verbis Num. colligitur: *Si quis fuerit inter vos propheta* Domini: *in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illum. At non talis ſeruus meus* Moyſes, *qui in omni domo mea fidelisſimus eſt: ore enim ad os loquar cum eo & in viſione, & non per enigmata, neque per figuram* Dominum *aſpiciet.* Num. 12.

Nempê ad vigiliam, cûm veritatem abſconditam, & remotã ab omni cognitione humana alicui Deus oſtendit. Remotã inquã, propter rei cognoſcendæ eminẽtiã: quales ſunt reuelationes circa attributa Diuinarum Perſonarũ: vt Iſai. quãdo per Seraphin, *ter Sanctus*, clamantia numerus diuinarum perſonarũ nobis exprimebatur. Similiter, remotã, propter rei cognoſcendę diſtantiã: quæ diſtãtia aliquãdo ſumitur ex parte loci, & ſic Regum Heliſeus per ſpiritum propheticum, diſtans per magnum ſpatium, vidit Giezi, accipientem munera Anaman Siro: & Spiritus Sanctus Actor. 10. dixit Petro: *Ecce viri tres quærunt te.* Aliquando ex parte tẽporis pręteriti, vt fuit reuelatio facta Moyſi de creatione mundi. Aut temporis futuri, vt feré omnes prophetiæ ſacræ Scripturæ. Aut ex parte temporis ſimul præteriti & futuri: vt quando Iacob Geneſ. videre nõ potuit præ ſenectute Manaſſem, & Ephraim, & illos

Iſai. 6.

4. Reg. 5.

Actor. 10.

Geneſ. 48.

cognouit:& quæ vnicuiq; illorum euentura eſſent, prædixit. Aut ex parte temporis ſimul præſentis, præteriti & futuri: vt cõtigit Eliſabeth,cùm dixit Luc. 1. Luc. *Benedicta inter mulieres,benedictus fructus ventris tui Beata, quæ credidiſti: quia perficientur.* Aut ſunt remota propter rei cognoſcendæ latẽtiam, vt ſunt cogitationes cordis aliquibus Prophetis reuelatæ,& potiſsime in nouo teſtamento, Petro, Act. 8. qui dixit Simoni Mago: *In felle enim amaritudinis,& obligatione iniquitatis video te eſſe.* Vel ſunt remota propter imperfectionẽ,vel conditionem cognoſcẽ- 3.Reg.14. tis:& ſic, Reg. Ahias Silonites cognouit vxorẽ Ieroboã,donũ ſuam ingredientem,quamuis cęcus eſſet:vel propter modũ cognoſcendi rem,nẽpe quãdo cognoſcũtur per inſpirationẽ Spiritus ſancti: vt Salomon, qui vt Reg. refertur,habuit notitiam 3.Reg.4. animalium,& plantarum.

Hæc autem omnia quę contingunt,in vigilia, fiunt cũ aliquando Prophetæ aliquid ſenſibile apparet,& illius rei datur à Deo plena intelligentia: vt Hiere.1. Hieremias,qui ex viſione ollæ ſuccenſæ à facie Aquilonis,intellexit exercitũ Babilonis venturum ad comburendum Hieruſalem. Aliquando cùm auditur vox ſẽſibilis,qua inſtruitur Propheta de aliqua re ſupernaturali,& iſta vox eſt hominis: vt 2.Mac.15. Machab. cũ apparuit Onias Iudæ Machabæo. Aliquãdo Dei, 1.Sam.3. vt contigit Samueli,qui audiuit vocẽ Dñi loquentis. Aliquãdo apparet Angelus, & auditur eius vox: vt contigit Moyſi,cũ accepit legem. Aliquando videtur effigies Dei,& vox eius auditur,vt Iſai. Secundo reducatur Iſai. 6. ad ſomnia,vt cõtigit Iacob, Daniel,& alijs Prophetis.

Tandẽ cũ hæc omnia cõtingant in vigilia,ſed nõ tamẽ per viſionẽ corporalẽ,aut loquutionẽ fictam: vnde ſuccedit tertius modus prophetiæ, qui per veram Dei viſionẽ,& interiorẽ loquutionẽ fit,vt contigit Moyſi, Exod. vbi dicitur: *Et loquebatur* Exod. 33. *Deus Moyſi facie ad faciẽ: quẽadmodum loquitur vir ad amicum ſuum.* Quo ergo iſtorũ modorũ prophetadi prophetæ veſtri recentes,quos vos fingitis,floruerint,opus eſt,vt nobis referatis. Quòd ſi ea quæ prædixerunt, nullatenus intellexerunt, ſicut Ioan. 11. Cayphas,cũ dixit: *Expedit &c. vt vnus homo moriatur, ne tota gens pereat:* intẽdens præcauere ſaluti corporali eorũ, ne in quã occaſione Chriſti venirent Romani,& tollerẽt locũ,& gẽtẽ: non tamẽ cognouit, quanta eſſet ſalus ſpiritualis, quam ex morte Chriſti percepturum erat genus humanum. Aut ea quæ viderũt, nullatenus penetrarunt,

Geneſ. 41 Dan. 5. ſtrarunt, ſicuti Pharao, qui vidit ſpicas. Gen. 41. Balthaſar verò manum ſcribentem in pariete: neuter autem illorum viſionem intimè eſt aſſequtus. Aut in illos irruit ſpiritus Domini ad aliquid agendũ, vt contigit Ieptæ Iudic. ad pugnandum cõtra filios Amon, ignaræ victoriæ, quã de illis poſtea reportauit. Ne quæſo, ita falſè Prophetarũ nomen deinceps ſibi aſſumant hi maiores veſtri: aut illos vos eo percelebri nomine nunc exornandos eſſe liberè arbitremini: cùm præter quam quòd nullatenus illis intelligẽtia prophetiæ fuerit inſpirata ab Spiritu ſancto, quod maximè neceſſarium eſt, vt Prophetæ veri dicantur: certos nos reddat Rabbi Salemõ in lib. Directionis perplexorum, vt Lyranus veſter in procemio Pſalmorum refert, omnes Propheras nõ fuiſſe loqutos, niſi ad dies Meſsiæ. Si ergo Meſsias verus aduentauerat ille idem, qui dixit: *Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem:* quid opus erat Prophetis?

Iud. 11. Geneſ 12.

Et ita maximè congruum eſt, vt in poſtrema huius noſtri certaminis parte conatum illorum vi liter in nos cõcitatũ retardare celeriter conemur: eorum, in quam, qui vt legem Moſaycam viſceribus eorum firmiter impreſſam nullatenus â ſe abijciant, ſed ad eius obſeruationẽ adhuc cunctos teneri dictitare valeant: noctu diuq; in lectione noui Teſtamenti noſtri pernoctarunt, vt mendacij crimen Meſsię noſtro palàm deinceps imponere valeant. Et ſic per conſequens affirmare dudũ nõ erubeſcunt, illa verba a Meſsia noſtro prolata, ſcilicet: *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem:* adeò falſa hucuſque extitiſſe, vt nullum certius & efficatius argumentum ad confirmationem legis eorum, & deſtructionem legis Chriſtianorũ ex ſacra Scriptura depromere poſsint.

Præſertim cùm ex his, quæ habentur in nouo Teſtamento, certiores cuncti reddantur, adhuc poſt Chriſti mortem, quem nos Meſsiã appellamus, Diſcipulos eius excellẽtiſsimo Prophetarum munere ſæpè ac ſæpiſsimè functos fuiſſe: vt aperte confirmare videntur illa, quę habentur Actò. vbi fertur, Apoſtolos adeò fuiſſe plenos Spiritu ſancto, vt magnalia Dei loquentes, cuncta gentes adſtantes ita in vehementem ſtuporem, & admirationem concitarent, vt Petrus coactus fuerit illis dicere. *Viri Iudæi, & qui habitatis Hieruſalem vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea. Nõ enim ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt; cũ ſit hora diei tertia. Sed hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Ioel: Et* Obiectio. 3 Actor. 2.

Sſ 5 erit:

erit: In nouissimis diebus, dicit Dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij vestri, &c. & seniores vestri somnia somniabūt. Et quidem super seruos meos, & ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt. Et hęc eadem tanquam testis occulatus testatur noster Paul. cùm
1. Cor. 12. dixit: Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, &c. alij autē prophetia, &c. Et quosdam quidē posuit Deus in Ecclesia, primo Apostolos secundo Prophetas, &c. Nūquid omnes Apostoli? Numquid omnes Prophetæ? Et illa, quæ habentur
Actor. 13. Actor. Erant autē in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Ni-
Actor. 21. ger, &c. Et iterum: Et intrantes domum Philippi Euangelistæ qui erat vnus de septem, māsimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ vi[illegible]es, prophetantes.

Solutio Nam estò hæc omnia verissima sint, & deprehendamus clarissimè Paulū prophetiæ dono maximè exornatum fuisse, vt il-
Actor. 20. la Actor. Et nunc ecce ego alligatus spiritu vado in Hierusalē, quæ in ea ventura sunt mihi, ignorans: nisi quod Spiritus Sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens: Quoniā vincula, & tribulationes Hierosolymis me manent, &c. & nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meā vos omnes, per quos transiui, prædicās regnū Dei, &c. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgēt viri loquentes peruersa, vt adducāt Discipulos post se. Et illa Acto.
Et nunc suadeo vobis, bono animo esse: amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præter quā nauis. Et similiter deprehendamus, quam plurima prędixisse, quæ expectant ad aduentū secundū Mes- Actor. 27.
siæ, vt illa ad Thessal. Hæc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduētu Domini: non præueniemus eos, qui dormierint. Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur: simul rapiemur cū illis in nubibus, obiam Christo in aera. Thessal. 4.
Et 2. Thessa. 2. Rogamus, &c. vt non citò moueamini, &c. quasi instet dies Domini, &c. Quoniā nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, &c. & illa, non retinetis, &c. Et tunc reuelabitur ille iniqus, quē Dominus interficiet, &c. Et similiter Ioannē Euangelistam, vt illa verba 2. Thes. 2.
Apocal. innuunt: Contestor omni audiēti verba prophetiæ libri huius: Si quis opposuerit ad hæc, ap- Apoc. 22.

pouet

ponet Deus ſuper illũ plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de Ciuitate ſancta, &c.

Sed facilè iſtorũ rationes, & validiſsima argumenta, illorum iudicio ſubter fugiemus, ſi dicamus Paulum inter ea quæ prædixit, quãplurima non vniuerſæ Eccleſię euentura annunciaſſe: cætera verò alia quæ cũctis hominibus certiſsimè futura prædixit: inſtar Ioannis qui multa quæ referũtur in ſuo Apocalypſi, ex Daniele, Ezechiele, & Iſaia deſſumpſit: iãdiu per Prophetas antiquos in veteri lege prædicta, licèt non ita explicitè, & apertè: ita vt iam ferè nihil noui nobis eos prędixiſſe, ſi omnia illa cũ his conferamus, quę antiquitus Prophetę vaticinati fuerant, videantur.

Obiectio. 4. Quod ſi vlterius in nos inſurgãt ex illis, quæ dixit Iuſtinus Martyr in oratione illa, quam habuit ad Antoninum Pium, & liberos eius, Romanumq; Senatum, vt referuntur à Nizephoro lib. 4. cap 6. nempe ætate ſua, dona prophetica in Eccleſia Dei innotuiſſe: palãque acclament, quã plurima Apoſtolos in diuerſis prouincijs, & ciuitatibus in futurũ prædixiſſe, ſiue quę euentura erãt Eccleſię Dei in communi, ſiue quæ euentura erant aliquibus ciuitatibus, & regnis, de curſu verò temporis trãslato, abſq; eo quòd aliquid eorũ in Prophetis veteris legis eſſet, nec implicitè prędictũ. Inſuper tot, tantiſq; inſignibus viris Eccleſiam noſtrã abundaſſe, qui præclaro prophetiæ dono ita floruerunt, vt nullatenus à morte Chriſti hucuſq; Prophetis deſtitutam fuiſſe abſq; mendatio, fateri valeamus.

Niceph. libr. 4. c. 6.

Et ſic in medium adducere poſsint ea, quæ S. Eduardus nõ ſolùm ciuitati Epheſiorum, verum Anglię regno euẽtura, iam iam moriens prædixit. Et illa, quæ S. Clarus Abbas Vienenſi ciuitati futura annunciauit, dicens: *Sex Epiſcopos iſta noſtra ciuitas, ſub pace temporis, Chriſti Eccleſiam gubernantes habebit: ſed ſub ſeptimo Epiſcopo grauiſsima perſecutio Paganorum erit: & iuſto iudicio Dei illis in diremptionẽ erit:* quod ſic euentus confirmauit. Et ea, quę S. Andręas Epiſcopus Fiſulani, ordinis Carmelitarum cuidam paruulo, cũ ab ipſo baptizaretur, prædixit: *Illũ ſibi, ac familiæ ſuæ excidio natũ fuiſſe:* & ſic euenit, quãdoquidẽ ad mortẽ damnatus fuit, eo quòd cõtra Rẽpublicã ſe cõiurauerat. Et quæ S. Lucianus Martyr, morti appropinquãs, propter inediam conſtitutis in carcere reuelauit: *En, inquit, diẽ feſtũ Theophaniorũ vobiſcũ celebrab:*

Euſeb. lib. 9 ſua Hiſtori Hiero. de Vir. i. luſt.

brabo, recedã autẽ poſtridie: quæ omnia, vt prædixerat, euenerunt. Et ea, quę S. Seuerinus, vt Eugippius Abbas refert, Rugiorũ Regi a Gothis oppugnato reuelauit: *Eia Rex Gothorũ, aduerſitate non turberis: nam diſcedentibus eis, quantotius tu deſiderata proſperitate regnabis, in ſeculo quidem tuo pacifico fine tranſibis:* & ſic illi accidit. & illa, quæ S. Laurentius Patriarcha Venetorum, ſuſcipienti cineres prædixit: Memento, *frater: quia futuro anno tu horum cinerum officium impendes:* & veriſsimè impendit, quia Epiſcopus fuit creatus. Ea quæ S. Theodoſius Cœnobiarcha (vt Simõ Metaphraſtes narrat) cùm dixit: *Orandum eſt, inquit, fratres, orãdum eſt: video enim iram* Dei, *quæ iam mouetur aduerſus Orientem:* inuentamq; fuit ſeptimo die ab iſta prophetia Antiochiam fuiſſe magno terrore, metuque euerſam, & in vilem pulnerem redactam.

Et ea, quæ S. Clemẽs Anziranus ſuis amicis, à tyrannis oppreſsis dixit: Bono, inquit, *animo ſitis fratres, non peribit vnus ex vobis: duo quidam, & ego tertius cum eis poſtremùm à vobis exſidemus.* Deinde *extinguetur quidem, quæ ſæuit in Chriſtianos rabies, orietur pax in* Imperio Ro*manorum.* Omnisq; *ciuitas, & regio implebitur Chriſti cognitione, & aperietur omnis ædes ſacra.* Claudentur *autem templa* Genti*lium: & fugient, qui in eis ea adorant, & qui nunc vos ipſos timore afficiunt.* Et illa, quę B. Benedictus Monachis ſuis dixit, vt Gregor. 2. lib. Dialogorũ fert. *Vbi comediſtis?* Qui *reſponderũt:* Nuſquam. Quibus *ille reſpondit:* Quare *ita mentimini? numquid illius talis fœminæ habitaculum non intraſtis? numquid eos, & illos cibos non accepiſtis? numquid tot calices non bibiſtis?* Qui *cognoſcentes veriſsima eſſe omnia, ad pedes* Benedicti *tremefacti exciderũt, & ſe deliquiſſe confeſsi ſunt.* Et ea, quę S. Curtbertus, vt Beda refert ex ſententia Surij, 3. tomo operum eius, & Fledeſori Regis Anglorũ de ſucceſſore Regni, & de morte Gofredi Regis manifeſtauit. Et ea, quæ B. Vincẽtius Ferrer Alfonſum intuẽs, prædixit: *Gratulor, inquit, tibi optime fili: noueris fore, vt patriæ, & familiæ tuæ maximo ſis ornamento. Summam enim inter mortales dignitatem obtinebis, meque vita functum maximo honore afficies.* Euenit autem, vt Summus Pontifex decurſu tẽporis crearetur. Et ea, quæ ipſemet Barchinonæ, cùm ingenti fame prę meretur, reuelauit: *Futurum eſt, inquit, vt hodie ante Solis Occaſum, duæ magnæ naues tritico onuſtæ in portum ciuitatis veſtræ appellant:* vt accidit. Et ea, quæ

Grego. 2. lib: Dialogor.

Sur. 3. tomo operũ.

Perpi-

Perpiniani,cûm graui febre laboraret,ipſe medicis aſtantibus nuntiauit: *Poſt diem quartum incolumem me videbitis*. Et ea, quæ S.Vvalericus Abbas prædicebat,cûm non ſolûm futura,verùm præterita, quæ ab illo maximè diſtabant, tanquã præſentia cunctis demonſtraret, vt Surius 2. tomo. *Sur.2. to.* Et ea quæ ſancta Coleta Virgo præſtabat, cûm non tantùm futura,verùm cogitationes cordium reuelabat. Et ea quæ S. Nicetus Epiſcopus Treuerenſis(vt Gregor. Turonenſis lib.de Vita Patrum,cap. 17 refert)prædicens, *Tur lib.de Vita Patrum.* dixit fratri,qui illum exilio commitabatur: *Cras enim in hac hora,& honorem recipiam, & Eccleſiæ meæ reſtituar. Hi autem qui me dereliquerunt,cum magno pudore ad me confugient*. Illuceſcente autem die craſtina,ſubitò aduenit Legatus Sigibuti Regis cum literis,nuntians Regem Clotarium eſſe defunctum,ſeque Regnum debitum cum Epiſcopo charitate debere recipere.Hęc ille audiens, ad Eccleſiam regreſſus, poteſtati reſtituitur: confuſiſq; his,à quibus derelictus fuerat, omnes in charitate recepit. Et ea quę S. Nicolaus Tolentinus Margaritę grauidæ, quæ duodecim filios abortiuos pepererat,annuntiauit,dicens: *Confide in Domino, te poſthac nihil eſſe paſſuram, prope diem naſcetur tibi filia,habens animam à Deo creatam. Et ego affirmare audeo,te deinceps numquam filium, aut filiam animæ expertẽ parituram eſſe*, vt Surius.5.to. *Sur.5.to.* Et ea quę S. Apollinaris diſcipulus B.Petri,diſcipulis ſuis iam morti vicinus,ob innumera tormenta à Tyrannis perpeſſa dixit: *Multas imminere pro Chriſti nomine perſecutiones, ſed tandem poſt plurimas tentationes,etiam Principes ad fidem Chriſti acceſſuros:omniaq; Deorum ſimulacra euerſuros, & toto orbe terrarum hoſtiã à Chriſtianis Deo viuo liberè oblatũ iri*. Et ea quæ S.Bernardus Gaufrido Comiti, de conuerſione Andræę Pariſiẽſis,qui conuitijs Regem inſectabatur,dixit:& cuidam nouitio, nullatenus profeſsionem emiſſurum eſſe. Et illa quæ S. Dominicus prędixit,ſcilicet: *In bello illo Tholoſano Regem Aragonum interficiendũ eſſe*. Et ea quæ S.Vvaldeus,Egubinus, Macharius,Hilarion,Antonius, & innumeri alij ſancti clariſsimè euentura annuntiarunt.

Eia iſta omnia, & alia multa contra nos ab initio primitiuæ Eccleſię hucuſque, tot annorũ curriculis continuata libẽter in medium adferre conẽtur. Solutio Nam quamuis his omnibus à noſtro propoſito nos deflectere hi ſolicitè cõtendãt: ſed adhuc vnanimes in eadem veritate perſiſtentes,affirmabimus, omnibus

iſtis

istis testimonijs, & omnibus illis prophetiæ generibus, quibus Apostoli, Martyres, Doctores, Cõfessores, Virgines, & vniuersa Sanctorum turba mirificè fuit exornata, nullatenus aliqua ex parte labefactari, aut infringi debere ea, quæ superius palàm docuimus: Messiam, inquam, nostrum summè veracẽ extitisse in omnibus, quę fecit, annunciauit, & docuit: quale est illud: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem*. Præsertim cũ ipsa testimonia, & authoritates in medium allatæ & cuncta alia, quæ recensere valent, & cætere aliæ Sanctorũ prophetiæ nullatenus Messiam nostrum adhuc in carne mortali venturum affirmẽt, vt contigit Prophetis antiquæ legis. Quod vnum tantùm Messias noster illius verbis prædicere visus est, dicens: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem*: ac si diceret, deinceps nullus erit Propheta, qui aduentũ Messiæ primum annunciet: sicut neq; qui doceat populum ad obseruationem legis veteris teneri.

Obiectio. 4. Eia nondum consideratis, cũctam Ioannis, Pauli, Apostolorũ, & Martyrum prophetiã nõ eô intentam esse, vt Messiam in carne passibili venturũ esse annunciaret? Cùm ob testimoniũ huius veritatis, nẽpe confessionis primi aduentus Messiæ præteriti, famẽm, sitim, opprobria, irrisiones, verbera, carnifices, flagella, crudelissima mortis tormenta subire non recusauerint hi omnes: vt sic cunctis aduentus primus Messię innotesceret clarius, hincq; idolorum cultũ â Gentibus, illinc legem Iudaycam, & abolitas eius cœremonias funditus extirparent.

Recubuerat Ioãnes supra pectus Domini, recondita Trinitatis mysteria ab eo ipso edoctus, vt illa verba: *In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum, &c. Et verbum caro factum est*: demostrant. Paulus veró cognitionem non solũ humanitatis, verùm diuinitatis Messiæ assequutus fuerat, vt illa verba: *Vidi arcana Dei, quæ non licet homini loqui*. Cęteri vero Apostoli certiores facti fuerant tanquam testes occulati illorum miraculorum, quę Messias noster in ostẽtationẽ diuinitatis eius, & summæ omnipotentiæ illius palàm ediderat: clarissimè intuentes, eum fuisse, qui virtute propria, tertia die resurrexit â mortuis. Martyres verô, & cęteri Confessores hãc eandem veritatem quasi per manus Apostolorum, & maiorum suorum sæpissimè contrectauerant. Et modô eo insanire vos cœpistis, vt arbitremini, mutato consilio, nos catillenam recãtare debere, prædicantes adhuc aduentum primum

inum Messiæ imposterū futurū esse? Insanitis equidem, & multùm insanitis, nondum præter hæc omnia vobiscum considerantes, quòd si aliquādo ea quæ expectant ad diem iuditij, singulatim illi annunciarunt, diuina reuelatione instructi: aut docuerunt, quę sunt illa beatitudinis bona, quibus Beati vnâ simul cum corpore & anima perfruentur, in alia vita. Equidem diuinitus inspirati, eo fine illi id pręstiterunt, vt instar veteris legis, in qua fuerunt quā plurimi Prophetæ, qui circunstantias, & signa clarissima aduētus primi Messiæ cunctis annunciarunt: sic in lege noua essent aliqui cælestes, & sancti viri, qui præter ea quę Christus docuit Apostolos suos, in carne passibili constitutus: voluntatis eius, & decreti diuini certiores facti, similiter cunctos alios edocerent, & confirmarent in cognitione cælestium illorum bonorum, quę Deus electis suis copiosissime est elargiturus: vt sic auidius in eorū cōsecutionē incenderētur, & inflāmarentur.

Et cûm hęc ita se habeāt, fugiāt retrorsum, & longè discedant iam à nobis, solicitè quęrētes tetras speluncas, & loca abditissima, & obscura receptacula, feris immanissimis deputata, in quibus vitā suam tanquā bruta animalia degant: qui hæc omnia obscœna, turpia, & execrāda non solū fari, verùm mente concipere sunt temerè ausi. Prę sertim cûm eam repugnātiam, & cōtradictionē secum inuoluant: vt qui eam nondū videt, cæcus: qui verò nō intelligit, rationis expers: & qui non secū tacite considerat, amens, & fatuus meritò iudicari ab omnibus debeat.

Sicut & sunt fatui, & vesani prorsus omniū iuditio, & æstimatione habēdi, qui vt cūctam religionē Christianorū euertāt, sibi persuadēt, istis verbis: *Lex, & Prophetæ vsq; ad Ioannē* significasse Christū, defuturos esse deinceps in populo Dei, vnà cū eius sacerdotio, & sacrificio, quod in Tēplo Hierusalē offerri cōsueuerat, & simul cū lege, viros, qui miracula ederent, aut sacrā Scipturā explicarent, aut laudes diuinas celebrarēt, cū ista nomine Prophetę cōprehēdātur. Quorū explicatione admissa, necessariò fateri teneremur Messiā deceptū fuisse: cū adhuc apud Ecclesiā Christianorū quā plurimi sint, qui in celebrandis diuinis laudibus sunt maximè intēti: aut si vera sunt, quæ ipse docuit, certissimè nos ad docēdum cogi, necessariò orbari debuisse religionē nostrā: istis viris: aut illam à tēpore Passionis Christi hucusque frustratam prorsus, & nimis delusam esse.

Sed

Sed comprimantur istorũ spurcissima ora, & execranda istorum linguę reprimantur, est necesse: antequam tantum malum Ecclesiæ nostrę machinentur, & Messiæ nostro ista obscœna imponere audeant: ipsumque à veritate maximè deflexisse, istis verbis; *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem*: illis dictitare sit integrum.

Nam quamuis ingenue fateamur hoc nomẽ, Nabi, apud Hebræos, non solùm significare eum, qui futura annunciat, aut voluntatem alterius exprimit: sed etiam eum, qui est internũtius decreti diuini, & mysteriorum cælestiũ doctor, & laudes diuinas psalit, vt cantores in Ecclesia: & sic vidimus, quod Exod. dicitur: *Et Aarõ frater tuus erit Propheta*: id est, internuntius tuus: & iterum: *Et erit tibi in os, vel pro ore: & tu eris pro Deo*: & ex his quæ Paralip. dicuntur: *Et diuisit Dauid, & Principes exercitus in ministerium, filios Asaph, & Theman, & Iaithum, qui prophetabant in cytharis, in psalterijs, & in cimbalis*. Ex quibus valde prouabile est, cùm significatio huius nominis ad omnia ista se extendat: nomine Prophetæ, illis verbis: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem*: Messiam nostrũ intelligere voluisse non eum, qui futura prædiceret: sed ex eo tempore orbatum iri populum Dei doctoribus, interpretibus, concionatoribus, & cantoribus, id est, viris, qui sacram Scripturam docerent, aut exponerent: voluntatemque Dei demonstrarent, & laudes diuinas peragerent. Quo fundamento iacto apertissimè consequitur, doctrinã Messię maximè defecisse, cùm experiamur, & fateamur omnes Christiani, à tẽpore huius prophetiæ: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem*, vsq; in hanc nostrã ætatem, tot innumeris Doctoribus, interpretibus, cõcionatoribus, & cãtoribus Ecclesiã Christi fuisse refertam, quot ad summã quãdã redigere est difficillimum. Sed non est cur tantam sibi licentiam assumant, vt tantũ arbitrio eorum ista verba Christi interpretanda esse arbitrentur. Præsertim cùm verã expositionem, & intelligentiam horum verborum sic manifestatã à nostro Matthęo intueamur: vt nullus scrupulus deinceps timoratis hominibus, aut perfidis Iudæis locus, quo amplius in eodem errore permanere possint, sit illis relictus, qui sic legit: *Omnes enim Prophetæ, & lex vsq; ad Ioannem prophetauerunt*. Ac si clarius diceret, eò cunctas legis veteris cœremonias, oblationes, sacrificia, & vniuersa Prophetarum oracula tendere, vt Christum venturum carne passi-

Exod. 7.
Exod. 4.
1. Par. 25.
Matth. 11

passibili cunctis annuntiarent: quē cùm iam venisse,ipse Ioannes fuisset testatus, dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:* non mirùm profectò, si ex tunc Prophetę cessarent.

Obiectio. 5. Neque est cur ex huius loci verissima expositione, à Matthæo nostro adducta, falsò & impudenter reliqui, qui Mosayca lege adhuc maximè sibi complacent, in eaque vna vniuersum vitæ suæ tabernaculum cōstituendum secum statuerunt, occasionem sibi assumant affirmandi, saltim Messiam nostrum ex ea parte, qua predixit legem vsque ad Ioannem permansurā esse, id est, temporibus Ioannis abrogandam, imo deficiendam fore, falsitatis nota maxime iniustam fuisse: & euidenti sequela nullatenus illa verba: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam:* illi adaptari posse. Præsertim cū intueātur, Christum, quem nos Messiam appellamus, in omnibus legi veteri se conformasse, vt innuūt non solùm circumcisio eius, præsentatio in templo, immolatio agni Paschalis, & omnia illa, quæ in obseruationem legis Mosaycæ ipse est operatus: verùm verba illa, quibus dixit: *Non veni soluere legem, aut Prophetas, sed adimplere.*

Insuper etiam ex eo, quod experiantur cūctas prophetias veteris legis ipsum adimpleuisse, nascendo, cōuersando in mūdo, moriendo, & resurgendo: *Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysis, & Prophetis, & Psalmis de me.* Luc. 24. Et ex nouo Testamēto habeant, Messiam præcepta moralia, leges, & cuncta cœremonialia, affirmatiua, & negatiua in integrum obseruasse, vt lex ipsa Moysis præcipiebat.

Solutio. Nam quamuis omnia ista à nobis concedantur, sed tamen negare ipsi minime nobis poterunt, temporibus Ioannis Baptistæ, regnum cælorum cunctis gentium, & hominum generibus, absque vlla personarum acceptione promulgari cœpisse: cùm ipsum Ioannem in hac vna re maximè occupatum fuisse testetur Scriptura, vt illa Matthæi verba insinuant: *In diebus autem illis, venit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiā agite; appropinquauit enim regnum cælorum,* Matth. 3. *&c. Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira?* Et illa eiusdem: *A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiūt illud.* Matth. 11. Et illa Marci: *Fuit autem in deserto Ioannes, baptizans, & prædicans Baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum.* Marc. 1.

Et temporibus Ioannis baptismū inchoatū fuisse. Et quod

Tt maius

maius est ferè eisdem temporibus Sacraméta noua multò perfectiora, quàm erant veteris legis, instituta à Messia nostro fuisse: nempe Baptismũ in locũ circuncisionis, qui eò illa est excellentior, quo vniuersalior, & vtilior masculis, & fœminis, secundùm illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non potest introire in regnum cælorum, &c.* Et Matthæ. 28. *Euntes ergo, baptizate eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti.* Et Sacramentum Eucharistię in locũ immolationis agni Paschalis, & aliorum sacrificiorum: *Qui manducat me, viuet propter me:* & infra: *Amẽ amen dico vobis, nisi mãducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitã in vobis:* quod non solũ tollit peccata, verũ auget gratiã illius qui recipit illud sanctè. Et insuper cætera Sacramẽta, nempe Pœnitentiæ, Confirmationis, & Matrimonij, quæ eò excellunt cuncta sacramenta antiquæ legis, quæ ægena & infirma elementa à Paul. appellantur: quanta est potestas spiritualis, & gratia gratum faciens, quæ iam Fidelibus dignè accedentibus ad illa communicatur: vt ex illis verbis Ioan. *Lex per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum.*

Ioan. 3.
Matt. 28.
Ioan. 6.
Galat. 4.
Ioan. 1.

Solut. 2 Insuper nobis nullatenus inficiari audebunt, ab illis temporibus rigorem illum pręceptorum iuditialium, ingenti misericordia tẽperatum fuisse, ex doctrina ipsiusmet Christi, perfectiorem iustitiæ modum, & obseruationem illius manifestando: vt sic homines magis ad virtutem amore iustitię, quàm timore pœnę allicerentur: ita vt iam deinceps lex illa lex perfectæ libertatis appellari potuerit. Nam teste Ioan. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Præsertim cùm adinueniamus non tantùm abusum legis veteris, quę aliquando infligebat pœnã innocenti, vt ex illis verbis Numer. 35. *Qui fortuitò, & absque odio est inimicus, & interfecerit hominem, fugiat ad aliquam ciuitatem refugij, &c. & ibi maneat vsque ad mortem Summi Sacerdotis:* & aliquando nocentem liberabat immunem, vt ex illis eiusdẽ capitis colligitur: *Quod si extra fines vrbium inuentus fuerit, & percussus ab eo, qui vltor est sanguinis: absque noxa erit, qui eum occiderit:* ex eo tẽpore omnino tolli sua Euangelica lege, sicut & libellum repudij illis permissum, nullum innocentẽ puniendo, nec aliquod malum impunitum relinquendo: verùm interiores actus palàm reformando, nouaq; consilia in Christianorum animis inferendo, vitamq; ęternam seruantibus legem suã promittendo. Pręsentiaq; tandem

1. Ioan. 4.
Num. 35.

dē noui nostri legislatoris Christi, & perfectissimæ legis eius Euangelicę, per quam introducimur in beatitudinem, euacuari cœpisse legem illam factorū, & illam quæ vt Paul. dicebat:
Hebr. 7. *Nihil ad perfectū adduxit lex, sed solum vmbram bonorum futurorū in se continebat*: & illam: *Quę lex factorum & mandatorum*; & lex non bona erat, vt Ezechiel. 20.
Ezech. 20 dicitur: *Dedi ei præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuēt: & polui eos muneribus suis.*

Obiectio. 5. Quòd si insurgāt iam, & opitulentur vobis Rabbini iuniores, & illi qui adhuc tanquam in lectione noui Tastamenti maxime versati, memoria firmiter retinent, ipsum Messiam, Marci. 1 leproso quē curauerat, &
Marc. 1. mundauerat à lepra, dixisse: *Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te Principi Sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyses, in testimonium illis.* Et dictitent in auxilium vestrū, post Resurrectionem, & Ascensionem Christi ad cœlos, Apostolos eius non solùm obseruasse legalia: verùm præcepisse Gentilibus, qui ad fidem Christianam conuertebantur, vt illa
Actor. 15. seruarent: vt Actor. 15. *Visum est Spiritui sancto & nobis, nibil vltra imponere oneris vobis, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine suffocato, &c. A quibus custodientes vos, bene agitis*: & iterum vbi dicitur: *Ex consilio Iacobi assumptis viris purificatis, cum eis intrauit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.* Et Petrum, obseruasse legalia, esto Actor. 21.
grauiter reprehensus fuerit à Paulo, illi dicente: *Si tu, cùm Iudæus sis, Gentiliter viuis, & non Iudaycè, quomodo Gentes cogis iudaizare?* Gala 2.

Sed credite mihi, auxilium istorum vestrorum interitū clarius ostendet, & cunctis manifestabit errorem vestrum. Præsertim cùm ex ipsa sacra Scriptura certiores reddamur, semper Messiam nostrum legem veterem, & cunctas eius cœremoniis obseruasse, & summopere coluisse: non quia illæ homines iustificarent, nisi per fidem Christi venturi, aut quia perfectior extitisset: sed ea tantùm causa, quia figuram in se gerebāt eorum mysteriorum, quę ipsemet Messias decursu suę vitę mortalis in reparationem totius generis humani editurus erat, ex decreto diuino. In cuius cōfirmationem videmus, Christū mortī vicinum, cúm iam iam animam exhalaret Ioa. 19. protulisse: *Cōsumatum est*: & velū Templi scissum esse. Atq; ita non mirum, si eodēmet tempore lex vetus & Euangelium Christi, promulgatione Solutio

tione eius proseminatū, simul inter se communicarentur, & obseruarentur à Christo, & Apostolis eius. Præsertim cùm reperiamus, Petrum cum alijs Apostolis, post Christi Ascensionem ad cœlos, vt Acto. 2. dicitur, dixisse: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti.* Actor. 2.

Quòd si cœremonias legales alicubi illos seruasse postea dicitur, aut eos seruari præcepisse nobis docet Scriptura: nō ideo illos errasse est dicendum, cùm sit certissimum id vnum reuelatione particulari Dei illos præstitisse, vt sic populus Gentilicus omnino orbaretur suis ritibus, qui erant Deo maximè infensi: & melius coalesceret cū populo Iudayco, quorum cœremoniæ olim gratæ fuerunt Deo, eò quòd Christi mysteria adumbrarent. Præsertim cùm habeamus Apostolos omnibus obseruantibus illas leges, & cœremonias antiquas post Christi Resurrectionem docuisse, internus credere debere, nō ex operibus ipsarum cœremoniarum, sed merito Passionis Christi iustificari debere: easque tandem esse ab illis obseruandas, donec perfectius imbuerentur in cognitione Euangelij. Neque inde ex illarū obseruatione aliquod scandalum suboriri posse, est similiter affirmandum: cùm nō ea intentione legalia ab illis seruarentur, qua maiores eorum obseruarunt, expectantes illis adhuc Messiam venturum.

Insuper inueniamus, nullum ex Apostolis circuncidisse quemquam ex Gentilibus, qui ex patre & matre Gentili ortus esset: esto ad legem Euangelij conuerteretur. Imo potius legamus inefficaciam, & infirmitatem veteris legis cunctis ostendisse Apostolos omnes, & potissimè Paulum, vt ex illis colligitur: *Quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit.* Et Colos. 2. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum.* Et Gal. 6. *Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum, vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circūciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur.* Et Hebr. 3. *Quod autem antiquatur, & senescit, prope interitum est.* Et iterū. *Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat.* Galat. 5. Colos. 2. Gal. 6. Hebr. 8. Hebr. 7.

CAP.

CAP. VII.

Messiam nomine veritatis apertissime comprehendi: in coque vno cuncta quæ Prophetæ prædixerunt, in integrum adimpleri, manifestatur.

VT arbitror, satis clarè ex dictis probauimus, legem veterem, post Ascensionem Christi ad cælos, vt antiquatam interiisse: & si per aliquod tempus breuissimum nonnullas legis cæremonias Apostolos Christi obseruasse reperiamus, tum vt vna cum matre synagoga cum honore sepelirentur; tum etiam, vt spatio illo interiecto, cuncti qui legi Euangelicæ assentiebantur, in cognitione aduētus præteriti amplius imbuerentur. Ita vt verissime Messiæ nostro ex hac parte conuenire fateamur illa verba, quæ superius manifestāda proposuimus, scilicet: *Mitte lucem tuam & veritatem tuam.* Superest ergo, vt muneri nobis imposito aliqua ex parte (pro vt vires exiguæ nostræ exigant) nos satisfecisse, clariusq; hanc eandem veritatem cunctis nos pate fecisse, cæteri deinceps liberè fateri valeant: non minori cura, & solicitudine in ea vna re incumbamus: vt omnes inde percipiant, multis & iustissimis rationibus, veracem dici, & extitisse Messiam nostrum. Et inter alias ea, inquam, mea videri omniū potissima, scilicet, quia aduentu suo cuncta quæ Prophetarum oracula futura, & ab illo edenda esse per tot retroacta annorum sæcula, prædixerunt: & cūcta quæ cæremoniæ antiquæ adūbrabant, vt Paul. præsentire visus fuit, dicens: *Vmbram enim habens lex futurum bonorum*: in integrum in eo fuerint ita completa: vt consulto à Paulo Messiam nostrum plenitudinem legis appellatū fuisse videamus. Neque huius rei iam aliqua in animos nostros debet subire admiratio, dicente Messia nostro Luc. 24. *Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysis, & Prophetis, & Psalmis de me.* Quę tamen nè fabulosa vnquam extitisse arbitremini, palpate, videte, & scrutamini Prophetarum oracula: & ea cum his quæ de nostro Messia Euangelistę nostri tanquam testes occulati referunt, ad inuicē à vobis conferātur: vt vnâ nobiscum palam prędicetis, Messiā nostrum non solùm ipsam veritatem extitisse, verùm eundem esse, quem Prophetæ omnes antiquitus tanquam digito intento dimonstrarunt. Heb. 10. Luc. 24.

Eia vos Rabbini doctissimi, & solertissimi mysteriorum, & Prophetarum indagatores, vobis nunc conceditur locus, vt semel & iterum scrutemini scripturas, *In quibus vitam æternam*

putatis habere: nam illæ sunt, quæ testimonium perhibebunt de Messia nostro. Si enim ex authoritate Thalmudistarum, vt in commentarijs Psalterij super illud: *Prædicans præceptum Domini*: habetur: *Prædicata sunt facta Messiæ in lege, secundũ illud* Exod. 4. *Filius meus primogenitus Israel*. In Prophetis, *secũdum illud* Isai. 52. *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde*. Et Isai. 42. *Ecce seruus meus suscipiam eum*. Et Dan. 7. *Ecce cum nubibus cœli. Quasi filius hominis*. In *Psalmis*: *Ex vtero ante luciferum genui te*. Quæ omnia maximè cohærent cum illis Lucæ vlt. *Hæc sunt verba, quæ loquutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum. Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysis, & Prophetis, & Psalmis*.

Et hinc est, vt prædixerit equidem Zacharias Deum carnẽ humanã assumpturũ fore illis verbis: *O gladie suscita te super pastorẽ meum, & super virum proximum meum*: id est, super humanitatẽ vnitã diuinitati. Illiusq; aduentũ maximè iucundum fore Angelis, Psal. 148. *Et exaltauit cornu populi sui, laus omnibus Sanctis eius* (id est, Angelis, secũdũ illud Deut. 33. *Apparuit de monte Pharã, & cum eo Sanctorũ millia*) *filijs Israel populo propinquo*. Quemdã præcursorem aduentũ Messiæ fore præuenturum, Isai. *Consolamini, consolamini populũ meum; dicit Deus vester, &c. Vox clamantis in diserto: Expurgate viam Domini, rectam facite in solitudine viã Dei nostri. Omnis vallis exaltabit se, & omnis mons, & collis humiliabunt se. Et erit prauum in directionem, & altitudines in planitiem*. & Malach. *Ecce ego mitto Angelum meũ, & præparabit viam ante faciem meam*. Eumdemq; Messiã ex stirpe Dauidis nasciturũ esse secundũ carnem, iuxta illud Samuel. *Cumq; impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis: statuã semẽ tuum post te, quod egredietur de vtero tuo*. & Paralip. *Cum impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos: suscitabo semẽ tuum post te, quod erit de filijs tuis, & stabiliam regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsque in æternum*.

Zacha. 13. Psal. 148. Isai. 40. Malac. 3. 2. Sam. 7. 1. Par. 17.

Sed inspicite, quæso, an tamquam præterita omnia ista referant non Liuius, Hærodotus, Salustius, Quintus Curcius, Suetonius, Iustinus, Valerius Maximus: sed Euangelistę nostri, qui eo maioris sunt authoritatis, quo maiorem, & pleniorem sanctitatem, & cognitionem cælestiũ mysteriorum præ omnibus illis, & ferè præ omnibus fidelibus fuerunt diuinitus assequuti: Præsertim acclamante Luca: *Impleti sunt dies, vt pareret: & pe-* Luc. 2.

& peperit filium ſuum primogenitum, &c. Et ecce Angelus Domini ſtetit circa illos; & claritas Dei circumfulſit illos, &c. Et dixit illis Angelus, &c. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo: Quia natus eſt vobis hodie Saluator; &c. Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelſis Deo; & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
Matth. 11 & Matthæo cap. 11. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam ante*
Matth. 1. *te*: & iterum: *Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham.*

Quòd ſ iterum ac iterum ſimiter acclamat Iſaias, Meſsiam nobis eum venturum eſſe in carne paſsibili ante vltimam Templi Hieruſalem euerſionem, di-
Iſai. vlt. cens: *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret dolor ei, peperit maſculum*: vel vt tranſlatio Chaldayca Ionathæ habet: *Antequam veneret ei anguſtia, ſalua facta eſt: & antequam eueniret ei dolores partus, Meſsias reuelatus eſt.* Vngendumque eſſe non oleo humano, vt cæteri Reges, & Pontifices: ſed paterno
Iſai. 11. ſpiritu, vt Iſai. inſinuauerat: *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini: ſpiritus ſapientiæ, & intellectus: ſpiritus conſilij, & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ, & pietatis.* & iterum: *Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vngerit me, &c.* Iſai. 61.
& alibi: *Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum, &c. dedit ſpiritum meum ſuper eum.* & Pſalm. Iſai. 42.
45. *Propterea vnxit te Dominus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis.* Pſal. 45.

Ipſumque Meſsiam ex Virgine naſciturum fore, eo potiſſimo tẽpore, quo maxima pax futura erat ſuper terram, atteſtante Iſaia: *Ecce virgo concipiẽs eſt, & pariens.* & iterum: *Et con* Iſai. 7.
flabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebunt vltra prælium. & in Iſai. 2.
Bethleem, vt Mich. *Et tu Betlem, Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit Dominator Iſrael. Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Mich. 5.
Quibus cõſonat illa verba Sybillæ tiburtinę: *Naſcetur Chriſtus in Bethlem, & annunciabitur in Nazareth, regnante Tauro, pacifico fundatore quietis. O felix illa mater, cuius vbera illum lactabunt.* Ita vt in eis natiuitate glorioſa, non ſolùm ſplendidiſſima ſtella apparitura eſſet: verùm quam plurima, eaque portentoſa miracula futura eſſent, vt Iſai. 60. *Surge, illuminare: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt, &c. Super te autem orietur Dominus, & gloria eius* Iſai. 60.

ſuper te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in
Iſai. 8. *ſplendore ortus tui* & iterum: *Et voca nomen eius, Accelera, Spolia detrahe, Feſtina prædari. Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci.*

Sed cum iſtis, quæſo, adhuc memoria veſtra refricētur, quę in confirmationem horum omnium Euangeliſtę noſtri ſuis oculis conſpexerunt. Præſertim cū Matthæus proferat, Meſsiam
Matth. 24 dixiſſe: *Videtis hæc omnia? Amē dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.*
Ioan 1. & Ioan. *Vidimus eum plenū gratiæ, & veritatis.* & Lucas etiā doceat, Virginem Angelo di-
Luc. 1. xiſſe: *Quomodo fiet iſtud, quoniā virum non cognoſco? Et reſpondēs Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Et quæ in 2. cap. ab ipſo referuntur: *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur vniuerſus Orbis, &c. Et ſubitò facta eſt cū Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Ex cuius natiuitate conſequutum fuit, vt ſatisfaciens Patri pro homine, factus obediens vſque ad mortē, adepta fuerit ea pax ſpiritualis inter Deum, & hominē, quę ablata erat propter noſtrorum primorum Parentum præcepti tranſgreſsionem: ſublatumq; fuerit bellum inter ipſos, meſ homines, inteſtinis odijs inter ſe ardetes: *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum:* & nobis Ephes. 2.
relinqueretur, quo compeſceremus facilè motus carnis, ita vt ſubderentur ſpiritui.

Liberè iam à vobes adducantur benedictiones illę, aſt promiſsiones factæ Abrahæ, Iſaac, Iacob, & Dauid, vt Geneſ. 17. 18. 21. 22. 26. 28. & 1. Samuel 7 & 2. Para. 7. & illa Iſai. 64. *Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes.* & 16. *Emitte Agnum dominatorem terræ.* & 45. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum.* & illa Exod. 4. *Obſecro Domine, mitte quæſo, per manum illius, quem miſſurus es.* & Pſal. 144. *Domine inclina cælos tuos, & deſcende.* & Abac. 1. *Vſquequo, Domine, clamabo, & nō exaudies?* Quæ omnia maximè cohęrent illis verbis Pſal. 98. *Notū fecit Dominus ſalutem ſuam: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiem ſuam: & viderunt omnes ſalutare noſtrum.*

Dummodo vnà ſimul à vobis referatur ſimiliter, cūctas illas promiſsiones Matthęum noſtrū executioni mandatas conſpexiſſe, breuiſsimis illis ver-
bis: *Cum natus eſſet Ieſus in Betlem, &c. Vidimus enim ſtellā eius in Oriente.* Inſuper Meſsiam Matth. 2.
noſtrum

noſtrum natum fuiſſe nõ quocumque anno, ſed anno Iubilei, vt priſci authores, quos refert Euſebius lib. ſuo de præparatione Euãgelica, & Adrianus Finius in flagello ſuo lib. 6. cap. 13. quo anno temporalium debitorum fiebat remiſſio, in ſignum remiſsionis peccatorum, quam ipſe editurus erat. Et eo die, quo, vt Diuus Hieronymus refert, omnes ſodomitæ interierunt, in ſignum puritatis, quam ipſe edocturus erat.

Cuius ortu fractum fuiſſe tẽplum Dei pacis, vt Magiſter hiſtoriarum vult: fontem olei ex Capitolio emanaſſe, vt Eutropius. Romæ Auguſtum Octauianum vidiſſe in cælo Virginem pulcherrimam, & puerũ in brachiis tenentem: ſuper altare verò Dei corruiſſe ſtatuã Romuli, vt Auguſt. lib. 18. Ciuita. ca. 23. Tres ſoles in Hiſpania ortos fuiſſe, in vnũ coeuntes: vt Angelicus Thom. Aqui. 3. p. q. 36. Poſt eius Natiuitatem fœliciſſimam Magos Reges ad eum adorandum ex longinquis terris tranſmeaſſe: vt Matth. 2. narrat: *Ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes, &c. & intrantes domũ, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes:* ADORAVERVNT *Eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerũt ei munera:* vt prædixerat Iſai. 60. *Omnes de Sabba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.* & Pſ. 67. *In templo tuo in Hieruſalem, tibi offerent Reges munera.* & 72. *Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent, &c.*

Si palàm acclamant maxime Prophetarum oraculis inſtructi, tempore aduentus Meſsiæ noſtri pueros occidendos fore. Hierem. 3. *Vox ſuper excelſa audita eſt, fletus deprecationum filiorum Iſrael.* & Hier. 31. *Vox in excelſo colle audita eſt, ploratus & fletus amaritudinum, Rachel plorantis ſuper filios ſuos.* Cuncta idola ſubuertenda fore Iſai. 2. *In die illa proiiciet homo idola argenti ſui.* & Iſai. 19. *Et mouebunt ſe ſimulachra Ægypti à facie eius.* & Zachar. 13. *Diſperdam nomina idolorũ.* Oſea. 2. *Et auferentur nomina Babalim.* Sophon. 2. *Remouebo nomina Babalim.* & Sophon. *Diſperdam de loco hoc reliquias Baal.* Meſsiam vocandum eſſe Ieſum, Abach. 3. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Iſai. 62. *Propter Sion non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam, &c. & Saluator eius lampas accendatur.* Quod vnum præſentire viſa fuit Sybilla Erithrea, vt Auguſt. 18. ciuitatis Dei c. 23. *Ieſus Chriſtus, Dei filius, Saluator.*

Insuper Nazarenũ vocandũ esse Isai. 11. Et *Nazareus de radice eius consurget*. & Psal. 132. *Super ipsum autem effulgebit diadema eius*. vel vt Hebræus Nizro: Seruum dilectum, Isai. 42. *Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea*. Eundemque Templo præsentandum fore, Malachias 3. *Et statim veniet ad Templum suum saluator, quem vos quæritis: & Angelus Testamenti, quem vos vultis*. De cursu verò tẽporis in AEgyptum transfretaturum fore, Isai. 19. *Et ingredietur AEgyptum*. Postea verò ex EAgypto eundem vocandum fore, Oseas. 11. *Et ex AEgypto vocaui filium meum*. Nullatenusque eundem cognoscendum esse a suis: Hierem. 8. *Miluus in cælo cognouit tempus suum: turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tẽpus aduentus sui: Populus autem meus non cognouit iudicium Domini*. In integrumque ipsum seruaturum fore legem veterem, Isai. 9 *Et factus est principatus super humerum eius*. vel vt Chaldæus legit: *Et recipiet super se legem, ad seruandum eam*. Admirabili sciencia præditum fore, Isai. 11. *Et requiescet super eum Christus Domini spiritus sapientiæ, & intellectus*. Ipsumq; in parabolis Discipulis suis loquuturũ fore, Psal. 78 *Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio*. Et tanquam vagũ in terra ista cohabitaturum, Hierem. 14. *Quare quasi colonus futurus es in terra: & quasi viator declinans ad manẽdum? Quare futurus est veluti vir vagus?*

Lectitent similiter, quæ noui Testamenti volumina nostra, omni exceptione fidedigna præseferunt: vt inueniant, dudum iam hæc omnia sperare minime sibi licere, testante Matt. 2. *Tunc Herodes videns, quod illusus esset a Magis: iratus est valde. Et mittens, occidit omnes pueros, qui erant in Bethlem, & in omnibus finibus eius, ab imatu & infra*. cui adhærent Macrobius, 6. lib. 2. cap. saturnalium, affirmans, inter eos Herodem occidisse filium suum. Acclamantibus vniuersis Gentilitatis autoribus post dispersionem Apostolorum in vniuersam terram, secundùm illud: *In omnem terram exiuit sonus eorum* (vt August. lib. 3. de ciuitate Dei, capit. 35.) recesisse imploratione, & cultum Deorum falsorum: & secesisse deitatem Saturni, Iouis, Mercurij, Martis, Herculis, Apollinis, Isidis, Veneris, Iunonis, Proserpinæ, cæterorumque omnium nominum, quorum cultui innumeri mortales consecrati erant.

Similiter affirmãte Mat. 2. c. *Et postquam consumati sunt dies*

octo, vt circumcideretur puer: vocatum eſt nomen eius Ieſus. Quod vocatum eſt ab Angelo prius, quã in vtero conciperetur, &c. & Matth. 2. *Et veniens habitabit in ciuitatem, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur, quod dictũ eſt per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur:* & Matth. 3. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui* & Lucæ 2. *Tulerunt illum in Hieruſalem, vt ſiſtirent eum Domino.* & Matt 2. *Et accipe puerũ, & matrem eius: et vade in terram Iſrael. Defuncti ſunt qui quærebant animam pueri. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſep in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius: & vade in terram Iſrael. Defuncti ſunt enim, qui quærebant animã pueri.* Paulo vero dicente. 1. Corin. 2. *Si enim cognouiſſent: nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* & Matth. 5. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Luc. 2. *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſponſis eius.* & Marc. 4. *Et docebat eos in parabolis multa.* Matthæ. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.*

Quòd ſi ſpetant hi miſeri, Meſsiam eorum iuſtum fore debere, Iſai. 11. *Et erit iuſtitia cingulum lumborũ eius:* honoris diuini maximè euigilantẽ, Pſal. 68. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me.* Humilem, & manſuetum, Iſai. 42. *Non clamabit, & non eleuabit, neque audire faciet foris vocem ſuam: calamum cõquaſſatum non conteret.* Nouamque legem ſuis imparciturum, Iſai. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.* Et quæ expectabant ad Regnum Dei docturum, Iſai. 2. *Et docebit nos vias ſuas.* Nullatenuſque ipſum alicuius peccati fore participem, Iſai. 53. *Eo quòd iniquitatem non fecerit, nec dolus fuerit in ore eius.* Maximeque ſolicitum fore in eligendis pauperibus piſcatoribus, Hierem. 16. *Ecce mitto piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabunt eos.* A ſuis autẽ cõtradicendũ fore, Hiere. 4. *Quia ſtultus populus meus me non cognouit.* & Hiere. 5. *Negauerunt Dominum, & dixerunt: Nõ eſt ipſe, neq; veniet ſuper nos malum.* Pauperem, & humilem futurũ eſſe, Zach. 9. *Exulta ſatis filia Siõ, &c. Ecce Rex tuus veniet tibi, &c. ipſe pauper.* Innumera miracula ab eo præſtãda, Iſai. 35 *Tunc aperientur oculi cæcorum.* Et ſpernendum à Iudæis, Hierem. 5 *Præuaricatione enim præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus.* Scribas, & Phariſæos doctrinæ Meſsiæ illudẽdos eſſe, Iſai. 29.

Et addent mites in Domino lætitiam, & mendici hominum in sancto Israel exultabunt. Super asinam ingressurum fore in Hierusalem, magna totius populi Israelitici acclamatione, Zachar. 9. *Exulta satis filia Siō iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, &c. & ascendens super asinam.* In hunc mundum venturum fore ad redimendos, & saluandos cunctos homines spiritualiter, Isai. 49. *Et dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ.* & Isai. 19. *Et mittet eis saluatorem, &c. qui liberet eos.* Isai. 25. *Præcipitabit mortem in sempiternum.* & 32. *Et erit opus iustitiæ pax, &c. & securitas vsque in sempiternum.* & Isai. 35. *Et venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna.* & idem 45. *Israel saluabitur in Domino, salute æterna.* & deniq; 60. *Quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam.*

Nè tandiu spe vana consumamini, sed fruamini nobiscū hoc tanto bono, quod tantopere ardenter consequi desideratis, vt requiem quam animabus vestris post tam longam expectationem speratis, adinuenire sit vobis concessum: respicite, & considerate, quæ in huius veritatis confirmationem testantur Euangelistæ eia, *Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Præcipue cùm dicat Luc. 19. *Et ingressus in Templum, cœpit eijcere ementes, & vendentes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Matt. 11. *Et discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* & Matt. 10. *Euntes autem, prædicate, dicentes: Quia appropinquauit Regnum cælorum.* Ioan. 14. *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquā.* Matt. 4. *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominū.* Ioan. 19. *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Ioan. 15. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent.* & Ioan. 8. *Tu de te ipso testimonium perhibes. Testimonium tuū non est verum, &c.* *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu?* Luc. 6. *Obseruabant autem Scribæ & Pharisæi, si in Sabbato curaret: vt inuenirent, vnde accusarent eum.* Matt. 21. *Ite in castellum, quod contra vos est: & statim adinuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerūt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt, &c. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, acclamabant, dicentes: Osanna filio Dauid.* Matthæ. 11 *Euntes, renunciate Ioanni, quæ audistis. Cæci vident, le-*

prosi

proſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, &c. Matt. 27. *Aue Rex Iudæorum. Et poſtquã illuſerunt ei, &c.* & Ioan. 3. *Nõ enim miſsit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum; ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.*

Si Prophetarũ oracula vos diu monent ad affirmandum, Meſsiam à Primatibus grauiter inſectandum fore eò, quod acriter eorũ peccata argueret, Pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerũt in vnum, aduerſus Dominum; & aduerſum Chriſtum eius?* & Pſalm. 21. *Circundederunt me vituli multi, tauri Baſam inſtar coronæ.* Concilium Iudęorum congregandum fore, vt Chriſto mortem machinarentur. Pſal. 70. *Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum.* Quæ cohærent dictis Sybillæ, vt Lactantius lib. 4 cap. 16. *Inierunt conſilium deteſtandum, vt priuarent eum vita, qui vt eos iuſtificaret, aduenerat.* Pridie quam mortem ſubiret, ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ab ipſo inſtituendum fore, Iſai. 25. *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium defecatorum, pinguium medulatorum, &c.*

Tradendumque fore ab amico ſuo, Pſalm. 41. *Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Trigintaque argenteis vendendum fore, Zachar. 11. *Et apprehenderunt mercedem meam, triginta argenteis.* Illamque pecuniam in Templum proiciendam à venditore, Zachar. 11. *Et tulit triginta argenteos, & proiecit illos in domum Domini ad theſaurarium.* Illis autem emendum eſſe agrum in peregrinorum ſepulturam, Hierem. *Et dederunt eos in agrum figuli.* In Meſsiam verò falſa teſtimonia ſuſcitanda fore, Pſalm. 26 *Quoniam inſurrexerint in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.* Corpusque ipſius flagellis exponendũ fore, Iſai. 50. *Ego autem non contradico, retrorſum non abij: corpus meum dedi percutientibus.* Faciemque illius immundis ſputis, & alapis eſſe fœdandam, Iſai. 50. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Vt Sybillæ verba inſinuant: *In manus iniquas, & infidelium poſtea veniet, dabunt Deo alapas, manibus inceſtis:* & Treno. 3. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.*

Corona ſpinea coronandum Cant. 3. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in*

diade-

diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius: quorum meminit Sybilla, vt Lactan. lib. 4. cap. 18. *Stulta, Deum tuum non cognouisti, medentem mortalem mentibus; sed spinis coronasti corona.* Tanquam agnum ducendum ad mortẽ, Hierem. 11. *Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Morti vicinum vehementer contristari debere, Psalm. 21. *Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio vẽtris mei: Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea, adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.* Grauiter ipsum conquærendum de Patre suo, Psal. 21. *Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti?* In ipsis cruciatibus constitutum nihil tortoribus responsurũ, Psal. 38. *Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Et inter iniquos passurum esse, Isai. 53. *Et cum sceleratis reputatus est.*

Voluntariè autẽ ipsum mortem subiturum, Isai. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit.* Iniustè condemnandum, Psa. 94. *Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem cõdemnabunt.* Relinquendum fore à suis Discipulis, Psal. 69. *Extraneus factus sum fratribus meis.* Psal. 88. *Longe fecisti notos meos à me.* Suisq; humeris baiulandã crucẽ. Isa. 9 *Et factus est principatus super humerum eius.* Crudeliter in ipsa cruce constitutũ, transfixendũ, Psal. 22. *Foderũt manus meas, & pedes meos.* Hinc felle cibandũ, Psal. 69. *Dederunt in escam meã fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Illinc lancea vulnerandũ, Zach. 12. *Et aspicient ad me, quẽ confixerunt.* Hinc deridendum, Psal. 21. *Omnes videntes me, deriserũt me, loquti sunt labijs, & mouerunt caput.* Tren. 3. *Factus sum in derisum omni populo meo.* Crucis eius superscriptionẽ nullatenus delẽdã fore, Ps. 57. 58. 59. quorũ tituli sic habent: *In finem, nẽ disperdas Dauid,* vel corrumpas in tituli inscriptione: qui Psal. Mesiæ nostro sunt adaptandi, secundum illud Psal. 57. *Expergisc. re, gloria mea, &c. expergiscar.* & illud Ps. 58. *Rectè iudicate filij hominum.* Et quod inferius in Ps. 59. habetur: *Dñe sine iniquitate cucurri, & direxi.* Et pro transgressoribus rogaturũ, Isai. 53. *Et pro transgressoribus rogabit.* In manus Patris spiritum eius traditurum, Ps. 31. *In manus tuas commẽdo spiritũ meũ.* Tandẽ moriturũ, Danie. 9. *Post hebdomadas 72. occidetur Christus. Et non erit eius populus: qui eum negaturus est.* Isai. 53. *Pro eo quod tradidit in mortẽ animã suã.* Post eius tristem mortem Sol obscurandum, Hiere. 15. *Occidet ei Sol, cum adhuc esset dies.*

Amos.

Amos. 8. *Occidet Sol in meridie.* Et tunc veſtimenta illius ſorti eſſe commitenda, Pſal. 22. *Diui ſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortẽ.* Magno planctu illius mortẽ lugendam fore, Zacha. 12. *Et plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum: & dolebũt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti.* Neque frangenda eius oſſa, Exod. 12. *Nec os illius confringetis.* Sepulchroq; glorioſo corpus illius mandandũ eſſe, Iſai. 11. *Et erit ſepulchrum eius glorioſum.* Corpus illius ſepulchro iacens ſatellitibus cuſtodiendum, Treno. 3. *Vidiſti Domine iniquitatem eorum, & labia inſurgentiũ mihi. Et meditationes eorum aduerſus me tota die ſunt.* Animam vero eius ad limbum deſcenſurã; vt inde cunctas ſanctorum Patrum animas ſecum glorioſè adduceret, Zach. 9. *Tu quoq; in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.* Et in triduo illo mortis eius, ſalutem totius mundi conſequuturam eſſe, Pſal. 73. *Deus autem Rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ.*

Sed quæſo attentè, & maturè ſimiliter nũc denuo vndequaq; examinetis, quæ oracula noua, Euangeliſtæ inquam noſtri de Meſsia noſtro cunctis poſt aduentum illius contigiſſe apertè docent, prædicant, & teſtãtur. Præſertim cũ iã perſonare ſentiamus illa verb. Marc. 11. *Quo audito, Principes Sacerdotum, & Scribæ, quærebãt, quomodo eũ perderent.* Mat. 26. *Tunc congregati ſunt Principes Sacerdotum, & Seniores populi in atriũ Principis Sacerdotũ, &c. Conciliũ fecerũt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderẽt.* & Marc. 14. *Et primo die azimorum quãdo Paſcha immolabãt, dicunt ei Diſcipuli, &c. Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait. Sumite: Hoc Eſt Corpus Meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes.*

Et Mat. 26. *Tũc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariot ad Principes Sacerdotũ & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? &c. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, &c. & ſupra. At illi conſtituerunt illi triginta argenteos.* Matthæ. 27. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos.* Actor. 1. *Hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.* Marc. 14. *Multi autem teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum: & conuenientia teſtimonia non erant.* & Lucæ. 22.

Sed

Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Matth. 27. Iesum autem flagellatũ tradidit eis. Matt. 26. Tunc expuerunt in faciem eius. Luc. 22. Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius. Matt. 27. Et plectentes, coronam de spinis posuerũt super caput eius. Marc. 14. Non respondes quidquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Matt. 26. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedei, cœpit contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Mar. 15. Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti. Matt. 27. Et cum accusaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil respondit. (Quæ maximè cohærent illis verbis Sybillæ, vt Lactan. lib. 4. c. 18. Et colaphos accipiens, tacebit: ne quis agnoscat quod verbum, & vnde venit: vt mortuis loquatur.)

Et Marc. 15. Et cum eo crucifixerunt duos latrones, vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Matt. 26. An putas, quia ego non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquã duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ; quia sic oportet fieri. Ioan. 19. Ego enim non inuenio in eo causam. & Marc. 14. Tunc Discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Luc. 23. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam, &c. & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Matth. 27. Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Et duxerunt eum, vt crucifigerent. & Marc. 15. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum. & Ioan. 19. Et vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. & Matthæ. 27. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis Templum Dei, & in triduo illud reædificas, &c. Si filius Dei es, descende de Cruce. & Ioan. 19. Et posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, &c. Dicebãt ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere: Rex Iudæorum, &c. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. & Lucæ. 23. Iesus dicebat: Pater dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. Et clamans voce magna, Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Matth. 27. Iesus autem iterum clamans voce magna, Emisit spiritum. & Lucæ. 23. Erat enim ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram. & Ioan. 19. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem. Luc. 23. Sequebatur autem illum

multa

multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: *Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.* Matt. 27. Habetis cuſtodiam, ite, & cuſtodite, ſicut ſcitis. & Ioan. 19. *Ad Ieſum autẽ cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, &c. Facta enim ſunt hæc, vt ſcriptura impleretur:* Os non comminuetis ex eo. & Matt 27. Hic *acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu, &c. & inuoluit illud in ſindone munda, & poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra,* Epheſ. 4. *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus.* Matt. 1. *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ.* Quòd ſi breuius omnia iſta, quæ in morte Chriſti ſubſequta fuerũt, ad ſummã quandam redigere conamini: quæſo, ea quæ in 3. c. Treno. dicuntur, cum illis quæ Euangeliſtæ ſimul referunt, conferatis.

Si vlterius tamen recordamini eorum, quæ Phrophetæ antiqui de Meſsia noſtro in futurum annuntiarunt, illorumque oraculis cũcti vos ſic adhæreſcere nitimini, vt licèt aliquis Angelus de cælo contrariũ vobis doceat, nullatenus ei fidem adhibituros fore dictitetis. Id contendite, in eademq; ſentẽtia perſiſtentes, palam in medium proferte, Meſsiam veſtrum inquam die tertia ſurrecturum fore? Oſeas 6. *Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos.* Quibus conſonant verba Rabbi Simeonis AEgyptij im bereſit rabba, id eſt, in expoſitione magna: exponens illa verba Gen. 22. *Die autem tertio.* dicentis: *Multi ſunt in ſacrâ Scriptura dies trinitatis, quarum vna eſt profectò Reſurrectio Meſſiæ.* & Rabenuhacados: *Poſt triduum anima Meſsiæ ad corpus ſuum reuertetur.* Et Sybillæ, vt Lactantius, lib. 4. c. 19. inſtitutionum: *Mortis fatum finiet, triũ dierum ſomno ſuſcepto: & tunc à mortuis egreſſus in lucẽ veniet.*

Maximè exaltandum fore à Patre 1. Samuel. 2. *Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.* Glorioſè ipſum aſcenſurum in cælum Pſal. 68. *Cantate Domino, Pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum. Dominus nomen illi.* Dexteram Dei Patris occupaturum, Pſal. 110. *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.* De curſu verò temporis translato, deſcenſurum fore Spiritum ſanctum in Apoſtolos Chriſti, Ioel. 2. *Et erit: Poſt hæc effũdam ſpiritum meum ſuper omnem carnem: &*

Vu propbe-

prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ.

Legem veterem ex tunc cessaturam, Psal 50. *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* Euangelium Christi, cuius meminit Sybilla (vt Lactantius lib. 4. cap. 18.) dum in hæc verba prorũpit: *In ipsum omnis lex soluetur:* per vniuersas mũdi partes propagandum fore per Apostolos eius, Psal. 19. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Sed potissimè Gentiles Fidei Christi credituros, Isai. 9. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Psalm. 18. *Et populus quem non cognoui, seruibit mihi.* Idq; vnum consequturum fore Mesiam absq; bellorum multitudine, sed summa pace, Zach. 9. *Et loquetur pacem Gentibus: & potestas eius à mari vsq; ad mare, & à fluminibus vsq; ad fines terræ.*

Clauisq; potestatem Petro, & successoribus illius à Mesia esse committendam, Isai. 22. *Et dabo claues domus David super humerum eius. Et aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & nõ erit, qui aperiat.* Ecclesiam ex Gentilibus, & Iudæis conflandam fore, Isai. 60. *Surge, illuminare Hierusalem, &c. Leua in circuitu oculos, & vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent,* Ezechiel. 37. *Ecce ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim: & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ. Et dabo eas pariter in ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum,* Hierem. 31. *Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini, vt seruiant ei humero vno:* id est, vno cultu. Copiosissimè, & latissimè propagandum fore imperium spirituale Christi: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis,* Isai 9. Danie. 7. *Et omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient.*

Vocandumque esse Populũ illum, qui ad Fidem Christi cõuertetur, nouo nomine, id est, Christianũ, Isai. 62. *Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. Et eris corona gloriæ.* & 65. *Seruos suos vocabit nomine alio. Quid tibi faciam Iacob? noluisti obedire Iuda: transferam me ad alias gentes. Et dabo eis nomen meum, vt custodiant legitima mea.* Nouumq sacrificiũ esse instituendum, Malach. 1. *Ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum. In Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Ex Gẽtibus innumeros sacerdotio fungendos esse, etsi non sint de stirpe Aaron, & Leui, Isai. 14. *Adiungetur aduena*

uenæ ad eos, & adhærebit domui Iacob Legem Meſsiæ nouum Teſtamentũ appellandum fore Hiere. 31. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum*: vel vt 70. legunt, *Teſtamentum nouum*. Circumciſionem carnalẽ penitus abolendam, Ezech. 36. *Effundam ſuper vos aquam mundam: & mũdabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri.* Ex tunc Deum adorandũ eſſe hucuſque in omni loco: orationeſq; & ſacrificium vbiq; ad eũ mittenda (eſtò contrariũ obſeruaretur, imo præciperetur à Moyſe, Deut. 5. 6. & 12. & ex his quæ 2. Paral. c. 7. 1. Reg. 9. dicuntur, colligatur) Soph. 2. *Et adorabunt eum viri de loco ſuo.*

Manifeſtanda fore cuncta myſteria Chriſti, legis, & Trinitatis, quæ antiquitus nondum erant palàm reſerata, Dan. 12. *Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſq; ad tempus ſtatutum, &c. Vade Daniel, quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus.* Splendidiſsima Chriſti luce cunctos mortales illuſtrãdos fore, Pſal. 112. *Exortum eſt in tenebris lumen rectis.* Fideles in tormentis Tyrannorum expoſitos, conſtanter Fidem Chriſti prædicaturos, Sapien. 5. *Tunc ſtabunt iuſti magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui obtulerunt labores eorum.* Virtute Paſsionis Chriſti peccata omnia delenda eſſe, Micheas 7. *Deponet iniquitates noſtras & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra.*

In his ergo recenſendis liberè ſemel & iterum, imo diu immoramini: donec ex his, quæ Euangeliſtę cũctis docẽt, ſecuriſsimè inſtruamini in cognitione clariſsima eorum omniũ myſteriorum, quæ Meſsias veniẽs in hunc mundũ præſtitit. Præſertim cùm vnanimes, nobis non ſolùm referant Matth. 28. *Veſpere autem Sabbati, &c. & ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete:* quod conſonat his, quæ Ioſephus 18. antiquitat. c. 9. dixit: *Apparuit autem eis iterum viuus, ſecundum quod diuinitas inſpirata Prophetæ prædixerunt.* Et id vnum apertiſsimè confirmare videntur apparitio prima facta Mariæ Magdalenæ, Ioann. 20. & apparitio ſecunda facta Petro, Lucæ vltim. & apparitio tertia facta duobus Diſcipulis, euntibus in caſtellum, eodẽ cap. & apparitio quarta facta decẽ Diſcipulis, Ioan. 20. & quinta apparitio, die octaua Paſchatis vndecim Diſcipulis, Ioa. 20 ſexta, facta in litore maris Tiberiadis,

Ioan. vltimo. & octaua, qua ex
probauit incredulitatem eorũ,
Marc. 16. & nona, in Galilæa
ſuper montẽ Tabor, Matth. vl-
timo decima in die Aſcenſio-
nis, Actor. 1. vndecima, facta
quingentis, vt fertur. 1. Corin.
15. duodecima, Iacobo. & vl-
tima facta Paulo. 1. Corin. 15.

Verum etiam adinueniamus
cuncta alia in integrum eſſe ad-
impleta, Matth. vltimo. *Data
eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, &
in terra.* Marc. 16. *Et Dominus
quidem Ieſus poſtquam loqutus eſt
eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſe-
det à dextris* Dei, Actor. 2. *Et
repleti ſunt omnes Spiritu ſan-
cto: & cœperunt loqui varijs lin-
guis,* Matt. 11. *Omnes enim Pro-
phetæ, & lex vſque ad Ioannem
prophetauerunt,* Matt. vltimo.
*Euntes ergo, docete omnes gen-
tes, &c. docentes eos ſeruare om-
nia, quæcunque mandaui vobis.*
Actor. 4. *Multi autem eorũ qui
audierant verbum crediderunt: &
factus eſt numerus virorum quaſi
quinque millia* (quod maximè
conſonat his, quæ 2. cap. & 13.
Actorum, & ferè omnibus ca-
pitibus illorum dicũtur, Acto.
9. Paulum miraculoſè ex per-
ſecutore Chriſtianorum factum
fuiſſe vas electionis) Matt. 16.
*Et tibi dabo claues Regni cœlorũ.
Et quodcunque ligaueris ſuper
terram, erit ligatum in cœlis,*
Ioann. 10. *Et alias oues habeo,
quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas
oportet me adducere.* Philip. 2.
*Propter quod & Deus exalta-
uit illum, & donauit illi nomen,
quod eſt ſuper omne nomen. Vt
in nomine Ieſu* Omne Genu *Fle-
ctatur,* Matt. 16. *Et ego dico ti-
bi: quia tu es* Petrus, *& ſuper hãc
petram ædificabo* Eccleſiam *meã,
&c.* Matth. 26. *Cœnantibus
eis accepit Ieſus panem, & bene-
dixit, &c. accipite, & comedite:*
Hoc Eſt *Corpus* Meum.

Inſuper præter hæc omnia
doceamur, Apoſtolos multos
ex Gentibus, nempe, Clemen
tem, & Dionyſium: Paulũ ve-
ro Titum, Timothæum, & Phi
lemonẽ, & alios multos Epiſ-
copos creaſſe, Ioan. 3. *Manda-
tum nouum do vobis.* Hebr. 8.
Ideò noui teſtamenti mediator.
2. Corint. 3. *Qui idoneos nos fe-
cit miniſtros noui* Teſtamenti. &
nobis referat Ioan. 3. *Niſi quis
renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu,
non poteſt introire in* Regnum
Dei. & Ioan. 4. *Mulier crede
mihi, quia veniet hora, quando ne-
que in monte hoc, neq; in* Hieroſo-
lymis adorabitis Patrem, Matt.
11. *Confiteor tibi Pater,* Domi-
*ne cœli & terræ, quia abſcondiſti
hæc à ſapientibus, & prudentibus,
& reuelaſti ea paruulis, &c.* Ioa.
15. dicatur. *Vos autem dixi ami-
cos, quia omnia quæcunque audi-
ui à* Patre *meo, nota feci vobis,*
Ioann. 8. *Ego ſum lux mundi.*

Actor. 5. Et illi quidem ibant *gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumelias pati.* Matthæi. 26. *Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.* 1. Corint. 6. *Empti enim eſtis pretio.* & 1. Petr. 1. *Scientes quoniam non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, &c. ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati, & immaculati Chriſti.* & 1. Ioan. 2. *Ipſe eſt propitiatio noſtra pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* & Apoc. 1. *Lauit nos à peccatis noſtris.*

CAP. VIII.

Hæc eadē veritas ex his quæ Rabbini docuerunt, confirmatur.

SI ergo hæc omnia oculis veſtris completa conſpicitis, & manibus veſtris contrectatis: Quid eſt, infelicíſsimi Iudæi, quod vos tandiu obcæcatos teneat, vt nondum eãdem veritatem quam interius vnà nobis cũ palã etiã inuiti & reluctãtes modò intuemini, nempe Meſsiam lucem, & veritatem eam extitiſſe, quam Pſalmiſta præſagiebat, dicens: *Mitte lucem tuam, & veritatem tuam, &c.* exterius abſque vllis ambagibus prædicetis? Quid vos retardat, vt aduentum præteritum Meſsiæ noſtri certíſsime præteriſſe fateamini? quãnam authoritatem, excellentiam, aut diuinitatem arroganter vobis aſſumitis? Nunquid nè maioris veritatis, & ſanctitatis vos eſſe arbitramini præ Euangeliſtis noſtris, qui tanquam teſtes oculati cuncta illa quæ referunt, ſuiſmet oculis conſpexerunt, & viderunt? Quorum vita innocens, & immaculata, atq; incorrupti mores adeo æterna memoria dignos eos fecerunt: vt illorum veſtigijs inhærere ſummæ fœlicitati cunctis tribuendum eſſe ferè omnes mortales ſint arbitrati.

Pſal. 42.

Fieri nè poteſt vt impius ille, & omni vitiorum genere, & colluuione concretus Mahumet, miraculis Chriſti conuictus (eſtò illi ferè in omnibus tanquam acerrimus hoſtis, & inimicus extiterit, & per tot annorum curricula illum, & Religionem noſtram eius execrãdã ſecta, & tot perſecutionibus vnà ſimul cum ſuis Sarracenis infeſtet, noctu diuque acerrimè opugnare nõ deſiſtat,) teſtetur in ſuo Alcorano *Ieſum Chriſtũ Dei virtutem, ſapientiã, animã, flatum, ſpiritum, verbumq; afflatu quodam diuino ex Maria Virgine perpetua natum. Suſcitaſſe mortuos, & miracula plurima præ*

cæteris diuinitus effecisse: cunctisque Prophetis Hebræorum sublimiorem extitisse: nullumque Hebræorum post Iesum habituros fore Prophetam. Clamant Dæmones, Marc. 5. *Quid mihi & tibi Iesu, fili Dei altissimi?* Matthæi 8. *Quid nobis, & tibi Iesu, fili Dei venisti huc ante tempus torquere nos?* Et spiritus immundi, cùm illum videbant procidebant ei, & clamabant, dicentes: Marc. 3. *Tu es filius Dei,* Luc. 4. *Exibant autem Dæmonia à multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christũ.* Vos autem obstinatos malitia vestra Mahumet, imo Dæmonia ipsa longe excelletis? Id modò renuentes fateri, quod ipsi conscientia conuicti acclamare, & assentiri, imo credere sunt coacti?

Diuinitus aliqui ex maioribus vestris illum nati, palàm cunctis docere non erubuerunt ante aduentum Mesſiæ nostri, Mesſiam vocandum esse, Iod, He, Vaf, H, vt Rabbi Abba super Hiere. 1. docens: Deũ Gẽtes in futurum Regi Mesſiæ restituturas, quæ Iacob pater noster dedit Esau, vt habetur in Beresſit Rabba, nempe quæ dicuntur in Psal. 71. *Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent.* Futurumque esse, vt Deus sedeat, & coram iustis sensum legis, atque secreta aperiat, & prædicet: & per Regem Mesſiam cuncta declaret. Temporibus Mesſiæ doctrina illius mentes omnium esse imbuendas, vt in glosa morali super illa verba: *Osculetur me osculo oris sui.* In iudicio compariturum, super illa verba: *Apparuit autem Dominus, dicens: Abraham cùm assurgeret, vt Deo debitam reuerentiam præstaret,* Deũ illi dixisse: *Sede Abraham, quoniam tu es in signum, & figuram filijs tuis. Futurum est, vt filij tui sedeant tanquam iudices in concilio: ego autem stem, qui Deus sum.* Quæ omnia maximè cohærent cum illis Luc. 1. *Et vocabis nomen eius Emanuel:* & illis: *Ecce Magi venerunt ab Oriente, &c. Thus, myrrham, & aurum deferentes.* & illis Matthæi 5. *Et aperiens os suum, docebat eos.* & illis Ioann. 15. *Vos dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* & illis Marc. 15. *Vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.* & illis. *Iesus stabat vinctus coram senioribus Plebis, & Principibus Sacerdotum.* Et nunc vos post aduentum præteritum Mesſiæ nostri, cuius notitia finitimæ, & remotiſsimæ gentes per tot annorum curricula fuerunt illustratæ: cuius doctrinam Apostoli, & tot Mar- Matt. 2.

Martyrum cohortes copioſiſſimo eorum ſanguine in confirmatiónem huius veritátis effuſo palàm cunctis demonſtrarunt: eam naturam, & conditionem eſtis induti, vt omnibus his, & ipſi Deo vos intrepidè ſemel & iterum opponere, huicque ſolidæ veritati, tot miraculorum generibus à Paſſione Chriſti hucuſque confirmatæ contradicere in ſummis bonis habendum eſſe arbitremini?

Libere teſtantur Rabbini illi veſtri antiquiſsimi, vt Rabbi Rab in lib. ſanhedrin in diſtinctione Helec, omnes terminos, id eſt, aduentum Meſsiæ iam præteriiſſe: vanumq; eſſe Meſſiam à Iudæis vlterius expectari: ſed Iudæorum redemptionẽ in ſola conſiſtere pœnitentia. Rabbi Moſes AEgyptius in lib. de Iudicibus, titulo de Regibus, væ, inquit, *animabus computantium terminos aduentus Meſſiæ*. Et in Thalmud Hieroſolymitano Arabem quendam Iudæo aráti dixiſſe: *Fili liga boues tuos, quia natus eſt Meſsias veſter, cuius nomen eſt Menahem*, id eſt, *conſolator: pater verò illius Hiſchiaz*, fortitudo Dei. Et Ioſeph lib. 7. de bello Iudayco, cap. 17. Feſto Pentecoſtes vocẽ audiuiſſe dicentem, *in Tẽplo Hieruſalem: Migremus hinc*, id eſt, *tranſeamus ad populum Gentilicum*. Et in medraſtehilim, ſuper illud Eccleſ. 7. conſidera opera Dei, Deum dixiſſe Adamo: *Caue nè contra voluntatem meam aliquid agas, quandoquidem nemo te redimere poterit, niſi iuſtus ille, cui mortis cauſam tu ipſe præbebis*: de quo Zachar. 9. dicitur: *Ecce Rex tuus, &c.* Imo Rabbi Gerundenſis ſuper illa, Geneſ. 24. *Qui introduxit eã in tabernaculum Saræ matris ſuæ*: dictitat: *Hic eſt Rex Meſsias, qui dedit cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſrael: & ad ieiunandum, & humiliandum ſe pro eis, ſicut ſcriptum eſt.* Iſai. 53. *Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras.* Rabbi Dauid quimi, ſuper illud Zach. 12. *Et aſpicient ad me, quem confixerunt: hæc omnia innuere Meſsiam filiũ Ioſeph.* & Imberiſet Rabba, ſuper illud Gen. 2. *Hæ ſunt generationes, &c.* Per filiũ Phares, de quo mentio fit Rut vltimo Meſsiã Regẽ intelligi, qui ex Phares deſcẽdit. Et Rabbi Samuel in Epiſt. ad Iſac, Magiſtrũ Synagogæ, approbãs Meſſiæ cõditiones in Saluatore noſtro adimpletas, dicit c. 13. *Vide timeo domine mi, quod hæc quæ dicta ſũt teſtimonia Prophetarũ de illo iuſto intelligantur, quod fuit vẽditus pro argẽto, vt Amos: quod calcauerit torcular, vt Iſai. Quod geſſerit bellum cũ patribus noſtris, ſicut in Pſalm. quòd captus fuerit* in

proſiteris. Præſertim cùm clariſsimè intuearis, multa alia in primo aduentu Meſsiæ pręſtãda fore, vt Prophetæ veſtri prędixerunt præter eã, quæ ſuperius attulimus: quę omnia mini me completa eſſe cuipiam veſtrum, aut noſtrum etiam videre fuit permiſſum. En rodas, en ſaltus, hoc eſt tempus, hæc vobis oblata eſt occaſio, vt in mediũ omnia illa vaticinia Prophetarum, quæ vobis magno ſunt & fuerunt ſemper impedimẽto, vt hanc veritatem nobiſcum fateamini, à vobis adducãtur. Nam eſto veſtro uni iuditio nobis maximè aduerſari prima facie videantur: ſed mihi credite, eam claritatem (ſi vt par eſt, perpendantur) vobis impertient, qua non ſolùm veſtrę mẽtes in notitiam aliorum cæleſtium myſteriorum mirificè illuſtrentur: verùm longè propulſare valeant cũctas alias erroris tenebras, quibus hucuſq; hàc & illàc in dies magis & magis allucinantur.

CAP. IX.

Diſſoluuntur recentiorum Rabbinorum argumenta.

ATque ita initiò opponãt iã illa verba Malachiæ vlt. *Ecce ego mittã vobis Heliã Prophetam, antequã veniat dies Domini magnus, & horribilis:* & in medium proferant illa Zachar. 6. *Ecce vir oriens nomen eius, & ſubter eum orietur, & ædificabit Tẽplum Domino, & ipſe extruet Templum Domini:* vel vt Chaldæus legit: *Ecce vir, Meſsias nomen eius.* Et illa Hierem. 31. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas à Domino à turre Ananeel vſq; ad portam Anguli:* vt illis teſtimonijs quaſi ancipiti cogitatione diſtracti adhuc aduentum primum Meſsiæ noſtri aduentaſſe palam fateri erubeſcamus. Pręſertim cûm certiores reddamur, nullatenus Heliam aduentum primũ Meſsiæ præueniſſe, aut Meſsiam noſtrum Templum, aut Ciuitatem quondam contruxiſſe. — Zacha. 6. — Hiere. 31.

Sed erubeſcant, qui contradicunt veritati, erubeſcant impij, & perdi deducantur in infernum. Nam nos reuelata facie fatebimur, illa Malachiæ verba non qualemcumque, ſed horribilem, & poſtremam aduẽtum Meſsiæ, quo cũcta eſt diſcuſſurus, cuiuſque conſpectui cunctæ creaturæ rationales, & intellectuales ſunt comparituræ, pręſeferre: vt verba in principio illius capitis Malachiæ appoſita inſinuant, quæ ſic ſe habent: *Ecce enim Deus venit, ardens tanquã clibanus. Et erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes iniquitatem vt ſtipula, & inflãmabit eos dies venturus, &c. quia non relinquet eis* — Solutio 1. argu. — Malac. 3.

radicem, & ramum. Quæ maxi-
me cohæret cum illis Pſal. 96. *Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate.* & Malach. 3. *Ecce venit, dicit Dominus exercituum; & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum?* & Daniel 7. *Thronus eius flammæ ignis.* & Iſai. 24. *Quia cataractæ de excelſis apertæ ſunt, & cōcucientur fun menta terræ:* & capi. vltim. *Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turba quadriga eius. Reddet in indignatione furorem ſuum, & increpationē ſuam in flāma ignis.*

Aliàs nāque quanam ratione cohæreret illa Malachię cum
Zach. 9. illis Zachariæ? *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinum, &c. & loquetur pacem Gētibus.* & illis Pſal. 88. *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Si magnus, & horribilis dies Domini in primo aduentu ſuo
Iſai. 53. futurus erat: Quomodo Iſaias acclamat de illo? *Non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus. Et deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, &c. vnde nec reputabimus eum.* Ob quod admiratus Iſaias dicit in principio huiuſmet capitis: *Quis credidit auditui noſtro, &c.* Venturus erat equidem ad ſaluandum, & redimendum genus humanum primo ſuo aduentu, & vt oſtenderet diuitias miſericordiæ ſuę; & non ad perdendos, & diſſipandos cunctos mortales, qui ei peccando bellum intulerant grauiſſimum, in oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ. Saluatoris officio nē functurus erat, vt Iſaias prædi-
xit, *Haurietis aquas de fontibus* Iſai. 12.
ſaluatoris: primo ſuo aduētu, vt ſaluaret cunctas oues, quę perierant: an grauem Iudicis perſonam ſubiturus, vt eas morti æternæ traderet? Si horribilis primus aduentus eius extitiſſet, quomodo amore tot hominum nationum, prouinciarum, & regnorum genera ad eius dilectionem alliceret? vt prædictū erat: *Adducam illos in funiculis charitatis.* Qua enim ratione cum hominibus peccatoribus commorari dignaretur? vt inſinuauerat Iſai. *Et vocabitur Emmanuel*, id eſt nobiſcum Deus: aut eos ad ſe aduocare valuiſſet? vt Ezech. 34. *Et congregabo eos de terris:* & Michæ. 4. *Congregabo claudicantē.* & Oſe. 8. *Congregabo eos, & quieſcent:* aut miſericordia cōmotus, ſeipſum tot tantiſque cruciatibus, & morti crudeliſſime expoſuiſſet? & quod magis eſt, pro inimicis ſuis ad Patrem ſuum, cum clamore magno, & copioſa lachrymarum inundatione vehemēter deprecatus eſſet? ſecundùm illud: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit, &c. pro tranſgreſſori-*

Solutio 2. argu.

greſſoribus exorabit, Iſai. 53.

Inſuper fatebimur ingenuè, Meſsiam noſtrum Templũ Hieruſalem non conſtruxiſſe: licèt ſaltim inſtar Adami, de cuius coſta ædificata fuit Eua de latere illius, ipſum ędificaſſe Eccleſiam Chriſtianorum tanquã de viuis lapidibus, affirmare ęqui dẽ verè cogamur: vt 1. Pet. 2. Ipſumq; conſtitutum fuiſſe à Deo caput *ſuper omnem Eccleſiam*, Epheſ. 1. & 2. *Superædificati ſuper fundamẽtum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in Tẽplum ſanctum in* Domino Cuius Templi excelẽtia adeo magna & amplior extitit, & modo extat Templo illo Hieroſolymitano: quantam præſeferunt verba, quæ ſequuntur in eodem capite: *In quo & vos coædificamini, in tabernaculum Dei, Dei in ſpiritu*. & illa 1. Corint. 6. *An neſcitis, quoniam mẽbra veſtra Tẽplum ſint Spiritus ſancti, qui in vobis eſt?* Cuius magnitudinis recordabatur Pſalmiſta, dicens Pſal. 102. *Tu exurgens, miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus, &c. Et timebunt Gentes nomẽ tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam. Quia ædificabit Dominus Sion, & videbitur in gloria ſua. Et reſpexit in orationẽ, &c. Scribantur hæc in generatione nouiſsima: & populus qui creabitur, laudabit Dominum*. & Aggeus. 2. *Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ, pluſquam primæ*. Quę Eccleſia non ſolum ex Iudæis, ſed ex Gẽtilibus conſtructa fuit, vt Paul. atteſtatur Epheſ. 2. *Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum, &c. Vt duos condat in ſe metipſo, in vno nouo homine faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo*: quæ maximè cohærent verbis, quæ inferius apponuntur in Zachariæ teſtimonio: *Et ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo, &c. & conſilium pacis erit inter illos duos*. Zach. 6.

Solut. 3

Prædicabimus etiam, prima fundamẽta Religionis Chriſtianę ipſum iacuiſſe, quibus aditus cũctis inde reſeratus eſſet ad patriam illam ſupremam beatitudinis, abſque vlla perſonarum acceptione, ob meritum Paſsionis ipſius: vt præſeferre viſus fuit Iſai. 45. dicens: *Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam: & omnes vias eius dirigã. Ipſe ædificabit ciuitatẽ meam, &c. dimittet non in prælio, neque in muneribus*. & Pſal. 60. *Quis deducet me in ciuitatem munitam*. Similiter eum ædificaſſe, vel reſtauraſſe ciuitates deſertas, id eſt, varias & diuerſas manſiones beatitudinis, nempe ſedes ab Angelis derelictis, & vacuas. Eorum inquam, qui Lucifero complices fuerunt,

ſecun-

Ioan. 14. secundum illud Ioan. 14. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt, &c. Vado parare vobis locum.* Cuius ciuitatis meminit Psalmista *Gloriosa sunt de te ciuitas Dei.* & alibi: *Nisi Dominus ædificauerit ciuitatem: in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.*
Heb. 11. & Paulus: *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.* &
Apoc. 21 Ioan. *Vidi sanctam ciuitatem nouam, descendentem de cælo, à Deo paratam, &c. Et audiui vocem magnam, de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.*

Et præter illam Ciuitatem Tryumphantem, similiter ædificasse istam Militantem: quam intercedente gratia ipsius, ferè vniuersas Orbis partes nũc meritò occupare intuemur, medijs Apostolis suis, super quos visibiliter descendit Spiritus sanctus in die Penthecostes. Ita vt non solùm contineat intra mœnia sua, Iudaycum & Gentilicum populum, vnam eandemque fidem & legem habentes: verùm omnes peccatores, impios, conscceleratos, & carnales, si tamen Fidei participes extiterint, eique assentiantur, secũdũ illud: *Ego sũ ostiũ. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet:* & illud: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluabitur.* Cuius Ciuitatis amplitudinem, & maiestatẽ Paulus ostẽdere conabatur, dicens: *Non enim accessistis ad tractabilem, & accessibilẽ ignem, &c. sed accessistis ad Sion, montem & ciuitatem Dei viuentis: Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequẽtiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis: & iudicem omnium Deum & spiritum iustorum, perfectorum: & Testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel.* Et olim Isaias: *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Et fluent ad eũ omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, &c.* & idem: *Quia ecce ego creo Hierusalem exultationem, & populũ eius gaudium: & exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo, &c.* Eritque: *Antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, audiam.* & iterum *Lætamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eã, &c. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundãtem gloriam Gentium.* & Psal. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem.* & illa Hierusalem, *quæ ædificatur vt ciuitas:*

Margin notes (right column): Hebr. 12. — Isa. 2. — Isai. 65. — Isai. 66.

ritatis: cuius participatio eius in id ipſum. Quibus teſtimonijs, ni fallor, ſatis me reſpondiſſe, credo illis met argumentis, quę cōtra nos ex 40. cap. Ezechiel vſque in finem, in quibus latiſsimè Propheta ædificationem ciuitatis nouæ, in futurū per Meſſiam fiendam declarat, excitare hucuſque valent.

Obiectio 2. In medicum ergo adducant iam Rabbini veſtri illa verba

Iſai. 2. Iſai. 2. *Et erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles. Et fluent ad eum omnes gentes, &c. & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, &c. nec exercebunt*

Iſai. 11. *vltra ad prælium.* & illa eiuſdē: *In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabuntur, &c. Et eleuabit ſignum in nationes: & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget a quatuor plagis terræ,* & ſupra. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo, & oues ſimul mora*

Iſai. 46. *buntur.* & illa eiuſdem: *Prope feci iuſtitiam meam, non elongabitur: & ſalus mea non morabitur, dabo in Sion ſalutem, & in Hieruſalem gloriam meam.* & illa Za-

Zacha. 6. char. *Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi, iuſtus, & ſaluator.*

Si his oraculis ſibi perſuadent, conuincendos fore cunctos Fideles de fide noſtra (qua tādiū, illorum peruerſo iuditio, ſumus obcęcati, palam confitētes Meſsiam veniſſe) proferentes palam, quod omnes exteræ nationes, exceptis Chriſtianis, manibus ſuis contrectauerint, Chriſtum quem nos Meſsiam appellamus, nullatenus in nouiſſimis temporibus veniſſe: cùm adhuc plus mille & ſexcēti anni, ab aduentu illius hucuſque, fuerint ſubſequti. Neq; in eius ortu mōtem Sion præ omnibus collibus eleuatum fuiſſe viderint: innumeraque nationum & gentium genera extitiſſe, quæ ei fidem adhibere recuſauerint: maioraque bella poſt aduētum illius, potiſsimè in Iudæa, fuiſſe incenſa: nullū ſignū illis viſibile apparuiſſe: Iudęos verò maiori captiuitate per vniuerſas mūdi partes (neſcio quo malo fato) oppreſos eſſe: feras eaſdē naturas adeo ſibi impreſſas continuò obſeruaſſe: cunctāque ſynagogam Iudæorum ex tunc, vna ſimul & ipſos Iudęos conculcari, & magno ludibrio cunctis alijs nationibus eſſe cœpiſſe, experti ſemper fuerint. Tamen nequaquam his & alijs teſtimonijs conuincemur Chriſtiani: quin potius ob illa firmius & conſtantius aduentum præteritum Meſsiæ intrepidè vt hucuſque præſtitimus, corā

cunctis

cunctis gentibus & nationibus cõfiteamur,& prędicemus. Pręsertim cûm sic ista omnia testimonia diuinitus hanc solidam veritatem nostram confirment, tueantur,& corroborēt: vt etsi ab alijs innumeris testimonijs illa fulcita non extitisset, his tantū vndique circundata, & abundans,habeat iam, quibus ab omnibus incursionibus libera, immunis,eadem,& constans semper perseuerare posit.

Solut.1. Nam quamuis prima facie, verba illa Isaiæ. *Et erit in nouissimis diebus*: apertè ostendere videantur cuncta illa quæ vaticinantur à Propheta, euentura fore diebus vltimis huius sæculi: sed quæso, Rabbini doctissimi, arbitremini, cum eo vos inijsse prœlium, qui sermonis & proprietatis,textusq; Hebrayci aliqualem est adeptus cognitionem,& qui vos intus & exterius optimè diu cognouit. Forsan existimatis, fortuitò & non diuinitus Spiritum sanctum cōmouisse os,& linguā Prophetę, vt solū diceret, vt textus originalis pręsefert: *Et erit,baharit*, id est,in nouissimo, in postremo,in exstremo,vel in vltimo, vel in fine dierum, & non in nouissimis diebus: vt sic malitię vestræ in posterū prouidēs, cūcta machina menta in religionē Christianā à vobis cōtorquēda penitus labefactata manerent?

Vobis ingenuè fatemur, nōdum aduentasse Messiam nostrum in nouissimis & vltimis diebus huius mundi: sed intrepidè testari possumus, venisse in nouissimo, vel in extremo dierum, quibus solùm superest vltimus finis præmij, & condemnationis vitæ,aut mortis æternæ: & quibus adimpleta fuerunt omnia,quæ vetus lex adūbrabat,& Prophetarum oracula annunciarunt. Id est, in fine dierum illorum, quibus omnia incolis illius ætatis in figura cōtingebant, & bona temporalia pollicebantur: in fine dierum illorum,qui potius dies mœroris, luctus, afflictionis, & spei, quàm lætitiæ, & alacritatis nuncupari debebant. In fine illorū, inquam,dierum,qui si cum nostris comparentur,tenebrosi, tetri,& innumeris caliginibus vndique implicati,vel potius nox obscura cunctis apparebunt: quorum recordabatur Iob 17. dicēs: *Post tenebras spero lucem.* Iob. 17.
In fine illorum dierum, quibus tot pręceptorū,& cœremoniarum generibus vndique circundabantur Israelitici, quot infirma erant ad præbendā salutem spiritualem,vt Iob 30. *Et possidet me dies afflictionis.* Iob. 30.
In fine illorum dierū, post quæ Prophetarum munera cessatur erāt: illa decem miracula quæ quotidie in Tēplo Hierosolymitano fiebant,

fiebant, prorsus ruitura: vniuersa verò legis veteris obseruatio vnâ simul cũ eius cœremonijs tanquam mortua, & mortifera honorificè perpetuo silẽtio sepelienda erant: & splendidissima lux Euangelicæ doctrinæ cunctis gentibus & nationibus diuinitus erat irradiatura, qua sectatores illius, participes effecti cęlestium bonorum, quibus Beati Spiritus perfruuntur, aliqua ex parte vnâ cum illis, media gratia, potirentur. Et in fine illorum dierum, qui molesti, & maximè infesti semper cunctis sic visi fuerant: vt nullibi dies pleni inuenirẽtur in eis. Vel in fine illorum dierũ, quibus nulli saluatorẽ oculis corporeis cõspicere fuit concessum, & quibus subsequta fuit postrema ætas, & lex Euangelica: ita vt duratura sit vsque ad finem mũdi, & aliam sibi successuram nõ speret. Præsertim cùm Ecclesia militans nostra continuanda sit cum illa Triumphante Beatorum: quæ dicitur nouissima ex eo, quòd sit finis cũctæ creationis naturæ rationalis, & spiritualis: & sine fine sit perpetuò permansura, & terminet in sua ęternitate cũctos alios dies. Vel in fine illorũ dierũ, qui per antonomasiã dicũtur dies Messiæ, idest, in nouissimis diebus illis
Gene. 49. Messiæ, secundũ illud Gen. Cõgregamini, *vt annuntiem, quæ ventura sint, &c. in nouissimis diebus*: vel vt textus Hebraycus, *In nouissimo dierum*: vel vt Chaldæus, *In fine dierum, &c. non auferetur habens principatum à domo Iuda, neque scriba à filijs filiorum eius: donec veniat Messias, cuius est Regnum.*

Quæ omnia diuinitus Spiritus sanctus prouidit, imò clarè insinuare visus fuit, quando nomine dierũ prępos uit, He, literam demonstratiuã, & admiratiuam. Ac si diceret, cuncta huius prophetię euentura fore nõ in fine mundi, sed in diebus illis fœlicissimis Messię, quos Patres antiqui, mẽte interius & reuelatione Spiritus sancti illis cõmunicata, cõspiciebant de lõginquo: & ad quos cũcta Prophetarum oracula dirigebantur, & in eius cõtẽplatione summa lætitia perfundebantur, secundùm illud Christi: *Abrahã exultauit, vt videret diẽ meum: vidit, & gauisus est.* Sicq; cuncti tanquam suspẽsi, & atoniti in vehementem admirationẽ tantæ fœlicitatis, noctu dieq; rapiebãtur: vt vix pręgaudio, & exultatione tãtũ, & inuisũ donũ hominibus pręducere auderent: vt apertè insinuare videntur illa Psal. *Numquid* Psal. 87.
Sion dicet, homo & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus? Et Hierem. 14. *Tibi peccauimus, expectatio Israel, saluator noster in tempore tribulationis:* Iere. 14.

quare

Quare quasi colonus futurus es in terra? & quasi viator declinans ad manendum: quare futurus es veluti vir vagus? & fortis, qui nec potest saluare?

Eia dicite nobis, si Messias noster vltimis & nouissimis diebus mundi venturus erat, & nõ in vltima ætate (quę aliquando sicut in homine licèt sit vltima & postrema, vt senectus, tamen cunctas alias ætates, nempe infantiam, pueritiam, adolescentiam, & iuuentutem duratione excellere sæpissime solet) vt quid Isaias vester dixit? *Sicut in diebus* Noe *istud mihi est, cui iuraui, ne trãsire facerem aquas* Noe *vltra super terram. Sic iuraui, ne irascar super te, & ne increpẽ te.* Nũquid nè vt his verbis instrueremini ex sententia Rabbi Salomonis super hæc verba, vt sicut cùm cessauit diluuiũ, sexcentorum annorum erat Noe, sic ab eo tẽpore, quo Isaias ista prædixit vsque ad aduentũ Messię sexcenti anni flui deberẽt. Quorsum Daniel pręscripsit numerum annorum determinatũ, quo Messias venturus erat? nõ hoc pręstitit, vt inde Rabbini vestri nullatenus deinceps possent huius Isaiæ testimonio decipi, vt arbitrarentur in fine mundi venturum esse Messiam? dicens: *Ab egressu verbi, vt iterũ reædificetur* Hierusalem, *vsque ad Messiam Ducem, hebdomadæ septem, & hebdomades sexaginta & duæ, &c. & post hebdomadas sexaginta & duas excidetur Christus.* Quorsum Moyses eandem veritatem credendam docuit, dicens sceptrum Iudæorum tantùm vsque ad aduentũ Messiæ duraturum? *Non auferetur sceptrum, &c. donec veniat, qui mittendus est Christus.* An hæc omnia in nouissimis diebus huius sæculi euenerint, vobis, & maioribus vestris, qui post mortẽ Christi adeo ista dura, & miserabili seruitute ab infidelibus oppressi estis, iudicandi cõceditur locus: & iudicent remotissima regna, quorum imperio per tot annorum curricula vt vilissimi, & infames vos addicti estis.

Isai. 54.

Dan. 9.

Nondum recordamini illorũ verborũ, quæ Samuel habẽtur? *Hæc autem sunt verba* Dauid *nouissima*: quæ tamen non fuisse postrema, est certissimum: cùm postea multis annis interiectis, multa alia illum loqutum fuisse narret eadem Scriptura sacra: vt ex his, quæ in sequenti capite, & in. 1. & 2. cap. 1. Regum apponuntur, constat. Nondum consideratis, si Messias veniret in vltimis diebus sæculi, cũcta mysteria quæ ipsum operaturum fore pro reparatione generis humani Prophetæ annuntiarunt, nullatenus in integrum adimpleri? nec Euangeliũ Christi per vniuersas mundi prouincias

2. Sam. 23

prouincias propagari per Apoſtolos ſuos poſſe? & ſic pauciſſimos fore, qui eius ſanguinis, mortis, & Reſurrectionis participes fierent: fruſtrandumq; eſſe illius aduentum, cùm non oportunè ſaluti mortalium omnium Meſsiam conſuluiſſe cuncti cõſpicerent? Venturus nè erat ad ſaluandum quod perierat, primo ſuo aduentu, an ad iudicandum orbem terrarum? Si primũ fatemini, quomodo id præſtaret in nouiſsimis diebus mundi, cùm vſq; in ea tempora per tot longinqua annorum curricula, tot tanti, & innumeri mortales, abſque vlla cognitione Dei ſupernaturali iam deficerent, qui morti æternæ erãt deſtinati: quot recenſere eſſet impoſsibile? Si ad iudicandum genus humanum, quando ſaluatoris munere functurus erat?

Cùm ergo ex dictis, nomine Haharit, ideſt, *In nouiſsimo dierum illorum*, vltimam & poſtremam ætatem huius mũdi, nempe ſtatũ gratiæ Prophetam verißime & certißime intellexiſſe oſtenderimus: aliâs namque tot abſurda ſequantur, eſt neceſſe, quot non ſolùm lingua recẽſere, verum mens concipere nõ audet. Opus eſt, vt iam ſaluti ſpirituali animarum veſtrarum conſulentes, ſtatim oſtẽdamus, Iſaiam, illis verbis: *Præparatus mons domus Dei in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles*: tantùm ſignificare voluiſſe Eccleſiam Fidelium (quæ ſola eſt in iſto mundo viſibilis domus Dei) præ omnibus congregationibus præteritis & futuris vſque in finem mundi excelſiorem locum ocupaturã, tum ob legis illius præſtantiam, & ſacramentorum ſalutarium illius excelſitudinem: tum ob veram & realem præſentiam ſacramentalem, qua Meſsiã eius ſuis amplexibus perpetuò vſque ad diſolutionem huius ſæculi comprehenſura erat. Quæ omnia ſignificare viſus fuit Pſalmita, dicens: *Magnus Deus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, pulcherrimo fructice. Lætificãs omnem terram, Monte Sion, lateribus Aquilonis, ciuitate Regis magni, &c. Sicut audiuimus, ita vidimus in ciuitate Dei exercituum, in ciuitate Dei noſtri. Deus componet eam vſque in ſæculum ſempiternum.* & idem: *Quam redemiſti virga hæreditatis tuæ, montem Sion iſtum, in quo habitaſti*: vel vt Chaldæus legit: *Quando quieſcere feciſti diuinitatem tuam in eo.*

Vera intelligentia huius texti.

Pſal. 48.

Pſal. 74.

Quæ meritò nuncupatur Siõ, quia in monte iſto orta fuit Eccleſia noſtra: cùm eo dicatur Meſsiam noſtrum multa miracula præſtitiſſe. Et etiam quia in eo legem Euangelicam promulgari, ibi Chriſtum morti

 tradi,

tradi, & Spiritum sanctum descendisse super Apostolos; qui propagaturi erant Euangelium Christi per vniuersas mũdi partes, nobis referant Euangelistæ. Ac deniq; quia nostri Ecclesia (quæ nomine Sion intelligitur) ipsa sola sit, quæ speculatur, noctu diuque est solicita, & maximè intenta in propulsandis inimicis nostris, in euertendis illorum contra nos adhibitis machinamẽtis, & in consulenda salute spirituali cunctorum filiorum eius: vt omnes cõciues illius, munere sibi iniuncto fungentes, debitum obsequium præstent Deo Optimo Maximo, in signum innumerabilium beneficiorum, quibus ab ipso non solùm in creatione, sed in redemptione sunt mirificè deuincti.

Si arbitramini montem Sion eleuandum fore præ omnibus collibus, & cæteris montibus in aduentu Messiæ: vt sic in illo constituti, liberi, & immunes essent ab omnibus molestijs, & iniurijs inimicorum populi Israelitici: fundamentorumque illius profunditate, & firmitate inexpugnabilis cunctis redderetur: Quid sublimius monte nostro excelsissimo Ecclesiæ nostræ? cuius excelsitudo tanta est, vt tanquam scala illa Iacob ad cęlos ipsos pertingat, vt Paulus insinuare visus fuit, dicens: *Conuersatio nostra in cælis est.* Quid isto firmius, aut stabilius? acclamante Euangelista Matthæo. *Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* & Ioann. 20. *Quorum remiseritis peccata, dimissa erunt. Quorum retinueritis, retenta erunt.* & Matthæi. 16. *Et tibi dabo claues Regni cælorum.* & eodem cap. 28. *Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem sæculi.* Quæ maximè cohærent illis Isaiæ. 28. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum*: vel vt Chaldæus: *Ecce ego statuens in Sion Regem Messiam, Regem potentem.*

Matt. 16.

Ioan. 20.

Matt. 16.

Matth. 28

Isai. 28.

Si ad istum montem Sion tẽporalẽ tantùm arbitramini confluxuras fuisse cunctas gentes, vt Isaias prædixit: *Et fluent ad eum omnes gentes*: quantę molis, aut latitudinis futurum esse existimabatis, vt in illo omnes mortales commorari possent? Si in eo tantùm Deus Optimus Maximus colendus, & adorandus erat vnâ simul â Iudæis, & Gentilibus, quorum Malachias meminit, *Ab ortu enim Solis vsq; ad Occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificabitur, & offeretur nomini meo oblatio munda, &c.* Malach. 1

Quorsum

Iſa. 49. Quorſum Iſaias dixit? *Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* Quorſum Meſsias noſter Samaritanæ dixit? *Ioan. 4.* Ioan. 4. *Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem.*

Reſp. argum. 2

Quàm verò cęci ſint iſti Rabbini, qui nondum intuentur, poſt aduentum Meſsiæ noſtri Fideles illius non armis, ſed lingua deuicturos fore fere cũctas nationes mundi: & pacem quã Chriſtus docuit, & reliquit, eo cunctis alijs validiſsimis armis Tyrannorum, & Dęmoniorum potentiorẽ futuram eſſe: quo glorioſiores, & innumerabiliores victorias in dies valuit reportare: Qui iam nõ contẽplatur, & conſpicit? Cùm certiores reddamur, eos qui verę doctrinę Chriſti, eiuſq; ie veſtigijs inſtiterunt, nulla alia re magis ſolicitos ſemper fuiſſe, quã ſi pacem ſecum, & cum proximis haberẽt: vt ſic arctius cum ipſo Deo copularentur, & aliqua ex parte in iſta vita mortali participes redderentur illius pacis cæleſtis & diuinæ, qua Beati inter ſe, & vnà ſimul cum ipſo Deo perfruuntur, & in æternum ſunt potituri. Quæ quidẽ inſinuare viſus fuit Chriſtus, cùm dixit: *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Nõ quomodo mundus dat, ego do vobis.* ¶Forſan nonnè conſtituit, aduentu ſuo, gladios mortalium in vomeres, & lanceas ſuas in falces? qui non ſolùm prohibuit homicidia, lites, & diſenſiones externas: verùm præcepit funditus extirpanda eſſe à mentibus, & cordibus Fideliũ ſuorum cuncta odia, iram & deprauatas voluntates, Matth. 5. Ego *Matth. 5.* *autem dico vobis: quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iuditio.* Quę gẽs, aut natio vltra poſt aduentum Meſsiæ contra gentem priuata authoritate gladiũ leuauit, aut intenta fuit, vt inſidiaretur proximo, poſtremumq; ite interitum illi machinaretur: ſi in præcordijs ſuis firmiter amplexa fuit, & cuſtodire fuit ſolicita, quę Meſsias noſter Matthæi. 5. dixit? *Audiſtis, quia* *Matth. 5.* *dictum eſt: Oculum pro oculo, & dentem pro dente? Ego autem dico vobis, nõ reſiſtere malo. Sed ſi quis percuſſerit te in dextram maxillã tuam, præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecum in iuditio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium, &c.* Audiſtis, *quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum? Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos veſtros, benefacite eis, qui oderint vos, &c. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt: Quam mercerdem habebitis? &c. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter celeſtis perfectus eſt.*

Et quã nam pacem poſt aduentum ſuum cunctis Fidelibus ſuis, & fere cunctis mortalibus ſecum non attulit Meſsias noſter? ille, inquam, qui bellum aſſiduum concitatum inter Deum & homines, propter primam illam tranſgreſsionem præcepti à primis noſtris Parentibus factam, factus obediens vſque ad mortem (vt Philip. 2. dicitur) diſſoluit: vt Iſaias præſentire fuit illis verbis: *Faciat pa-* Iſai.27. *cem mibi: pacem faciat mibi, ſoluens inimicitias in carne ſua, &c.* faciens pacem; vt reconciliet ambos in vno corpore Deo; & inſinuauit Paulus Ti- 1.Timo.2. mot. 2. appellans Meſsiam, *Mediatorem Dei & hominum.* Qui ruinam Angelorum ex ipſis hominibus reparauit, vt Pſalmiſta deprecabatur nomine mortaliũ omnium: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri* Hieruſalem: & præſeferre videntur illa Iſaiæ 57. Iſai.57. *Creaui fructum labiorum, pacem ei, qui longe eſt, & qui prope:* id eſt, Eccleſiæ cum Angelo: & pacem ei, qui longè, ideſt, homini, *dicit* Dominus. Qui cunctas gẽtes & nationes in vnum ouile congregare fuit intentus, ſub vna Fide, & vna & eadem doctrina, legibus, præceptis, & Sa- Ioan.10. cramẽtis, Ioan. 10. *Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas me oportet adducere, &c. & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* & Epheſ. 2. *Ipſe enim eſt pax no-* Eph.2. *ſtra, qui fecit vtraque vnum.* Et qui denique perpetuum bellũ inter carnem & ſpiritum ferè, & ſi non extinxit, at ſaltim maximè pacificauit, in ſe ipſo vtrumque concorditer aſſumens, & pacificè gerens ita: vt ſi in Fidelibus ſuis concitetur caro contra ſpiritum, tamẽ nullatenus victoriam de illo reportare abſque conſenſu voluntatis valeat.

Nec equidẽ minus futili fun- Reſpõ. damento innituntur, qui ſperãt, 3 Argu. ſignum aliquod ſenſibile aduentu primo Meſsiæ cunctis apertè manifeſtari debere, quo in cognitione illius cunctę gentes pertrahantur, ducti illis verbis Iſaiæ 11 *In die illa radix Ieſſe,* Iſai.11. *qui ſtat in ſignum populorum.* Nã præter quam ſatis omnibus conſtat, Meſsiam noſtrum crucifixum in ſignum ſalutis cunctarum nationum extitiſſe: vt inſtar illius ſerpentis ænei veteris legis, veneno peccati infecti illius aſpectu, id eſt, Fide viua ſalutem ſpiritualem conſequerentur: quibus maximè conſonant illa verba Ioan. 3. *Et ſicut Moy-* Ioan.3. *ſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Et huius veritatis noſtræ periphraſim facientes,

huius

huius loci Septuaginta memo-
res fuerunt, dicentes : *Et erit in
die illa radix Ieſſe, & qui conſur-
get, vt princeps ſit gentium: in ip-
ſo gentes ſperabūt*: id eſt: ex quo
altiſsimo mortis myſterio, &
admirabili crucis ſigno, à Meſ-
ſia noſtro per acto in crucis pa
tibulo, cōſequtus fuit, ipſe inter
cedente eius Reſurrectione, vt
ſit caput totius Gentilitatis, &
Ephe. 1. Iudęorum, vt Paul dixit: *Ipſum
dedit caput ſuper omnia cæleſtia.*
Similiter ipſe ſacer Hebraycus
textus nos inſtruit, Meſsiā no-
ſtrum futurum eſſe inuexilum,
in eleuationem, & in refugium
cunctorum populorū: hęc om-
nia namque ſignificat, Nes.

Ac ſi diceret Iſaias : Meſsias
noſter erit vexillū, ſub quo di-
micare debent cūcti, qui de Dę
mone, & cunctis eius aſſeclis in
hac vita, quæ eſt militia ſuper
terram, glorioſam victoriam re-
portare deſiderant, ſecūdum il-
lud: *Non eſt aliud nomen ſub cœ-
lo, in quo nos oporteat ſaluari: ni-
ſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chri
ſti.* In cuius memoriam Eccleſia
noſtra canit: *Vexilla Regis pro-
deunt : Fulgus Crucis myſterium:
Quo carne carnis conditor: Suſpē-
ſus eſt patibulo, &c.* Impleta ſunt,
*que concinit: David fidelis carmi-
ne: Dicēs in nationibus: Regnauit
à Ligno Deus, &c. O Crux aue,
ſpes vnica.* Hoc *Paſsionis tempo-
re. Aug: pijs iuſtitiam. Reiſq; do-
na veniam.* Quæ maximè cohe-
rent cum illis: *Et in ipſo Gentes* Iſai. 11.
ſperabunt.

Inſuper futurum eſſe Meſsiā
noſtrum, *In eleuationem*, ſecun-
dū illud Samuel: *Eleuator meus*: 1. Sam. 2.
quia ipſe eleuaturus erat genus
humanū de ſtercore peccato-
rum in priſtinam amicitiam cū
Deo: vt poſt diſolutionem hu-
ius vitæ mortalis ſederet cum
Principibus populi ſui, vel ſi
legamus : *Stabit in eleuationem
cunctorum populorum* : ita vt qui
cum Fide viua acceſſerint ad il-
lum, nullatenus aliquod malum
culpæ ad illos appropinquare
valeat, ſi illius ope cęleſti fulciā
tur, ſecundūm illud Pſal. *Non* Pſal. 91.
*accedet ad te malum, & flagellū nō
appropinquabit tabernaculo tuo.*

Tandem in refugium cūctis
exhibendū eſſe, vt aperte Pſal-
miſta hęc eadem verba Iſaię in
poſterum præuidens, manifeſta
uit antea, dicens : *Et erit Deus* Pſal. 9.
*robur pauperis, robur opportunū
in anguſtia. Et confident in te cog-
noſcentes nomen tuum: quoniā non
dereliquiſti quærentes te Deus.
Cantate Deo habitatori Sion: an-
nunciate in populis operationes
eius*: vel vt Chaldæus: *Et erit ver
bum* Dei *fortitudo miſero, fortitu
do in temporibus moleſtiæ. Et con
fident in ſermone tuo, ſcientes no-
men tuum: quoniam non dereliqui-
ſti quærentes te*. & Pſal. 18. *Dili-* Pſal. 18.
gam te Deus fortitudo mea, Deus

arx mea, & robur meum, & liberator meus. Deus meus fortis meus: sperabo in eo, scutum meum, & cornu salutis meæ: vel vt Chaldęus: *Deus, & c. scutum meum: quoniam a præsentia eius data est mihi fortitudo, & salus. Super patronos inimicitiæ meæ fiducia mea* & Psal. 30. 31. 46. 49. 72. 91, & 94. *Erit autem Deus mihi in refugium, & Deus meus quasi petra spei meæ.*

Quod autẽ sit propria & genuina interpretatio illorũ verborum Isai. *Et stans, erit in signum, &c.* nullatenusque signũ aliud sensibile præter mortem Christi, & Resurrectionẽ eius, & gloriosam Ascensionem illius ad cęlos esset exhibendum aduentu primo Messiæ, satis innuere videtur ipse Isaias, inferius dicens: *Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel.* Ac si diceret, morte verbi diuini consequetur id vnum, vt cunctas ferè gentes & nationes ad eius Fidem trahat; quod Christus apertius docuit Ioan. 12 *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* & Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* & Paul. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt, in nomine Iesu Omne Genu Flectatur.*

Isai. 11.

Ioan. 12.

Matth. 28

Philipp. 2.

Virtutem verò, & efficatiam Passionis Christi decurso temporis in dies Fidelibus communicatam satis demonstrarũt Apostoli eius; & demonstrant modò concionatores verbi diuini, quando illorum prædicatione ferè cunctas orbis partes Euangelio Christi redactas fuisse vidimus: quod signum apertè demõstrauit ipse Messias, Matthæi 12. *Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.*

Matth. 12

Ex quibus omnibus quã facilis pateat responsio ad quartum argumentum, quo nitebantur probare aduẽtu primo Messiæ nostri congregandos fore profugos Israel, & dispersos Iudæ à quatuor plagis terrę in Hierusalem, nullus est iam, qui non statim intueatur. Quandoquidem præter quam quod nulla fiat mentio Hierusalem istis verbis Isaiæ, & per consequens nullius efficatiæ fuisse constet illorum argumentum cõtra nos factum, cùm potius contrarium sequatur ex his, quę in textu habentur: etiã intuemur, posquam dixit Isaias: *Et leuabit signum in nationes:* statim ipsum adiecisse: *Et congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor*

Diluitur 4 argum.

tuor plagis terræ: vt inde cuncti dignoſceremus, huiuſmodi congregationem non futuram eſſe corporalem. Præcipuè cùm eo tẽpore, quo Meſsias venturus erat, ex oraculis Prophetarũ habeamus, Iudaycum populũ nõ tantũ ab illa dura ſeruitute, qua per 400. annos oppreſſus fuerat ab Ægyptijs, verùm & ab ea, quam paſſus fuit per 70. annos à Babylonijs iamdiu ereptum fuiſſe: & per conſequens tunc non eſſe diſperſum per cũctas totius orbis partes, ſicut modò poſt grauiſsimum crimen, contra Deum perpetratũ, vt prædixerat idem Iſaias, dicens: *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis: dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum, &c. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni, regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur.* Iſai. 1.

Igitur ex his colligitur neceſſario, vt fateri teneamur, illis verbis Iſaiam intelligere tãtum contendiſſe, Meſsiam virtute Paſsionis ſuæ exhibẽdæ, & multitudine miraculorum ab ipſo, & Apoſtolis illius exhibitorum in oſtenſionem doctrinæ, & legis ſuæ: cunctas gentes & nationes, quæ maximè à timore Dei, & à confeſsione illius diſtantes erant (hæc namque omnia Iſrael, & Iuda ſignificant) ob grauiſsima illorũ idolatriæ, ſuperſtitionis, infidelitatis, & impietatis peccata: vinculo legis ipſius, & charitatis quam ipſe docturus erat, in vnum coadunaturum fore multo melius, quàm Moyſes lege illa, quam antiquitus populo Iſraelitico idolatriæ dedito præſtitit. Quæ omnia præſentire viſus fuit Pſalm. 147. dicens: *Laudate Dominum quoniam bonum eſt canere Deo noſtro: quoniam ſuauis eſt, pulchra laudatio. Ædificans Hieruſalem Deus, eiectos Iſrael congregauit in maximam vnitatem. Qui ſanans eſt contritos corde, & alligans eſt fortiſſimè plagas eorum, &c. Lauda Hieruſalem Deum, lauda Deum tuum Sion. Quia confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit copioſiſſimè filijs tuis in medio tui. Qui poſuit fines tuos pacem, &c.* Pſal. 147. Et multo clarius idem Iſai. 56. *Quia iuſta eſt ſalus mea, vt veniat: & iuſtitia mea, vt reueletur, &c. Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo. Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus eunuchis:* Iſai. 56.

Qui custodierint sabbata mea: id est, cessauerint ab omni opere, & cogitatione mala: *& elegerint, quae ego volui, & tenuerint fœdus meũ: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, &c.* Et *filios aduenae, qui adhaerent Domino, vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnẽ custodientem, Sabbatum, ne polluant illud, & tenentem fœdus meum*, idest, legem nouam: *Adducam eos in montem sanctum meum*: idest, in Ecclesiam: *& laetificabo eos in domo orationis meae. Holocausta, & victime eorum*: id est, sacrificia laudis, & gratiarum actiones: *placebunt mihi super altari meo. Quia domus mea, domus orationis vocabitur cũctis populis, ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israel.* Quae maximè cohęrent cum illis Paul. Rom. 10. *Non enim est distinctio Iudaei, & Graeci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.* Rom. 10.

Et hanc eadem veritatem Septuaginta interpretes inspexerunt, quando legentes dixerunt loco nostrae Vulgatae, quae legit initio testimonij Isaiae ab illis cõtra nos adducti: *Et erit in die illa adijciet Dominus secundò, ad possidendum residuum populi sui, quod relinquitur ab Assirijs, &c. Et erit in die illa apponet Dominus ostendere manum suam, vt zelet reliquum populi, quod derelinquetur*: id est, apponet iterũ, vt conferat legẽ aliam, scilicet nouam, vt Hiere. 31. *Feriam fœdus nouum*: idest, quo consulam saluti spirituali cunctarũ gentium, & nationum, quas ab aeterno in meum peculium, & haereditatẽ eligere praeordinaui: vt sic amplius & copiosius bonitas illius immensa, cunctis innotescat, & misericordia inaudita eius clarius splendescat. Hiere 31.

Et quia haec omnia prae luce meridiana iam elucescunt, tùm ex his, quae superius retulimus: tum ex illis, quae Isaias dixit: *Effudam enim aquas super sitientẽ, & fluenta super aridam*. Super quę verba dixit Rabbi Salomõ: *Ea proculdubio fore tẽpore Messiae: quia Gẽtiles quam plurimi ad eum confugient.* Et ex illis Isaiae 35 *Laetabitur deserta, & in via exultabit solitudo.* & Isai. 65. *Ecce ego ad gentem, quae nesciebat me.* & Oseę 2. *Et dicam non populo meo: Populus meus es tu.* & Psal. 18. *Populus quem non cognoui, seruibit mihi*, & Oseę. 1. *Voca nomen, eius non populus meus.* & Ezech. 29. *Ponam gloriam meam in Gentibus*: superest irrefragabili illorum argumento satisfaciamus. Isai. 44.

CAP.

CAP. X.

Exponuntur clarè verba Iſaiæ: Habitabit lupus cum agno. Ex quorum intelligentia non ſolùm falſitatis arguuntur Rabbini, verùm quamplurima teſtimonia ſacræ Scripturæ intelliguntur.

Reſpō. 5 Argu. ILlorũ, inquã, qui ſtultè arbitrantur modò aduentu primo Meſsiæ, vt ipſa litera innuit: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hedo accubabit*: ſic materialiter præſtanda omnia illa fore abſque vlla alia interpretatione. Fieri nè poteſt, vt cũcti aduentus primi Meſsiæ noſtri myſteria, & ſigna profundiſsima, ab Spiritu ſancto per Prophetas oſtẽſa, manibus, & oculis corporeis, & non mente, & ſpiritu interius reuelatione diuina illuſtrato, à vobis cõparanda fore arbitremini? Si recordamini, Pſalmiſtam prorũ-

Pſal. 78. piſſe: *Aſculta populus mi, legem meam: inclinate aurem veſtram ad verba oris mei. Aperiam in parabola os meum: loquar enigmata,*

Pſal. 49. *quæ fuerunt ab antiquo.* & Pſal. *Inclinabo ad parabolam aurẽ meã:* Quid miramini vos doctiſsimi Rabbini, vt cum vos, & cunctos maiores veſtros adeo materiales, terrenos, hiſque rebus tantùm viſibilibus dedicatos contemplatus fuerit Deus: ſigna aduentus primi illius quibuſdam exterioribus ſignis vobis manifeſtauerit? vt iſta omnia cognitione diuina percallentes ad ea, quæ illis ſignificantur gradum facientes, apertè in notitia clariſsima aduentus primi illius imbueremini?

Si conſpicitis, Salomonẽ nomine cæleſtis Eccleſiæ ſponſum ſuum, nẽpe Chriſtum varijs aromatum, arborum, ædificiorum, hærbarum, animantiũ, volatilium, vnguentorum, lapidum, montium, & veſtimentorum nominibus exornare (eſto omnia illa non per proprietatem, ſed per allegoriã ab Spiritu Sancto prolata eſſe intelligatis) diuque intuemini, eiſdẽ & multis alijs diuerſis nominũ, & officiorum generibus Meſſiam noſtrum ſæpiſsime in ſacra Scriptura nuncupatum. Ita vt appelletur *Agnus*, Iſai. 53. Et quaſi agnus coram tondente ſe obtumeſcet. Hiere. 11. Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victima. *Altare*, Pſalm. 50. Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. *Fluuius dorix*, & *Aquæ ductus*. Eccleſ. 24. Ego ſapientia quaſi fluuius dorix, & ſicut aquæ ductus exiui de paradiſo. *Aquila*, Deuteronom. 32. Sicut aquila prouocãs aduolandum filios ſuos, & ſuper eos volitans, expandẽs alas ſuas, &c. Dominus ſolus dux eius fuit. *Arca ſanctificationis*,

*Psal.*132. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. *Arcus fœderis*, *Gen.*9. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. *Aries*, *Gen.*22. Leuauit Abrahā oculos suos, viditque post tergum arietem. *Auis*, *Isai.*46. Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. *Virga*, & *Baculus*, *Psal.*23. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. *Balsamum*, & *Cinamomū*, *Eccles.*24. Sicut cinamomum & balsamum aromatizans, odorē dedi. *Botrus cypri*, *Cant.*1. Botrus cypri, dilectus meus mihi, &c. *Brachiū Dñi*, *Iob*.14. *Psal.*79. *Isai.*53. & 51. Consurge, consurge, indue te fortitudinem, brachiū Domini. *Calamus*. *Psal.*45. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. *Calceamentum*, *Psal.*60. In Idumeam extendā calceamentū meū. *Lapis*, *Psal.*118. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. *Candelabrum*, *Exo.*25. Facies, & lucernas septem, & pones eas super candelabrum. *Capra*, *Cant.*2. Similis est dilectus meus capræ, hinnuloque ceruorum. *Catulus Leonis*, *Gen.*49. Ad prædā fili mi ascendisti: requiescēs, accubuisti vt Leo, & quasi Leæna. *Cedrus*, *Eccles.*24. Quasi cedrus exaltata sum in Libano. *Cerua matutina*, *Psal.*22. Cuius titulus sic se habet: ad vincēdū pro cerua matutina. *Psalteriū*, *Psal.*57. Exurge psalterium & cythara. *Clauis Dauid*, *Isai.*22. Et dabo clauem domus Dauid super humerū eius. *Coluber*, *Prouer.*30. Tria sunt difficilia mihi, &c. viā aquilæ in cælo, viā colubri supra petrā. *Colūna ignis*. *Exod.*13. Nunquam defuit colūna nubis per diem, neq; colūna ignis per noctē. *Cornu Dauid*, *Ps.*132. Illuc producam cornu Dauid. *Gigas*. Exultauit vt gigas ad currendā viam. *Ps.*19. *Desideriū collium æternorum*. *Gen.*49. Benedictiones patris tui cōfortatæ sūt benedictionibus patrū eius, donec veniret desiderū collīū æternorū. *Dextera*, *Isai.*62. *Ps.* 43. 63. 89. 139. 118. Dextera Dñi fecit virtutē, dextera Dñi exaltauit me. *Equus ruffus*, *Zach.*1. Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum ruffum. *Expectatio Gentiū*, *Gen.*49. Et ipse erit expectatio Gentiū. *Faber*, *Psal.*74. Tu fabricatus es auroram, & Solē. *Fasciculus myrrhæ*. *Cant.*1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. *Fauus melis*, *Proue.*24. Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. *Femur*. Accingere gladio tuo super femur tuum. *Psal.*45. *Fideiussor*, *Psal.*69. Quæ non rapui, tunc

exoluebam *Firmamentum*. *Pſal.* 17. 48. Firmamentum eſt Dominus omnibus timentibus eũ. *Flos campi*, *Cant.* 2. *Iſai.* 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet. *Fluuius violentus*, *Iſai.* 59. Cum venerit redemptor quaſi fluuius violentus. *Fœdus Populi*, *Iſai.* 49. & *Iſai.* 42. Dedi te in fœdus populi. *Fœnerator*, *Pſal.* 109. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius. *Fons viuus*, *Pſal.* 42. Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuum. *Frater.* Narrabo nomen tuum fratribus meis. *Pſal.* 22. & *Cant.* 8. *Fructus terræ*, *Pſal.* 67. & 85. Et terra noſtra dabit fructũ ſuum. *Storax & Galbanus, Vngula & Gutta*, *Eccleſ.* 24. Ego, inquit, ſapientia quaſi extorax, galbanus vngula & gutta. *Germen Domini*, *Ezech.* 34. *Hiere.* 23. *Iſai.* 5. & 4. Erit germen Domini in magnificentia. *Gladius accutus*, *Sapien.* cap. 18. Cùm enim quietum ſilentium continerent omnia, &c. Durus debellator in medium exterminij, terram proſiliuit gladius accutus in ſimulatum imperiũ. *Haſta Fulgurans*, *Abac.* 3. Sol, & Luna ſteterunt, &c. In ſplẽdore fulgurantis haſtæ tuæ. *Ignis conflans*, Ipſe enim quaſi ignis conflans & quaſi herba fullonum. *Malac.* 3. *Hinnulus ceruorum.* *Cant.* 8. Fuge dilecte mi, & aſsimilare capræ, hinnuloque ceruorum. *Holocauſtum*, *Pſalm.* 20. Memor ſit Dominus omnis ſacrificij tui: & holocauſtum tuum pingue fiat. *Hortulanus*, *Eccleſ.* 24. Rigabo hortũ plantationum. *Ignis conſumens*, *Deut.* 4. Deus tuus ignis conſumens. *Lampas ardens*, *Iſai.* 62. Et ſaluator eius vt lampas aſcondatur. *Lapis angularis*, *Iſai.* 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem. *Leæna, Pardus.* *Oſeæ.* 13. Ego ero eis quaſi Leæna, ſicut pardus in via Aſsiriorũ. *Libanus* *Cant.* 5. Species eius vt libani. *Liber vitæ*, *Pſal.* 139. Et in libro tuo omnes ſcribentur. *Lignum vitæ*, *Prou.* 3. Lignũ vitæ eſt his qui apprehenderunt eã. *Flos cãpi, & Lilium conuallium*, *Cant.* 3. Ego flos cãpi, & liliũ cõualliũ. *Lucerna.* Lucerna pedibus meis verbum tuũ. *Pſal* 118. *Lucifer.* *Iob.* 38. Nunquid producis luciferum in tempore ſuo. *Lumen.* *Iſai.* 60. Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuũ. *Lux* *Iſai.* 42. Dedi te in lucem Gentium. *Paries inclinatus, & maceries depulſa*, *Pſ.* 62. Quouſque, &c. interficitis vniuerſi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ. *Malus ſiluarum*, *Canticorum.* 2. Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios. *Manna abſconditum*, *Pſal.* 3. Quam

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscõdisti timentibus te. *Manus Dei, Psal.* 144. Emitte manum tuam de alto. *Mater pulchræ dilectionis, Eccles.* 24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris. *Medicus.* Qui sanat contritos corde. *Psal.* 147. *Meridianus fulgor.* *Iob.* 11. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi. *Mons Dei, Isai.* 2. Præparatus mons domus Domini in vertice montium. *Mors, Morsus, Osee.* 13. Ero mors tua, o mors: morsus tuus ero, inferne. *Murus & ante murale, Isai.* 26. Vrbs fortitudinis nostræ saluator, ponetur in ea murus, & antemurale. *Mirrha, Eccles.* 24. Ego quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. *Nardus.* Nardus mea dedit odorem suum. *Cantic.* 1. *Nubes leuis, Isai.* 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem. *Nutricius. Osee,* 11. Et ego quasi nutricius Ephraim portabam eos. *Nicticorax, Psal.* 102. Factus sum sicut nicticorax in domicilio. *Oleum effusum.* Oleum effusum nomen tuum, *Cant.* 1. *Oliua speciosa, Eccles.* 24. Ego quasi oliua speciosa in campis. *Oriens, Zacha.* 3. & 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. *Os Domini, Treno.* 1. Quia os eius ad iracundiam prouocauit. *Osculum Dei, Cant.* 1. Osculetur me osculo oris sui. *Ouis, Isai.* 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur. *Palma, & Plantatio rosæ, Eccles.* 24. Quasi palma exaltata sum in cades, & quasi platatio rosæ in Hierico. *Panis Angelorum, Psal.* 78. Panẽ Angelorũ mãducabit homo. *Pãthera. Osee.* 13. Ego quasi pãthera Ephraim. *Parturiens, Isai.* 42. Sicut parturiens loquar. *Passer, solitarius,* in tecto. *Pelicanus, Psalm.* 102. Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax, &c. sicut passer solitarius in tecto. *Petra, Psal.* 137. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.

Sagitta electa, Isai. 49. Et posuit me sicut sagittam electã. *Porta Domini, Psal.* 118. Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eã. *Pretium, Ps.* 62. Verũtamẽ pretiũ meum cogitauerunt repellere. *Psalteriũ, & Cythara, Psal.* 57. Exurge Psalterium, & cythara. *Pupilla, Psal.* 17. A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi. *Radix, & virgultum, Isai.* 53. Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiẽti. *Rhinoceros, Deut.* 33. Cornua Rhinocerotis cornua illius. *Ros, Psal* 72. *Isai.* 45. *Osee.* 14. Ero quasi ros Israeli. *Saccus, Psal.* 30. Concidisti saccũ meũ, & circundedisti me lætitia. *Pacificus, Cant.* 8. Vinea fuit pacifico

ediſicō in ea. *Sanguis innocens*, *Pſal.* 94 Captabunt in animā iuſti,& ſanguinem innocentem condemnabunt. *Scabelum,Pſal.* 99. Exaltate Dominum Deū noſtrum , & adorate ſcabelum pedum eius . *Scala* , *Geneſis.* 28. Vidit,inquam , in ſomnijs ſcalam ſtantem ſuper terram. *Vermis* , *Pſal.* 22. Ego autem ſum vermis,& non homo. *Imber temporaneus*, *Oſeæ.6*. Et veniet quaſi imber nobis temporaneus , & ſerotinus terræ.

*Signum,Iſai.*11.*&* 55.*Tren.*3. Et poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.*Signaculum*, *Aggeo.*2. Et ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. *Sol.* *Pſal.*58. Super cecidit ignis , & non viderunt Solem. *Speculum*. Speculum ſine macula maieſtatis,*Sapien.* 7. *Spiritus*. Spiritus oris noſtri Chriſtus,*Tren.*4. *Sponſus*, *Pſal.*19. Et ipſe tanquam ſponſus,procedens de talamo ſuo. *Statera,Iob.6*. Vtinam appenderentur peccata mea,&c. in ſtatera. *Stella,Num.*24.Orietur ſtella ex Iacob. *Stolla*, *Iſai.* 63. Iſte formoſus, in ſtolla ſua gradiens. *Tabernaculum* , *Pſal.* 19.*Pſal.* 46. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus. *Taurus*,*Abac.*3. Cornua eius in manibus eius. *Terra* , *Iob.* 9. Terra data eſt in manu impij. *Teſta*, *Pſal* 22. Exaruit tanquā teſta virtus mea. *Thronus*, *Eccleſ.*24.Thronus meus in columna nubis. *Tonitruum* ; *Iob.* 26. Quis poterit thonitruum, illius magnitudinis intueri. *Torris*,*Zach.*3. Nunquid non iſte torris eſt erutus de igne. *Trames*. Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio, *Eccleſ.* 24. *Turtur* , *Cant.*2. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. *Vena aquarum*, *Hierem.* 17. Quoniam dereliquerunt venā aquarum viuentium. *Veneficus incantator*,*Pſal.*58. Quæ nō exaudiet vocem incantantium,& venefici incantantis ſapienter. *Vrens ventus*, *Oſeæ.*13. Adducet vrētem ventum Dominus. *Vrſa*, *Oſeæ* 13. Occurram eis quaſi vrſa, raptis catulis. *Via*, *Iſai.*30 Hæc eſt via , ambulate in ea. *Virga*,*Pſal* 2.Reges eos in virga ferrea.*Virgultum*,*Iſai.* 53.Et aſcendet ſicut virgultum coram eo. *Vittis*: *Eccleſia.* 24. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. *Vox Dei*, *Iſai.*30. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ.

Inſuper experti eſtis multa dici de Meſsia , imo attribui illi ab Spiritu ſancto per Scripturā,vt illis inſtruamur in cognitione effectuum ſuorum, et ſic adinueniamus appellari.*Manum Dei*. Fecit manus tua,&c. eo quòd omnia per ipſum facta ſunt. *Solem*, quia illuſtrat omnia.*Fontem*, quia rerū origo eſt.

est. *Angelum*, quia paternam voluntatem annuntiat. *Florem*, quia electus est, & semper virens. *Ostium*, quia per ipsum ad Dominum ingredimur. *Montē*, quia fortis. *Petram*, propter eius firmitatem credentibus. *Agnū*, propter innocentiam. *Ouem*, propter mansuetudinem. *Arietem*, propter principatum. *Leonem*, propter fortitudinem. *Serpentem*, propter eius sapientiā. Et immoramini affirmare, illa verba Isai. *Habitabit lupus cum agno, pardus cum hædo, &c.* spiritualiter esse intelligenda & interpretanda?

Nullus ex vobis est, qui ignoret adhuc, sponsam in lib. Canticorum summis laudibus singula membra sponsi sui vsq; in cælum extollere: vt per elegantiam & venustatem exteriorem corporis, cælestis & admiranda interior virtus illius innotescat cunctis. Hinc dictitando: *Caput eius aurum optimum. Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.* *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima. Genæ illius sicut areolæ aromatū, consitæ a pigmentarijs*: vt istis erudiamur in notitia diuinitatis eius. Et intelligamus, scripturas sacras quæ à nostro capite procedunt, sursum semper conspicere, & maximè occultas esse: columbinam esse honestatem Apostolorum & Doctorum, intendentium scripturis Prophetarum: atque varia esse gratiarum, & virtutum genera, quibus emicant intus & exterius electi illius: ita vt omnibus grati, ac venusti appareant.

Illinc fatendo: *Labia eius lilia distilantia myrrham primam. Manus illius tornatiles, aureæ plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus saphyris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super vases aureas. Species eius vt libani electi, & cedri. Guttur illius suauissimum*: vt cuncti percipere inde valeant, Euangelium illius non qualemcunque, sed veram & optimam pœnitentiam exigere: manus Christi maximè veloces, & potentes esse ad facienda miracula & prodigia, quibus cæteri ad Fidem eius suscipiendam excitentur: humanitatem verò eius mirificè rebus diuinis, & innumeris priuilegijs fore exornandam: summe in eo misericordiam, & veritatem elucescere: Fideiq; illius innixos quamplurimos, eosque valdè insignes patres in veteri lege eximia sanctitate præ omnibus alijs floruisse: atq; inefabilem, & inæstimabilem futuram esse dulcedinem diuinitatis, quæ suis electis in alia vita est impertiturus.

Nullus

Nullùs eſt, etiam, qui nondum ſæpiſsimê perlegerit in ſacra Scriptura, ſponſum, id eſt, Chriſtum ſponſam ſuam Eccleſiam, ſæpe exornare contendentem varijs titulorum & encomiorum generibus, ſingula ſpōſę membra hàc & illac pleriſq; rebus aſsimilando: vt illa verba Cant. innuunt: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es. Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet*: quibus ſignificat illam ſine felle, ſine iniuriâs & odio futuram eſſe: & inſtar columbæ, quæ grana candidiora colligit, in petris nidificat, gemitum pro cantu habet, rixas ſilentia reddet, nihil viuum comedit, & pullos alienos nutrit. Vt illis erudiamur Eccleſiam certiſsima Prophetarum oracula reſeruaturam, in ſolitudine Fidei permanſura m, varijſque & continuis afflictionibus coquaſſandam fore, fluēta Euangelicæ doctrinæ potaturam, longeque ab illis fore, qui damnum proximo inferūt: totamq; intentam eſſe in alendis filijs alienigenis: id eſt, qui ad illam ex infidelitate ſe reciperent. Cant:4.

Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcendunt de monte Galaad: id eſt, cuius cogitationes adeo ſubtiliſsimæ erunt, vt fugiat ad deſertum Gentium. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt è lauacro*: id eſt, filij tui adeo communes erunt, & ita ſaluti omnium proſpicient: vt nihil in illis ſit proprium & particulare, poſtquam regenerati fuerint ſanguine Chriſti, medio Baptiſmo. *Sicut vita coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce*: id eſt, eius ſermo à veritate non diſcordat, ſed charitatis perfectione adeo abūdans eſt: vt cùm tanquā ex abundantia cordis os loquatur: *Sermo tuus dulcior melle ſit, & ſano*.

Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ, abſq; eo quod intrinſecus latet: id eſt, verecunda ſis ſicut decet virginē eſtō quod interius habes, laudabilius ſit. *Sicut turris Dauid collū tuum, quæ ædificata eſt cū propugnaculis*: id eſt, humilitate polles inſtar Dauid, à qua innumera virtutū genera dimanāt. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capræ gemelli, qui paſcūtur in lilijs*. id eſt, cuius virginitas, & fœcunditas ita in vnum coeunt, vt vnius matris videantur eſſe. *Iuncturæ feminum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt in manu artificis. Vmbiculus tuus crater tornatilis*: id eſt, virginitatis tuæ integritas cæleſtibus præſidijs ſic communita eſt: vt libera ſit ab omni carnalis appetitu voluptatis. *Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs*; id eſt, Cant 7.

cuius

cuius cor ita abundat pane verbi Dei, vt nunquam illo indigeat. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon*; id est, abũdantes sunt inundatione lachrymarum, & compunctione cordis. *Nasus tuus sicut turris Lybani, qui respicit contra Damascum*: id est, prospiciens ad ea, quæ non videntur, in omnibus carni se opponens. *Caput tuum vt carmelus, & comæ capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus*: id est, cuius cor circuncisum est ab omnibus, quæ dimouere solẽt mortales à Deo: præcipuè cum tota meditatio illius intenta sit in Passionem Christi. *Statura tua assimilata est palmæ: & vbera tua botris*: id est, humilitati & mansuetudini. Et Cantic. 4. *Hortus conclusus Soror mea, sponsa hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cum pomorũ fructibus, &c. fons hortorum, puteus aquarum viuentium*: id est eius fructus semper virẽs est: quia semper custoditur, & tutatur Spiritus sancti donis cælestibus, quibus cuncta perfecta bona pullulãt, oriũtur, & permanẽt. Ob quę mater Ecclesiarũ dicitur, & secretarum scripturarũ sanctarum omnium, quæ sunt canonicę, quæ manauerũt, de populo antiquo Iudaico.

Et fieri adhuc potest Rabbini doctissimi, vt cùm hæc omnia vestris oculis semel ac sæpissime versentur, illorum omnium obliti, dubij, & ancipites huc & illuc feramini in vera intelligentia istorum verborũ: *Et habitabit lupus cum agno, &c.* existimantes sic tantùm vt verba sonant exterius, interius & exterius intelligi debere?

Tandem Rabbini euigilantissimi, si frequentissimè adinuenitis, Spiritũ sanctũ antiquitus per Prophetas suos, vt Fideles aliqualem de Deo notitiam habere possint, varijs corporis lineamentis diuinam essentiam expressisse: estò omnia illi maximè repugnent, cùm omnis materiæ sit expers, secundum illud: *Deus spiritus est*. & Iob. 11. *Excelsior cælo est. Et quid facies? profundior inferno. Et vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari.* & Paul. *Lucem inhabitat inaccessibilẽ, quã nullus hominum vidit.* Iob. Si *venerit ad me, non videbo.* Exod. *Non enim videbit me homo, & viuet.* Isai. *Oculus non videt, Deus absq; te quæ præparasti expectantibus te?* Vt sic audiuis per illa, quæ istis sensibilibus figuris & signis exterioribus repræsentabantur, relictis creaturis, quibus peruersè abutebantur: in Deũ ipsum tanquam summum bonum omnia, quæ bonitatis habent specimen, in se continentem inflãmarentur: & inflãmati,

Iob. 11.
1. Tim. 6
Iob. 9.
Exod. 33.
Isai. 64.

ti, illi vni, in reliquo vitæ suæ decursu, consecrari se totos intus & exterius ardentissimé co narentur. In cuius veritatis cõfirmationem legitis, Daniel. 7. Daniel. 7. *Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda.* Vt per capitis delineamentum doceret diuinam essentiam, quæ omnia præcedit, & cui omnia subiecta sunt: per capillos eius sanctos, & electos illius: & per vestimentorum eius candorem sanctorum dealbationem, vt August. lib. de diuina essentia.

Insuper & deprehendetis sanctam Scripturam acclamantem, Deum habere oculos. Psal. 33. *Oculi Domini super iustos*: eo quôd omnia intueatur, & nihil illum lateat, & in eius conspectu nulla creatura inuisibilis est. *Palpebras*, Psal. 11. *Palpebræ eius interrogant filios hominum*: ad ostendendum incomprehẽsibilia iuditia illius. *Auris*, Sapien. 1. *Auris cæli audit omnia*: eo quód omnia audiat, & nihil illi sub silentio abscondatur. *Nares*. 2. Sam. 22. *Ascendit fumus de naribus eius*: propter inspirationem cælestem in corda Fidelium. *Faciem*, Psal. 80. *Ostende faciem tuam*: ad ostendẽdum esse ostensiuum suæ diuinitatis, media cognitione: vel inuisibilem essentiam diuinitatis. *Os*, Treno. 1. *Quia os eius ad iracundiam prouocauit*, id est, habere filium. *Linguam*, Ps. 45. *Lingua mea calamus scribæ*: ad insinuandum Spiritum sanctum, per quem Deus Pater secretum suum hominibus manifestat. *Labia*, id est, consonantiã vtriusque Testamenti, Prouer. 16. *Diuinatio in labijs Regis*. *Brachia*, ad ostendendum Filium, & Spiritum sanctum, Isai. 51. *Brachia mea populos iudicabunt*. *Dexteram*, in ostensionẽ Filij Dei, Psal. 118. *Dextera*, inquit, *Domini fecit virtutem*. *Manum*, potestatem Dei, Hierem. 19. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos domus Israel in manu mea*, vel flagelum ipsius. Sophon. 1. *Et extendendam manum meam super Iudam*. Digitos, Ps. 9. *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum*, id est, sanctos. *Cor*, vt innuat arcanum sapientiæ eius, Psalm. 45. *Eructauit cor meum verbum bonum*. *Alas*, eo quód more auis electos suos tanquam pullos suos sub se colligat, & foueat ab insidijs diaboli: *Sub vmbra alarum tuarum protege me*. Psal. 17. *Scapulas*, quia infirma Ecclesiæ membra quasi in scapulis suis portat, & portando protegit: *Scapulis suis obumbrabit tibi*. Psal. 90. *Ventrem*, ad ostendendum absconditam originem substan-

tiæ eius, Psalm. 110. *Ex vtero ante luciferum genui te.* *Posteriora*, in signum Incarnationis diuinæ, Exod. 33. *Videbis posteriora mea*, faciem autem meam videre non poteris. *Pedes*, propter stabilimentum virtutis, & potentiæ illius. Isai. 66. *Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum*: vel humanitatem illius, Psalm. 9. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*: vel propter predicatores eius, Deuteron. 33. *Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius.* *Vestimenta*, ad insinuandum carnem illius, quę assumpta fuit, Isai. 63. *Quis est iste, qui venit de Edom tinis vestibus de Bosra.* *Palium*, ad ostendendam Ecclesiam suam, Genes. 49. *Lauabit in vino stollam suam*, id est, sanguine Passionis carnem suam: *Et in sanguine vuæ pallium suum*, id est, Ecclesiam suam. *Calceamentum*, propter Incarnationem suam, Psalm. 60. *In Idumeam extendam calceamentum meum*: *Gressus*, ad manifestandum aduentum filij Dei in mundum. *Regressus*, regressus illius ad Patrem, Psalm. 68. *Viderunt ingressus tuos Deus, regressus Dei mei Regis, qui est in Sancto.*

Et pręter hęc omnia sępissime dictitat sacra Scriptura Deum *Ascendere*, *Abscondere se*, *Ostendere se*, *Descendere*, *Sedere*, *Stare*, *Transire*, *Ambulare*, *Loqui*, *Videre*, *Cognoscere*, *Nescire*, *Zelare*, *Irasci*, *Pœnitere*, *Non pœnitere*, *Obliuisci*, *Indurare*, *Dormire*, *Vigilare*. Vt hęc omnia figuratiua locutione, & non secundùm litteram accipientes (cùm Omnipotens Deus in essentia diuinitatis suæ spiritus sit non caro, inuisibilis atque incorporeus, nullisque humanis membris compositus) instruantur Fideles per speculum, & in ęnigmate obtutibus internis credendo, cognitione eorum omnium mysteriorum cęlestium, quę postea facie ad faciem ipsam diuinam essentiam, prout in se est, contemplantes, sunt visuri.

Ita vt per *Ascensionem* Dei, iuxta illud Psal. 68. *Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem*: intelligimus assumptionem naturę humanæ, quam in cęlum tanquam captiuam adduxit. Per *Absconsionem illius*, iuxta illud Iob. 13. *Cur faciem tuam abscondis*: substractionem consolationis Dei: Per *ostensionem* Dei, secundum illud Psal. 80. *Ostende faciem tuam*: occultam Dei inspirationem, qua se ipsum in cordibus electorum suorum manifestat. Per *descensionem*. Psalm. 18. *Inclinauit cælos, & descendit*: aliquid noui Deum fecisse, quod antea non opera-

operatus fuerat. Per *Seſſionem*, Pſal. 47. Regnauit *Dominus ſuper Gentes, Deus ſedet ſuper ſanctam ſedem ſuam*: præſidentiam potentiæ diuinæ ſuper omnem creaturam rationalem. Per *Stationem*, Abac. 3. *Stetit, & menſus eſt terram, & diſſoluit gentes*. *Et per Subuentionem*, oportunam Dei noſtri patientiam ad ſpectandum peccatores, vt de ſuis delictis reſipiſcant. *Per Tranſitionem*, Oſeæ. 10. *Et ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius*: receſſum Dei ab eis ob peccata execranda illorum. Per *Deambulationẽ*, Iſai. *Et inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero illorum Deus*: delectationem Dei in cordibus electorum. Per *Locutionẽ* Dei, vt Pſalmo. 61. *Semel loqutus eſt Deus*: manifeſtationem volũtatis diuinæ, quæ fit per ſubiectam creaturam, id eſt, medijs Angelis, vt Moyſi, Abraham, Iſaac, & Iacob: aliquando per *ſomnium*, vt Iacob. Ioſeph: Zachari. Daniel, aut per occultam inſpirationem inuiſibilem, corda Prophetarum tã gendo, vt loquentes faciat. Per *Viſionem* Dei, ſecundum illud Geneſ. 1. V*idit* D*eus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona*: approbationem, vel ipſum eſſe qui ſcientes nos facit, Pſalm. 839. *Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt?* Per *Cognitionem Dei*, ipſum facere nos cognoſcere, Geneſ. 22. *Nunc cognoui, quod timeas Dominum*. Per *Inſcientiam illius*, quoſdam deſerere, Iſai. 55. *Ecce gentem quam neſciebas, vocabis*. Per *Zelare* Dei, erudiamur Deum caſtigare ſæpe creaturam, quam non vult, vt pereat, Ioel. 2. *Zelatus eſt Dominus ſuper terram ſuam*: vel nihil impunitum Deum relinquere, Ezech. 23. *Ponam zelum meum in te*. Per verbũ *Iraſci*, Zachar 1. *Ego iraſcor ſuper gentes opulentas*: abſque vlla animi perturbatione peccatoribus iuſtam inferre Deum vltionem. Verbo *Pœnitere*, Deum ſtatuta mutare, vel de bono in malum ob delicta alicuius, vel de malo in bonum ob miſericordiam Dei, 1. Sam. 15. *Pœnitet me, quod conſtituerim Saul Regem*. Per *Non pœnitere*, vt eſt illud, Pſal. 110. *Iurabit Dominus, & non pœnitebit eum*: erudiamur Deum ſtatutum non mutare. Et per hoc quod eſt Deum, *Obliuiſci*, Pſal. 13. *Vſquequo Domine obliuiſceris mei in ſæculum. Vſquequo abſcondes faciem tuam a me? Vſquequo ponam conſilia, &c.* Cognoſcamus Deum cum peccatoribus obduratis non miſereri. Per hoc quod eſt Deũ *Indurare*, iuxta illud Exod. *Ego enim indurani cor Pharaonis*: Deũ aliquãdo ob multitudinẽ pecca- *Exod. 10.*

torum quibusdam duritiam à cordibus eorum non auferre. Per hoc quod est Deum Dormire, Psal. 44. *Exurge, quare obdormis Domine?* Deum lento pede quibusdam subuenire. Per Vigilare, Deum summè solicitum esse aliquando vel in defensionem suorum electorũ, vel in vltionem inimicorum suorum. Et adhuc fieri potest, vt his omnibus testimonijs à nobis adductis velamen faciei vestræ non scindatur, & densissimæ ignorãtiæ tenebræ quibus mentes & corda vestra circundantur, procul non dispellantur, vt claré veritatem nudam conspicere, veramque intelligentiam, spiritualem dico, horum verborum: Et *habitabit lupus cum agno, &c.* penetrare non sit vobis concessum?

Diluitur recens illorum contra ista oratio: Deut. 4.

Quòd si dictitatis, sacræ Scripturæ nihil addendum esse, neque minuendum quidquam ex illa, vt Moyses vester præcipit, Deuteron. 4. *Non additis super verbum, quod ego præcipio vobis: & non diminuetis ex eo: vt custoditis præcepta* Domini *Dei vestri, quæ ego præcipio vobis*: & Messiam nostrum acclamasse: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt* Dei, Deo: id vnanimiter omnes præstemus, vt quæ sint intelligenda literaliter, sic à nobis intelligantur: quæ verò spiritualiter, spiritu tantùm comprehendantur. Sed quæso Rabbini, Moyses vester docuit nê, testimonio à vobis allato, cuncta præcepta & mandata Dei, & cœremonias diuinitus inspiratas in integrũ seruandas fore, absque vlla vestrorum maiorum falsa & vana interpretatione, vt illa innuũt? Et *nunc Israel audi statuta iuditia, quæ ego doceo vos: vt faciatis, & viuatis, & ingrediamini, & possideatis terram, quam* Dominus *patrum vestrorũ dat vobis.* An prohibuit, vt spiritualiter, aut per allegoriam cuncta interpretentur: sed tantum vt nudus cortex litteræ innuit? *Deut. 4.*

Si primum docuit, quis vobis tantam licentiam concessit, vt liberè illis addere, & minuere quæcunque excogitaueritis, nunc valeatis? Si postremum similiter prohibuit, cunctisque aditum ad id præstandum interclusit, vt per illa visibilia & terrena Fideles in cognitione spiritualium nullatenus informari possent: mihi dicatis, est necesse, quid fuerit in causa, cùm Deus omnis materiæ sit expers, dicatur Deuteronom. 4. *Deus tuus ignis consumens.* Forsan nè, vt ignem materialem Deum esse intelligeremus, & per consequens corruptionis participẽ? Nequaquam: cùm contrarium testetur Scriptura. *Ipse Deus viuens &* *Deut. 4.* *Hie. 10.*

Rex

Rex, Iob. 12. *in cuius manu anima omnis viuens*, Deut. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam*, vt inde intelligerent omnes, Deũ maxime vltorem eſſe ſcelerũ, inſtar ignis, qui eſt maioris actiuitatis, quàm cætera elementa, vt innuunt quæ ſequuntur: *Deus æmulator, &c.*

Quis fatebitur ob illa verba Deuteron. 32. *Deum qui te genuit, dereliquiſti*: Deum tanquã patrem materialem filios procreare, & non potius vniuerſalem conditorem omnium viuẽtium illa palàm oſtendere? (cũ acclamet Scriptura eum eſſe conditorem cæli & terræ, Gen. Gen. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram*) vt illis inde perciperent omnes Deũ eſſe perennem fontem cunctorum viuentium, vt oſtendunt illa, quæ præcedunt: *Dereliquit Deum factorem ſuum*: vt lectio Hebræa: *Deum qui te genuit, dereliquiſti: & oblitus es Dei creatoris tui.* Si ergo creatoris munere functus eſt Deus, non eſt illi imponendum, functum eſſe munere patris carnalis. Quæ omnia maximè coherent cum lectione Chaldayca, quæ ſic habet: *Terribilis & fortis qui te creauit, oblitus es: & reliquiſti cultum Dei, qui te fecit.*

An eo quod 1. Samuel. 28. dicatur: *Et Deus receſsit à me*: coniectari cuiq; licebit, motu locali ab illo receſſiſſe? Nullatenus: cùm dicat de Deo ſcriptura, vbiq; eſſe præſentem, vt illa Pſal. *Si aſcendero in cœlum tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si aſſumpſero pennas luciferi, & habitauero in nouiſsimo occidẽtis: etiã ibi manus tua ducet me, & tenebit me dextera tua.* Pſal. 139. Sed potius fateri tenebimur, Deum donum prophetãdi Sauli abſtuliſſe, vt illa verba quæ ſubſequuntur in eodem cap. demonſtrãt, quando poſtquam dixit Saul: *Coarctor nimis: ſi quidem Philiſtini pugnãt aduerſum me, & Deus receſsit à me*: addidit: *& exaudire me noluit neq; in manu Prophetarum, neq; per ſomnia.*

An eo quod Iudi. 5. dicatur: *Deus eorum pugnabit pro eis.* & Iudic. 14. *Deus conteret eos ſub pedibus noſtris* (quæ maximè cohærent cum illis: *Apprehende arma & ſcutum, & ſurge in adiutorium mihi*, Pſal. 35.) colligere quiſpiam poterit, Deum armis belliferis induendũ eſſe, vt debellet inimicos eius? Præſertim cùm ſolo verbo virtutis ſuæ, illo inquam, de quo dicitur: *Verbo Dei cæli facti ſunt, & ſpiritu oris eius omnis exercitus eorum*: hæc omnia præſtare valeat?

An quia Pſalmiſta acclamet Pſa. 29. *Deus maieſtatis intonuit.* Pſal. 50. *Deus manifeſte veniet, &c. Deus noſter, & non ſilebit.*

Psal. 93. *Deus vltionum Dominus.* & Psa. 73. *Deus cordis mei, & pars mea.* Psal. 115. *Et Deus noster miseretur*: cuilibet nostrum testari erit permissum, Deum in essentia sua vocem exteriorem proferre? aut apertè oculis corporeis videri posse? aut statim alloqutum esse? aut summæ indignationis, iræ, vindictæ, & furoris potius, quã misericordiæ Deum esse? Aut in aliquotas partes diuidi posse, aut denique perturbatione aliqua commotum, alicuius misereri? Præsertim cùm non solùm intueamur, hæc omnia maxime sacræ Scripturæ aduersari, & rationi naturali & supernaturali, qua docemur, Deum spiritum esse, ac per consequẽs esse inuisibilem, & vocis cuiusque expertem: misericordem, mitem, & multum ad ignoscendum: & semper eundem perseuerare, vt illa Psal. 102. innuũt: *Tu autem idem es, & anni tui non deficient.* Malac. 3. *Ego Dominus, & non mutor*: verum reperiamus hæc omnia eo prolata fuisse ab spiritu Sãcto: vt per hæc disceremus maiestatem illius, qui præstabat verbo suo, id est, voluntate, &c. beneplacito diuino, illa prodigiosa miracula, quæ inferius referuntur: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros; & confringet Dominus cedros Libani, &c. Vox Domini intercidentis desertum, &c.* Et estò inuisibilis naturæ sit, tamen ipsum carnem humanam sic verè assumpturum fore, vt cunctis visibilis, & tractabilis tanquam verus homo appareret, vt Baruch. 3. dixit: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus*: & nullatenus in aduentu vltimo illius peccata impunita relicturum, sed illis debitas pœnas fore exhibiturum. Neque diuisioni fore subiectum, sed ipsum fore qui adimplet cuncta mortalia desideria, & ob suam summam bonitatem, nullo alio respectu habito, se ipsum communicat quibuscunque ex toto corde, diuina gratia præuenti, illum quæsierint, & inuocauerint: non solùm illis condonando peccata, & cognitionem fidei Euangelicæ manifestando, verùm participes faciendo illos, ob eximiam eius misericordiam, fructuum omnium Passionis eius; gratiæ inquã in hac vita, & beatitudinis ęternę in alia.

An denique ex eo quòd adinueniamus, Sapientiæ. 3 verba illa: *Deus tentauit eos.* Hierem. 23. *Putas ne Dominus è vicino, & non Deus de longe ego?* Ezechiel. 44. *Dominus Deus Israel ingressus est per eam*

eam: & Zachar. 9. *Dominus Deus tuus in tuba canet*: fas nobis, aut vobis vnquam erit animo concipere, Deum tentatoris munere functum fuiſſe? acclamante Scriptura: *Deus enim intẽptator malorum eſt.* & Pſalm. 18 *Quoniam in te eripiar à tentatione.* Aut Deum è loco in locum moueri, aut cantoris officio vnquam perfunctarum? Clamitante Pſalm. *Deus autem noſter in cælo, omnia quæcunque voluit, fecit.* Iſai. 66. *Cælum ſedes mea.* & Iob. *Quis adiuuit ſpiritum Dñi.* & Hiere. *Quis conſiderauit verbum illius, & audiuit.* Cùm clariſsimè intueamur, his omnibus teſtimonijs Spiritum ſanctum oſtendere voluiſſe, Deum ſępe ſuos electos laboribus, & afflictionibus afficere voluiſſe, vt illos probet: vt aperte verba quæ ſtatim apponuntur capite 3. Sapientię oſtendunt: *Et inuenit dignos, tanquam aurum in fornace prouauit illos, &c.* & illa Pſalm. 26. *Proba me Domine, & tenta me.* Et inſuper Deum intimè cognoſcere cuncta, ſine noſtro iudicio videantur illi maximè remota, vt innuunt ea, quę ſequntur: *Si occultabitur, vir in abſcõditis, & nõ videbo eũ? dicit Dominus: nunquid non cælum, & terram ego impleo?* vt de myſterio Incarnationis verbi diuini, Spiritu ſancto interueniente, & operato in porta illa clauſa, id eſt, Virgine Maria, Virgine exiſtente ante partũ, in partu, & poſt partũ certiores redderemur: & de efficatia Euangelicæ prædicationis per Apoſtolos fienda, vt illa Iſai. 58. innuunt: *Quaſi tuba exalta vocem tuam*: & confirmant ea, quæ ſtatim in teſtimonio Zachar. 9. apponũtur: *Et vadet in turbine auſtri Dominus exercituum, proteget eos, & deuorabuntur*: id eſt, idola illorum prædicatione funditus euertentur ſicut vẽtus turbinis, & ſtipula: ita vt vix deinceps Dæmon, illis tanquam inſtrumentis ſuis, & armis iniquitatis, cæteros homines illudere, & decipere valeat. *Proteget eos*: dando eis cõſtantiam contra perſecutores, vt ſic vnire valeãt Gẽtes Chriſto per ſuſceptionem Fidei.

Iaco. 1.

Iob. 4.

Hiere. 23.

Cùm ergo hęc omnia ita ſe habeant, ſtulti & tardi ad penetrandum recondita myſteria ſacrę Scripturę, & impediti ad percallendam mentem Spiritus ſancti, quid apud vos tanti momenti & conſiderationis eſſe iam poterit, vt adhuc vos compellat in veſtra obſtinatione, & intelligentia falſa huius teſtimonij Iſai. *Habitabit lupus cum agno*: intrepide permanere? Nondum conſpicitis, ſi cuncta iſta delitia vobis concedimu, affirmãtibus vt cortex

est. *Angelum*, quia paternam voluntatem annuntiat. *Florem*, quia electus est, & semper virens. *Ostium*, quia per ipsum ad Dominum ingredimur. *Montē*, quia fortis. *Petram*, propter eius firmitatem credentibus. *Agnū*, propter innocentiam. *Ouem*, propter mansuetudinem. *Arietem*, propter principatum. *Leonem*, propter fortitudinem. *Serpentem*, propter eius sapientiā. Et immoramini affirmare, illa verba Isai. *Habitabit lupus cum agno, pardus cum hœdo, &c.* spiritualiter esse intelligenda & interpretanda?

Nullus ex vobis est, qui ignoret adhuc, sponsam in lib. Canticorum summis laudibus singula membra sponsi sui vsq; in cælum extollere: vt per elegantiam & venustatem exteriorem corporis, cælestis & admiranda interior virtus illius innotescat cunctis. Hinc dictitando: *Caput eius aurum optimum. Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima. Genæ illius sicut areolæ aromatū, consitæ a pigmentarijs*: vt istis erudiamur in notitia diuinitatis eius. Et intelligamus, scripturas sacras quæ à nostro capite procedunt, sursum semper conspicere, & maximè occultas esse: columbinam esse honestatem Apostolorum & Doctorum, intendentium scripturis Prophetarum: atque varia esse gratiarum, & virtutum genera, quibus emicant intus & exterius electi illius: ita vt omnibus grati, ac venusti appareant.

Illinc fatendo: *Labia eius lilia distilantia myrrham primam. Manus illius tornatiles, aureæ plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus saphyris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super vases aureas. Species eius vt libani electi, & cedri. Guttur illius suauissimum*: vt cuncti percipere inde valeant, Euangelium illius non qualemcunque, sed veram & optimam pœnitentiam exigere: manus Christi maximè veloces, & potentes esse ad facienda miracula & prodigia, quibus cæteri ad Fidem eius suscipiendam excitentur: humanitatem verò eius mirificè rebus diuinis, & innumeris priuilegijs fore exornandum: summè in eo misericordiam, & veritatem elucescere: Fideiq; illius innixos quamplurimos, eosque valdè insignes patres in veteri lege eximia sanctitate præ omnibus alijs floruisse: atq; ineffabilem, & inæstimabilem futuram esse dulcedinem diuinitatis, quæ suis electis in alia vita est impertiturus.

Nullus

Nullùs eſt, etiam, qui nondum ſæpiſsimè perlegerit in ſacra Scriptura, ſponſum, id eſt, Chriſtum ſponſam ſuam Eccleſiam, ſæpe exornare contendentem varijs titulorum & encomiorum generibus, ſingula ſpõſę membra hùc & illac pleriſq; rebus aſsimilando: vt illa verba

Cant:4. Cant. innuunt: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es. Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet*: quibus ſignificat illam ſine felle, ſine iniuria, & odio futuram eſſe: & inſtar columbæ, quæ grana candidiora colligit, in petris nidificat, gemitum pro cantu habet, anxia ſilentia reddit, nihil viuum comedit, & pullos alienos nutrit. Vt illis erudiamur Eccleſiam certiſsima Prophetarum oracula reſeruaturam, in ſolitudine Fidei permanſuram, varijſque & continuis afflictionibus coquaſſandam fore, fluẽta Euangelicæ doctrinæ potaturam, longeque ab illis fore, qui damnum proximo inferũt; totamq; intentam eſſe in alendis filijs alienigenis; id eſt, qui ad illam ex infidelitate ſe reciperent.

Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcendunt de monte Galaad: id eſt, cuius cogitationes adeo ſubtiliſsimæ erunt, vt fugiat ad deſertum Gentium. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt è lauacro*: id eſt, filij tui adeo communes erunt, & ita ſaluti omnium proſpicient: vt nihil in illis ſit proprium & particulare, poſtquam regenerati fuerint ſanguine Chriſti, medio Baptiſmo. *Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce*: id eſt, eius ſermo à veritate non diſcordat, ſed charitatis perfectione adeo abũdans eſt: vt cùm tanquã ex abundantia cordis os loquatur: *Sermo tuus dulcior melle ſit, & ſano.*

Sicut fragmen mali punici ita genuæ tuæ, abſq; eo quod intrinſecus latet: id eſt, verecunda ſis ſicut decet virginẽ eſtò quod interius habes, laudabilius ſit. *Sicut turris Dauid collũ tuum, quæ ædificata eſt cũ propugnaculis*: id eſt, humilitate polles, inſtar Dauid, à qua innumera virtutũ genera dimanãt. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capræ gemelli, qui paſcũtur in lilys.* id eſt, cuius virginitas, & fœcunditas ita in vnum coeunt, vt vnius matris videantur eſſe. *Iuncturæ feminum tuorum ſicut monilia, quæ* Cant 7.
fabricata ſunt in manu artificis. Vmbiculus tuus crater tornatilis: id eſt, virginitatis tuæ integritas cæleſtibus præſidijs ſic communita eſt: vt libera ſit ab omni carnalis appetitu voluptatis. *Venter tuus ſicut acervus tritici, vallatus lilijs*; id eſt, cuius

cuius cor ita abundat pane verbi Dei, vt nunquam illo indigeat. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon*; id est, abũdantes sunt inundatione lachrymarum, & compunctione cordis. *Nasus tuus sicut turris Lybani, qui respicit contra Damascum*: id est, prospiciens ad ea, quæ non videntur, in omnibus carni se opponens. *Caput tuum vt carmelus, & comæ capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus*: id est, cuius cor circuncisum est ab omnibus, quæ dimouere solẽt mortales à Deo: præcipuè cum tota meditatio illius intenta sit in Passionem Christi. *Statura tua assimilata est palmæ: & vbera tua botris*: id est, humilitati & mansuetudini. Et Cantic. 4. *Hortus conclusus Soror mea, sponsa hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cum pomorũ fructibus, &c. fons hortorum, puteus aquarum viuentium*: id est eius fructus semper vires est: quia semper custoditur, & tutatur Spiritus sancti donis cælestibus, quibus cuncta perfecta bona pullulãt, oriũtur, & permanẽt. Ob quę mater Ecclesiarũ dicitur, & secretarum scripturarũ sanctarum omnium, quæ sunt canonicę, quæ manauerũt, de populo antiquo Iudaico.

Et fieri adhuc potest Rabbini doctissimi, vt cùm hæc omnia vestris oculis semel ac sæpissime versentur, illorum omnium obliti, dubij, & ancipites huc & illuc feramini in vera intelligentia istorum verborũ: *Et habitabit lupus cum agno, &c.* existimantes sic tantùm vt verba sonant exterius, interius & exterius intelligi debere?

Tandem Rabbini euigilantissimi, si frequentissimè adinuenitis, Spiritũ sanctũ antiquitus per Prophetas suos, vt Fideles aliqualem de Deo notitiam habere possint, varijs corporis lineamentis diuinam essentiam expressisse: esto omnia illi maximè repugnent, cùm omnis materiæ sit expers, secundum illud: *Deus spiritus est*. & Iob. 11. *Excelsior cælo est. Et quid facies? profundior inferno. Et vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari*. & Paul. *Lucem inhabitat inaccessibilẽ, quã nullus hominum vidit*. Iob. *Si venerit ad me, non videbo*. Exod. *Non enim videbit me homo, & viuet*. Isai. *Oculus non videt, Deus absq; te quæ præparasti expectantibus te?* Vt sic audiuis per illa, quæ istis sensibilibus figuris & signis exterioribus repræsentabantur, relictis creaturis, quibus peruersè abutebantur: in Deũ ipsum tanquam summum bonum omnia, quæ bonitatis habent specimen, in se continentem inflãmarentur: & inflãmati,

Iob. 11. *1. Tim. 6.* *Iob. 9.* *Exod. 33.* *Isai. 64.*

ti, illi vni, in reliquo vitæ suæ decursu, consecrari se totos intus & exterius ardentissimé conarentur. In cuius veritatis cõfirmationem legitis, Daniel. 7.
Danie. 7. *Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda.* Vt per capitis delineamentum doceret diuinam essentiam, quæ omnia præcedit, & cui omnia subiecta sunt: per capillos eius sanctos, & electos illius: & per vestimentorum eius candorem sanctorum dealbationem, vt August. lib. de diuina essentia.

Insuper & deprehendetis sanctam Scripturam acclamantem, Deum habere oculos.
Psal. 33. *Oculi Domini super iustos*: eo quòd omnia intueatur, & nihil illum lateat, & in eius conspectu nulla creatura inuisibilis est. *Palpebras*, Psal. 11. *Palpebræ eius interrogant filios hominum*: ad ostendendum incomprehẽsibilia iuditia illius. *Auris*, Sapien. 1. *Auris cæli audit omnia*: eo quód omnia audiat, & nihil illi sub silentio abscondatur. *Nares*. 2. Sam. 22. *Ascendit fumus de naribus eius*: propter inspirationem cælestem in corda Fidelium. *Faciem*, Psal. 80. *Ostende faciem tuam*: ad ostendẽdum esse ostensiuum suæ diuinitatis, media cognitione: vel inuisibilem essentiam diuinitatis. *Os*, Treno. 1. *Quia os eius ad iracundiam prouocauit*, id est, habere filium. *Linguam*, Ps. 45. *Lingua mea calamus scribæ*: ad insinuandum Spiritum sanctum, per quem Deus Pater secretum suum hominibus manifestat. *Labia*, id est, consonantiã vtriusque Testamenti, Prouer. 16. *Diuinatio in labijs Regis*. *Brachia*, ad ostendendum Filium, & Spiritum sanctum, Isai. 51. *Brachia mea populos iudicabunt*. *Dexteram*, in ostensionẽ Filij Dei, Psal. 118. *Dextera*, inquit, *Domini fecit virtutem*. *Manum*, potestatem Dei, Hierem. 19. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos domus Israel in manu mea*, vel flagelum ipsius. Sophon. 1. *Et extendendam manum meam super Iudam*. Digitos, Ps. 9. *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum*, id est, sanctos. *Cor*, vt innuat arcanum sapientiæ eius, Psalm. 45. *Eructauit cor meum verbum bonum*. *Alas*, eo quód more auis electos suos tanquam pullos suos sub se colligat, & foueat ab insidijs diaboli: *Sub vmbra alarum tuarum protege me*. Psal. 17. *Scapulas*, quia infirma Ecclesiæ membra quasi in scapulis suis portat, & portando protegit: *Scapulis suis obumbrabit tibi*. Psal. 90. *Ventrem*, ad ostendendum absconditam originem substan-

tiæ eius, Psalm. 110. *Ex vtero ante luciferum genui te.* *Posteriora*, in signum Incarnationis diuinæ, Exod. 33. *Videbis posteriora mea*, faciem autem meam videre non poteris. *Pedes*, propter stabilimentum virtutis, & potentiæ illius. Isai. 66. *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum*: vel humanitatem illius, Psalm. 9. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*: vel propter predicatores eius, Deuteron. 33. *Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius.* *Vestimenta*, ad insinuandum carnem illius, quę assumpta fuit, Isai. 63. *Quis est iste, qui venit de Edon tinis vestibus de Bosra.* *Palium*, ad ostendendam Ecclesiam suam, Genes. 49. *Lauabit in vino stollam suam*, id est, sanguine Passionis carnem suam: *Et in sanguine vuæ pallium suum*, id est, Ecclesiam suam. *Calceamentum*, propter Incarnationem suam, Psalm. 60. *In Idumeam extendam calceamentum meum*: *Gressus*, ad manifestandum aduentum filij Dei in mundum. *Regressus*, regressus illius ad Patrem, Psalm. 68. *Viderunt ingressus tuos Deus, regressus Dei mei Regis, qui est in Sancto.*

Et pręter hęc omnia sępissime dictitat sacra Scriptura Deum *Ascendere*, *Abscondere se*, *Ostendere se*, *Descendere*, *Sedere*, *Stare*, *Transire*, *Ambulare*, *Loqui*, *Videre*, *Cognoscere*, *Nescire*, *Zelare*, *Irasci*, *Pœnitere*, *Non pœnitere*, *Obliuisci*, *Indurare*, *Dormire*, *Vigilare*. Vt hęc omnia figuratiua locutione, & non secundùm litteram accipientes (cùm Omnipotens Deus in essentia diuinitatis suæ spiritus sit non caro, inuisibilis atque incorporeus, nullisque humanis membris compositus) instruantur Fideles per speculum, & in ęnigmate obtuitibus internis credendo, cognitione eorum omnium mysteriorum cęlestium, quę postea facie ad faciem ipsam diuinam essentiam, prout in se est, contemplantes, sunt visuri.

Ita vt per *Ascensionem Dei*, iuxta illud Psal. 68. *Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem*: intelligamus assumptionem naturę humanæ, quam in cęlum tanquam captiuam adduxit. Per *Absconsionem illius*, iuxta illud Iob. 13. *Cur faciem tuam abscondis*: substractionem consolationis Dei: Per *ostensionem Dei*, secundum illud Psal. 80. *Ostende faciem tuam*: occultam Dei inspirationem, qua se ipsum in cordibus electorum suorum manifestat. Per *descensionem*. Psalm. 18. *Inclinauit celos, & descendit*: aliquid noui Deum fecisse, quod antea non

opera-

operatus fuerat. Per *Sessionem*, Psal. 47. *Regnauit Dominus super Gentes, Deus sedet super sanctam sedem suam*: presidentiam potentiæ diuinæ super omnem creaturam rationalem. Per *Stationem*, Abac. 3. *Stetit, & mensus est terram, & disoluit gentes*. Et per *Subuentionem*, opportunam Dei nostri pacientiam ad spectandum peccatores, vt de suis delictis resipiscant. Per *Transitionem*, Oseæ. 10. *Et ego transiui super pulchritudinem colli eius*: recessum Dei ab eis ob peccata execranda illorum. Per *Deambulationē*, Isai. *Et inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero illorum Deus*: delectationem Dei in cordibus electorum. Per *Locutionē* Dei, vt Psalmo. 61. *Semel loqutus est Deus*: manifestationem volūtatis diuinæ, quæ fit per subiectam creaturam, id est, medijs Angelis, vt Moysi, Abraham, Isaac, & Iacob: aliquando per *somnium*, vt Iacob. Ioseph: Zachari. Daniel, aut per occultam inspirationem inuisibilem, corda Prophetarum tāgendo, vt loquentes faciat. Per *Visionem* Dei, secundum illud Genes. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona*: approbationem, vel ipsum esse qui scientes nos facit, Psalm. 839. *Et vide, si via iniquitatis in me est?* Per *Cognitionem* Dei, ipsum facere nos cognoscere, Genes. 22. *Nunc cognoui, quod timeas Dominum*. Per *Insciensiam illius*, quosdam deserere, Isai. 55. *Ecce gentem quam nesciebas, vocabis*. Per *Zelare* Dei, erudiamur Deum castigare sæpe creaturam, quam non vult, vt pereat, Ioel. 2. *Zelatus est Dominus super terram suam*: vel nihil impunitum Deum relinquere, Ezech. 23. *Ponam zelum meum in te*. Per verbū *Irasci*, Zachar 1. Ego *irascor super gentes opulentas*: absque vlla animi perturbatione peccatoribus iustam inferre Deum vltionem. Verbo *Pœnitere*, Deum statuta mutare, vel de bono in malum ob delicta alicuius, vel de malo in bonum ob misericordiam Dei, 1. Sam. 15. *Pœnitet me, quod constituerim Saul Regem*. Per *Non pœnitere*, vt est illud, Psal. 110. *Iurabit Dominus, & non pœnitebit eum*: erudiamur Deum statutum non mutare. Et per hoc quod est Deum, *Obliuisci*, Psal. 13. *Vsquequo Domine obliuisceris mei in sæculum. Vusquequo abscondes faciem tuam à me? Vsquequo ponam consilia, &c.* Cognoscamus Deum cum peccatoribus obduratis non misereri. Per hoc quod est Deū *Indurare*, iuxta illud Exod. *Ego enim indurani cor Pharaonis*: Deū aliquando ob multitudinē pecca- *Exod. 10.*

torum quibuſdam duritiâm à cordibus eorum non auferre. Per hoc quod eſt Deum Dormire, Pſal. 44. *Exurge, quare ob dormis Domine?* Deum lento pede quibuſdam ſubenire. Per Vigilare, Deum ſummè ſolicitum eſſe aliquando vel in defenſionem ſuorum electorũ, vel in vltionem inimicorum ſuorum. Et adhuc fieri poteſt, vt his omnibus teſtimonijs à nobis adductis velamen faciei veſtræ non ſcindatur, & denſiſsimæ ignorãtiæ tenebræ quibus mentes & corda veſtra circundantur, procul non diſpellantur, vt claré veritatem nudam conſpicere, veramque intelligentiam, ſpiritualem dico, horum verborum: *Et habitabit lupus cum agno, &c.* penetrare non ſit vobis conceſſum?

Diluitur error illorum contra ista obiectis: Deut. 4.

Quòd ſi dictitatis, ſacræ Scripturæ nihil addendum eſſe, neque minuendum quidquam ex illa, vt Moyſes veſter præcipit, Deuteron. 4. *Non addetis ſuper verbum, quod ego præcipio vobis: & non diminuetis ex eo: vt cuſtodiatis præcepta Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis*: & Meſsiam noſtrum acclamaſſe: *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo*: id vnanimiter omnes præſtemus, vt quæ ſint intelligenda literaliter, ſic à nobis intelligantur: quæ verò ſpiritualiter, ſpiritu tantùm comprehendantur. Sed quæſo Rabbini, Moyſes veſter docuit nê, teſtimonio à vobis allato, cuncta præcepta & mandata Dei, & cœremonias diuinitus inſpiratas in integrũ ſeruandas fore, abſque vlla veſtrorum maiorum falſa & vana interpretatione, vt illa innuũt? *Et nunc Iſrael audi ſtatuta iuditia, quæ ego doceo vos: vt faciatis, & viuatis, & ingrediamini, & poſsideatis terram, quam Dominus patrum veſtrorũ dat vobis.* Deut. 4. An prohibuit, vt ſpiritualiter, aut per allegoriam cuncta interpretentur: ſed tantum vt nudus cortex litteræ innuit?

Si primum docuit, quis vobis tantam licentiam conceſſit, vt liberè illis addere, & minuere quæcunque excogitaueritis, nunc valeatis? Si poſtremum ſimiliter prohibuit, cunctiſque aditum ad id præſtandum interclusit, vt per illa viſibilia & terrena Fideles in cognitione ſpiritualium nullatenus informati poſſent: mihi dicatis, eſt neceſſe, quid fuerit in cauſa, cùm Deus omnis materiæ ſit expers, dicatur Deuteronom. 4. *Deus tuus ignis conſumens.* Deut. 4. Forſan nê, vt ignem materialem Deum eſſe intelligeremus, & per conſequens corruptionis participẽ? Nequaquam: cùm contrarium teſtetur Scriptura. *Ipſe Deus viuens &* Ie. Hie. 10.

Rex

Rex, Iob. 12. *in cuius manu anima omnis viuens*, Deut. 32. Ego *occidam, & ego viuere faciam*, vt inde intelligerent omnes, Deũ maxime vltorem esse scelerũ, instar ignis, qui est maioris actiuitatis, quam cætera elementa, vt innuunt quæ sequuntur: *Deus æmulator, &c.*

Quis fatebitur ob illa verba Deuteron. 32. *Deum qui te genuit, dereliquisti*: Deum tanquã patrem materialem filios procreare, & non potius vniuersalem conditorem omnium viuẽtium illa palàm ostendere? (cũ acclamet Scriptura eum esse conditorem cæli & terræ, Gen. *In principio creauit* Deus *cælum & terram*) vt illis inde perciperent omnes Deũ esse perennem fontem cunctorum viuentium, vt ostendunt illa, quæ præcedunt: *Dereliquit Deum factorem suum*: vt lectio Hebręa: *Deum qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Dei creatoris tui.* Si ergo creatoris munere functus est Deus, non est illi imponendum, functum esse munere patris carnalis. Quæ omnia maximè coherent cum lectione Chaldayca, quæ sic habet: *Terribilis & fortis qui te creauit, oblitus es: & reliquisti cultum* Dei, *qui te fecit.*

Gen. 1.

An eo quod 1. Samuel. 28. dicatur: Et *Deus recessit à me*: coniectari cuiq; licebit, motu locali ab illo recessisse? Nullatenus: cùm dicat de Deo scriptura, vbiq; esse præsentem, vt illa Psal. Si *ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si assumpsero pennas luciferi, & habitauero in nouissimo occidẽtis: etiã ibi manus tua ducet me, & tenebit me dextera tua.* Sed potius fateri tenebimur, Deum donum prophetãdi Sauli abstulisse, vt illa verba quæ subsequuntur in eodem cap. demonstrãt, quando postquam dixit Saul: *Coarctor nimis: si quidem Philistini pugnãt aduersum me, & Deus recessit a me*: addidit: *& exaudire me noluit neq; in manu Prophetarum, neq; per somnia.*

Psal. 139.

An eo quod Iudi. 5. dicatur: *Deus eorum pugnabit pro eis*, & Iudic. 14. *Deus conteret eos sub pedibus nostris* (quæ maximè cohærent cum illis: *Apprehende arma & scutum, & surge in auditorium mihi*, Psal. 35.) colligere quispiam poterit, Deum armis belliferis induendũ esse, vt debellet inimicos eius? Præsertim cùm solo verbo virtutis suæ, illo inquam, de quo dicitur: *Verbo* Dei *cæli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum*: hæc omnia præstare valeat?

An quia Psalmista acclamet Psa. 29. *Deus maiestatis intonuit*. Psal. 50. *Deus manifeste veniet, &c. Deus noster, & non silebit.*

eam: & Zachar. 9. *Dominus Deus tuus in tuba canet*: fas nobis, aut vobis vnquam exit animo concipere, Deum tentatoris munere functum fuisse? acclamante Scriptura: *Deus enim intēptator malorum est.* & Psalm. 18 *Quoniam in te eripiar à tentatione.* Aut Deum è loco in locum moueri, aut cantoris officio vnquam perfunctarum? Clamitante Psalm. *Deus autem noster in cœlo, omnia quæcunque voluit, fecit.* Isai. 66. *Cælum sedes mea.* & Iob. *Quis adiuuit spiritum Dñi.* & Hiere. *Quis considerauit verbum illius, & audiuit.* Cùm clarissimè intueamur, his omnibus testimonijs Spiritum sanctum ostendere voluisse, Deum sępe suos electos laboribus, & afflictionibus afficere voluisse, vt illos probet: vt apertè verba quæ statim apponuntur capite. 3. Sapientię ostendunt: *Et inuenit dignos, tanquam aurum in fornace probauit illos, &c.* & illa Psalm. 26. *Proba me Domine, & tenta me.* Et insuper Deum intimè cognoscere cuncta, sine nostro iudicio videantur illi maximè remota, vt innuunt ea, quę sequuntur: *Si occultabitur, vir in absconditis, & nō videbo eū? dicit Dominus: nunquid non cælum, & terram ego impleo?* vt de mysterio Incarnationis verbi diuini, Spiritu sancto interueniente, & operato in porta illa clausa, id est, Virgine Maria, Virgine existente ante partū, in partu, & post partū certiores redderemur: & de efficatia Euangelicæ prædicationis per Apostolos fienda, vt illa Isai. 58. innuunt: *Quasi tuba exalta vocem tuam*: & confirmant ea, quæ statim in testimonio Zachar. 9. apponūtur: *Et vadet in turbine austri Dominus exercituum, proteget eos, & deuorabuntur*: id est, idola illorum prædicatione funditus euertentur sicut vētus turbinis, & stipula: ita vt vix deinceps Dæmon, illis tanquam instrumentis suis, & armis iniquitatis, cæteros homines illudere, & decipere valeat. *Proteget eos*: dando eis cōstantiam contra persecutores, vt sic vnire valeāt Gētes Christo per susceptionem Fidei.

Iaco. 1.
Iob. 4.
Hiere. 23.

Cùm ergo hęc omnia ita se habeant, stulti & tardi ad penetrandum recondita mysteria sacrę Scripturę, & impediti ad percallendam mentem Spiritus sancti, quid apud vos tanti momenti & considerationis esse iam poterit, vt adhuc vos compellat in vestra obstinatione, & intelligentia falsa huius testimonij Isai. *Habitabit lupus cum agno*: intrepide permanere? Nondum conspicitis, si cuncta ista deliria vobis concedimu, affirmātibus vt cortex

literæ sonat, necessariò ista intelligenda fore: necesse esse, vt affirmetis similiter, præter hæc absurda quæ superius retulimus, cuncta illa quæ præcesserunt in eodem cap. Isai. scilicet: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet, &c. & percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labiorum suorũ interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius;* absq; vlla metaphora intelligenda esse? Quæ omnia quàm ridicula sint, nullus est qui iam non videat.

Si Genesi sacra Scriptura palàm testatur, quod postquã condiderat Deus orbes cælestes, & vniuersam huius mundi machinam vnà cũ innumeris illis animantibus reptilibus, & volatilibus, iuxta species suas: Deũ in illa verba prorupisse: *Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona:* ad quid eorum naturas immutandas fore aduentu primo Messię fateri ausi estis vt habitarent vnà simul, quę tãto consilio, & prouidentia diuina vnâ simul à Patre, Filio, & Spiritu sancto fuisse perhibet Scriptura: tantum nè ob prauũ errorem vestrum, & ob execrãdam cæcitatem fateri cogemur, prorsus inuertenda esse cunctã huius ingentis mollis machinam? Nunquid è memoria vestra dudum exciderunt ea, quæ sapienter Rabbi Moyses (vt Lira super illa verba Isai. refert) protulit? scilicet: *Non ascendat super cor, quòd in diebus Messiæ deficiet aliquid de via huius sæculi: vel innouetur aliquid de operibus sex dierum, sed ibit mundus iuxta solitam viam, & per consequens, animalia remanebunt iuxta conditiones, & proprietates naturales.*

Fieri nõ potest, vt ex eo quòd Aggæi. 2. dicatur: *Adhuc pusillum est, & tremere facio cælum, & terram, & mare & aridam: & tremere faciam gentes, & venient, quæ sunt desideratio omnium gentium, & implebo domum hanc gloria; dixit Dominus exercituum:* inde cuique colligere liceat, aduentu Messiæ nostri, scilicet in ortu eius vniuersam huius mundi machinam sic motu quodam concuciendam fore, vt cunctis incolis sæculi magnum metum Natiuitas illius incutiat? Cùm certiores non solùm reddamur, aduentum illius ita pacificum futurum fore, vt illa verba Zachariæ: *Ius iurandum quod iurauit ad Habraham patrem nostrum, daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum liberati seruiamus illi, &c. Illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis* (quæ maximè consonant

nant illis verbis Mich. 5. *Erit iste pax Assiriis.* Isai 9. *Princeps pacis.* & 66. *Ecce declinabo super eam quasi fluuium pacis.* & Psal. 72. *Suscipiant montes pacem.* & Psalm. 147. *Qui posuit fines tuos pacem*) verùm inueniamus, Isaiā illis verbis præseferre inusitatā admirationem, quā cunctæ creaturæ cælestes & terrestres, ob hoc inauditum & inusitatum Incarnationis mysterium, rapi debebant: cûm intuerētur Deum, sine principio, æternum & immortalem, offensum, natum tēporaliter, & morti subiectum: & quod magis est, ad agendas peccatorum partes, vt illorum peccata de rigore iustitiæ deleri possent, in hunc mundum aduentasse. Quod præstitisse narrant Euangelistæ, cûm non solùm in medium nobis adducāt, quasi in vehementissimam admirationem, & extasim rapti: *Factum est autem, cùm essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret. Et peperit filium suum Primogenitū, &c. Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* (Luc. 2.) verûm Reges terrę, maris, & cūctarum gentium Oriētalium ad adhibendum ei debitum cultū, & offerenda dona, stella diuinitus illis apparente, imo ducente illos, ex finitimis orbis partibus properasse Matthæ. 2. referat: (Matth. 2.) *Cum ergo natus esset Iesus, &c. Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum, &c. Et ecce stella quam viderāt in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer, &c. & intrantes domum, & procidentes, Adorauerunt eum: Et apertis thesauris suis, obtullerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Quæ omnia præsefert verbum, *Vmarguis*, comouere, concutere, & suscitare inquam faciam cælos, & terrā, & mare, vel incolas cælestes, & supremos terræ: vt contemplentur cum Dauid, & dicant: *Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam in seculum?* Imitar eorum, quę præstitit Isaias, quando initio suæ prophetiæ cælos & terram contestatus est, vt audirent quærelam illius, quandoquidem hominibus, ob proteruam illorum obstinationem, omnis aditus illis interclusus erat, dicens: *Audite cæli, & auribus percipę terram, quoniam Dominus loqutus est: Filios enutriui, & exaltaui, &c.* (Isai. 1.) & multo antiquius Moysen Deuteronom. 32. *Audite cæli, quæ loquor: audiat terra verba oris mei:* (Deute. 32.) idest, Cælestes, & terræ habitatores.

Diluitur. 6. argum.

Neque eſt iam, cur vim huius reſponſionis enodare valeant, ita vt iterum audacter dictitare audeant, cuncta illa prophetię Iſaię verba: *Et habitabit lupus cum agno*: ſic ad vnguem adimpleri debere, vt cortex literę innuit, vt nullam aliam ſpiritualem interpretationem admittant: ex eo quòd clariſsime intuentur, eſtò perfecti fuerint cęli in prima eorum creatione, vt Geneſ. 2. dicitur: *Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum*. Iſa. 65. Deum in hęc verba prorupiſſe: *Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora. Et non aſcẽdent ſuper cor, ſed gaudebitis, & exultabitis vſque in ſempiternum in his, quæ ego creo*. Et inſuper adinueniãt Geneſ. 7. ex præcepto diuino, nè inundatione illa generali cũcta animalia aquis ſuffocarentur, in Arcam introducta fuiſſe Noe, vt illa verba inſinuant: *In ipſomet die ingreſſus eſt Nobach, &c. & tres vxores filiorum eius ſecum in Arcam: ipſi & omnis beſtia ſecundùm ſpeciem ſuam: & omne iumentum ſecundùm ſpeciem ſuam: & omne reptile, quod reptat ſuper terram, ſecundùm ſpeciem ſuã: & omne volatile ſecundùm ſpeciem ſuam, omnis auis, omne alatũ ingreſſa ſunt ad Nobach in Arcã, bina bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ*: & ita pacificè cũcta iſta animãtia per 60. dies inter ſe cohabitaſſe, vt nullũ ex illis alteri infenſum extitiſſe referat ſacra Sriptura. Ex quibus conſequens fit, hãc inſitam animantium naturã in ſignum aduentus primi Meſsiæ ſimiliter omnino mutari debere.

Gen. 2. Iſai. 65. Gen. 7.

Reſpõ. Sed tamen facilè illis reſpondebimus, dicentes, quòd quamquam ex opinione multorum, verba illa Iſai. 65. *Ecce ego creo cælos, &c.* innuunt, ea omnia futura eſſe poſt aduentum ſecundum Chriſti, poſt quem cuncta huius mũdi aliũ ſtatũ ſunt ſortitura: cùm iam incolæ illius in aliam patriam ſint cõmigraturi quã aut mors perpetua (& ſi viuãt) vt damnatos: aut viuere fœlicisſimè ſine fine, vt Beatos ſubſequatur, eſt neceſſẽ: vt potiſsimè illa verba quę ſequuntur, exprimentia præmaximè fœlicẽ illum ſtatum Beatorum, demonſtrant, ſcilicet: *Ecce ego creo Hieruſalem exultationem, & populi eius gaudium, &c. & non audietur in ea vox fletus vltra, & vox clamoris, &c. non laborabunt fruſtra, neq; generabunt in conturbatione. Quia ſemen benedictorum Domini eſt, & nepotes eorum cum eis*: quę omnia cùm alterum ſtatum incolarũ huius mundi reſpiciant, non mirum eſt, vt & ſi non nouos cælos, & nouam terram Deus tunc creet, at ſaltim alteri miniſterio cuncta illa in-

Iſai. 65.

seruire faciat. Possumus similiter fateri, post diem Iuditij, corpora cælestia, & elementa non quantùm ad substantiam, sed quo ad claritatem, & decorem (vt sic magis in illis reluceat bonitas diuina) ad gloriam Dei & electorum illius, qui in ipsis bonitatem Dei clarius cōtemplantur, renouanda fore, vt docuit Petrus. 2. epist. 3. cap. *Expectantes, & properantes aduentum Dei Domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent.* Vel, *Nouos cælos & terram:* id est, nouā patriam prædixisse Isaiam, vt inferius Petrus ostendit, addēs in eodem cap. *Nouos verò cælos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus: in quibus iustitia habitat.* Quòd si animantia prorsus destituerentur insitis proprietatibus, essentialibus eorum, vt vos arbitramini, istis verbis Isaiæ: *Habitabit, &c.* quæ consequuntur intrinsecè & immediatè naturas eorū, iam alterius naturæ esse cunctis viderentur, & per consequens ordo vniuersi totus ab imis fundamentis rueret.

2. Pet. 3.

Respō. Neque verò vllius momenti apud nos debet esse illud, quod Gen. 7. de illis animalibus, quę ingressa fuerāt in Arcam, nobis opponunt. Nam præter quam quod cuncta illa miraculosè illic fuerint introducta, imo inter se conseruata adinuicē sine alterius læsione per aliquot dies, vt deinceps inter se quæ erant eiusdem speciei, propagarentur, & conseruarentur eorū species, nullatenusque vniuersa huius mundi machina noua creatione animantium indigeret. Et in super prout omnia illis in figura contingebant, nempe vt significabāt varietatem gentiū & nationum vtriusque sexus, ætatis, & conditionis, quæ in vnitatem Fidei, & in eandem Ecclesiam copulari debebant: vt in ea instar illius Arcę saluarentur mortales, extra quam cūcti perirent: quam postea Petrus Princeps Apostolorum, & successor Christi agnouit clarè, quando Actor. 11. vidit linteum magnum quatuor initijs submitti de cælo, in quo erant quadrupedia terræ, & bestię, & reptilia, & volatilia cæli, & illi dictum fuit: *Surge Petre, occide, & manduca:* quæ maximè conducunt ad penetrandam veram intelligentiam istorum verborum Isa. 11. *Et habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: & vitulus & catulus leonis, & pecus pingue simul & puer paruus ducet.* Sed non ob id fateri debemus, aduentu primo Messię eadē miracula præstanda fore in futurū vsque ad finem mundi cum omnibus animatibus. Alias namq;

Gen. 7.

Act. 11.

Isai. 11.

vel prorſus naturæ illorûm immutandæ eſſent,nè tot miracula multiplicarentur in dies ad illorum ſuſtẽtationem,quod eſt maxime abſurdum & indecens omnipotentiæ Dei, & ſapientiæ ſummę,qua condita fuerant ab illo: vel alterius ordinis ex tunc iſtum mundum viſibilem futurum eſſe,ac inceepit in prima eius cõditione, dicamus eſt neceſſe. & per conſequens,cũcti ab imis fundamentis euertamus, vt veſtro errori conſulamus, & deinceps vná vobiſcũ hæc, & alia abſurda, quę mens noſtra cõcipere iam dudum abhorret,amplectamur.

Et cûm vos rationales dudũ maximè gloriari ſentiam,ſupereſt vt cunctis meritò iudicemini,ex nunc inſtruamini, Iſaiam iſtis verbis prædixiſſe, in ſignũ manifeſtiſsimum aduentus primi Meſsiæ cohabitaturos fore ſimul nõ lupos cum agnis,&c. ſed benignos cum illis, qui antea erant crudeles: liberales cũ auaris: pacificos cum illis, qui antea erant tyranni: modeſtos cum libidinoſis: iuſtos cum cõſceleratis: manſuetos cum fraudulentis:& tandem innocentes cum illis, qui per omne genus vitiorum libere debachantur. Quę omnia eò maiorẽ Dei potentiam apertè oſtendunt, & demonſtrant poſt peccatum noſtrorum primorum parentum (poſt quod redacti ſunt ſicut equs & mulus, quibus non eſt intellectus)quo maioris excellentiæ,& pręſtantiæ eſt voluntas hominis, præ naturis illorũ animâtium illis impreſsis: cùm ob libertatem, qua mortales ſic potiuntur,vt Deo ipſi reſiſtere valeant:tum etiam ob amplitudinem, & excellenciam beatitudinis, ad quam poſsidendam fuerunt conditi.

Solutio obiectionis.

Quàm vero facilem ſolutionem poſtrema eorum obiectio habeat: & quam ineptè ex illis verbis Iſai.47. *Prope feci iuſtitiam,&c. & dabo in Siõ ſalutem, & Iſrael gloriam meam*:& ex illis Iſai.45. *In Domino iuſtificabitur, & laudabitur ſemen Iſrael.* & Zachar.8. *Sic ſaluabo vos, & eritis beneditio.* & Iſai.62. *Et vocabitur tibi nomen nouum,quod os* Domini *nominabit. Et eris corona gloriæ in manu* Domini, *& diadema* Regni *in manu* Dei *tui.* *Nõ vocaueris vltra derelicta, &c. ſed voceneris voluntas mea in ea*: colligant,Meſsiam nondum aduẽtaſſe, ex eo quòd intueantur, cunctis gentibus & nationibus in deriſum,conculcationem, & opprobriũ, imo in maledictionem per tot annorum curricula,populum Iudaycum extitiſſe: vt vaticinatus fuerat Threnor.1. *Et egreſſus eſt à filia Sion omnes decor eius. Facti ſunt Principes eius velut arietes, &c.*

Iſai.47. *Iſai.45.* *Zach 8.* *Iſai.62.* *Thren.1.*

Vide-

Viderunt eam hostes, & deriserũt Sabbatha eius, &c. Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam: quia viderunt ignominiã eius, &c. Vide Domine, & considera, quoniam facta sunt vilis, &c. Omnes inimici mei audierunt malum meũ, lætati sunt: quoniam tu fecisti. &
Thren. 2. Thren. 2. Obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem, & Sabbathum, &c. Omnes transeuntes per viam, sibillauerunt, & mouerunt capita sua super filiam Hierusalem. Hæccine est vrbs decentis, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ. &
Thren. 3. Thren. 3. Audisti opprobria eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me.

Facilè quicumque vestrum conspicere poterit, si consideret, hæc omnia mala maioribus vestris, & vobis importata fuisse non ob aduentum Messiæ, sed ex eo quòd Messiam nostrum tamquam Dominum, patrem, & Deum verum, vestræque saluti maximè prouidum non solùm excipere recusastis: verùm in eum omne virus malitiæ euomere contendistis, donec illum è medio populi vestri eradicantes, morti crudelissimę illum tradidistis, vt Isai 1.
Isai 1. cap. prædixit: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me cognouit, & Populus meus non intellexit. Ve genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, alienati sunt retrorsum. Super quæ percutiam vos vltra, &c. & terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ sunt igni. Regionẽ vestram coram vobis alieni deuorant: & desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Et Isai. Isai 65.
65. Et vos qui dereliquistis Dominum, qui obliuiscimini montis sanctitatis meæ, qui paratis militiæ celi mensam, &c. Numeraboq; vos gladio, & omnes vos iugulatione incurbabitis: eo quòd vocaui, & non respondistis: loqutus sum, & non audistis, & fecistis malum in oculis meis: & quæ nolui, elegistis. Propterea sic dicit Dñs Deus: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & vos pudore afficiemini: ecce serui mei clamabunt præ iucundatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus. Vlulabitis, & dimittetis nomen vestrum in execrationẽ electis meis: & interficiet vos Dominus Deus. Et Hiere. 9. Et ponam Hiere. 9.
Hierusalem in aceruos, habitaculum draconis: & ciuitates Iuda ponam in desolationem: vt non sit habitator, &c. Propter quid perijt terra ista, exusta est veluti desertũ, vt non sit transiens? Dixit autem

Dominus, eo quòd dereliquerunt legem meam, &c. *Et dispergã eos in gentes, quas non nouerunt ipsi.* & Hiere. 11. *Ecce ergo induco super eos malum, de quo non poterunt exire: & clamabunt ad me, & non audiam eos.* Quæ maximè cohærent cum his, quæ Hiere. 11. 14. 15. 16. 18. & 19. Ioel. 1. Amos. 8. & 9. & Zachar. 9. dicuntur.

Nam si eum, vt par est, excipere tis, consequeremini quod alijs gentibus & exteris nationibus euenturum fore perhibent Prophetarum oracula, nempe: *Quod in Domino iustificabunt se se, & se glorificabunt omnes, qui sunt semen Israel.* Isai. 45. idest, qui sunt Israelitici, idest, videntes Deum per fidem, & timentes illum: hæc omnia Israel innuit. Quæ maximè consonant cum illis, quæ Paulus tamquam testis occulatus, nomine totius Ecclesiæ fideliũ est testatus. 1. *Corin.* 1. Qui factus est nobis sapientia à Deo iustitia, & sanctificatio. Heb. 10. Vnâ cum oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. *& superius:* In qua voluntate sanctificati sumus per oblationẽ corporis Iesu Christi semel. *& Ephes.* 5. Et seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. *& Roma* 5. Iustificati igitur ex Fide, pacẽ habeamus ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum. Per quem & accessum habemus, per fidem, in gratiam istam, in qua stamus, Et gloriamur in spe gloriæ Dei, non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confunditur. Quia charitas Dei difusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. *Philip.* 3. Et gloriamur in Christo Iesu. 1. *Thess.* 2. Qui vocauit vos in suum regnum, & gloriam. *&* 2. *Thess.* 2. Et vocauit vos per Euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ. *&* 2. *Petri.* 1. Simon Petrus seruus, & Apostolus Iesu Christi ijs, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt Fidẽ in iustitia Dei nostri, & Saluatoris nostri Iesu Christi, gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri. Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quę ad vitã, & pietatem donata sunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, &c. *& Acto* 13. Et illi quidem ibant, gaudentes à conspectu concilij: quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Isai. 45.

Consequeremini similiter, vt

essetis participes illius summæ fœlicitatis, quam est pollicitus Sion, id est, Ecclesiæ nostræ. *Isai.* 47. Dabo in Sion salutem, & Israel gloriam meam. *& cap.* 40. Consolamini, consolamini Populum meum, dicet Deus vester. Loquimini ad cor Hierusalem, & clamate ad eam: quia completa malitia eius, & placabilis facta iniquitas eius. Suscepit enim de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis, &c. Et reuelabit se gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini loquutum est. *& Isai.* 52. Suscita te, suscita te, indue te fortitudinem tuam Sion: indue te vestimenta gloriæ tuæ Hierusalem, &c. Denuo dabit Dominus Deus brachium suum in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines terræ salutem Dei nostri. *& cap.* 60. Surge, illuminare: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, &c. Super te autem orietur Dominus, & gloria eius super te videbitur. Imo illius fortis, qua ex aduentu Messiæ cuncti Fideles vnà simul fœliciter fruimur, vt aperte testatus fuit Simeon, *Lucæ.* 2. dicens: Nũc dimittis seruum tuum Domine in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. *& Ioan.* 1. Et Verbum Caro Factum Est, Et habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.

CAP. XI.

Ex solutione argumentorum quorundam Iudæorum, in hanc eandem veritatem audacter insurgentium, Messiam Filium Dei esse docetur.

EIA Eructamini abscondita, & eas nouas interpretationes, quæ à sæculo hucusque non solùm fuerunt auditæ, verùm nec excogitatæ, vt illis aduentum primum Messiæ prorsus obscurandum esse, aut labefactandum fore palam dictitetis, in medium nobis adducite. Nunc denuo affirmantes tempus primi aduentus illius nondum præteriisse, non tantùm ex eo quod nullatenus hucusque impletum fuit illud Isaiæ, 62. Ecce *Dominus audire faciet solicite ad extremum terterra, dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius cum illo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus, redempti à* Domino, *&c. Tu autem vocaueris quæsita ciuitas, & non relicta:* & experti fuerunt tantùm abesse, quod Messias quem nos appella- 7. Arg. *Isai.* 62.

appellamus, dignitate, aut imperio synagogam illam veterē auxerit, vt prędixerat Zacha. 9. *Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator*: quominus adinueniant clarissimè, eum mi serè illam perdidisse, & prorsus extinxisse: pręcipuè cûm se videant adhuc tot iniurijs, & maledictionibus vndique repletos, omnibusq; execrabiles, â tempore áduetus illius hucusque semper esse: vt eorum nomen cunctis nationibus & gentibus infestum, execrandum; imo odiosum extiterit (quę omnia maximè aduersantur illis Malachię. 3. *Et beatificabunt vos omnes gentes: quia vos eritis terra desiderabilis*) verumetiam quia Messias non viderit semen longeuum, cûm nullos filios procreauerit.

Zacha. 9.

Malach. 3

Insuper quia nondum ipsi, neque maiores ipsorum cōspexerint, Messiam nostrum adducere valuisse cunctos populi Israelitici ab extremis terræ, & liberasse illū â manibus inimicorū suorū, vt Templū Hierusalē iterum restaurarent, vt innuunt illa Psal. 89. *Et ponam in seculū seculi semen tuum.* & illa Ose. 2. *Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Israel.* & illa Ezech. 39. *Nunc reducam captiuitatem Iacob, &c. & reducam eos de populis, & congregabo eos è terris inimicorum suorum, &c. Et scient, quia ego Dominus Deus eorum, eo quòd transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quemquam ex eis ibi. Et non abscondam vltra faciem meam ab eis; eo quod effuderim spiritum meum super domum Israel, ait Dominus Deus.*

Psal. 89.
Osea. 2.
Ezech. 39

Tandem etiam ex eo, quòd nullatenus tantam fœlicitatem fuerint consequuti, quātam temporibus Messię illis euenturam fore præsagiunt illa verba Ezechiel. 36. *Quia ecce ego venio ad vos, & conuertar ad vos. Et colemini, & seremini: & multiplicare faciam super vos homines, & iumēta: & multiplicabunt, & crescent. Et habitare faciam vos secundùm antiquitates vestras: & meliora faciam, quàm priora vestra, &c.* Nā eas omnes interpretationes vt nouas, ineptas, stultas, & sacræ Scripturæ, & veritati maximè contrarias facillimè â nostris finibus propulsare conabimur: imo propulsabuntur statim, antequam mentes cuiusquam Fidelis tamquam veneno pestifero inficere valeant.

Ezech. 36

Solutio argum.

Vobis impertimur, vnâ simul cum vestro Rabbi Salomon, & alijs Rabbinis vestris, affirmantibus, testimonium illud primū â vobis ex Isaia contra nos adductum:

Isai. 63.

ductum: Ecce *Dominus, &c.* ſicut vniuerſum illud caput apertè ſignificare ſummam fœlicitatē, quæ euentura erat temporibus primi aduentus Meſsiæ: Eſtô Gloſſa interlinealis noſtra, & Lyranus iſta verba: *Ecce Dominus auditum faciet in extremis terræ, &c.* vſq; ad illa verba: *Tu autem vocaueris ciuitas quæſita, & non derelicta.* vnanimiter arbitrētur, palàm oſtendere, quę euentura erant in ſecundo aduentu, nempe in die Iuditij, cui maximè cohærēt illa verba: *Ecce Dominus audire faciet in extremum terræ, dicite filiæ* Sion: ideſt, congregationi Fidelium: *Ecce ſaluator tuus venit ad iuditiū: ecce merces cum eo, & opus illius coram illo:* ideſt, ad retribuendū vnicuique ſecūdum opera ſua, ob meritum Paſsionis ab illo exhibitæ in iſto mundo. Sed ob id nō dum omnē aditum nobis interclusum eſſe, vt veſtræ obiectioni, aut (vt melius loquar) obſtinatæ malitiæ ſatisfacere aliqua ex parte valeam, opus eſt vt ex nūc arbitremini, imo credatis.

Nam quamuis certiores reddamur, auribus veſtris nullatenus hucuſq; tanti & tam ſupremi nuntij fœlicitatem vos percipere valuiſſe, ob execrandam malitiam veſtram, & maiorum veſtrorum: vt illam firmiter interius mente retinere, & vt par erat, viſceribus veſtris tamquā ſalutem animarum veſtrarū in perpetuum amplecti conaremini: ex quo conſequutum fuit, vt in integrum adimplentur in vobis, quæ Pſalm. 58. tam quam præſentia contēplabatur: *Nunc verò, ò cōgregatio, iuſtitiam loquemini? æquitates iudicabitis filij hominum? etiā corde iniquitates operabimini, in terra iniquitatem manuum veſtrarum appenditis? Alienati ſunt impij à vulua, errauerunt ab vtero, loquentes mendaciū. Venenum eſt illis inſtar ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, quæ obturat aurem ſuam. Quæ non obtemperabit voci incantātiū, in cantantis incantationes ſapienter.* Et quæ Iſaiæ 6. cap. dicuntur: *Vade, & dices populo huic: Audite, audiendo, & ne intelligatis: & videte videndo, & ne cognoſcatis: Impingua cor pupuli huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, &c.* & Hierem. 6. *Ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt.* Iſai. 66. *Vnde & ego eligam illuſiones eorum: & quæ timebant, adducam eis. Eo quia vocaui, & non erat qui reſpōderet: loquutus ſum, & non audierunt. Feceruntq; malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt.* & quæ Zachar. 7. prædixit: *Et noluerunt attendere, & dederunt ſcapulam recedentes: Et aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent: & cor*

Pſa. 58
Iſai. 6.
Hiere. 6.
Iſai. 66.
Zach. 7.

Zz ſuū

Isai. 65. *sauri possuerunt vt adamantem.* & Isai. 65. *Expandi manus meas tota die ad populum contradicentem mihi.* Sed tamen nunquam adeo stolidi, & proterui, quæso, cunctis videamini, vt nobis audientibus, vobis acclamare modò sit integrum, ad aures vestras numquam tantum, & iucundum nuntium peruentum fuisse? Præsertim cùm tanquam testes occulati maiores vestri, Messiam nostrum, non solum Prophetarũ oracula palam in conspectu totius synagogæ interpretantem, verùm etiam eũ filium Dei esse in lege promissum, innumeraque miracula in confirmationem huius veritatis in dies edentem, semel ac sæpissime conspexerint, viderint, & experti fuerint.

Eia nobis dicite, quibus nẽ ex maioribus vestris videre nõ fuit permissum, illos potentissimos Reges Orientales, qui relictis patrijs solijs, & onusti innumeris muneribus, eo animo tantùm in Bethlem appulerũt: vt Messię nostro tãquam vero homini aurũ, vt vero Deo thus offerrent? cùm Matthæus noster acclamet: *Cùm natus esset Iesus in Bethlem Iudææ, in diebus Herodis Regis: Ecce Magi ab Oriente venerunt, &c. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Si non saluator ille esset, & vnà simul Deus, vt quid illi thus offerre conarentur? cui vnquam Regi alibi prętер Deum offerri thus auderent? Præsertim in cõspectu synagogæ vestræ: cum soli Deo cultum supremum dãdum esse Moysen, nomine ipsius Dei, sæpissime docuisse adinueniamus: vt nobis licet suspicari ex illis, quæ habentur Exod. 30. & Leuit. 28. & 24.

Matth. 2.

In die fœlissimo ortus eius temporalis, pastoribus Angeli nuntiarunt: *Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnum quod erit omni populo: Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus.* Luc. 2. In dieq; Circuncisionis illius: *Vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatũ est ab Angelo, priusquã in vtero conciperetur.* Simon verò iustus, & timẽs Deum cecinit: *Nunc dimittis, &c. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omniũ populorũ. Lumen ad reuelationem gentium.* Luc. 2.

Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius, cum adhuc esset duodecim annorum: Baptista exhortatur omnes ad pœnitentiam, Luc. 3. *Parate viã Domini, rectas facite semitas eius, &c. & videbit omnis caro salutare Dei.* Et in baptismo Christi apertum fuit cęlum, & descẽdit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba, in ipsum: Et Luc. 3.

vox

vox de cælo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi Luc.3. Mesſias verò dixit Luc. 3.
Diabolo: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Coram ſcribis & Phariſæis, tradentibus illi, librum Iſaiæ, & perlegenti illa verba: *Spiritus Domini ſuper me, &c.* palam ipſe teſtatus fuit: *Hodie ſcriptura hæc impleta eſt in auribus veſtris*. Et Dæmoniacus ille clamauit Luc. 4. *Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene, vt quid veniſti perdere nos? &c. Exibant dæmonia à multis, clamantia, & dicentia: Quia tu es Filius Dei. Et increpans, non ſinebat ea loqui: quia ſciebãt ipſum eſſe Chriſtũ*. Inſuper admirabilis virtus Domini erat cum illo ad ſanandũ eos: cognoſcebatq; Mesſias cogitationes hominum, & remittebat peccata. Interrogantibus verò illum: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* ipſum reſpondiſſe fertur Luc. 7. Luc. 7.
Euntes, renũciate Ioanni quæ audiſtis: quia cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, & pauperes euãgelizantur. Turbæq; dixerunt: *Qualis eſt hic, quia venti & mare* Luc. 8.
obediũt ei? Luc. 8. Dæmonia verò rogabãt eum, vt permitteret eis in illos porcos ingredi. Petrusq; in nomine Apoſtolorum dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*. Et Pater in die Transfigurationis palàm acclamauit: *Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi*, Lucæ. 3. atque ipſe Luc. 3.
Mesſias Matth. 13. *Conuerſus ad* Matth. 13
Diſcipulos, exclamauit: Veſtri beati oculi, quia vident: & veſtræ aures, quia audiunt, &c. Dico vobis, quia multi Prophetæ, & iuſti concupierũt videre, quæ videtis, & non viderunt. Luc. 12. *Dico autẽ* Luc. 12.
vobis, omnis quicũq; confeſſus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis cõfitebitur illum corã Angelis Dei. Leproſi illi decem leuauerũt vocem, dicẽtes Luc. 17. *Ieſu præceptor, miſerere no-* Luc. 17.
bis: pollicitusq; fuit Mesſias noſter: *Amen amen dico vobis: quicũque reliquerit patrẽ, aut matrem propter me, &c. cẽtũplũ accipiet, & vitam æternã poſſidebit*. Phariſæis autẽ volentibus impetrare à Chriſto, vt increparet Diſcipulos acclamãtes: *Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini. Pax in cælo, & gloria in excelſis*: Luc. 19.
reſpõdit: *Dico vobis, quia ſi illi tacuerint, lapides clamabunt*. Latro in cruce pendens, prorupit: Luc. 23.
Dñe, memento mei, cũ veneris in regnum tuum. Ioan. dixit de illo Ioan. 1.
loquẽs: *Quotquot autẽ receperunt eũ, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: his, qui credũt in nomine eius, &c. Hic erat, quẽ dixi: Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt. Quia prior me erat, &c. Quia lex per Moyſen data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ, &c. Vnige-*

nitus

nitus filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe narrabit, &c. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui: quia hic eſt Filius Dei, &c. Et reſpiciens Ieſum ambulantẽ, dixit: Ecce agnus Dei: imo teſtatur Nathanael dixiſſe *Ioan.* 1. Rabbi. Tu es Filius Dei? Tu es Rex Iſrael? *& 3 cap.* Nicodemũ Principẽ Iudæorum acclamaſſe: Rabbi, ſcimus, quia à Deo veniſti Magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quę tu facis, niſi Deus fuerit cũ eo. Cui reſpondit Ieſus: Sic enim Deus dilexit mundum, vt vnigenitũ ſuum daret: & omnis qui credit in eũ, non pereat, ſed habeat vitã æternam. Nõ enim miſsit Deus Filium ſuum in mũdum, vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.

Ioan. 1.
Ioan. 3.

Et adhuc vos in malitia perſiſtentes, dictitatis, illa verba *Iſai.* 62. Audire faciet Dominus vſq; ad extremum terræ. Dicite filię Sion: Ecce ſaluator tuus venit: nullatenus neque vobis, hàc & illâc in finibus mũdi ob grauiſsimum delictum maiorũ veſtrorũ miſere ſparſis: & quod magis eſt: nec maioribus veſtris, & ſynagogis antiquis hæc eãdẽ reuelaſſe, aut manifeſtaſſe?

Iſai. 62.

Veſtro ne errori opitulãtur, aut veſtram obſtinationem, clariſsime condemnant illa verba Samaritanę? *Ioann.* 4. Scio, quia Meſsias venit, qui dicitur Chriſtus: Cùm ergo venerit, ille nũciabit nobis omnia. Dicit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tecũ. *& illa, quæ inferius habentur:* Ex ciuitate autẽ illa multi crediderunt in eum Samaritanorũ propter verbum mulieris, &c. Ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt verus Saluator mundi: & illa paralytici à Chriſto ſanati, *Ioa.* 5. Abijt & ille homo, & nunciauit Iudæis: Quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanũ. *& illa Chriſti:* Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor, &c. Quæcumque enim ille fecerit, hęc & Filius ſimiliter facit, &c. ſicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio habere vitã in ſemetipſo, &c. Ego autẽ habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiã, ea ipſa opera quæ ego facio, teſtimonũ perhibẽt de me. &c. ſi enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. De me enim ille ſcripſit *& illa Ioan.* 6. Ego ſum panis vitæ. Qui veniet ad me, nõ eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet vnquam, &c. Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſsit me: vt omnis qui vidit Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. *& illa Petri:* Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei. *& illa Ioa.* 8. Ego enim ex Deo proceſsi, & veni, &c.

Ioan. 4.
Ioan. 5.
Ioan. 6.
Ioan. 8.

eſt

est Pater meus, qui glorificat me: quē vos dicitis, quia vester Deus est. Antequam Abraham fieret, ego sum. *& illa cæci, Ioan.* 9. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, nō poterat facere quidquā, &c. *& illa Ioan.* 10. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatē habeo iterum sumēdi eam, &c. *& illa*: Ego & Pater vnum sumus, &c. Vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum. Si nō facio opera Patris mei, nolite credere mihi: si autē facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.

Præseferūt nē clarê Christū saluatorē illum fuisse, quē Isaias testimonio isto, *c.* 62. Ecce Dominus, &c. prędixerat, illa verba Christi, *Ioan.* 11. Ego sum resurrectio & vita. *& illa Ioan.* 12. Noli timere filia Siō: ecce Rex tuus venit tibi. *Ioan.* 16. Omnia quęcumque habet Pater mea sum. Numquid merces eius cū eo nō fuit, cum illo inquam, de quo *Matth.* 9. *dicitur*: Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorū, & prædicās Euangeliū Regni: & curans omnē languorem, & omnem infirmitatē. Et quòd dedit potestatē Discipulis suis spirituum immundorū, vt eicerent eos, & curarēt omnem languorem, & omnē infirmitatem, &c. *Matth.* 10. Euntes autē prædicate, dicētes: Quia appropinquauit regnū cælorū. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, Dæmones eicite. Gratis accepistis, gratis date. *& qui dixit Ioan.* 6. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. Si quis mād[u]cauerit ex hoc pane, viuet in ęternum: & panis quē ego dabo, caro mea est pro mūdi vita, &c. Verba quæ ego loqutus sum vobis, spiritus & vita sunt. *& Ioan.* 10. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, &c. Ego veni, vt vitā habeant, & abūdātius habeāt, &c. Oues meæ vocem meam audiūt, &c. Et ego vitā æternam do eis, & non peribunt in ęternū. *Ioa.* 11. Qui credit in me, non morietur in æternū. *& Ioa.* 12. Non veni, vt iudicem mundū, sed vt saluificem mundum. *& Ioan.* 14. Si quis me diligit, sermonem meū seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eū veniemus, & māsionem apud eū faciemus. *Ioan.* 17. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Iesum Christū. *Ioan.* 14. Ego sum via, veritas, & vita.

Numquid opus, aut merces cum illo non fuit, qui dixit

Ioan.18. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeã veritati.* Luc.19. *Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat &c.* pręcepit Discipulis suis. Matth.10. *In viam Gẽtiũ nè abieritis, & ciuitates Samaritanorum nè intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ perierant domus Israel.* & exclamabat Matth.15. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israel.* Et de quo certiores reddimur ex Matthęo potissime saluti spirituali Iudæorum continuò euigilasse, vt illa Matth.4. *Et circuibat Iesus totã Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangeliũ regni, & sanans omnem langorem, & omnem infirmitatem in populo.* & Matth.9. *Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella in synagogis eorum.* & illa Marci 14. *Quotidie eram apud vos, in Templo docens.*

Et quod grauius est, vestram incredulitatem extremam vsq; in diem iuditij illum condemnasse, dicentem Ioan.15. *Si non venissem, & loqutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excussationem nõ habent de peccato suo, &c. si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent.* Et vos inimemores istorum omniũ, pręfricta frõte palã fateri ausi estis adhuc hæc euentura fore temporibus aduẽtus primi Messię? vt adimpleatur sermo, qui in lege vestra Psal.69. *Scriptus est, quia oderunt me gratis.*

Quibus omnibus satis primę obiectioni illorum nos satisfecisse iã cũctis apparere poterit: & quã congruè illa verba Isai. 62. *Dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus venit:* idest, Ecclesiæ nostræ, quę specula appellatur, & filia synagogæ secundùm illud Cantic.1. *Filij matris meæ pugnauerũt cõtra me:* adaptari possint: & illa quę sequuntur: *Et vocabũt eos populus sanctus, redẽpti à Domino. Tu autẽ vocaueris quæsita, & nõ derelicta.* Quia prima fundamenta illius à Messia, qui ex stirpe Dauid, & Apostolis, qui fuerũt Iudaici populi, iacta fuerunt. Tum etiam ex eo, quod illa in se cõtineat sanctũ sanctorũ, & Sacramẽta, quibus mũdari possint homines ab omnibus peccatis eorũ: *Et sit redempta nõ corruptibilibus, auro, &c. sed pretioso Christi sanguine sic quæsita, vt delitiæ meæ esse cum filijs hominum.* Eiusq; reali & sacramentali præsentia sic illustrata, vt illa verba insinuant: Ecce *vobiscum sum vsque ad consumationẽ seculi.* *Matth.27*

Quàm verò inuerecundè ipsi (vt secundum argumentum illorum in nos cõtortum innuit) de vero Messia nostro conquerantur, illi falsò imponentes tãtúm abesse, vt saluator populi Israeli- Dilluitur confirmat.1

Israelitici extiterit, vt illa verba Zachariæ 9. *Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus venit tibi saluator*, ostentabãt: quominus experiantur illum bonorum suorum dilapidatorem, antiquæ dignitatis illius populi euersorem, pestem, postremum exitium, & ruinam illius pristini splendoris, quo per tot annorum curricula populus Israeliticus inter cunctas alias Respublicas celebris, & inclytus extitit, multis & iustissimis de causis â cunctis appellari debere: facile deprehendent omnes, qui conspexerint ex vna parte illis hæc omnia mala fuisse importata nõ ob bonitatẽ immensam illius, qui venerat saluare quod perierat, vt illa Lucæ. 19. *Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat*, & illa Ioan. 3. *Nõ enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum sed vt saluetur mundus per ipsum*. & illa 1. Tim. 1. *Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere*: demonstrant: sed in pœnã malitiæ execrabilis illorum, & in ostensionem summæ iustitiæ suæ. Nempe ex eo quòd maiores vestri, ob quorum salutem venerat, non solùm eum recipere recusauerint, verum morti ignominiosę tradiderint, vnanimiter acclamantes: *Crucifige, crucifige*.

Et qui vnà simul considerauerint secũ attentè, cunctos qui Messiam nostrum recipere voluerunt, absq; vlla personarum acceptione tot tantisq; cælestiũ munerum generibus exornatos ab ipso fore, quot pręseferunt illa Ioa. 15. *Vos dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis*: quæ maximè cohęrent cum illis Psal. 22. *Nũciabo nomen tuum fratribus meis*. & illa: *Fratres, non estis hospites, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, super ædificati suppra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu*. & illa Ioan. 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine eius*. & illa Roman. 8. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba Pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*. & illa Galat. 4. *At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorũ reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus ipsum Filium suum in cor-*

da vestra, clamantem: Abbà Pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & hæres per Deum. Et vnico verbo cōplexus fuit Paul. quando fœlicissimum sta tum Christianorū, & nostrę Ecclesiæ militantis subijciens Hebræis, fide aduentus primi Christi recipientibus, dixit: *Nō enim accesistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, & turbinem, &c. sed accesistis ad Sion montē, & ad ciuitatē Dei viuētis, Hierusalem celestem, & multorū millium Angelorū frequentiam: & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis: & iudicem omnium, Deū & spiritum iustorum perfectorū, & Testamenti noui mediatorem Iesum: & sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel.*

Hebr. 12.

Quæ omnia circunspiciens Zacharias 9. in posterū, idest, futura temporibus Messiæ: quid mirum, si illū impulerint, vt in ista verba proruperet: *Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi, iustus, & saluator:* instar eorum, quæ Isai. 12 dicitur: *Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel:* & illorum, quę 66. cap. habentur: *Lętamini in Hierusalē, & exultate in ea omnes: qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio vniuersi, &c. Ecce ego declinabo super eam quasi flumen pacis, quasi torrentē innundantem gloriam Gentiū:* ac si diceret, inusitato gaudio, & insolita lætitia gestire tota ex nunc Ecclesia Fidelium filia Hierusalem, idest, Apostolorū, aut cęlestis illius Hierusalē nouæ sanctæ descendendentis de cælo, tanquā spōsæ pręparate viro suo: quia cōpleta est iam malitia iniquitatis maiorum tuorū, completi sunt dies luctus, mœroris, & tristitiæ. Non addet, vt trasmigrare faciat te. Placabilis facta est iniquitas parentum tuorū antiquorum: suscepisti enim de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis tuis. Quando non solū tecum habes, & tecū iam cōmoratur, quem tandium desiderauerunt Prophetæ antiqui videre, & non potuerunt: & quem cūctæ legis Moysaicæ cœremoniæ, & figuræ adumbrabant: eū inq;, qui est largitor gratię, nā *Lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christū facta est:* & ianitor glorię, nā per eum referatæ fuerunt ianuę cælorum, illuc vsque omnibus mortalibus interclusæ. Qui pristinas amicitias inter Deū, & hominē initas prius cōfirmauit: & qui recōciliauit ambos populos in vnū, & vniuersum genus mortale sibi: *Qui pacificauit per sanguinē crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnū Filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionē, & re-*

Zach. 9.

Isai. 12.

Isai 66.

Ioan. 1.

Coloss. 1.

& remissionem peccatorum. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: & in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra visibilia, & inuisibilia siue throni, siue Dominationes, siue Principatus, & Potestates, &c. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: Et ipse est caput, &c. Principiũ, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Exulta inquam, quia venit tibi iustus, & saluator: & talis, qualem crimina tua indigebant, poscebant, & efflagitabant. Cuius aduentus, & salutis spiritualis particeps effecta, habes iam, de quo maxime gloriari posſis cum Pau.

Rom. 5. Rom. 5. *Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum. Nã iuditium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum, &c. Vbi abundauit delictum superabundabit & gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.* Habens eum, quo serio tryumphans de morte, posſis prorumpere. 1. Corin. 15. *Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?* 1. Cor. 15. Habens denique quo iam erecto collo incedere valeas, de Dæmone quotidie gloriosiſsimas victorias reportando, vna simul cum eo, qui dixit: *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.* Ioan. 14. & Ioan. 12. *Nunc iuditium est mundi, nunc Princeps huius mundi eicietur foras.* Ioan. 12. *Et qui delens quod aduersus nos erat, chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, afigens illud cruci. Et spolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam tryumphans illos in se ipso.* Colos. 2. Præsertim cum intuearis à tempore Paſsionis illius huc usque sine vlla intermiſsione, eum cuius nomine Isai. 66. dixit: *Cælum sedes mea, terra autem scabelum pedum meorũ: Quæ est ista domus, quam ædificati mihi? & quis est iste locus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt omnia ista: in contubernio tuo, tecum commorari ita vt se nascens dederit in socium, conuescens in edullium, se moriens in pretium, se regnans det in præmium.* Isai. 66.

Cùm ergo hæc ita se habeât, palàmque Fideles experiamur,

vnigenitum Dei Filium nostram naturam assumpsisse; vt suæ diuinitatis nos faceret participes, & homines Deos faceret: & omne illud quod de nostro assumpsit, totum nobis ad salutem contulerit: ita vt corpus suum pro nostra reconciliatione in ara crucis in hostiam obtulerit Deo Patri & sanguinem suum in pretium simul & lauacrum fuderit, vt redempti à miserabili seruitute à peccatis nostris mundaremur: ob quæ omnia palàm nobis dicere congruit: *Non est ylla, aut fuit natio tan grandis, quæ habeat Deos appropinquãtes sibi, sicut adest Deus & Messias noster:* Quid hæsitatis adhuc Rabbini affirmare, illa prophetię verba: *Exulta filia Sion*: vel vt Hebraycus textus legit: *Exulta intus & exterius vehementissimè filia Sion, iubilare contende omni modo filia Hierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluans*: scilicet filiam Sion, id est, Ecclesiam Fidelium nullatenus sibi quasi lætabundam vendicare absq; vlla reprehensionis nota posse?

Diluit. 8. Arg. Quòd si aliquando offensionis & errandi locus maximè aptus vobis, & maioribus extitit testimonium illud Malachiæ. Malach. 3. 3 *Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum*: ita vt istis verbis conuincere- mini ad arbitrandum, temporibus primi aduentus Messię vos innumeris benedictionibus cumulandos, & magno pretio, laude & æstimatione apud exteras gentes & nationes nomen vestrum celebrandum fore: præsertim cùm adhuc intueamini, initio illius capitis apertissimè primum aduetum Messiæ ostendi, illis verbis: *Ecce ego mittam Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meã. Et statim veniet ad Templum suum Dominator, quem vos quæritis: & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Ob quæ cùm longè aliter vobis euenisse conspiciatis, in eam estis ingressi sententiam, vt aut Deum mendacẽ extitisse, aut adhuc Messiam nondum venisse dictitetis: Quęso cùm locus resipiscendi, & pœnitentiæ sit vobis relictus, maximeque reseratus, vt intima istorum verborum penetrare possitis, præcedentia & subsequẽtia verba totius capitis iterum contemplemini. Nam si id præteritis, facilè deprehendetis, Prophetam non solùm primum aduentum Messiæ nostri prædixisse, vt illa verba nũ per allata ostendunt, sed etiam aduentum secundum, quo ventu rus est ad discernẽdũ omnia bona opera, & crimina, id est, ad separãdum bonos à malis, oues ab hædis: vt statim innuunt illa

verba,

verba, quæ subsecuntur: *Ecce veniens est, dicit Dominus exercituum: Et quis poterit cogitare diē aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui, colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, &c. Et accedam ad vos in iuditio, & ero testis velox maledicis, & adulteris, & periurijs, &c.* Quæ maximè cohærent cū illis, quæ Christus dixit Matthæ. 24. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsq; in Occidentem: ita erit aduentus Filij hominis, &c. Statim autem post tribulationem dierum illorum, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum: & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur. Et tunc parebit signum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli, in virtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, &c.* & illis Matthæ. 25. *Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes. Et separabit eos adinuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis. Et statuet oues quidem à dextris, hædos à sinistris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erant: Venite benedicti, &c. Tunc dicet his, qui a sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, &c.* Quibus animaduersis, attenteque consideratis, nō est cur potius illa verba: *Et beatos vos dicent omnes gentes, &c.* ad primum aduentum, quâm ad secundum referātur à vobis: præsertim cûm ea immediatius verba secundi aduentus, quam primi commitentur, vt intuenti patebit.

Matt. 24.

Matt. 25.

Quod si adhuc scrupulus, in mentibus vestris diu impressus, idem constans sic perseuerat, vt contrarium dictitare, aut cōcipere nullatenus sit vobis integrum: si placet, vt prorsus euellatur, funditusq; extirpetur suplex oro attentius contemplemini verba, quæ præcedūt testimonium illud supra allatū: *Et vocabunt vos, &c.* illa inquam, quæ sic se habent: *In decimis, & primitijs, & in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota.* Vt illis insinuaretur, grauiter conqueri Deum de maioribus vestris, eò quòd decimas, & primitias, & quæ Leuitis, & ministris Dei debebātur ad sustētationē eorū, iniustè retinebant: & inde in pœnam huius delicti sterilitatem illis inauditā immisisse: Et vt paulatim intelligatis, temporalem esse illam bene-

dictionem, & non cælestem, quam Deus est illis promissus, illis verbis: Et *beatos vos dicet omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum*: & sub conditione illis fuisse promissa illa, vt antecedentia verba demonstrant: *Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea: & probate me super hoc: dicit Dominus. Si non apperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam: & increpabo pro vobis deuorantia; & non corrupent fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit* Dominus *exercituum*. Et statim sequitur: *Et beatos vos dicent omnes gentes*. Cum ergo ista omnia temporalem benedictionem, & non cælestem innuant: quid adhuc fallitatis Deum authorem extitisse, aut eundem adhuc venturum esse mortalem creditis? præsertim cûm adhuc illa bona terrena sub conditione vobis illum pollicitum fuisse dictitet scriptura. Si illorum nõdum participes extiterunt maiôres vestri, neque vos: id vnũ deprauatæ vestræ voluntati, & execrandis vestris criminibus tribuatis tantum, est necesse: ante quam ita inuerecundê, & temerè in Deum vestrum spurcissima lingua vestra irruatis, ad vos clamantem semel & sæpissimê: *Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos.*

CAP. XII.

Nouæ obiectiones eorum soluuntur.

NEque minoris reprehensionis equidem digni iudicari iam debent, qui tanquam terreni omnia secundûm carnem, & non secundum spiritum metientes, in eo errore fuerunt constituti, vt dictitarent, Messiam adhuc in futurũ venturum fore ex eo, quod cũ Isaias acclamet de eo capit. 53. *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen lõgeuum*: quæ maximè cohærent cum illis, Psal. 89. *Et ponam in sæculum sæculi semen eius*: certiores reddantur, Messiam quẽ nos appellamus Deum, & fatemur palâm venisse, nullam sobolem in posterum eum reliquisse. Nam quamuis ingenuê fateamur, aduentum primum Messiæ, & cuncta quæ in passione illius euentura erant, in decursu totius illius capitis Isaiam demõstrare: vt patet, si cuncta huius capitis cum his quæ Euangelistæ referant, conferamus. Cuius sententiæ fuit Rabbi Moyses, quando super illud Genes. 29. *Et introduxit eam Isac*, dixit: Hic est Rex *Messias*, qui dedit

Diluit. 9. Arg.

Isai. 53.

Psal. 89.

Gen. 29.

dedit cor suum ad petendam miserationes pro Israel: & ad ieiunandum, & humiliandum se pro eis, sicut scriptum est, Isai. 53. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.* Esto Rabbi Salomó & Andræas, & alij eiusdẽ conditionis falsò arbitrentur, interpretanda esse singula illius verba de populo Israelitico, quem nomine filij comprehendi existimant, secundum illud Exod. 4. *Filius meus primogenitus Israel*: præsertim cùm sæpissimè acclamet scriptura, varijs peccatorum generibus ipsum deditum fuisse. Et equidẽ maximè contrarietur illis verbis: *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum liuore eius sanati sumus, &c. & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.* Sed nũquid tantus error mentes vestras occupare, aut in illas sic inuadere vnquã valuit: vt quod ratio naturalis respuit, & tanquam obscœnum abhorret; sacra verò Prophetarum oracula tanquam quid indecens & indecorum Messiæ nostro, nec facto possibile, aut mente concipiendum esse docuerunt, id vnũ tantùm authoritate vestra (quæ omnium maxima est, si proterui vestræ sententiæ fides esset adhibenda) futurum esse, certissimè nunc affirmare audeatis?

Isai. 53.

Exod. 4.

Si verbum illud diuinum (de quo dicitur: *Eructauit cor meũ verbum bonum*) Messiæ & saluatoris munere functus erat, vt Psalmista prædixit: *Emittet verbum suum, & sanabit eos.* & Isai. 55. *Sic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo.* & Hier. 29. *Et suscitabo super vos verbũ meũ bonum, & reducam vos*: quod fõs sapientiæ Ecclesiast. 1. appellatur: *Et est, & fuit semper verus Deus*, vt Isai. 9. dixit: *Et vocabitur admirabilis, Deus fortis, princeps pacis.* & Micch. 5. *Ex te mihi egredietur Dux, qui regat populum meum, &c. egressus eius a diebus æternitatis*: quæ omnia breuissimè amplexus fuit, Ioan. 1. dicens: *In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum, &c. Et Verbum Caro Factum Est*: Vt quid suspicamini, & ascendunt in corda vesta hæc deliria, imò exterius cunctis stolliditatem vestram ostentare conamini? Dictitantes, filios carnales quamplurimos habiturum fore Messiam vestrum? *Nunquid carnei oculi Dei sunt, aut sicut dies hominis dies illius, aut sicut videt homo & ille videt?* Aut cuncta illius instar eorum quæ ad propagationem generis humani requiruntur, & oculis vestris terrenis conspicitis, metienda esse

Psal. 107.

Isai. 55.

Hiere. 29.

Isai. 9.

Mich. 5.

Ioan. 1.

eſſe arbitramini. ¶Si ergo vt Verbum diuinum procreare alium quempiam filium ſibi cõſubſtantialem, & æternum illi fuit ſẽper impoſsibile, quia ipſum ſufficientiſsimé & infinitè repreſentabat naturam Patris, cûm fuerit ſemper ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, imagoque Dei inuiſibilis: Quã do naturam humanam aſſumpturum erat, alterius conditionis ſuppoſitum illud, quod erat
Malac. 3. Deus immutabilis, ſecundùm illud: Ego *Deus & non mutor*: futurum eſſe credebatis? Vobis fateor, naturam humanam in perſonam ſuam ſibi copulaſſe: ſed ob id diuinitatem ſuam non amiſit, aut id quod erat, amittere cœpit: ſed ſemper idẽ per-
Pſal. 101. manſit, vt Pſalmiſta dixit: *Tu autem in æternum permanes, &c.*
Pſal. 118. & 118. *In æternum Domine, permanet verbum tuum.*

Verus homo extitit, habens veram naturam humanam: ſed illam naturam, aut operationes illius naturæ nullus alius homo ſuſtentauit, aut exercuit, præter diuinum verbum. Quod illam naturam in vnitatem ſuæ perſonæ ſic diuinitus vniuit, vt naturæ illę adinuicem non cõfunderentur, ſed eædẽ & immixtæ manerent: & in natura humana eas exerceret actiones, quibus pro peccatis hominum de rigore iuſtitiæ Deo ſatisfacere, & ipſis hominibus gratiam & gloriam promereri poſſet, vt præſtitit. Si actiones ſuppoſitorũ ſunt, vt Ariſt. vnà ſimul cũ cęteris Philoſophis teſtatur: ſuppoſitum verò diuinum talis naturæ eſſe ſuperius oſtendimus, vt illi nec generare alium filiũ ſibi æternum, & conſubſtantialem ſit permiſſum: vt quid ergo mente concipitis iſta obſcura, & fœda? Exiſtimantes, carnali copula inſtar hominũ, & brutorum filios procreaturum fore Meſsiam veſtrũ, qui ex nihilo condidit primos noſtros Parentes, & vniuerſam huius mundi machinam, vt ex illorũ propagatione cuncta mortaliũ hominum proles, quæ ex tunc hucuſq; fuit, & in finem mundi eſt propagatura, proficiſceretur, & dimanaret? Vt quid iſtam admirabilem diſpoſitionẽ funditus euerſurus erat? Futurus nè erat decurſu temporis peioris cõditionis, vt quod ab æterno futurum eſſe decreuit, id perficere, aut conſeruare non valuiſſet illęſúe quo dicitur: *Verbo Domi-* Pſal. 32.
ni cæli firmati ſunt, &c. & alibi: Pſal. 114.
Omnia quæcunq; voluit, fecit in cælo, & in terra? Præſertim cum preterquam hęc omnia Deo attribuerę ſit blaſphemum, certiores reddamur potuiſſe mille millia, & infinities millia hominum verbo ſuo ex nihilo producere eum, cui ſubeſt poſſe

quid

quidquid voluerit. ¶ Non inficior, nouam & multiplicem ſobolem filiorum aduentu primo Meſsiæ noſtri Iſaiam prędixiſſe, cúm dixit: *Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariã, dicit dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero?* Imo quod eſt magis, ab illo futuram eſſe: vt ex decurſu totius capitis cuique noſtrúm facilè patebit: cùm in eo non ſolùm abrogationẽ cæremonialiũ, & antiquę legis, verùm ſtatum fœlicisſimũ Eccleſiæ noſtræ Fideliũ cunctis initi oſtendatur. Sed ob iſta teſtimonia nullátenus patiar filios illius carnales, ſed ſpirituales futuros eſſe: vt Ioa. docuit, dicens: D*edit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, &c.* & Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum* Dei. & Roman. 8. *Quicunque ſpiritum Dei agunt: hij ſunt filij* Dei. & Gala. *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* & Hebr 2. *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per Paſsionem conſumari.* Quæ ſatis manifeſtant, & corroborant quæ ſequũtur in eodem capite

Iſai. 66.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Roma. 8.

Galat. 4.

Hebr. 2.

Iſai. *Lætamini cum Hieruſalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, &c. Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis, &c. Et oſſa veſtra quaſi herba germinabunt.* & illa quæ in cap. 53. apponũtur: S*i poſuerit pro peccato animam ſuam, &c. iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit.* & clarius in cap. 54. *Lauda ſterilis, quæ non paris: decanta laudem & hymnos, quæ non pariebas: quoniam multi filij deſertæ magis quam eius, quæ habebat virum, dicit* Dominus. *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorũ tuorum extende: ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexterum enim & ad leuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.* & 44. *Effundã aquas ſuper ſtientem, & fluenta ſuper aridam: effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionẽ meam ſuper germina tua: & germinabunt inter herbas quaſi ſalices iuxta præter fluentes aquas. Iſte dicet: Domini ego ſum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic ſcribet manu ſua Domino, & in nomine Iſrael aſsimilabitur.*

Iſai. 53.

Iſai. 54.

Iſai. 44.

Neque eſt iam, cur aliqui ex vobis lectitantes textum Hebraycum teſtimonij Iſai. 53. qui ſic ſe habet in rigore: *Si poſuerit peccatum anima eius, videbit*

Iſai. 53.

ſemen:

ſemen: ita perturbētur, vt cōuin tur ad affirmandum, Meſsiam poſiturum fore animam ſuam pro peccato ſuo, & per conſequens mortē ſubiturū in pœnā peccati ſui. Nam præterquam quod Iſaias teſtatur contrariū in verbis antecedētibus, dicēs: *Vere langores noſtros ipſe tullit & dolores noſtros ipſe portauit, &c.* Et *ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, &c.* Et *poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrorum*: & addatur inferius: *propter ſcelus populi mei percuſsi eum.* Et *dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius*: certioresque reddamur, Deum impeccabilem eſſe, tunc ob ſummam ſapientiam, tunc ob immenſam bonitatem: alias namque redemptoris munere minime fungi poſſet, ſi alicuius delicti particeps eſſet: intueamurq; propagationem Fidelium ſic nullatenus conſequi poſſe in poſteros. Facile illorum animos ſedare poterimus, ſi dicamus, textum Hebraycum non ſolùm dicere: Si *poſſuerit pro peccato*: in communi, & non pro peccato ſuo, vt ſic excludatur iſtorum error: verum etiam apertè oſtendere, ſcilicet verba Patris æterni loquentis ad Filium ſuum, carnem humanam aſſumpturū: ſi poſuerit, ſumma volūtate inquam, Filius meus animam ſuā, ille inquam, *qui factus eſt ex ſemine Dauid, qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini, &c.* in peccatum, id eſt, in oblationem; ſecundum illud Paul. 2. Corint. 5. Eū *qui non nouerat peccatum; pro nobis fecit peccatum.* Vel ſi *poſueris*, pro pœna peccati (hæc omnia namque nomen, *Aſam*, innuit) videbit inquam ille, qui talia præſtiterit, *ſemen longeuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur*: id eſt, videbit per vniuerſas mundi regiones, & oras, ſemen Euangelij, & verbi diuini maxime propagatum, ita vt ferè totum mundum occuparе videatur, ſecundum illud: *Si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert*: & voluntas Domini erga ſalutem hominum per ipſum cōplebitur, Et *omnia quecunque faciet, proſpirabuntur.*

Roman. 5.

Paul. 2. Corin. 5.

Ioan. 12.

Quod ſi adhuc in eodem errore perſeuerare nonnulli ex maioribus veſtris conātur, imo iactitant, credentes illa Oſe. 2. *Et cōgregabūtur filij Iuda, & filij Iſrael pariter & ponent ſibi caput vnum, & aſcendent de terra*: innuere temporibus aduentus primi Meſsiæ congregationem Iuday-

Oſea. 2.

Iudayci Populi, vt in pristinum nitorem Templum Salomonis restituant: ex tunc autē innumeris benedictionibus temporalibus esse exornandos Israelitas à temporibus potissimè
Ezech. 36. aduentus primi Messiæ, vt illa verba Ezechiel. *Et multiplicare faciam super vos homines, & iumenta, &c.* Perseuerent, si illis placet, & iterum atq; iterum immobiles in sua dementia consistant, dummodo deinceps vnà secum attenta mentis cogitatione
Osea. 2. contemplari incipiant, illa verba Oseæ. 2. imò ferè vniuersum caput illius potissimè significare vocationem Gentiū ad recipiendum Euāgeliū Christi: & commutationem populi Iudayci, ob idolatriæ & alia peccatorum fœlicissima genera.

Solutio. Nam quamuis initio capitis dicatur: *Et erit numerus filiorum Israel sicut arena maris, quæ non mensuratur & nō numeratur*, sed equidem nomine filiorum Israel nullatenus Israelitas intelligi posse satis constat ex his, quæ sequuntur: *Et erit: In loco, in quo dicetur eis: Non populus meus populus meus vos: dicetur eis: Filij Dei viuentis.* At populus Israeliticus solus fuit populus Dei inter alias nationes, vt il-
Deut. 7. la Deuteron. *Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, ad quam tu ingrederis, &c. non panges cum eis pactum, &c. te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris præ omnibus populis, qui sunt super faciē terræ. Non propter multitudinem vestram præ omnibus populis cōplacuit Dominus in vobis, & elegit vos, &c. Sed quia dilexit Dominus vos*, & Deut. *Et Dominus* Deut. 26.
exaltauit te hodie, vt sis ei in Populum peculiarem, quemadmodum loqutus est tibi: & custodias omnia præcepta eius, & ponat te excelsum super omnes gentes, quas fecit ad laudem, & nomen, & gloriam: vt sis populus sanctus Domino Deo tuo. Deuter. *Beatus es* Deut. 33.
Israel, quis sicut tu, popule qui seruatus es per Dominum scutum auxilij tui: & qui est gladius excellentiæ tuæ? Et negabunt inimici tui te, & tu super excelsa eorum calcabis. Exod. *Filius meus* Exod. 4.
primogenitus Israel. Isai. *Hæreditas autem mea Israel.* Psal. *Lau* Isai 19. Psal. 135.
date nomen Domini, &c. Quoniā Iacob eligit sibi Israel, vt sit peculiaris sibi.

Quo iacto fundamento, necesse est, vt statim cōfiteantur, verba quæ sequntur in testimonio Oseæ: *Et congregabunt filij Iehuda, & filij Israel pariter. Et ponet sibi caput vnum, & ascendēt à terra, quia magnus dies Israel:* eò tendere, vt his instruamur, scilicet futurum esse, vt non solùm multi Iudæi, quales fuerunt Apostoli, & qui conuersi fuerunt ab illis: verùm innu-

meri Gentiles legem Messiæ exciperent, nomen antiquum filiorum Iuda & Israel sibi vsurpantes: id est, appellantes se filios, instar illorum qui antiquitus laudabant, & confitebantur Deum, & illum timebant, filios inquam Iehuda & Israel (ista namque duo hæc nomina præseferunt) sicut Isai. 44. prædictum erat: *Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi: fundam enim aquas super sitientem*, id est, Iudæam: *& fluenta doctrinæ super aridam*, id est, Gentilitatem. *Effundam spiritum meum super semen tuũ*, id est super Christum: *& benedictionem meam super stirpem tuã*, id est, Apostolos. *Et germinabũt inter herbas*: id est, inter populos Gẽtilitatis. *Sicut salices iuxta riuulos aquarũ*, id est, arbores infructiferas Gentiũ virescere faciet repẽte. *Ita vt iste dicat: Dñi ego sum*, id est, Fidelis sum: *& iste inuocabit in nomine Iacob*, id est, profitebitur fidem instar Iacob. *Et iste scribet manu sua Domino, & nomine Israel cognominabit se ipsum*: id est, attestabitur esse virum timentem Deum.

Isai. 44

Solutio confirmationis.

Ezec. 36

Tandemque in eodem errore consistant, si illis placet, donec plenius dono Spiritu sancto imbuantur ad penetrandum illa verba Ezechiel. 36. *Quia ecce ego venio ad vos, & conuertar ad vos. Et colemini, & seremini: & multiplicare faciam super vos homines*: apertissimè præseferr epotissime benedictionem spiritualem cælestium bonorum, qua exornandus erat cunctus populus siue Iudaycus, siue Gentilis aduẽtu Messiæ: si tanquam veri Israelitæ, id est, timorati, & timentes Deum, aduentum primum illius, vt par erat, celebrassent: & tanquam viri qui fide viua videbant Deum nostra carne mortali indutum, intus & exterius illius legi, præceptis & doctrinæ in omnibus obtemperassent. Quam interpretationem, & intelligentiam veram satis demonstrare videntur singula huius testimonij verba, si singulatim à nobis exponantur: quæ sic se habent: *Quia ecce ego venio ad vos, & conuertar ad vos*: id est, carnem humanam assumendo: *& arabimini*, nempe meo vomere: *Et seremini*, vt primam culturam virtutis intra vos recipiatis. *Et multiplicare faciam super vos homines*, nempe de semente doctrinæ meæ, omnem domum Israel, id est, Ecclesiam. *Et habitabunt ciuitates*, id est, Gentilitatis. *Et deserta ædificabuntur. Et multiplicare faciam super vos homines, & iumenta*: id est, præstabo vos homines doctissimos, qui oracula Propheta-

rum

rum apertè cunctis doceant, cælestiaque mysteria in illis recondita referent: & qui eam simplicitatem præseferant, qualem illa verba Christi postulabant: *Estote simplices sicut columbæ.* Ita vt solum Christum sapiant, & prædicēt instar Paul. qui dicebat: *Mihi viuere Christus est.* & illa 1. Corint. 1. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, &c.* & Philipen. 3. *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora: vt Christum lucrifaciam, &c.* Et *habitare faciam vos secundum antiquitates vestras*: id est, in pristinam illam pacem, qua cum Deo primi Parentes erant copulati, restituam. Et *meliora faciam quam priora vestra*. id est, non quibusque bonis temporalibus, vt antiquitus populo illo antiquo, sed cælestibus vos exornare conabor. Quæ omnia satis confirmant, quæ sequuntur inferius: Et *spargam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos.* Et *dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in medio vestri.* Et *amouebo cor lapideum è carne vestra: & dabo vobis cor carneum.*

Matt. 10

Philip. 1.

1. Cor. 1.

Philip. 3

Arbitrabar equidem doctissimi Rabbini istis à nobis solutionibus adhibitis ad vestra acutissima argumenta, ita cunctorum vestrorum ora statim obstruenda deinceps fore: vt iam non solùm à vestro proposito ex nunc dimoueri vobis esset summè necesse, verum etiam vnam eandem veritatem nobiscum fateri compelleremini: nè tandiu & audientium patientia, & eo quo sum in vos, vestramque salutem animo propensus, abuteremini: mihi verò, pace ista inter nos inita, pacificam vitam, reliquo vitæ meæ tempore, liberè traducere esset permissum. Sed cùm hæc omnia mihi è cõtrario euenerint, ita vt iam contra me multo validiora argumenta denuo excogitata adhuc meis auribus personare iam sentiam: meæ conditionis oblitus in stadium iterum vobiscum reuertar, vobis pollicens nullatenus inde me egressurum fore, donec cunctas vestras in nos contortas rationes, & fortissimas argumentorum sagittas validissimè à nobis eneruatas fuisse cuncti spectantes, vnanimi consensione palàm testentur, & cuncti iam deinceps fateantur, & ostentent.

Atque ita denuo conciten- Diluitur 11. Arg.
tur in nos, & contra vniuersam Fidelium congregationem illi, qui ex eo quod hucusque non experti fuerunt Messiam illos,

& maiores suos é terra inimicorum suorum eripuisse, eos in terram promissionis reducendo, ac faciem illius super illos summè propensam, & beneuolam habuisse, scilicet à tempore aduentus illius, vt illa verba Eze
Ezech 39. chiel. ostentabant: *Et reducam eos é populis, & congregabo eos de terra inimicorum suorum. Et congregabo eos super terram suã, & non relinquam quemquam ex illis: & non abscondam vltra faciem meam ab eis.* Quæ cohęrẽt
Ezech 37. illis Ezech. *Et adducam eos ad humum suam, & faciam eos gentẽ vnam in terra, in montibus Israel.*
Deut. 30. & cum illis Deuterono. *Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus: & assumet, atque introducet in terram, quam possiderunt*
Ezech. 11. *Patres tui.* & Ezechielis. *Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, &c. Daboque vobis humum Israel, & ingredientur illuc.* & Isai. *Et requiescere eos*
Isai. 14. *faciet super humum suam.*

2. Ratio Insuper ex eo quòd nullatenus hucusque illi particeps extiterint illius gaudij & lætitiæ,
Isai. 65. cuius recordatur Isai. *Sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Hierusalem, &c. Et non audietur in ea vltra vox fletus.*

3. Ratio Et illius summæ fœlicitatis, quam ostendunt palam illa verba Hierem. *Et habitare eos faciam confidenter: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.* Hiere. 31.
Et quam Micheas capit. 4. insinuauerat, dicens: Mich. 4.
Congregabo claudicantem, & eam quam eieceram, colligam: & quam afflixeram, consolabor. Et ponam claudicantem in reliquias: & eam quæ laborauerat, in gentem robustam. Et regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc vsque in æternum. Aut illius, quam prædixit. 2. capit. Mich. 2.
idem Propheta: *Congregatione congregabo Iacob, totum te in vnum.* & illius, quæ Hierem. Hiere. 23.
dicitur. *Et suscitabo super eos pastores: & pascent eos, & non formidabunt vltra.* & Sophon. Sopho. 3.
Auertit inimicos tuos Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltra.

Neq; viderint adimpleta illa, 4. Ratio
quæ dicunt Ioel. *Et dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem, & ignem, & vaporem, &c.* Ioel. 2.

Neq; Messiam regnantẽ tẽ- 5. Ratio
poraliter super eos, vt illa pręsagire videbantur: *Et affligam* 1. Reg. 11.
semen Dauid super hoc: veruntamen non cunctis diebus. Dictitare audent, Christianos maximè deceptos fuisse in cognitione aduentus Messiæ. Nam ello hæc, & alia millia millium sibi excogitent contra nos machinamenta, non timebimus ab istis timoribus noctar-

nocturnis, cùm certiores dudū simus, omnia ista statim ruitura. Tantum enim abest, vt nobis aut Ecclesiæ detrimento aliquo esse possint: quominus illis manifestius & clarius illorum stolliditas ita cunctis innotescat (si amplius innotescere est possibile) vt iam nobis dicere liceat: cadent à latere nostro millia, & decem millia à dextris: & malū neque aliquid quod habeat speciem mali, ad nos vnquam appropinquabit.

Et meritò ista omnia à nobis dici iam & proferri possunt. Quandoquidem si primam eorum rationem maturè perpendamus, statim adinueniemus il-
Ezech. 39. la verba Ezech. *Et congregabo eos è populis, & congregabo de terris inimicorum suorum, &c. & congregabo eos super terram suā:*
Ezech 37 sicut illa Ezechie. *Et adducam*
Deute 30. *eos ad humū suam.* & illa Deut.
Ezech. 11. Ezech. Isai. nullatenus verita-
Isai. 14. tem primi aduentus Messiæ aliqua ex parte non solùm infringere, verum neque ad eius euersionem appropinquare vnquā
Solutio posse. Illis fatemur, cūctas istas
Argum. congregationes quæ omnibus istis testimonijs comprehendūtur à Prophetis, corporaliter aut spiritualiter intelligi posse, & debere: cùm nulla alia preter eas relatas, â nobis neque ab illis sit excogitabilis, vt Burgensis in suo dialogo, distinct. 4. cap. 2. & 3. Vnam ergo ex istis vt sibi eligant, iā est necesse: illis datur optio. Si arbitrantur, vt multi ex maioribus vestris hucusque existimarunt, congregationē tēporalē prædixisse istos Prophetas futuram in Hierusalem, quę est patria eorum adeo eis omnibus maximè desiderabilis: miserabiles Iudæi, vt quid in futurum, idest, temporibus aduentus primi Messiæ fieri adhuc tanquam cæci speratis nōdum conspicientes per mille Fortalit. Fidei con sider. 4.
& sexcentos & plures annos huius congregationis participes extitisse maiores vestros, illis inquam temporibus, quibus larga & liberali manu sua Deus à durissima illa seruitute qua opprimebātur â Babilonijs, liberauit: cor Regis Cyri mouens, vt omnibus impertiret licentiam redeundi in patriam suam. Adhuc immemores estis huius tanti, & immensi beneficij liberalissimē maioribus, & parentibus vestris impensi? vt ostendunt illa verba, 2 Paralip. 35. hanc singularem mercedem
palām cunctis manifestātia: *Fe-* 2. Par 35.
ceruntque filij Israel, qui reperti fuerunt ibi Phase in tempore illo, &c. Non fuit Phase simile huic
in Israel &c. & illa 1. Esdr. 2. 1. Esdr 2
Habitauerunt ergo Sacerdotes, & Leuitæ de populo, & cantores, &c. Congregatus est ergo

populus quasi vir vnus in Hierusalem, &c, & ædificauerunt altare, &c. Vt sic clarius cũcta illa verba huius capitis: *Propterea hæc dicit Dominus: Nunc reducere faciam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel*: cũctis iamdiu adimpleta fuisse innotesceret. Quòd si aliqui ex illis non redierunt: id vnum voluntati eorum, & non Cyro Regi tribuant est necesse: cùm ipse absq; vllo personarum delectu cũctis Iudæis liberrimè reuertẽdi in Hierusalem locum concessisse perhibeat sacra pagina.

Quod si abscõdit faciẽ suam ab eis, & maioribus eorũ antiquitus, vt Deuter. prædicitur: *Deut. 31.* *Et abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem*: non est cur inde occasionem sibi assumant sperandi iterum futuram istam cõgregationem ob id, & ob verba testimonij Eze. quæ *Ezech. 39.* sic se habent: *Et non abscondam vltra faciem meam ab eis*, sed potius vt inde suam infœlicẽ sortem continuis lachrymis deplorent, palàm delicta sua confitẽtes: cùm ea fuerint, quæ potuerint tantam mercedem illis promissam impedire & promeruerint vt tanta & tam longa captiuitate in perpetuum opprimerentur, vt Isai. dicitur: *Isai. 1.* *Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini malorum, filijs corruptoribus; dereliquerunt Dominum, irasci fecerunt sanctum Israel, alienauerunt se retrorsum, &c. terra vestra desolabitur, &c.* & Deut. *Deut. 28.* *Et erit: Si non obedieris voci Domini Dei tui, vt custodias, & facias omnia præcepta eius, &c. mittet Dominus in te maledictionem, & perditionem, & contritionem, &c. Et erit: Quemadmodum gauisus est Dominus super vos, bene faciendo vobis, & multiplicando vos: sic gaudebit Dominus super vos, perdendo vos, delendo vos. Et exterminabimini è terra, ad quam tu ingressus fueras, vt possideres eam: & dispergere te faciet Dominus in omnes populos ab extremo terræ vsq; ad extremũ terræ, &c. Et dabit Dominus tibi ibi cor pauidum, & defficientiam oculorum, & dolorem animi. Et erit vita tibi, suspensa tibi è regione, & pauebis nocte & die, &c.*

Si vero ista omnia circunspicientes attentè, in aliam denuo ingressi estis sententiã, vt affirmetis, congregationẽ istam domus Israel & Iacob (vt Propheta Ezec. & alij insinuarũt) maximè spiritualẽ futuram esse, nẽpe in vnitatem animorũ eãdem veritatẽ credentiũ, easdẽ leges, & præcepta obseruãtium, eadẽ sacramenta tenentiũ, eandẽ deniq; vitam æternã sperantiũ, & eundẽ Dominũ & Deum verũ colentiũ: prudenter vos fecisse intueor, laudo vos equidem, & consilium vestrũ summis efferã

præco-

præconis:cũ iam per eam salutis viam vos incedere cõspiciã, qua ad exoptatum, & salutiferum animarũ vestrarũ portum appellere, Dei auxilio fulciti, facillime posſitis. Et aſſequemini equidẽ tanquã ſpirituales, & participes iam effecti lucis cæleſtis illius, qui illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mũdum, *vt* impleamini in cognitione ſpiritualium benedictionum, quibus Populus Iſraeliticus, Iuda, & Iacob (.i. Chriſtianorũ timẽtiũ & laudantiũ Deũ, & qui pro eius amore Dæmoni, carni, mundo, & cunctis contrarijs liberé etiam ſe opponunt, ea omnia ſupplantãtes: id enim hæc tria nomina præſeferunt) â tẽpore aduentus Meſsiæ noſtri hucuſq; in iſta Militanti Eccleſia, potitur & in illa Tryumphãti ad illam translatus potiturus eſt vſq; in æternũ: & ex nũc perſpicere contendatis, cuncta iſta teſtimonia maximè, & diuinitus Gentilibus congruere. Quandoquidẽ illi ex omnibus alijs Republicis extiterũt, qui relictis idolatriç grauiſsimis peccatis, quibus ante aduentũ primum Chriſti erant dediti, ſic coadunati fuerũt in Eccleſia noſtra Chriſtianorũ, eandem Fidẽ, ſpem, & Sacramẽta profitẽtes: vt merito Pſalmiſta de illis loquens, in mediũ prorũpere potuerit: *Ecce quã bonũ, & quã iucundum habitare fratres in vnum.* De quibus ſic verificantur illa: *Et non derelinquam quẽquam ex eis, & non abſcondam faciem meã ab eis*: quantũ ex illis cõiectari poſſumus: *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* & illis: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluabitur.* & illis: *Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi.* *Ioan. 10.* *Marc 16.* *Matth. 27*

Quòd ſi aliquãdo illis cõtemplari licuit, tot fuiſſe cruciatus, & varia mortis genera quibus affecti fuerũt Fideles â tẽpore Aſcẽſionis Chriſti ad cęlos vſq; ad Conſtantini Imperatoris tẽpora: vt dicere poſsimus adimpletũ eſſe in eis, quod Chriſtus dixit: *Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequiũ ſe præſtare Deo.* Id vnum attẽtè ſemel & iterum intra ſe contẽplentur: dummodo intueantur, nõ ob iſta omnia faciẽ, vel gratiã ſuam Deũ ab illis auertiſſe, ſed clarius illis eã cõmunicaſſe. Quandoquidẽ ea vna adiuti, cõtumelias, irriſiones, ludibria, verbera, carceres, exilia, & crudeliſsimas mortis pœnas tanquã nullius momenti ſic contemſerunt conſtantes ſemper in Fide, vt illa perpeti in maximis bonis haberent, vt ſic copioſius participes fierent æternæ beatitudinis, quæ Beatis in æternũ Deus certiſsimè eſt pollicitus; iuxta illud: *Qui perdiderit animã ſuam propter me ſaluam faciet* *Ioan. 16.*

eam: ipsis verò post aduentum primum Messiæ, prostratisque inimicis suis, Dæmone, carne, & mundo, atque solutis vinculis carnis huius vitæ mortalis, aditus fuerit etiam reseratus redeundi in terram suam, id est, in patriam illam cælestem beatitudinis, ad cuius consecutionem fuerunt â Deo conditi, & redempti. Qua significatione visum fuisse Dauid fatemur Psal. 27. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* & Psal.
Psal. 146 *Spiritus tuus deducet me in terrã rectam.* & Psal. 37. *Quoniã qui male faciunt, excidentur: expectantes autem Deum ipsi hæreditabunt terram, &c. Quoniam benedicentes ei, hæreditabunt terrã, & qui maledicũt ei, interibũt, &c. Iusti hæreditabũt terrã, & habitabunt in sæculum sæculi super eam.*

Quæ terra tanta excelsitudine, sublimitate, & fastigio potitur: vt sæpe in sacra Scriptura nomine montiũ Israel exornetur, vt innuunt illa Ezech. 34. In quibus non solùm hęc eadé veritas demonstratur, verùm aperta & clara intelligentia cũ-ctorum illorum testimoniorũ, quæ superius contra nos nuper adducta fuerũt à Rabbinis, apertissimê cunctis ostenditur, quæ sic se habent: *Quia sic dixit Dominus Deus: Ecce ego requiram pecudes meas, & quæram eas. Quẽadmodum inquirit pastor gregem suum in die, qua est in medio ouiũ suarum dispersarum: sic requiram pecudes meas, & eruam eas de omnibus locis, in quæ dispersæ fuerãt in die nubis & caliginis. Et educã eas è populis, & congregabo eas è terris: & inducam eas in terram suam. Et pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis habitationibus terræ. In pascuis bonis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erit pascua earũ. Ibi accubabũt in pascuis bonis, & pascua pinguia pascent super montes Israel.*

Quòd si eorum rationes, aut singula testimonia in confirmationem illius adducta exactius perpendere tentauerimus, minus nocere nobis videbuntur: estò firmiter tueamur nullatenus in primo aduentu Messiæ nouos cælos, aut terram conditã fuisse: vt ipsi ex testimonio Isaiæ supra allato futurum esse falso arbitrantur. Nam præterquam contrarium verba Isaiæ statim subsequentia démonstrant apertissimê, quæ sic se habent: *Et nõ memorabuntur priores, neq; ascendent super cor. Quia ecce ego creo Hierusalem exultationẽ, & populũ eius gaudiũ. Et exultabo in Hierusalẽ, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea vltra vox fletus: & vox clamoris: nõ erit tũc vltra infans dierũ*: quibus verbis ipse Propheta Isaias periphrasim faciens illius testimonij, nẽpe: *Ecce ego creo cælos nouos, & terram*

Dilluitur. 12. argum.

terrā nouā: apertè ostēdit, nomine cælorū, significare ipsum voluisse non cælos materiales, aut terrā nouā, sed cęlestē Hierusalē Trymphantem. Quæ adeo splēdore cælestis Solis iustitię, qui in medio illius est, & incolarū cælestium qui in ea commorantur (de quibus dicitur: *Fulgebūt iusti tamquam Sol, & tamquam stellæ fixæ in perpetuas æternitates*) fulget, splendescit, & micat, lōgo interuallo Solem illum materialem, & cuncta astra cælestia nitore suo antecellens: quantúm ex illis verbis nobis augurari licet Isai. 60. *Non erit tibi amplius Sol ad lucēdum per diem, neque splendor Lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* & Apocalyp. 21. *Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus. Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminauit eā, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam & portæ eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illis.*

Isai 60.

Apoc. 21.

Quæ omnia confirmare vidētur quæ sequuntur: *Et gaudebitis, & exultabitis in sæculum sæculi*: & sentire visus fuit Ioan. Apocal. 21. quādo postquā dixit: *Ecce noua facio omnia*: addidit. *Et venit ad me vnus de septem Angelis, &c. & loqutus est mecū, dicens: Veni, & ostendam tibi spōsam vxorem agni. Et substulit me in spiritu in montem magnum altū, & ostēdit mihi ciuitatem sanctā Hierusalē, descendētem de cælo, à Deo habentē claritatē Dei, & lumen eius, &c. Ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata, & fundamentum primum yaspis, &c.* Et quando initio huius capitis Ioānes noster in cōfirmationē eorum, quę annūciauerat Propheta, dicens: *Non memorabuntur priores, &c. & non audietur in ea vltra, vox fletus & clamoris, non erit tunc vltra infans dierum*: ipse testatus fuit de ea: *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra: quia prima abierunt.*

Apoc. 21.

Adinueniemus similiter luce meridiana clarius (estó Deus nouos cælos, & terram nouam cūctis mortalibus, in hoc mundo vitam degentibus condidisset) nullatenus post peccatum primorum nostrorum Parentum eam vitam hic traducere posse mortales omnes, nisi cunctus ordo à Deo prædefinitus ab imis fundamentis euelleretur (quod nō est fatendū) neq; ea in integrum, sed quid in integrū? verùm nec aliqua ex parte, quæ à

ſemen: ita perturbētur, vt cōuin tur ad affirmandum; Meſsiam poſiturum fore animam ſuam pro peccato ſuo, & per conſequens mortē ſubiturū in pœnā peccati ſui. Nam præterquam quod Iſaias teſtatur contrariū in verbis antecedētibus, dicēs: *Vere langores noſtros ipſe tullit & dolores noſtros ipſe portauit, &c. Et ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, &c.* Et *poſuit* Do*minus in eo iniquitatem omnium noſtrorum*: & addatur inferius: *propter ſcelus populi mei percuſsi eum.* Et *dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius*: certioresque reddamur, Deum impeccabilem eſſe, tunc ob ſummam ſapientiam, tunc ob immenſam bonitatem: alias namque redemptoris munere minime fungi poſſet, ſi alicuius delicti particeps eſſet: intueamurq; propagationem Fidelium ſic nullatenus conſequi poſſe in poſteros. Facile illorum animos ſedare poterimus, ſi dicamus, textum Hebraycum non ſolum dicere: *Si poſſuerit pro peccato*: in communi, & non pro peccato ſuo, vt ſic excludatur iſtorum error: verum etiam apertē oſtendere, ſcilicet verba Patris ęterni loquentis ad Filium ſuum, carnem humanam aſſumpturū: ſi poſuerit, ſumma volūtate inquam, Filius meus animam ſuā, ille inquam, *qui factus eſt ex ſemine* D*auid, qui prædeſtinatus eſt* F*ilius* D*ei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum* I*eſu* C*hriſti* D*omini, &c.* in peccatum, id eſt, in oblationem; ſecundum illud Paul. 2. Corint. 5. *Eū qui non nouerat peccatum; pro nobis fecit peccatum.* Vel *ſi poſueris*, pro pœna peccati (hæc omnia namque nomen, *Aſam*, innuit) videbit inquam ille, qui talia præſtiterit, *ſemen longeuum, & voluntas* D*omini in manu eius dirigetur*: id eſt, videbit per vniuerſas mundi regiones, & oras, ſemen Euangelij, & verbi diuini maxime propagatum, ita vt ferè totum mundum occupare videatur, ſecundum illud: S*i granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert*: & voluntas Domini erga ſalutem hominum per ipſum cōplebitur, Et *omnia quecunque faciet, proſpirabuntur.*

Romā. 1.

Paul. 2. Corin. 5.

Ioan. 12.

Quòd ſi adhuc in eodem errore perſeuerare nonnulli ex maioribus veſtris conātur, imo iactitant, credentes, illa Oſe. 2. E*t cōgregabūtur filij Iuda, & filij Iſrael pariter & ponent ſibi caput vnum, & aſcendent de terra*: innuere temporibus aduentus primi Meſsiæ congregationem Iuday-

Oſea. 2.

Iudayci Populi, vt in pristinum nitorem Templum Salomonis restituant: ex tunc autẽ innumeris benedictionibus temporalibus esse exornandos Israelitas à temporibus potissimè aduentus primi Messiæ, vt illa
Ezech. 36. verba Ezechiel. *Et multiplicare faciam super vos homines, & iumẽta, &c.* Perseuerent, si illis placet, & iterum atq; iterum immobiles in sua dementia consistant, dummodo deinceps vnà secum attenta mentis cogitatione contemplari incipiant, illa
Osea. 2. verba Oseæ 2. imò ferè vniuersum caput illius potissimè significare vocationem Gentiũ ad recipiendum Euãgeliũ Christi: & commutationem populi Iudayci, ob idolatriæ & alia peccatorum fœlicissima genera.

Solutio. Nam quamuis initio capitis dicatur: *Et erit numerus filiorum Israel sicut arena maris, quæ non mensuratur & nõ numeratur*, sed equidem nomine filiorum Israel nullatenus Israelitas intelligi posse satis constat ex his, quæ sequuntur: *Et erit: In loco, in quo dicetur eis: Non populus meus populus meus vos: dicetur eis: Filij Dei viuentis.* At populus Israeliticus solus fuit populus Dei inter alias nationes, vt il-
Deut. 7. la Deuteron. *Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, ad quam tu ingrederis, &c. non panges cum eis pactum, &c. te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris præ omnibus populis, qui sunt super faciẽ terræ. Non propter multitudinem vestram præ omnibus populis cõplacuit Dominus in vobis, & elegit vos, &c. Sed quia dilexit Dominus vos.* & Deut. *Et Dominus* Deut. 26.
exaltauit te hodie, vt sis ei in Populum peculiarem, quemadmodum loqutus est tibi: & custodias omnia præcepta eius, & ponat te excelsum super omnes gentes, quas fecit ad laudem, & nomen, & gloriam: vt sis populus sanctus Domino Deo tuo. Deuter. *Beatus es* Deut. 33.
Israel, quis sicut tu, popule qui seruatus es per Dominum scutum auxilij tui: & qui est gladius excellentiæ tuæ: Et negabunt inimici tui te, & tu super excelsa eorum calcabis. Exod. *Filius meus* Exod. 4.
primogenitus Israel. Isai. *Hære-* Isai. 19.
ditas autem mea Israel. Psal. *Lau-* Psal. 135.
date nomen Domini, &c. Quoniã Iacob eligit sibi Israel, vt sit peculiaris sibi.

Quo iacto fundamento, necesse est, vt statim cõfiteantur, verba quæ sequuntur in testimonio Oseæ: *Et congregabunt filij Iehuda, & filij Israel pariter. Et ponet sibi caput vnum, & ascendẽt à terra, quia magnus dies Israel:* eò tendere, vt his instruamur, scilicet futurum esse, vt non solùm multi Iudæi, quales fuerunt Apostoli, & qui conuersi fuerunt ab illis: verùm innu-

meri Gentiles legem Mesiæ exciperent, nomen antiquum filiorum Iuda & Israel sibi vsurpantes: id est, appellantes se filios, instar illorum qui antiquitus laudabant, & confitebantur Deum, & illum timebant, filios inquam Iehuda & Israel (ista namque duo hæc nomina præseferunt) sicut Isai.
Isai. 44 44. prædictum erat: *Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi: fundam enim aquas super sitientem,* id est, Iudæam: *& fluenta doctrinæ super aridam,* id est, Gentilitatem. *Effundam spiritum meum super semen tuũ,* id est super Christum; *& benedictionem meam super stirpem tuã,* id est, Apostolos. *Et germinabũt inter herbas:* id est, inter populos Gẽtilitatis. *Sicut salices iuxta riuulos aquarũ,* id est, arbores infructiferas Gentiũ virescere faciet repẽte. *Ita vt iste dicat: Dñi ego sum,* id est, Fidelis sum: *& iste inuocabit in nomine Iacob,* id est, profitebitur fidem instar Iacob. *Et iste scribet manu sua Domino, & nomine Israel cognominabit se ipsum:* id est, attestabitur esse virum timentem Deum.

Solutio confirmationis. Tandemque in eodem errore consistant, si illis placet, donec plenius dono Spiritu sancto imbuantur ad penetrandum
Ezec. 36 illa verba Ezechiel. 36. *Quia ecce ego venio ad vos, & conuertar ad vos. Et colemini, & seremini: & multiplicare faciam super vos homines:* apertissimè præseferre potissime benedictionem spiritualem cælestium bonorum, qua exornandus erat cunctus populus siue Iudaycus, siue Gentilis aduẽtu Messiæ: si tanquam veri Israelitæ, id est, timorati, & timentes Deum, aduentum primum illius, vt par erat, celebrassent: & tanquam viri qui fide viua videbant Deum nostra carne mortali indutum, intus & exterius illius legi, præceptis & doctrinæ in omnibus obtemperassent. Quam interpretationem, & intelligentiam veram satis demonstrare videntur singula huius testimonij verba, si singulatim à nobis exponantur: quæ sic se habent: *Quia ecce ego venio ad vos, & conuertar ad vos:* id est, carnem humanam assumendo: *& arabimini,* nempe meo vomere: *Et seremini,* vt primam culturam virtutis intra vos recipiatis. *Et multiplicare faciam super vos homines,* nempe de semente doctrinæ meæ, omnem domum Israel, id est, Ecclesiam. *Et habitabunt ciuitates,* id est, Gentilitatis. *Et deserta ædificabuntur. Et multiplicare faciam super vos homines, & iumenta:* id est, præstabo vos homines doctissimos, qui oracula Propheta-

rum

rúm apertè cunctis doceant, cælestiaque mysteria in illis recondita referent: & qui eam simplicitatem præseferant, qualem illa verba Christi postulabant: *Estote simplices sicut columbæ.* Ita vt solum Christum sapiant, & prædicet instar Paul. qui dicebat: *Mihi viuere Christus est*, & illa 1. Corint. 1. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, &c.* & Philipen. 3. *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora: vt Christum lucrifaciam, &c.* *Et habitare faciam vos secundum antiquitates vestras*: id est, in pristinam illam pacem, qua cum Deo primi Parentes erant copulati, restituam. *Et meliora faciam quam priora vestra*. id est, non quibusque bonis temporalibus, vt antiquitus populo illo antiquo, sed cælestibus vos exornare conabor; Quæ omnia satis confirmant, quæ sequuntur inferius: *Et spargam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in medio vestri. Et amouebo cor lapideum è carne vestra: & dabo vobis cor carneum.*

Matt. 10

Philip. 1.

1. Cor. 1

Philip. 3

Arbitrabar equidem doctissimi Rabbini istis à nobis solutionibus adhibitis ad vestra acutissima argumenta, ita cunctorum vestrorum ora statim obstruenda deinceps fore: vt iam non solùm à vestro proposito ex nunc dimoueri vobis esset summè necesse, verum etiam vnam eandem veritatem nobiscum fateri compelleremini: nè tandiu & audientium patientia, & eo quo sum in vos, vestramque salutem animo propensus, abuteremini: mihi verò, pace ista inter nos inita, pacificam vitam, reliquo vitæ meæ tempore, liberè traducere esset permissum. Sed cùm hæc omnia mihi è cõtrario euenerint, ita vt iam contra me multo validiora argumenta denuo excogitata adhuc meis auribus personare iam sentiam: meæ conditionis oblitus in stadium iterum vobiscum reuertar, vobis pollicens nullatenus inde me egressurum fore, donec cunctas vestras in nos contortas rationes, & fortissimas argumentorum sagittas validissimè à nobis eneruatas fuisse cuncti spectantes, vnanimi consensione palàm testentur, & cuncti iam deinceps fateantur, & ostentent.

Atque ita denuo conciten- Diluitur
tur in nos, & contra vniuersam 11. Arg.
Fidelium congregationem illi, qui ex eo quod hucusque non experti fuerunt Mesiam illos, & ma-

& maiores suos é terra inimicorum suorum eripuisse, eos in terram promissionis reducendo, ac faciem illius super illos summè propensam, & beneuolam habuisse, scilicet à tempore aduentus illius, vt illa verba Ezechiel. ostentabant: *Et reducam eos è populis, & congregabo eos de terra inimicorum suorum. Et congregabo eos super terram suã, & non relinquam quemquam ex illis: & non abscondam vltra faciem meam ab eis.* Quæ cohęrẽt illis Ezech. *Et adducam eos ad humum suam, & faciam eos gentẽ vnam in terra, in montibus Israel.* & cum illis Deuterono. *Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus: & assumet, atque introducet in terram, quam possiderunt Patres tui.* & Ezechielis. *Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, &c. Daboque vobis humum Israel, & ingredientur illuc.* & Isai. *Et requiescere eos faciet super humum suam.*

Ezech 39.
Ezech 37.
Deut. 30.
Ezech. 11.
Isai. 14.

2. Ratio Insuper ex eo quòd nullatenus hucusque illi particeps extiterint illius gaudij & lætitiæ, cuius recordatur Isai. *Sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Hierusalem, &c. Et non audietur in ea vltra vox fletus.*

Isai. 65.

3. Ratio Et illius summæ fœlicitatis, quam ostendunt palam illa verba Hierem. *Et habitare eos faciam confidenter: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.* Et quam Micheas capit. 4. insinuauerat, dicens: *Congregabo claudicantem, & eam quam eieceram, colligam: & quam afflixeram, consolabor. Et ponam claudicantem in reliquias: & eam quæ laborauerat, in gentem robustam. Et regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc vsque in æternum.* Aut illius, quam prædixit. 2. capit. idem Propheta: *Congregatione congregabo Iacob, totum te in vnum.* & illius, quæ Hierem. dicitur. *Et suscitabo super eos pastores: & pascent eos, & non formidabunt vltra.* & Sophon. *Auertit inimicos tuos Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltra.*

Hiere. 31.
Mich. 4.
Mich 2.
Hiere. 23.
Sopho. 3.

4. Ratio Neq; viderint adimpleta illa, quæ dicunt Ioel. *Et dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem, & ignem, & vaporem, &c.*

Ioel. 2.

5. Ratio Neq; Messiam regnantẽ tẽporaliter super eos, vt illa pręsagire videbantur: *Et affligam semen Dauid sup er hoc: veruntamen non cunctis diebus.* Dictitare audent, Christianos maximè deceptos fuisse in cognitione aduentus Messiæ. Nam ellò hæc, & alia millia millium sibi excogitent contra nos machinamenta, non timebimus ab istis timoribus noctur-

1. Reg. 11.

nocturnis, cùm certiores dudū ſimus, omnia iſta ſtatim ruitura. Tantum enim abeſt, vt nobis aut Eccleſiæ detrimento aliquo eſſe poſsint: quominus illis manifeſtius & clarius illorum ſtolliditas ita cunctis innoteſcat (ſi amplius innoteſcere eſt poſsibile) vt iam nobis dicere liceat: cadent à latere noſtro millia, & decem millia à dextris: & malū neque aliquid quod habeat ſpeciem mali, ad nos vnquam appropinquabit.

Et meritò iſta omnia à nobis dici iam & proferri poſſunt. Quandoquidem ſi primam eorum rationem maturè perpendamus, ſtatim adinueniemus illa verba Ezech. *Et congregabo eos è populis, & congregabo de terris inimicorum ſuorum, &c. & congregabo eos ſuper terram ſuā*: ſicut illa Ezechie. *Et adducam eos ad humū ſuam.* & illa Deut. Ezech. Iſai. nullatenus veritatem primi aduentus Meſsiæ aliqua ex parte non ſolùm infringere, verum neque ad eius euerſionem appropinquare vnquā poſſe. Illis fatemur, cūctas iſtas congregationes quæ omnibus iſtis teſtimonijs comprehendūtur à Prophetis, corporaliter aut ſpiritualiter intelligi poſſe, & debere: cùm nulla alia preter eas relatas, â nobis neque ab illis ſit excogitabilis, vt Burgenſis in ſuo dialogo, diſtinct. 4. cap. 2. & 3. Vnam ergo ex illis vt ſibi eligant, iā eſt neceſſe: illis datur optio. Si arbitrantur, vt multi ex maioribus veſtris hucuſque exiſtimarunt, congregationē tēporalē prædixiſſe illos Prophetas futuram in Hieruſalem, quę eſt patria eorum adeo eis omnibus maximè deſiderabilis: miſerabiles Iudæi, vt quid in futurum, ideſt, temporibus aduentus primi Meſsiæ fieri adhuc tanquam cæci ſperatis? nōdum conſpicientes per mille & ſexcentos & plures annos huius congregationis participes extitiſſe maiores veſtros, illis inquam temporibus, quibus larga & liberali manu ſua Deus à duriſsima illa ſeruitute qua opprimebātur à Babilonijs, liberauit: cor Regis Cyri mouens, vt omnibus impertiret licentiam redeundi in patriam ſuam. Adhuc immemores eſtis huius tanti, & immenſi beneficij liberaliſsimè maioribus, & parentibus veſtris impenſi? vt oſtendunt illa verba, 2 Paralip. 35. hanc ſingularem mercedem palàm cunctis manifeſtātia: *Feceruntque filij Iſrael, qui reperti fuerunt ibi Phaſe in tempore illo, &c. Non fuit Phaſe ſimile huic in Iſrael &c.* & illa 1. Eſdr. 2. *Habitauerunt ergo Sacerdotes, & Leuitæ de populo, & cantores, &c. Congregatus eſt ergo*

Margin notes: *Ezech. 39.* — *Ezech 37* — *Deute 30.* — *Ezech. 11.* — *Iſai. 14.* — Solutio Argum. — *Fortalit. Fidei conſider. 4.* — *2. Par 35.* — *1. Eſdr 2*

populus quasi vir vnus in Hierusalem, &c, & ædificauerunt altare, &c. Vt sic clarius cũcta illa verba huius capitis: *Propterea hæc dicit* Dominus:*Nunc reducere faciam captiuitatem* Iacob,*& miserebor omnis domus Israel* : cũctis iamdiu adimpleta fuisse innotesceret. Quod si aliqui ex illis non redierunt:id vnum voluntati eorum, & non Cyro Regi tribuant est necesse : cûm ipse absq; vllo personarum delecta cũctis Iudęis liberrimê reuertẽdi in Hierusalem locum concessisse perhibeat sacra pagina.

Quod si abscõdit faciẽ suam ab eis, & maioribus eorũ antiquitus,vt Deuter. prædicitur: Et *abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem* : non est cur inde occasionem sibi assumant sperandi iterum futuram illam cõgregationem ob id, & ob verba testimonij Eze. quæ sic se habent : Et *non abscondam vltra faciem meam ab eis* .sed potius vt inde suam infœlicẽ sortem continuis lachrymis deplorent,palàm delicta sua confitẽtes:cûm ea fuerint,quæ potuerint tantam mercedem illis promissam impedire & promeruerint vt tanta & tam longa captiuitate in perpetuum opprimerentur, vt Isai. dicitur : V e gen*ti peccatrici, populo graui iniquitate semini malorum,filijs corruptoribus;dereliquerunt* Dominum, *irasci fecerunt sanctum Israel alienauerunt se retrorsum,&c. terra vestra desolabitur,&c.* & Deut. Et *erit:Si non obedieris voci* Do*mini* Dei *tui,vt custodias, & facias omnia præcepta eius,&c.mittet* Dominus *in te maledictionem, & perditionem, & contritionem, &c.* Et *erit: Quemadmodum gauisus est* Dominus *super vos, bene faciendo vobis , & multiplicando vos:sic gaudebit* Dominus *super vos,perdendo vos,delendo vos.* Et *exterminabimini è terra, ad quam tu ingressus fueras , vt possideres eam:& dispergere te faciet* Dominus *in omnes populos ab extremo terræ vsq; ad extremũ terræ, &c.* Et *dabit* Dominus *tibi ibi cor pauidum,& defficientiam oculorum, & dolorem animi.* Et *erit vita tibi,suspensa tibi è regione, & pauebis nocte & die, &c.*

Deut. 31. — Ezech. 39. — Isai. 1. — Deut. 28.

Si vero ista omnia circumspicientes attente,in aliam denuo ingressi estis sententiã,vt affirmetis,congregationẽ illam domus Israel & Iacob(vt Propheta Ezec. & alij insinuarũt) maximê spiritualẽ futuram esse,nẽpe in vnitatem animorũ eãdem veritatẽ credentiũ, easdẽ leges, & præcepta obseruãtium, eadẽ sacramenta tenentiũ,eandẽ deniq; vitam æternã sperantiũ,& eundẽ Dominũ & Deum verũ colentiũ: prudenter vos fecisse intueor,laudo vos equidem, & consilium vestrũ summis efferã præco-

præconi s: cũ iam per eam salutis viam vos incedere cõspiciã, qua ad exoptatum, & salutiferum animarũ vestrarũ portum appellere, Dei auxilio fulciti, facillime posiitis. Et assequemini equidẽ tanquã spirituales, & participes iam effecti lucis cælestis illius, qui illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mũdum, vt impleamini in cognitione spiritualium benedictionum, quibus Populus Israeliticus, Iuda, & Iacob (.i. Christianorũ timẽtiũ & laudantiũ Deũ, & qui pro eius amore Dæmoni, carni, mundo, & cunctis contrarijs liberé etiam se opponunt, ea omnia supplantãtes: id enim hæc tria nomina præseferunt) à tẽpore aduentus Messiæ nostri hucusq; in ista Militanti Ecclesia, potitur & in illa Tryumphãti ad illam translatus potiturus est vsq; in æternũ: & ex nũc perspicere contendatis, cuncta ista testimonia maximè, & diuinitus Gentilibus congruere. Quandoquidẽ illi ex omnibus alijs Republicis extiterũt, qui relictis idolatrię grauissimis peccatis, quibus ante aduentũ primum Christi erant dediti, sic coadunati fuerũt in Ecclesia nostra Christianorũ, eandem Fidẽ, spem, & Sacramẽta profitẽtes: vt merito Psalmista de illis loquens, in mediũ prorũpere potuerit: *Ecce quã bonũ, & quã iucundum habitare fratres in vnum.* De quibus sic verificantur illa: *Et non derelinquam quẽquam ex eis, & non abscondam faciem meã ab eis*: quantũ ex illis cõlectari possumus: *Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* & illis: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluabitur.* & illis: *Ecce vobiscũ sum vsque ad consumationem sæculi.* Ioan. 10. Marc 16. Matth. 27

Quòd si aliquãdo illis cõtemplari licuit, tot fuisse cruciatus, & varia mortis genera quibus affecti fuerũt Fideles à tẽpore Ascẽsionis Christi ad cęlos vsq; ad Constantini Imperatoris tẽpora: vt dicere possimus adimpletũ esse in eis, quod Christus dixit: *Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo.* Id vnum autẽ semel & iterum intra se contẽplentur: dummodo intueantur, nõ ob ista omnia faciẽ, vel gratiã suam Deũ ab illis auertisse, sed clarius illis eã cõmunicasse. Quandoquidẽ ea vna adiuti, cõtumelias, irrisiones, ludibria, verbera, carceres, exilia, & crudelissimas mortis pœnas tanquã nullius momenti sic contempserunt constantes semper in Fide, vt illa perpeti in maximis bonis haberent, vt sic copiosius participes fierent æternæ beatitudinis, quæ Beatis in æternũ Deus certissime est pollicitus, iuxta illud: *Qui perdiderit animã suam propter me saluam faciet* Ioan. 16.

terrā nouā: apertè ostēdit, nomine cælorū, significare ipsum voluisse non cælos materiales, aut terrā nouā, sed cęlestē Hierusalē Tryumphantem. Quæ adeo splēdore cælestis Solis iustitię, qui in medio illius est, & incolarū cælestium qui in ea commorantur (de quibus dicitur: *Fulgebūt iusti tamquam Sol, & tamquam stellæ fixæ in perpetuas æternitates*) fulget, splendescit, & micat, lōgo interuallo Solem illum materialem, & cuncta astra cælestia nitore suo antecellens: quantúm ex illis verbis nobis augurari licet Isai. 60. *Non erit tibi amplius Sol ad lucēdum per diem, neque splendor Lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* & Apocalyp. 21. *Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus. Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminauit eā, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam & portæ eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illis.*

Isai. 60.

Apoc. 21.

Quæ omnia confirmare vidētur quæ sequuntur: *Et gaudebitis, & exultabitis in sæculum sæculi*: & sentire visus fuit Ioan. Apocal. 21. quādo postquā dixit: *Ecce noua facio omnia*: addidit. *Et venit ad me vnus de septem Angelis, &c. & loqutus est mecū, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam vxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altū, & ostēdit mihi ciuitatem sanctā Hierusalē, descendētem de cælo, à Deo habentē claritatē Dei, & lumen eius, &c. Ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata, & fundamentum primum yaspis, &c.* Et quando initio huius capitis Ioānes noster in cōfirmationē eorum, quę annūciauerat Propheta, dicens: *Non memorabuntur priores, &c. & non audietur in ea vltra, vox fletus & clamoris, non erit tunc vltra infans dierum*: ipse testatus fuit de ea: *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra: quia prima abierunt.*

Apoc. 21.

Adinueniemus similiter luce meridiana clarius (estó Deus nouos cælos, & terram nouam cūctis mortalibus, in hoc mundo vitam degentibus condidisset) nullatenus post peccatum primorum nostrorum Parentum eam vitam hic traducere posse mortales omnes, nisi cunctus ordo à Deo prædefinitus ab imis fundamentis euelleretur (quod nō est fatendū) neq; ea in integrum, sed quid in integrū? verûm nec aliqua ex parte, quæ à

Propheta dicuntur, mortalibus hominibus adaptari posse, nempe: *Non audietur in ea vltra vox fletus, & clamoris. Non erit tunc vltra infans dierum, neque senex, qui non compleuerit dies suos*: id est, *qui morte præuentus sit*, vt Glossa interlinearis. Et etiãque inferius apponuntur ab Isaia: *Non laborabunt in vacuum*, idest, quin consequantur præmium: *Nec generabũt cum terrore*: quia tunc non nubent, sed erunt sicut Angeli.

Cùm ergo ista repugnantia, & hęc inconuenientia ex vestro errore apertissimê consequantur: nobiscum fateamini, quæso, Prophetam prædixisse eam fœlicitatem summam, quã incolæ illius cælestis Hierusalem sunt potituri. Quæ tanta est, quanta ex illis colligere licet: *Ecce ego creo Hierusalem exultationem*: idest, vt tantùm exultationis nomen per excellentiam obtineat: *Et populum eius gaudium*: idest, incolas illius in gaudium Dei. Ita vt ipse tanquam magnus Dux eorum, intrepide dicere valeat, quæ sequuntur: *Et exultabo in Hierusalem*, id est, in illa patria cælesti: *Et gaudebo in populo meo*, idest, in his, qui illam incolunt. Quæ omnia maximè cohærent cum illis Apocal. 21. *Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Apoc. 21.

Altera verò eorum obiectio adeo vana, futilis, & ridiculosa est: vt nisi modò nimis insolẽs, aut arrogans vobis viderer, illam silentio inuolendã esse prudenter iam mecum statuissem. Sed quia nunc respondentis, & non arguentis munere fungor, officio liberè mihi imposito totus incumbam, vt deinceps nullus apud vos querelle locus ıstè cõtra me relinquatur. Equidem iam conspicio Hieremiam illis verbis cap 32. clamantem: *Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter, &c. Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, &c. Et feriã eum eis pactum sempiternum, & non desinã eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me, &c. Sicut adduxi super populum istũ omne malum hoc grande: sic adducam super eos omne bonum.* Dilluitur. 13. argum. Hiere. 32.

Sed ex omnibus istis verbis quis non dum intuetur, ipsum libertatẽ populi Israelitici prædicere: tantaq; bona illi Deum esse impartiendum, quanta fuerunt mala, quibus ab ipso fuit affectus. Nam qua in parte totius huius capitis mentio aliqua

qũa fiat de his quę aduentu Messię, illi populo euentura erant, adhucmihi conspicere (esto illud accurate semel, & iterum perlegere sum conatus) nõ fuit hucusq; concessum. Cum ergo ita res se habeant, quorsum testimonio huius capitis, & nostra patientia abutimini solertissimi Rabbini? Si palam contextus huius testimonij innuit, Hieremiam tantùm liberationẽ Israelitici populi ab illa captiuitate, qua opprimendus erat à Babylonijs quando Rex Sedechias regnabat, annunciare: vt aperte illa verba quæ in principio capitis apponuntur, & ea quæ subseqũtur, ostendunt, nẽpe: *Et possidebuntur agri in terra ista, quam vos dicitis desertã esse, eo quod non remanserit homo, & iumentũ & data sit in manus Chaldæorum*: quę omnia ita euenerũt post septuaginta annorum captiuitatem, vt rei euentus manifestauit, Ducatum tenente Iudęorũ Zorobabel, regnante verò apud Babylonios Cyro Rege: Quid vos impulit, vt arbitraremini futuram esse temporibus primi aduentus Messiæ?

Quòd si ad id dicendum compulsi estis, contemplantes nusquam illa duo, quæ in prophetia illa Hieremiæ comprahenduntur, scilicet: *Vt habitare eos faciam confidenter, & feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere*: impleta fuisse: & proinde sperant complenda fore fœlicissimis temporibus Messię nostri: qui cũ saluatoris munere functurus sit, certissimè hæc omnia impertietur, illis potissimè, quos antiquitus vnice dilexit, & singulari amore est prosequtus. Equidem tanquam vanę, & fallaces istorum spes frustratæ iamdiu manent, imo euanuerunt ab oculis eorum. Vnde memoria retineant sua potius est necesse, illa verba, nempe: *Feriam pactum sempiternum*: non æternitatem, sed tẽporis diuturnitatem præseferre, præsertim cùm Hebraycus textus habeat pactum sæculi, & nomẽ *Golam*, id vnum præseferat. Quo fundamento iacto, facillimè conspicere poterũt, per multum tempus maiores suos fœliciter potitos fuisse eis benedictionibus post reditũ è captiuitate: quandoquidem tanquã illi qui habebant vnum cor, per vnamque viam incedebant, nõ idolis seruierunt, sed vnum Deũ adorare perseuerarunt. Ex quo factum fuit, vt quãdiu in amicitia Dei constiterunt, semper habitauerint cõfidenter, & nũquã destiterit illis Deus benefacere. Sed quia decursu longo temporis trãslato, deficiẽtes à Deo, ambulauerunt per vias non bonas, ita vt adderẽt noua peccata peccatis, vt illa lib. 3. Esdr. c. 8. demon-

3. Esd. c. 8. demonstrant: *Peccata nostra multiplicata sunt super capita nostra, & inquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cælum*: neq; his contriti fuerũt, donec Saluatorẽ suum deridentes, & illudentes ei, acerbissimam mortem illum subire cogerent, vt illa verba ostendunt: *Regem non habemus nisi Cæsarem, &c. si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris*. Hinc effectum fuit, ut perennes illi benedictionum fontes, hâc & illâc in bonum, pacem, & quietem eorum scaturientes, obturarẽtur. Et in pœnam, & vindictam illorum criminum, & verborum illorũ: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*: illa antiqua fœlicitate orbati, qua post reditum è Babylonia in Hierusalem fruebantur maiores vestri, aduersam & reflantem fortunam, potentemque manum Dei in illorũ, & vestrorum interitum, & perpetuam ruinam armatã ex tunc hucusque experiantur. Tantũque abest, vt illam vnquã subterfugere valeant, aut in futurum ista illis certissimè euentura sperẽt: quominus omnis aditus sit illis interclusus, nisi de peccatis suis resipiscẽtes, Messiam suum venisse iam palam acclament, eiusque legem in integrum seruandã secum statuant.

Neq; est, cur vos soliciti expectetis adhuc solutionem à nobis dandam argumento vestro, contra nos sumpto ex illis verbis Michæ. 4. *In die illa dicit Dominus, congregabo claudicantem, & eam, quam eieceram, &c.* cùm veram intelligentiã huius testimonij, & per cõsequens primi aduentus Messiæ cuncta, quæ habentur in ipso capite, vobis omnibus in eodem errore constitutis apertissimè sic præbeãt: vt errandi, aut cæcutiendi locus vobis deinceps nullus sit relictus. Quæ vt vera esse experiamini, quæso, paulatim contemplemini, cuncta huius capitis verba eò tãtùm intenta esse, vt initio annuntient mortalibus altissimum Incarnationis mysterium: in calce verò illorum persecutiones, quæ Fidelibus ex eo, quòd Fidei Christi credent, sunt euẽturæ: vt palam illa quę in principio apponuntur: *Erit in nouissimo dierum mons domus Domini præparatus in vertice mõtium, &c. Et fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ: & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius. Quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem, &c. Nos autem ambulabimus in nomine Dei nostri, in æternum, & vltra.* Quibus lectis & attentè consideratis, facilis consequitur intelligentia eorum, quæ sequuntur statim: *In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem, & eam, quam* Michæ. 4.

eieceram,

eieceram,&c. Et facilimè vester error longè amandari poterit, si recordemini illorum: *Et fluent ad eum populi, & properabunt gẽtes multæ.* Et qua ratione colligẽdi locus inde vobis peritissimis dialecticis est concessus, vt affirmetis, temporibus Meßiæ tantùm Synagogam Iudæorum, & singulos ex stirpe vestra, ob illa verba Prophetæ, congregandos fore, ita vt dominium illorum tenens, Dominus sit regnaturus super montem Sion?

Vobis concedo (vt nunc vestram causam agam) vos & maiores vestros huius fuisse cõditionis, vt semper in adhibendo cultu vero Deo, & in custodiẽdis illius præceptis claudicaueritis, vt illa verba 1. Regum. 18. ostendunt: *Vsquequo claudicatis in duas partes.* & Deuter. 31. *Noui enim, quòd post mortem meam inique agetis: & declinabitis cito de via, quam præcepi vobis. Et occurrent vobis mala.* & Psalm. 18. *Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* & Psal. 14. *Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ.* Isai. 53. *Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit* & cap. 56. *Omnes in viã suam declinauerunt.* & Oseas. 4. *Audite verbum Domini filij Israel, &c Non enim est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendatium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinem tetigit, &c. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus suus anunciauit ei. Spiritus enim fornicationis decipit eos: & fornicati sunt à Deo suo. Super capita montium sacrificabant, & super colles ascẽdebant thymiama subtus quercum, & populum, & terebinthum, &c. Quoniam sicut vacca lasciuiẽs declinauit Israel.* Sed num quid gloriamini in multitudine peccatorum vestrorum, & in malitiã vestra, tanquam potentes in iniquitate? vt existimetis solùm populum Iudaycum tanquam populus qui vndique innumeris vitiorum generibus semper affluens extitit, & extat modò, à Deo cõgregandum fore temporibus primi aduentus Messiæ? Claudicauerunt equidẽ maiores vestri, & expulsi fuerunt miserè & luctousè à terra, & patria sua, vt Hiere. 29. Psal. 44. & Threnor. 5. *Proiiciens, impulisti nos;* apertè testantur. Sicut & vos, qui in eadem pœna, & labore per tot annorum curricula estis constituti; quorum omniũ recordatus fuit Propheta Michæas, dicens: *In die illa congregabo claudicantem, & eam, quam eieceram:* vel vt Hebræus legit: *Congregans ero eam, quæ claudicans est continuò, & eam quæ expulsa*

pulsa, eiecta, euersa, decepta, & supplãtata est, solicitè & firmiter cõgregabo, & coadunabo: idest, nationẽ Hebræam si inspirationibus meis obtemperauerit, & in pristinam amititiam mecum redire conata fuerit.

Sed nunquid in æternũ obliuiscens, obliuiscẽdus erat Deus alterius gentis, & nationis, quæ legis illius antiquæ expers extitit, ob varia idolatriæ genera, quibus semper fuit consecrata? Et quã tanta ignorantiæ, & errorũ varietate diu affligi, & intra se cruciari permisit, acsi illorũ saluti minimè prouisus futurus esset, aut non esset Deus cunctorũ? Gentiles verò tantũ ad damnationem perpetuã condidisset Deus, & ille qui est diues in misericordia? Præsertim acclamante *Isai.* 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã. *Psal.* 18. Populus quẽ non cognoui, seruiet mihi. *Ps* 102. Populus qui creabitur, laudabit Dominum. *Osea.* 2. Et seminabo eam mihi in terrã: & miserebor eius, qui fuit absque misericordia. Et dicã non populo meo: Populus meus es tu. Et ipse dicet: Deus meus es tu. *Isai.* 65. Obuius factus sum his, qui nõ interrogauerant: inuẽtus ab his, qui nõ quæsierãt me. Dixitq; Ecce ego, ecce ego, ad gentẽ quæ non inuocauerat nomen meũ, expandi manus meas tota die, ad populũ declinantẽ. Qui enim graditur per viã non bonam post cogitationes suas.

Si tantum hanc fœlicitatem Synagogæ vestræ, & non Gẽtilibus polliceretur, vt quid Prophetam postquã dixit: Et *cõgregabo claudicantem, & eiectam*. Itatim addidit? Et *quam afflixeram*: vel vt Hebræus: *Et quã acerbissimè varijs malorũ generibus affligere, conterere, confringere feci*. Præsertim cùm nulla maior calamitas, cruciatus, aut maius malũ fingi aut excogitari possit, ac est priuatio cognitionis diuinæ, â Deo inflicta ob scelera eorum. Forsan nè fortuito Prophetam id prædixisse est dicendũ, an id factũ fuisse, vt ex tũc aditum huius salutis spiritualis, quibuscumq; gentibus reserandum esse tẽporibus Messię cũctæ gentes, & nationes dignoscerent? Coadunado Deus illas intra vnum ouile Ecclesiæ, quæ propter eius excellentiam dicitur mõs, & mons sanctus, vt Ps. 2. *Ego autẽ constitutus sum Rex super Sion montẽ sanctitatis eius*.

Si tantùm Deo cura inerat Israeliticorũ, & non Gentiliũ, ad quid iterum statim vnam istarũ nationum ab altera discerni voluit Propheta, dicens: Et *ponam eã quæ claudicãs erat, in residuum: & eã quæ repulsa, vel afflicta erat nimis, in gentem robustam*: constituens loco nominis Gentis, di-

ctionem

ctiorem, Goi, quæ communiter natione Gẽtilium præsefert: & & postea subiūgẽs: *Et regnabit Dominus super eos in mõtem Siõ, ex hoc nunc vsque in sæculum:* innuens, Dominum vtrisq; illarũ Republicarũ Regem futurum esse, easdẽ leges, præcepta, & cõsilia eis tribuẽdo: quibus nõ solũ inter se, arctissimo pacis vinculo, verũ etiã cũ ipso Deo sic adunarẽtur: vt iam deinceps cũ Paulo dicere possent Gentes: *Virtus enim Dei est in salutẽ omni credenti, Iudæo primũ, & Græco.* & eodẽ: *An Iudæorum Deus tantũ, non nẽ & Gentiũ? Imo & Gentium, quoniam quidẽ vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputiũ per fidem.* Et meritò dixit regnaturũ fore super eos in monte Sion. Cùm in eo monte Messiam nostrum patibulo suspẽsum, honorifico Regis titulo condecorari, & cunctas gentes ad se eleuare, secundùm illud: *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum:* Dæmonẽ vna cum morte vincere, imo & Patri suo vindictã de peccatis hominũ ab eo vno postulanti æquiualens pretium, & condignam solutionẽ reddere: & ex eo simul cũ animabus Sanctorũ Patrũ quas de limbo deduxerat, in cælum conscẽdere, & sic sedere ad dexteram Patris meruisse cernamus: & vt data fuerit ei omnis potestas in cælo & in terra; ita vt in nomine illius, *Omne Genu Flectatur cælestiũ, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus est in gloria Dei Patris.*

Rom. 1. Rom. 3.

Ingenuè vobis fatemur cum nostro Paulo maioribus vestris primũ credita fuisse in veteri lege eloquia Dei Roma. 3. Messiam venturum esse ad saluãdas eas quæ perierunt oues, ex domo Israel: præsertim cùm salute spirituali sic extremè indigerent, quantũ nobis coniectari licet ex illis: *Et mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedũ, & serpẽtiũ. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in inmunditiam, vt cõtumelijs afficiãt corpora sua in semetipsis. Qui cõmutauerunt veritatem Dei in mẽdatium: & coluerunt, & seruierũt creaturæ potius quã Creatori, &c. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ nõ conueniunt. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, Plenos inuidia, homicidijs, cõtẽtione, dolo, malignitate. Susurrones, detractores, Deo odibiles, cõtumeliosos, superbos, elatos, inuẽtores malorũ. Parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, nõ intellexerũt:* quoniam

Rom. 3. Rom. 1.

quoniam qui talia agūt, digni sunt morte.

Solut. 2 Sed ob id ille qui est diues in misericordia, benignus, clemens, & miserator Deus cūctis inuocantibus eum, ita immemor miseriæ summæ, in qua constitutus erat populus Gentilium; vt Psalmista expressit, dicens: *Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: Sepulchrum patens guttur eorum, &c. Contritio, & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos eorum:* oblitus suæ conditionis, & eorū quæ dixit Psalmista Psal. 33. *Misericordia Domini plena est terra.* & Psal. 57. *Magnificata est super cælos misericordia tua.* & Psal. 86. *Multæ misericordiæ inuocantibus te.* & Psal. 138. *Quoniā in sæculum misericordia tua.* & Psal. 144. *Miserator, & misericors Dominus: patiens, & multū misericors. Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius &c.* Et *eleuat Dominus omnes, qui corruunt: & erigit omnes elisos.* & Ioel. 2. *Et conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus, & misericors est: patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia:* sic summè iratus in illos perpetuò futurus erat, vt nunquam illorum saluti consuleret, continens in ira, & indignatione sua cunctas illius misericordias antiquas?

Si ergo tam populus Iudaycus, quàm Gentilis peccauerūt; & egebant gratia, vt salui fierent: nonne rationi, & clementiæ Dei, & eius summæ liberalitati maximè congruum erat, vt omnibus præsertissima remedia adhiberet Deus, quibus à morte peccatorum resurgentes, vitam nouam cælestem, gratię inquam, vnà simul cum ipso Christo traducere valerent? Vt sic cum Paul. dicere vnanimiter cuncti possent: *Iustitia autē Dei per Fidem Iesu Christi, in omnes, & super omnes qui credunt in eū.* Rom 3.
Idem qui dixit: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt ex domo Israel:* fateri non erubuit: Matth. 15
Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas opportet me adducere: Sicut & testati fuerunt Ioan. 10.
Apostoli, scilicet Paul. & Barnabas Actor. 13. Iudæis vestris dicentes: *Vobis oportebat primū loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ: ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.* Et vos arroganter istam salutem spiritualem vobis tantùm impartiendā esse putatis?

Certio-

Certiores equidē reddimur, Meſsiam Euangelium ſuum fe ré nullibi extra Iudæorum populum, & ditionem illorū docuiſſe. Sed adhuc Euangeliſta Matthæus, & cæteri cū ipſo nō teſtantur, ex eo quod ferè pauciſsimi fuerūt ex illis, qui ei fidem adhibuerint, Meſsiam noſtrum Apoſtolis ſuis præcepiſſe? *Euntes ergo, docete omnes Gētes, baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Docentes eos ſeruare omnia, quæcūq; mandaui vobis.* & Marc. 16. *Prædicate hoc Euāgelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui non crediderit, condemnabitur.* Quæ maximè cohærēt cum eo, quod Meſsias præſtitit Luc. 4. quando perlegens illud Iſai. 61. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus, miſsit me ſanare contritos corde: prædicare captiuis remiſsionem, & cæcis viſum. Dimitere confractos in remiſsionē, prædicare annū Domini acceptum, & diem retributionis*: abſque vlla perſonarum acceptione hæc omnia ab illo præſtanda fore docuit, dicens: *Quia hodie impleta eſt ſcriptura in auribus veſtris.*

Matth. 28

Marc. 16.

Luc. 4.

Iſai. 61.

Diluitur. 15. argum.

Ex dictis ergo facilis nobis patet aditus, vt reſpondeamus omnibus argume[illegible] ſupra alla tis & præcipu[illegible] abbinis, qui & ob illa [illegible] Michæ 2. Congregando, congregabo Iacob: vel vt Hebræus legit: *Per totū congregando, congregabo reſiduum Iſrael. Pariter ponam illum veluti pecus Boſrah, tanquam gregem in medio caulæ ſuæ, tumultuabūt præ hominibus*: adhuc perſeuerant, vt dictitent, hucuſque nōdum Meſsiam aduentaſſe, cùm hæc omnia eius primo aduentu ſint præſtanda. Nam eſtò ex ea parte qua docent euentura fore in primo aduentu Meſsiæ, adeo veraces ſint, & ab hominibus haberi debeant, vt contrarium affirmare vix ſine graui reprehenſionis nota, imo errore cuipiam licere palam teſtari poſsimus: præſertim cùm apponātur à Propheta illa verba ſtatim: *Aſcendit diſſector ante eos, &c. & tranſiet Rex eorum ante eos, & Dominus in capite eorum.* Qua vna re facilè conuincitur error quorundam veſtrorū Rabbinorum, affirmantiū hæc omnia intelligi debere de liberatione populi Iſraelici de Babylonia: præſertim cùm ea maximè contrarientur his, quę contingerūt Iſraeliticis, cum egreſsi fuerunt è Babylonia: ſi recenti aliquorū eorum expoſitioni nobis innitendum eſſet, cum in reditu illo neque totum Iacob, ſed duæ tribus, & ex decim tribubus pauciſsimi redierint: neq; diſſector illorū, aut Rex aliquis cum illis redierit, ſed ſolū inuictiſsimus

Micha. 2.

ille Dux Zorobabel, Neemias, & Esdras. Sed tamen ex ea parte qua tuētur adhuc futura esse, & per consequens Messiam adhuc venturum fore, vt carnem humanā assumat: adeo mendaces, & veritati maximè contrarij nuncupari possunt, vt verè de illis dicere possimus cū Psalmista: *Oculos habent, & non videbunt, &c.*

Vestris met oculis sępissime legistis illa Isai. 45. *Ego ante te ibo, & tortuosa dirigam: ianuas æreas conterā, & vectes ferreos cōcidam, & dabo tibi thesauros, &c. Et thesauros abscōditos, vt scias, quòd sum Dominus, qui voco nomen tuum Israel, &c. Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatē meam dimittet non pretio, nec munere:* quæ maximè cohærent illis: *Nō corruptibilibus auro, & argento: sed pretioso sanguine Christi redempti estis à vana vestra conuersatione.* & Zachar. 9. *Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti cunctos tuos de lacu, in quo nō est aqua.* Osæ. 13. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, mors: morsus tuus, inferne.* & Psal. 107. *Confitemini Domino misericordiā eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia satiauit animam meā & animam esurientem satiauit bonis: sedentes in tenebris, & in vmbra mortis.* Isai. 8. *Velociter spolia detrahe, cito prædare.* Psal. 146. *Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos.* Psalm. 68. *Ascendisti in altum, captiuam cæpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.* Insuper & intuemini istis verbis Michææ instar aliorum testimoniorū Psal. 85. *Auertisti captiuitatē Iacob.* Psal. 126. *In conuertēdo Dominus captiuitatem Iacob.* Ezech. 39. *Nūc reducam captiuitatē Iacob.* Amos 9. *Conuertam captiuitatem populi mei.* Quæ omnia clarissimè demonstrant, Prophetam prędicere liberationem futuram Iacob: quo nomine comprehendūtur electi, secundùm illud: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*: ex durissima captiuitate, qua detinebantur in Limbo, donec esset qui aditū illis reseraret cælorū, secundùm illud Ioann. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui est in cælo.* Et modò adhuc varia, & ancipiti cogitatione hac distracti, ducimini an id vnum significent ista verba Michææ 2. *Congregando, congregabo residuum Iacob*: nondum ad intima istorum penetrantes, hanc eādem veritatem à Michæa significari, vt optimè dixit Paulus Ephes. 4. *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & de[illegible] primū in inferiores parte[illegible] Qui descendit, ipse est & qu[illegible] dit super omnes cælos,*

1. Petr. 1.

Rom. 9.

cælos, vt adimpleret omnia.

Quæ satis apertè innuũt verba Prophetæ, si maturè perpendantur à nobis, quæ sic se habẽt in originali: *Cõgregatione cõgregabo Iacob totum te:* idest, manu mea forti, & valida, *Congregabo Iacob:* idest, gentem electã à Domino, quæ Dæmonis astutiam, carnis immoderatas passiones, & mundi assiduas tentationes suplãtauit: vt nullatenus à Deo suo quibuscumq; machinamentis, aut persuasionibus adhibitis dimoueri, aut disiungi potuerit. *Congregãdo, congregabo:* idest, firter, secundũ illud, *Oues meæ vocẽ meam audiunt: & nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Residuum Israel:* idest, eos, qui tanquã ad vitam ęternã prçordinati, ac viri timorati, timẽtes Deũ fide viua, quæ per dilectionẽ operatur, ei innituntur. Pariterq; pro virili conabor ponere illũ quasi gregẽ in ouili, inde eũ educens, & collocans in cęlesti patria: vt gaudijs perfruatur ęternis, vt Dauid dixerat: *In loco pascuæ ibi me collocauit.* & Psalm. 107. *Et adduxit eos in viam rectã, vt irent in ciuitatẽ habitationis.* & Isai. 51. *Et nunc qui redẽpti sunt à Domino, reuertẽtur, & venient in Sion, laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorũ. Gaudiũ, & lætitiã obtinebunt. fugiet dolor, & gemitus.* & Osæ. 5. *Ego capiam, & vadam, tollã, & non est, qui eruat. Vadens, reuertãr ad locũm meum: tumultuabuntur à multitudinẽ hominũ:* hoc est, erit magna multitudo hominũ. *Ascendens, pandẽs iter ante eos:* idest, diuidẽs, dirũpens, cõfringens, diruens, dissipans, aperturã in muro faciens: hęc omnia nomẽ, *Haporez*, ostendit. *Ante eos:* idest, in sanguine suo: hoc est, merito Passionis suæ, cunctis aditũ gloriæ illuc hucusq; interclusum reserãdo. *Diuiserũt, & trãsierũt portã: & egressi sunt per eam, & trãsibit Rex eorũ coram eis, & Dñs in capite eorũ:* idest, Iesus Christus: qui est cõstitutus iudex viuorũ & mortuorũ, erit Dux eorũ, & in patria cælesti constitutus à dextris Dei erit. Qui tanquã caput eorũ vitã æternã in eos ininfluet, ex tũc eos immortales, & incorruptibiles faciens: vt deinceps tãquã stellę, in perpetuas ęternitates vna cũ ipso Deo suo diuinitus splẽdeant, micẽt, ac fulgeant.

Ioan. 10.

Psal. 23.

CAP. XIII.

Hoc idẽ præstatur, vt firmius hæc veritas mentibus Fidelium figatur.

NEQVE minori facilitate, meo imo cunctorũ iuditio, satisfacere possumus illis: qui cùm perlegant illa Hierem. 23. *Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eas illuc. Et conuertam eos ad rura sua: & cres-*

cent, & multiplicabūtur. Et *suscitabo super eos pastorem, & pascēt eos.* Non *formidabunt vltra, & nō pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit* Dominus. Quæ cōueniūt cū illis Ezech. 34. *Sicut visitat pastor gregem suum, &c. sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant, &c.* Et *saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinā.* & illa Sopho. 3. *Lauda filia* Siō, *iubila* Israel: *lætare, & exulta in corde filia* Hierusalem: *Abstulit* Dominus *iuditium tuum, auertit inimicos tuos* Rex *Israel.* Dominus *in medio tui, non timebis malū vltra. In die illa dicetur:* Hierusalem *noli timere,* Sion *non dissoluantur manus tuæ,* Dominus Deus *tuus in medio tui.* Fortis *ipse saluabit, gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, &c.* D*abo enim vos in nomen, & in laudē omnibus populis terræ, cùm cōuertero captiuitatē vestram corā oculis vestris.* & illa Ioelis. 2. *Et ego* Dominus Deus *vester, & non est amplius, & nō confundentur populus meus in æternum, &c.* Et *erit:* Omnis *qui inuocauerit nomen* Do*mini, saluus erit.* & illa Ioel. 3. *Et erit:* In *die illa stilabunt mōtes dulcedinem, & colles fluent lac.* Quæ maximè cohærēt cum illis, quæ habentur Amos. 9. ab illis verbis: *Et cōprehendet arator messorem:* vsq; ad finem capitis. Omnibus illis testimonijs sibi persuadēt ex varia interpretatione, vel intelligētia falsa Rabbinorū suorum antiquorum, tēporibus primi aduentus Messiæ reuertēdos fore Israelitico: omnes ad rura, & possessiones antiquas: inde verò summa quiete ex tūc semper potituros: liberandosq; fore ab omni labore, angustia, & afflictione magna, & inaudita futura. Et sic adhuc vnanimiter cuncti omnes firmiter, ac perseuerantes palā expectantes sunt primū aduentū Messiæ: imo intrepide docere audēt, Christianorum Ecclesiā maximè deceptam fuisse, & in dies magis ac magis varijs ignorantię & errorum tenebris vndiq; circūdari. Sed doleant hi suam miserandā vicem, & miseriam: fœlicissimoq; cunctorum Fidelium statui perpetuò inuideant, iam est necessarium. Vel delectētur iā, si ipsis placet, cū malefecerint: ne misericordes in nos nūc denuo, cùm nostri sanguinis omnium sitientissimi sint, vitamq; nostram suis faucibus deglutire ardentissimè conentur, esse aut ab omnibus haberi velint. Nam estô inermes etiam illis vndiq; videamur, tamen illorū tela nequissima in nos contorta facilè propellemus: præsertim si attentè testimonia ista à nobis examinentur.

Fateor equidem, primo illo testimonio Hier. 23. apertissimè insinua-

insinuari signa aduentus primi Mesiæ. Quandoquidem postquam Propheta spectantiũ oculis ea subiecit apertissimè illis verbis: *Et congregabo reliquias gregis mei, &c.* statim vt cunctis innotesceret, quo tẽpore fœlicissimo populus Israeliticus tã tę libertatis, & fœlicitatis particeps futurus erat, ne maximè suspensi, & ancipites hâc & illâc in adinuestigatione huius temporis distraherẽtur: addidit Propheta: *Ecce dies veniunt, dicit Dñs. Et suscitabo Dauid germẽ iustum. Et regnabit Rex, & sapiẽs erit: & faciet iuditium, & iustitiã in terra. Et regnabit, & intelligere, vel sapere faciet alios: & faciet iudicium, & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iehuda, & Israel habitabit cõfidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Iustus noster.* Qua lectione admissa conuictus manet error eorum, qui arbitrabãtur, ista verba præseferre Iesum filiũ Iosedec, Esdram, & Neemiam: qui reperti fuerunt in reditu â Babylonia: & eorum, qui existimabant pręseferre nomine vnius pastoris Prophetam, Zorobabel, qui futurus erat ex stirpe Dauid. Nam pręter quam quòd contrarium colligitur ex his, quæ sequuntur: *Et non dicẽt vltra: Viuit Dominus, qui adduxit filios ex Israel:* præsertim cũ maior fuerit multitudo populi Israelitici, & insignioribus prodigijs illustratus, qui tunc liberatus fuit á seruitute AEgypti, quã in reditu â Babylonia: nulliq; earũ adaptari possint illa verba: *Et hoc est nomẽ, quod vocabunt eũ Iehoua, iustus noster:* cùm solũ Deo attribuatur hoc nomen, quod á solis Sacerdotibus, & in Tẽplo tãtũ proferri licebat. Estô aliquãdo ciuitati cuipiam, vt Ezech. vlt. *Et nomẽ ciuitatis Iehoua:* vel loco alicui, vt Genes. 22. *Vocauit Abrahã nomen loci illius Iehoua videbit.* Iudic. 6. *AEdificauit altare Dño, vocauitq; illud Iehoua, pax.* & Exod. 17. *AEdificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius Iehoua:* hoc nomẽ impositũ fuisse adinueniamus: hoc tamẽ factũ fuit non absolute, sed ab effectu Dei, in illis locis manifestato gloriosè, vt legenti huiusmodi loca patebit.

Etiã similiter liquidò cõstat, nullũ ipsorũ ita iustũ fuisse, vt non infectus fuerit multis peccatis, & per consequẽs non indiguerit redẽptióne, secundũ illud. 1. Reg. 8. *Non est homo, qui non peccet:* hæc autẽ maximè cõtrariãtur nomini *Iusto nostro:* cũ pręseferat iustũ non qualemcũque, sed qui valeat cũctos alios sanctificare, & iustificare: & cõsequenter nõ creaturã, sed Deũ: cuius bonitas est adeo immẽsa, sanctitas adeo infinita, iustitia adeo suprema, vt eadẽ perma-

nens cũnctis alijs creaturis pos-sit se cõmuuicare. Quæ confir-mãtur illis verbis Isai. 51. *Prope est iustus meus, egressus est saluator meus*: vel vt Hebrayca lectio: *Iesus meus, & brachia mea populos iudicabunt*. & Isai. 53. *In scientia sua iustificabit ipse iustus*: idest, ille qui est iustus per excellentiã, & virtutem suã: *multos: & iniquitates eorũ ipse portabit*. Isai. 50 *Iuxta est qui iustificat me*. Sed forsan Rabbini do-

Solutio ctissimi ob id compellar iam affirmare, deinceps consequturos fore tantũ Israelitas huiusmodi libertatem? acclamante vestra GlossaHebrayca super cap. 42 Gen. *Potest ne dici, quod redemptor leuãs facies, idest, acceptor personarum sit? sed absit*. Nam omnes *confitentes ei corde suo, & ore, & operibus saluabit, sicut scriptũ est*: Hiere. 23. *In diebus illis saluabitur Iuda, &c.*

Spontaneè attestabor nomé *Searit*, quod correspõdet nomini *Reliquias*, in rigore Hebrayco, residuum, reliqum, quod superest, aut remanet, aut fuit dimissum præseferre, vt verbum *Saar*, à quo oritur, docet: ac, pinde potissimè residuum populi Israelitici Prophetã significare voluisse: cũ illi vni tantum lex Moysis concessa fuerit: & ille vnus in hæreditatẽ suam, & populũ dilectũ à Deo segregatus fuerit. Præsertim cũ illuc vsque tantũ in Iudæa notũ fuisse Deũ acclamet Psalmista: populus verò Gentilis ex quo esse cœpit, idolatrię fere totus dedicatus fuerit. Sed qui ab æterno præordinauit saluti omniũ mortalium cõsulere, vt sic magis misericordia & bonitas illius manifestaretur, & propagaretur per vniuersas mundi nationes primo aduẽtu suo, vt prędixerat Ezech. 39 *Et ponã gloriam meam in gẽtibus, & videbunt omnes gentes iuditium meum*. Ps. 102. *Populus qui creabitur, laudabit Dominũ*. Psal. 14. *Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel, populo appropinquanti sibi*. Isai. 60. *Populus autẽ tuus, omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram*. Michę. 6. *Et salus erit timentibus nomẽ tuum*. Psal. 37. *Saluabit eos, qui sperãt in eo*. Psal. 91. *Quoniam in me sperauit liberabo eum: & protegam eum, quia cognouit nomẽ meũ*. Daniel 13 *Qui saluat sperantes in se*. Ps. 31. *Sperantem autem in Domino misericordia circundabit*. Isai. 49. *Non confundẽtur, qui expectãt te*: salutis spiritualis gregis antiqui, illius inquam, quem cõdiderat, vt illius beatitudinis esset particeps (quã vtiq; omnes gẽtes & nationes absq; vlla personarum acceptione cõsequtæ essent, si primi nostri Parentes, & proseminatores cunctorũ mortalium præcepto Dei abusi nõ fuissent) obliuiscendus erat: vt

tantùm vestræ salutis recordaretur? Venturus equidẽ erat saluare, quod perierat, & cùm magis illius salute indigerent Gentiles, eo quòd cælestis Sol iustitiæ radios suæ misericordiæ super illos occultauerat, ob execranda illorum scelera, in eadẽ miseria in perpetuum remansuros fore arbitraremini tanquam nostrę sortis inuidi? An perennes diuinæ misericordiæ fõtes, atq; immensum liberalitatis & bonitatis eius pelagus, ob hæc omnia perfidi exhauriri posse iudicatis? Cũ certiores reddamur, sanguinem Christi maximè potentem fuisse nõ tantùm ad exhaurienda omnium peccata, verũ ad redimendas cunctas creaturas possibiles, esto innumeris peccatorũ generibus essent infectę. An quia Deus summè bonus est, summeque bonitatis & misericordiæ suæ diffusiuus: vos nequam estis? Non sunt equidẽ cogitationes illius, sicut cogitationes vestræ: cogitat nãque cogitationes pacis, & non afflictionis. Non sunt equidem viæ illius, sicut vestræ: neq; est ita crudelis aut inexorabilis, vt non misereatur omnium pauperũ suorum, secũdùm multitudinem misericordię suæ, acclamãte Osæa. 2. *Miserebor eius, qui fuit absque misericordia.* & Psal. 103. *Quomodo misertus est pauper filiorũ, misertus est Dominus omniũ timentium se.* & Isai. 49. *Pauperum suorum miserebitur.*

Testatur Isai. 11. *In ipso Gentes sperabunt*: Dauid verò: *Et Gẽtes in terra diriges*: & idem Isai. 32 *Iste asperget Gẽtes multas*: Et adhuc ea inuidia intus contra nos excruciamini, vt Prophetarum oraculis, & summę bonitati diuinæ (spurcissimis vestris linguis) contraire nõ recusetis, vobis tantùm vendicantes eam, quæ ad populũ Gentilicum facta est promissio? Decidãt, decidant à vobis cogitationes istę peruersæ, & odia intestina contra nos concitata prorsus extinguantur: vt deinceps intra eadẽ menia legis Euangelicæ, & Romanæ Ecclesiæ, quæ vera est cũctorum Fideliũ mater & magistra, pacificè comorari vobis liceat, artissimo nodo diuini amoris nobiscum coniunctis, vt illa verba innunnt Hiere. 23. *Et cõuertam eos ad rura sua: & crescẽt, & multiplicabunt*: Donec euacuato quod ex parte est, consequamur quod perfectum est: & donec eam cęlestẽ beatitudinis patriã consequamur, in qua gloria abũdãtes, & omnibus bonis circũueti, eũ portũ & mãsionẽ nobis occupare liceat, in qua dicere possimus cũ Hiere. *Nõ formidabimus vltra, & nõ pauebimus, & nullus queretur.* Neq; *vllus illic nobiscũ aderit, qui vltra in rapinã & conculcationẽ futurus sit.*

CAP. XIIII. ET VLtimum.

Breuiter contendit cunctos Iudæos ab obstinatione eorum peruersa auerti: vt resipiscentes de peccato suo, verum Messiam ex nunc in posterum amice excipiant.

NEQVE miror equidem, quod cùm tandiu mœrore perpetuo, grauique tristitia, & innumeris laboribus sitis circunuẽti, solatium hâc & illâ solicitè quæratis: vt saltim spe istorum bonorum animi vestri recreati, aliquantisper respirare valeant, ne tot doloribus & amaritudinibus quibus circũdantur, tãdem succumbant. Sed profectò magis mirari non desinam semper, quôd cùm Messias vester in præsertissimum remediũ tantis malis iamdiu per tot annorũ curricula foribus vestris astet, imo quod magis est, semel ac iterũ cordibus vestris intus vociferando clamitãs sit:
Matth. 11 *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. & ego reficiam vos.* & Ioan. 10. *Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, &c. Si quis sitit, veniat ad me*: quæ maximè cohærent cum illis, quæ Sap. 6. dicuntur:
Ioan. 10.
Sap. 6. *Clara est, & quæ numquam marcescit sapiẽtia. Et facile videtur ab illis, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat qui se cõcupiscunt, vt illis se prior ostendat, &c. Quoniam dignos se ipsa circumit, quærens: & in vijs suis ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis*: tanto sitis letargo cõsopiti, aut pigritia oppressi, vt consultius vobis esse arbitremini tantis malis vexari, quâm manus vestras ad remedium & salutem vestram excipiẽdam extendatis, vt Prouer. 19. dicitur: *Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet, &c. Abscondit piger manum suam sub asella, nec ad os suum applicat eam.* Prouer. 19

Intuemini vos tanquã Deo maximè rebelles & infensos, per tot annorum curricula derelictos fuisse ab eo, innumeris & varijs afflictionibus lacessitos, vt Deuteron. 28. prædixerat Moyses: Percutiet te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis: vt palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris: & non dirigas vias tuas: omnique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia. & Isai. 64. Abscõdisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ, &c. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Hierusalem desolata est, domus sanctificationis nostræ, &c. & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. & Isai. cap. 6. Vsquequo Domine? Et dixit
Deut. 28.
Isai 64.
Isai 6.

xit Dominus, donec disolnat ciuitates absque habitatore, & domus sine homine: & terra derelinquatur deserta; & longe faciat Dominus homines, &c. Et erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus; quæ expandit ramos suos. *Hierem.* 7. Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fidutiam, & in loco quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Sylo. Et proiciā vos â facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, &c. Ecce furor meus, & indignatio mea cō flatur super locum istum, super viros, & super jumenta, &c. & non extinguetur, &c. Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Hierusalem vocē gaudij, &c. in desolatione enim erit terra. *Hierem.* 8. Et eligent magis mortem quâm vitam omnes, qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis. *Hierem.* 9. Ecce ego cibabo populū istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. Et dispergam eos in gentibus, quas non nouerunt ipsi, & patres eorum. Et mittā post eos gladium, donec consumantur. *Hierem.* 11. Ecce ego inducam super eos mala. *Hiere.* 26. Mortibus ægrotationum morientur, non plangentur, & non sepelientur, in stirquilinium super faciem terræ erunt: & gladio, & fame consumentur. *&* *Hiere.* 23. Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ non obliuione delebitur. *Ezech.* 39. Et scient Gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel. Et quód dereliquerunt me, & absconderim faciē meā ab eis, & tradiderim eos in manus hostium. *Osea.* 9. Abiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus. *Baruc.* 2. Propter quid statuit Dominus Deus noster verbū suum, quod loqutus est ad nos, &c. super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cælo, quemadmodum facta sunt in Hierusalem. *Deuteron.* 28. Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem; & de cælo descēdat super te cinis, donec conteraris. *Ezech.* 26. In nihilum redigam te, & non eris: requisita non inuenieris vltra, vsq; in sempiternum. *Esdr.* 3. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, vt custodiant legitima mea. Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam: petentibus vobis â me misericordiam non miserebor: quando vocabitis me, ego non exaudiam vos. *Deuter.* 28. Disperget te Dominus in omnes populos â summitate terræ vsque ad terminos eius, &c.

In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui.

Et adhuc immemores eorũ, & illorum verborũ, *Isai.1.* Quo mihi multitudinem victimarũ vestrarum? &c. & adipem pinguium, & sanguinem vitulorũ, & agnorum, & hircorũ nollui, &c. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. *& illorũ* Hiere.6. Holocaustomata vestra non sunt accepta: *& illorũ* Tren.2. Oblinioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem, & sabbathũ: *& Osea.2.* Cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius, & sabbatum eius, & omnia festa, tempora eius. *Amos.5.* Odi, & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorẽ cœtuum vestrorum. *Amos 8.* Et conuertã festiuitates vestras in luctũ. *Malach.2.* Et maledicam benedictionibus vestris. *Treno.2.* Repulit Dominus altare suum, maledixit sãctificationi suæ. *Amos.5* Aufer à me tumultum carminum vestrorum, & cantica liræ tuæ non audiam. *Malac.2.* Nec accipiam quid placabile de manu vestra. ¶ Non solũ sacrificia antiqua prorsus antiquata offerre Deo nitimini contra voluntatem diuinam, sed etiam inani spe sustentamini, spectantes illa verba Sophon.3. *Iubila Israel, &c. Auertet inimicos tuos Israel Dominus, in medio tuĩ non timebis malum vltra, &c. Silebit in dilectione tua, &c. & ponã eos in laudẽ* (quæ omnia futura sunt in secundo aduentu Messiæ vt illa verba quæ apponuntur in principio huius capitis demonstrant: *Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurũ: Quia iuditium meũ ponã, vt congregem gentes, vt colligã regna, &c. Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen* Domini, *& seruiant humero vno*) adhuc implenda fore primo aduentu.

Nondum primum aduentum Messiæ vestri humilis, pacifici, & sedentis super asinam, vt Zachar.9. vagiẽtis inter vbera matris, secundum illud Isai.9. *Paruulus natus est nobis, &c.* inter duo animalia constituti, in præsepio iacentis, in salutẽ animarum vestrarum veniẽtis excipere voluistis: & adhuc cõfiditis, cuncta illa signa, & prodigia Ioelis.3. Et *dabo prodigia in cælo & in terra sanguinem & ignem,* quæ adducuntur in signum aduentus secundi, & sunt euentura, vt illa quæ sequuntur, demonstrãt: *Quia ecce à diebus illis, &c. congregabo omnes gentes, &c. & disceptabo cum eis &c. Sol & Luna obtenebrati sunt, &c.* quorum similiter meminit, c.2. *Canite tuba in Siõ, &c. Quia venit dies Domini, quia prope est dies tenebrarũ*

& cali-

& caliginis, dies nubis, & nebulæ, &c. Similis ei nō fuit à principio, & post ipsum non erit vsq; in annos sæculi sæculorū. & Sopho. 1. Prope est dies Dñi, quia præparabit Dominus victimam suam, &c. dies iræ dies illa, dies angustiæ, & necessitatis, dies acerbitatis, & perditionis. & Isai. 13. Ecce enim dies Domini veniet insanabilis furoris & iræ: vt ponat terram in solitudinem, & peccatores eius disperdat. & Isai. 24. Quia cataractæ de cælis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ, &c. & erubescet Luna, & confundetur Sol. & Isai. 30. & 46. & Psal. 49. certissime in integrum tēpore primi aduētus Messiæ adimplenda fore? Consultius, mihi credite, vobis metipsis consuleretis (nec mentior) si istorum omnium memores, memoria etiam vestra iugiter refricarentur verba illa mœroris, plāctus, & timoris plenissima, Hierem. 14. *Cum ieiunauerint, non exaudiam præces eorum.* Isai. 1. *Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis.* Ezechiel. 8. *Non parcet oculus meus, nec miserebor: & cum clamauerint ad aures meas voce magna, nō exaudiam eos.* Mich. 3. *Tunc clamabunt ad Dominum, & nō exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerūt in adinuētionibus suis.* & Ose. 1. *Voca nomen eius absque misericordia: quia non addam vltra misereri domui Israel.* Ose. 5. *Vadent ad querendum Dominum, & non inuenient, ablatus est ab eis.* Hiere. 7. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nè assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiā te.* & Hiere. 14. *Noli orare pro populo isto in bonum: cum ieiunauerint, non exaudiam præces eorū: & si obtulerint holocaustomata & victimas nō suscipiā.* Hier. 15. *Dixit Dñs ad me: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eice illos à facie mea, & egrediantur.* & Hiere. 17. *Et seruire te faciā inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succensisti in furore, vsq; in æternum ardebit.* Treno. 3. *Opposuisti nubem tibi, nè transeat oratio.* Daniel. 9. *Et non erit eius populus, qui eum negaturus est, &c. Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit in Tēplo abominatio desolationis: & vsq; ad consumatione & finem perseuerabit desolatio.*

Vt his attente circunspectis, considerantes, vos vnà cum maioribus vestris istarum omniū maledictionum participes extitisse, ex eo quòd nō audieritis Deū Isai. 1. *Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel.* & Isai. 5. *Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel* blasphe-

blaſphemauerunt. & Deuter.32. *Dereliquit Deũ factorem ſuum, & receſsit à Deo ſalutari ſuo, &c. Deum qui te genuit, dereliquiſti: & oblitus es Dei creatoris tui.* Hiere.2. Me *dereliquerunt fontem aquæ viuæ*. Hiere.5. *Receſſerunt, & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo*: Metuamus Dominum *Deum noſtrum*. Hiere.7. *Et non audierunt me, inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt in voluntatibus, & prauitate cordis, &c. Hæc eſt gens, quæ non audiuit vocem* Domini *Dei ſui, nec recepit diſciplinam: perijt fides, & ablata eſt de ore eorum*. Hiere.9. *Confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſsi ſunt, & me non cognouerunt, dicit* Dominus. Hiere.17. *Non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam, ne audirent me*. 1. Regum. 9. *Quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra* AEgypti. Et intra vos metipſos præmeditantes etiam, nullatenus iram Dei, furorem, & indignationem illius in vos & cunctos populos veſtros ex nunc vſque in finem ſubterfugere poſſe, niſi interius compungamini de tantis criminibus veſtris, memoria tenentes illa, quæ Rabbi Samuel in libro Midras tehilim dixit: *Portæ orationis quandoque clauſæ ſunt, quandoque apertæ: portæ conuerſionis nullo vnquam tempore clauduntur*, ſicut ſcriptũ eſt in Pſal.65. *Spes omnium finium terræ, & in mari longe*: & illa quæ Exod.34. dicuntur: *Dominator* Domine *Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſericordiæ, ac verax. Qui cuſtodis miſericordiam in malitia, qui aufers iniquitatem, ſcelera*. & Eccleſiaſt.2. *Et ſcitote, quia nullus ſperauit in* Domino, *& cõfuſus eſt, &c. Quis inuocauit eum & deſpexit illum? quoniam pius & miſericors eſt* Deus, *& remittet in die tribulationis peccata: & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate*. & illa Iſai.55. *Derelinquat impius viã ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius: & ad* Deum *noſtrum, quia multus eſt ad ignoſcendum*. & illa Hiere.3. *Reuertere aduerſatrix Iſrael, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis, &c. & non iraſcar in perpetuum*. & Hiere.18. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod loqutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malum, quod cogitaui, vt facerem ei*. Ezech.33. *Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat*. Malach.3. *Reuertimini ad me, & reuertar ad vos*. & illa Pſal.86. *Quoniam tu* Domine *ſuauis, & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te*,

bus te, &c. & Psal.103. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Insuper & quod venerit Messias vester saluum facere quod perierat, cum Propheta acclamantes dicatis: Peccauimus cum patribus nostris, praua fecimus, impia fecimus, non recordati sumus mirabiliũ, quæ fecisti primo aduentu tuo: neque memores fuimus multitudinis misericordiarum, quam in nos, & in vniuersos mortales liberaliter ob salutem spiritualem cunctorum impẽdisti, carnem nostram assumendo, vt notam faceres cunctis immensam bonitatem tuam. Serua nos nunc, Domine Deus noster, & congrega nos intra tutissima mœnia Ecclesiæ tuæ: vt confiteamur nomini sanctitatis tuæ, & gloriemur in primo aduentu tuo, proclamantes: Benedictus Dominus Deus Israel, à sæculo & vsq; in sęculum: quia visitauit, & fecit redemptionẽ plebi suæ: Benedictus, qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis.

Vltimũ impedimẽtum aufertur

Nec equidem est (vt vltimã manum disputationibus nostris imponamus) cur ad hoc vnum pręstandum vos amici mei terreamini: aut deterrere valeant vos peruersè & fraudulenter fautores vestri, vel potius Dæmonum adiutores, qui ardenter vobis aditum nunc denuo ad Ecclesiam nostram Fideliũ intercludere conantur: eo quòd secum conspexisse dicant, cũcta signa primi aduentus Messiæ â nobis allata ex ipsis oraculis Prophetarum nos hucusque nullis alijs testimonijs in integrum adimpleta fuisse docere, & confirmare palàm potuisse præterquam ex his, quæ seductor ille, vel commentitius Messias docuit, & fecit, vt Apostoli, & Euangelistæ nobis retulerunt. Quo vno iacto fundamento cuncta alia, quæ superius contra vos probare conati sumus, funditus ruant & prosternantur, est necessarium. Nã, mihi credite, dabitur vobis tũc in illa hora, & modò etiã quid loquamini, & quid peruersæ illorum malitiæ, atque execrabili inuidiæ respondere possitis: vt facies illorum ignominia, & pudore denuo afficiantur. Nempe testes eorum signorum, quę verus Messias noster primo suo aduentu palàm præstitit, in cõfirmationem eorum, quæ Prophetæ futura esse prædixerunt, non qualescumque viros consceleratos, flagitiosos, superstitiosos, magos, incantatores, nouæ sectæ & fallę doctrinæ inuẽtores, & proseminatores, aut tãdem Dæmonis fautores: quorum execranda vita innumeris vitio-

vitiorum generibus, execrandis peccatis, nefarijs sceleribus, & diabolicis superstitionibus maculata extitit, vt Mahumetæ sectæ, & alijs hœresum inuẽtoribus contigit extitisse: sed Apostolos, & Euangelistas, splendidissima totius orbis lumina nõ nostre, sed familiæ vestræ, inquam clarissimi Populi Israelitici suam nobilissimam prosapiam trahentes: quorum specta ta innocentia vitæ, morum splẽdidus candor, sanctimonia singularis, admirabilesque virtutes sic percelebres visæ semper cunctis fuerunt, vt adhuc tanquam exemplar splendidissimum ad imitandum proponantur. Deniq; testes, omni exceptione multis & iustissimis de causis maiores, qui tanquam testes occulati earũ omnium rerũ, quæ nobis de Messia literis mandarũt, cuncta suismet oculis conspexerunt, & manibus contrectarunt: & ob earum defensionem, honorem, famam, & cũcta huius mũdi cõculcantes, vitam suam varijs & crudelissimis mortis generibus libenter, hilari vultu, & serena fronte consecrarunt. Ex quo diuinitus consequtum fuit, vt illorum sanguine aduentus primus Messiæ confirmatus, per vniuersas mundi partes notitia illius irradiata sic eluxerit: vt nullus sit angulus remotissimus, nulla ora maris remotissima, nulla denique totius orbis pars, in qua non dudum dulcis & suauis vox aduentus illius ex tunc hucusque non personuerit, secundum illud Psalm. 19. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*: id est, quæ manifestantia erant Incarnationem Verbi diuini. Psal. 19.

Insuper præter hæc testabitur iam ipsemet Spiritus sanctus veritatem, quam docuerunt Euangelistæ, tot tantisque miraculorum generibus stabilitam, tanta sanguinis Martyrum inundatione illustratam, tot præclarissimis tropheis de cunctis illius detractoribus & inimicis reportatis nobilitatam fuisse, & nobilitandam forę vsque in finem mundi: vt iam non solùm omnium contrariorum malitiam, omne execrandum impudicarum linguarum virus, cunctas Dæmoniorum insidias, & vniuersa fautorum illorum machinamenta nõ pertimescat: sed ipsa sola omnem inuidiam superans, eam excellentiam, maiestatem, & authoritatem, certitudinem, & infallibilitatem præseferat, qualem & res ipsa, verissimaque opera à nostro Messia in lucem edita in ista vita mortali, suo iure sibi vendicare, & postulare videntur.

Eia pudore graui intus & exterius afficiamini, & resipiscatis ab his, quæ sacrilego ore, & lingua venenata, negantes primum aduentum præteritum Mesiæ nostri hucusque temere absque consilio & prudentia proferre, imo tueri, tantùm vestigijs maiorum vestrorum inhærentes, ausi estis, est maximè necessarium. Ex nunc discedat cæcitas, obscura mentium vestrarum caligo, & obstinata malitia vestra: atque in nos & in nostram Religionem præceps furor concitatus, & inueteratus liuor vester procul amandentur. Ex nunc extirpentur superstitiosa, vana & falsa vestra religio, execrabilesque cæremoniæ, & detestanda sacrificia vestra, victimæ, & oblationes: hinc recedant omnia vetera, noua sint omnia. Et vt iam deinceps in nouitate vitæ ambulare cũctis videamini, & in posterum summo amore, amiceq; delectemini accipite Verbum illud diuinum, hominem diu factũ, quod potest animas vestras saluare. Adiutorem fortem, qui tanto malo vestro auxilium præsertissimum adhibere valeat, Isai. 17. *Et eris deserta, quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non est recordata.* Aduocatum Apud Patrem, 1. Ioann. 2. & Semper viuentẽ ad interpretandum pro nobis, Hebr. 7. vt partes vestras agat. Amicum Vestrum Fidelem, qui tanquam ille qui animam suam pro amicis & inimicis posuit, vestri maxime recordetur, Ioann. 15. *Vos dixi amicos, quia omnia quæcũq; audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Apostolũ Confessionis Nostræ Missum à Patre, ad manifestandum illius voluntatẽ: vt voluntates vestras in amorem saluatoris vestri incendat, Hebr. 3. Consanguineum, Carnẽ, & Fratrẽ Vestrum: secundũ illud Deute. 18. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dñs Deus tuus:* vt vestræ saluti solicitè consulat. Consolatorẽ Vestrũ Promptũ. Psal. 86. *Fac mecum signum in bonum, vt videãt: & qui viderint me, confundantur. Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus est me*: vt vestra corda ingenti mœrore, & tristitia affecta consoletur. Custodẽ Vestrum, Cant. 1. *Posuerunt me custodem in vineis*: vt ab interitu gehennę æternę vos tueatur. Fidei iussorem, Ps. 69. Quę nõ rapui: *tunc exoluebã.* Fidelẽ Põtificem Apud Deũ, Heb. 2. vt propitietur delictis vestris. Fratrẽ Vestrũ, Mat. 28. *Ite nuntiate fratribus meis, &c.* vt cõdoleat de laboribus vestris. Splendorẽ Glorię, & Figuram, Hebræ. 1. vt vos participes gloriæ illius efficiat,

efficiat. Filium Dei, Psal. 2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: vt vos cũ Patre illius reconciliet. Fontẽ vitæ, Psal. 36. *Quoniam apud te est fons vitæ*. Ioa. 4. *Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, &c. fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã*: vt perpetuo bibatis. Fortitudinem, Isai. 25. *Factus est fortitudo pauperi fortitudo egeno*. & Psal. 118. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem*: vt refugium sit vobis à tribulationibus, & vmbraculum ab æstu. Panem Qui De Cælo Descendit, &c. *Ego sum panis vitæ*: vt illius pastu in ista vita mortali, & in illa æterna sustentemini. Hęredem Vniuersorũ, Hebr. 1. *Quem constituit hæredem vniuersorum*: vt illius diuitijs æternis ditissimi reddamini. Cornu Salutis, Lucæ. 1. *Et erexit cornu salutis nobis*: vt ab omnibus inimicis vestris tueamini. Hostiã Deo In Odorem Suauitatis, Hebr. 9. *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsũ pro nobis oblationem, & hostiam Deo, in odorem suauitatis*: vt vestra peccata remissa maneant. Iesum Vestrũ, Matth. 1. *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum*: vt saluos vos faciat à morte æterna, cui nũc addicti estis. Magistrum, Matth. 23. *Ne vocemini magistri, quia Magister vester vnus est*: vt illius doctrina intus reformemini. Mediatorem, 1. Timoth. 2. *Et vnus, & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus*: vt vos in pristinam amicitiam cum Patre suo restituat, cunctasque inimicitias dissoluat. Medicum, Matthæi. 9. *Non est opus medico valentibus, sed malè habentibus*: vt ingrauescentibus vestris morbis medeatur. Ministrum Circuncisionis, Rom. 15. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circũcisionis*, qui ad vos corporaliter venit. Ministrum Sanctorũ, *Non veni ministrari, sed ministrare*, Matth. 20. vt saluti vestrę spirituali totus incumbat. Misericordem Miseratorem, Psal. 110. *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus*: vt in vos magnam misericordiam suam operetur, & exerceat.

Accipite, accipite Nouum Hominem, Ephes. 4. *Et indui te nouum hominem*, id est, Christum: vt veterem vitam, & hominem exuentes, vitam nouã, & nouum hominem qui est secundûm spiritum, induamini. Nuntium Magni Consilij, Isai. 9. *Et vocabitur nomen eius magni consilij nuntius*: vt signa aduentus primi Messiæ vestri, & Trinitatis mysteria recondita vobis ostendat. Diuitem In Misericordia, vt illius gratia, diui-

tijs

tijs Cresso locupletiores vos reddat.2.Corin.8. *Quoniã propter vos egenus factus est, cum esset diues:* vt illius inopia vos diuites essetis. Pacem vestram, *qui fecit vtraq; vnum.* Ephes.2. vt vos in suam familiaritatem conglutinet. Panem Angelorum. Psal. 78. *Panem Angelorum manducauit homo:* vt corda vestra pascat, & reficiat. Pastorem Magnum Ouium, Hebræ. 13. *Deus autem pacis, qui reduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni :* vt vos ad pascua vitæ æternæ ducat. Admirabilem Consiliariũ, Deum Fortem, Patrem futuri Sæculi, Isai. 9. *Et vocabitur nomen eius Admirabilis Consiliarius, Deus Fortis, Pater futuri sæculi:* vt saluberrima consilia, & inuictam fortitudinem vobis tanquam admirabilis Deus impertiat , filiosque adoptionis vos faciat. Dominatorem Omnium, Psal. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius:* vt illi mentes vestræ subiciantur. Potentissimum, Psal. 45. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime:* vt eius auxilio cuncta Demonis arma destruantur. Præceptorẽ Vestrum, Isai.30. *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum:* vt cũcta Prophetarum oracula quæ aduentum primum Messię demonstrabãt, vos doceat. Principem Pacis, Isai. 9. *Et vocabitur, &c. Princeps pacis :* vt cũctas inimicitias vestras cum Deo initas dissipet. Propitiatorem, 1. Ioan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris:* vt vestrorum criminum amplius non recordetur. Propugnatorem, Isai. 19. *Et mittit eis saluatorẽ & propugnatorem, qui liberet eos:* vt eo vno resistere possitis cunctis inimicis vestris. Protectorem, Psal. 71. *Esto mihi in Deum protectorem:* vt vestram causam agat. Redemptorem, Isai. 63. *Tu Dñe pater noster, & redemptor noster, à sæculo nomen tuum:* vt vos à captiuitate dura corporali , & spirituali etiam qua estis oppressi , redimat. Saluatorem Vestrum, Isai. 45. *Aperiatur terra, & germinet saluatorem:* vt à morte æterna liberemini. Salutare, Psal. 98. *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri:* vt perpetuò viuere possitis. Sanctum Sanctorũ, Dan. 9. *Et vngatur sanctus sanctorũ:* vt illius sanctitate sancti efficiamini. Spem omnium finiũ terræ, Psal. 64. *Exaudi nos Deus salutaris noster , spes omnium finium terræ:* vt spes vostræ non confundantur. Spiritum Rectum, Psal. 51. *Et spiritum rectum innoua in visceribus meis:* vt illius rectitudine iusti , & incontaminati coram Deo esse possitis. Splendorem Gloriæ, Isai. 62. *Propter Sion non*

tacebo, &c. donec egrediatur, vt splendor iustus eius: vt illius radijs illustrati, tenebre ignorantiæ vestrę prorsus exterminentur. Virtutē, & Sapientiā Dei, 1. Corint. 1. Nos *autem prædicamus Christum, &c. Dei virtutem, & Dei sapientiam*: vt potentes, & sapientes reddamini. Vitam Æternam, Ioann. 17. *Hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Iesum Christum*: vt deinceps in ęternum vnà cum eo viuere valeatis. Viuentem Cum Mortuis, Lucę 24. *Quid quæritis, viuentem cum mortuis?* vt regnetis cum illo, qui regnat vbique. Sponsum Vestrum, Psalm. 19. *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*: vt excellentius nomen vestrum ex nunc exaltetur, ardentiusque & firmius cum eo copulemini. Vnigenitum Dei, Ioann. 1. *Et vidimus gloriā eius, quasi vnigeniti à Patre*: vt in his, quę sunt in sinu Patris, clarius instruamini. Semen Dei, Isai. 1. *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma & Gomorra essemus*: vt filij Dei sitis, & nuncupemini. Mittendum, Genes. 49. *Non auferetur, &c. donec veniat, qui mittendus est*: vt spes vestrę non frustrentur ex nūc. Expectationem Gentium, Genes. 49. *Ipse enim erit expectatio Gentium*: vt vna cum illis fœlicitate summa illorum potiamini. Prophetam, Deuter. 18. *Prophetam de gente tua, &c. sicut me suscitabit tibi Dominus*: vt eorum bonorum quę Deus largitur electis suis, notitiam clarissimam deinceps habeatis. Stellam, Numerorum. 24. *Orietur stella ex Iacob*: vt mentes vestrę cognitione legis nostrę Euangelicę clarissimé irradientur. Caput Gentium, Psalm. 18. *Constituisti me in caput Gentium*: vt ab illo influxum cęlestem recipiatis. Messiam vestrum, Psal. 2. *Quare fremuerunt gentes, &c. aduersus Deum, & aduersus Messiam eius*: vt illius cęlestibus vnctionibus vngamini. Regem Glorię, Psalm. 24. *Et introibit Rex gloriæ*: vt nunquam miserijs perpetuis circunueniamini. Iudicem, Ioan. 5. *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio*: vt eius iram, in perpetuū subterfugiamini. Refugium. Psal. 9. *Et factus est Dñs refugium pauperi*: vt eius ope roboremini. Primogenitū Excelsū, Ps. 89. *Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ*: vt aduersariorum machinamenta non pertimescētes, cūm illo fide viua copulati, potentiam cunctorū certissime cōculcetis. Fontem, Zach. 13. *Erit fons patens domui Israel*: vt nunquam

quam ad bona terrena, sed ęterna anheletis. Plantatorē Ecclesię, Ps. 80. *Et visita vineam istam, & perfice eam, quā plantauit dextera tua*: vt eius irrigatione cęlesti, copiosissimos benedictionis fructus corda vestra intra se recipiant. Iniquitatum remissorem. Psal. 85. *Remisisti iniquitatē plebis tuæ*. & Ioa. 1. *Ecce Agnus Dei, &c.* vt interius renouemini. Salutem vestram. Psal. 98. *Notum faciet Dominus salutarē suum*: vt eius iustitiam, & salutem induamini. Legislatorem, Psal. 9. *Constitue Domine legislatorem super eos*: vt antiquarū ceremoniarū immemores, nouę legis perpetuò euigilantissimi obseruatores existatis. Dilectū Vestrum, Isai. 5. *Vinea mea facta est dilecto meo*: vt illius amore intus exteriusq; vehementissimè incendamini. Iustū Vestrū, Et Inclytum, Isai 62. *Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclytum suum*: vt eius iustitia & nobilitate exornati, in posterum nobilitemini. Electum Vestrum. Isai. 42. *Ecce seruus meus, &c. electus meus*: vt complaceant in illo animę vestrę. Sertū Exultationis, Isai. 28. *Erit Dñs exercituum corona gloriæ, & sertū exultationis*: vt mœror vester quo affecti estis, procul dispellatur. Testem, Ducē Populi, Isai. 55. *Ecce testem populis dedi eum, Ducē, &c.* vt illius testimonio & ducatu per viam rectam, & semitam iustitię ambuletis. Brachium Sanctū. Isai. 52. *Parabit Dominus brachium sanctum suum*: vt illo tueamini à contradictionibus. Colonum, Hiere. 14. *Quasi colonus futurus est*: vt eius pręsentia delectemini. Gaudium Cordis, Tren. 5. *Cecidit corona capitis nostri, & defficit gaudium cordis nostri, &c.* vt ex nunc inusitata lętitia afficiamini. Potentem Opere Et Sermone, Lucę. 24. *De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta: potens in opere & sermone*: vt celebres, & præclari apud cūctas nationes reddamini. Obedientē Vsq; Ad Mortē, Phili. 2. *Factus est obediens vsq; ad mortem*: vt laborū, & cruciatū ipsius fructū copiosissimū percipiatis. Vnctum, Psal. 45. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ*: vt oleo benedictionum cęlestium ipsius intus impleamini. Mortem illius inimicę nostrę, quę grassabatur in omnes mortales. Osee. 13. *Ero mors tua ò mors, morsus tuus ò inferne*: vt inde cunctas mortis temporalis insidias fortiter cōculcetis. Oriētē. Zac. 6. *Ecce vir oriens nomē eius*: vt semper mentes vestræ solis iustitiæ radijs circundentur. Desideratum Cunctis Gentibus, Ageo. 2. *Et veniet desideratus cunctis gentibus*: vt desideria vestra in integrum adimpleantur, &

ſatientur. Reſurrectionem Et Vitam, Ioan. 10. *Ego ſum reſurrectio, & vita:* vt inde nunquam æternaliter pereatis. Panem Viuum, Ioan. 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi:* vt deſideria veſtra ad cæleſtia ſemper dirigantur, terrenaque omnia perpetuò vobis faſtidio ſint. Iuſtificantem, Rom. 3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, &c. vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans:* vt ab ipſo iuſtificati, gratiam apud Deum conſequamini. Interpellatorem, Roma. 8. *Qui etiam interpellat pro nobis:* vt veſtrum patrocinium ſuſcipiat apud Patrem. Sanctificationem, 1 Corin. 1. *Factus eſt nobis, &c. & ſanctificatio:* vt intus & exterius mundemini apud Deum. Caput Eccleſiæ, Epheſ. 1 *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam:* vt ipſo copulati, ab omnibus honorificemini. Imaginem Dei, Coloſ. 1. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis:* vt in ipſum transformemini. Eum Qui Erat, Et Qui Eſt, Et Qui Venturus Eſt, Apocal. 1 Vt nullum alium præter illum vos ſaluaturum fore expectetis. Beatum, Et Solum Potentem, 1. Timo. 6. *Beatus & ſolus potens, Rex Regum, &c.* vt in ipſo vno cũctis veſtras ſpes, & cogitationes figatis. Deſtructorem Mortis. 2. Ad Timo. 1. *Manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quĩ deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam:* vt ſemper viuatis. Sacerdotẽ Magnũ, Zaca. 3. *Oſtendit mihi Dñs Ieſum ſacerdotem magnum:* qui expiet peccata veſtra. Authorem Fidei, Conſumatorẽ, Hebr. 12. *Aſpicientes in authorem Fidei, & cõſumatorẽ Ieſum:* vt nunc denuo articulis credendis aſſentiamini.

Tandem vt cum eiſdem verbis Pſalmiſtæ finem adhibeamus huic noſtræ diſputationi, accipite, amantiſsimi Iudæi, Lucem, &c. & non qualemcunque, ſed eam, quam poſtulabat Dauid, & quam oculis corporeis vidit Ioannes, Ioann. 1. ſcilicet eam lucem, *quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum.* Lucem, apud quam tenebræ non ſunt vllæ, ſed ſplendor eſt animarum, per quam facta eſt omnis lux. Lucem, à qua omnis notitia deriuatur, quæ omnes tenebras illuminat: Lucem inacceſsibilem, lucem quæ eſt lux per eſſentiam, à Patre progrediens, tanquam lux à luce, perpetuoque ſplendeſcit. Lucem indeffi cientem, lucem magnam, lucem hominum: quam ſequentes, nõ ambulant in tenebris, ſed habent lumen vitæ. Lucẽ quę eſt lumen inextinguibile, lucem ſanctam, lucem delectabilẽ, lucẽ admirabilẽ, & lucẽ quæ totius illu-

illuminat vniuersitatis splendorē. Lucē quæ lucet in tenebris, & nescit occasum: lucē quæ interius lucet, ardet, mortaliumq; corda in ingētem sponsi eorum amorem incendit, & inflammat. Vt iam ingenti desiderio illius lāguere, imo crudelissima mortis genera subire, in summis bonis habendum esse ducatis.

Excipite veritatem nō qualemcūque, sed eam quæ manet in æternum, quæ mendatiū nescit, quæ venit in mundū, vt manifestaret veritatem: quæ in veteri lege tegebatur: quæ nec fallere, nec falli potest. Vt in semitis eius ambulantes, statim cognoscatis quâm multum sit, vos tandiu à via veritatis Euangelicæ, culpa vestra, aberrasse, viā pacis & salutis æternę relinquētes: eligentesq; eam viam, per quam illi qui morti perpetuæ sunt deputati, frequenter gradiuntur, semitam inquam pręcipitationis. Cuius obseruationem post Euangelij promulgationem iniquitas, infamia, ignominia, scelus execrandum: cuius cultū abominatio: cuius cœremonias contagio pestifera: & cuius finem miserabilis interitus, cruciatus & ignis æternus, spiritus procellarum, cōtinuus dolor, assidua pœna, vermis crudelis, semper vrens, perpetuò dilacerans, & consumēs est commitaturus certissimè.

Quid ergo est Israel, quòd tandiū densissimis tenebris obcæcate, hâc & illâc durissima seruitute vndique à Gentilibus, Christianis, Sarracenis, Mauris, à Barbaris, & remotissimis nationibus, & conscelaratis hominibus miserabiter oppresse iaces? inueterasti iā in terra aliena, & vt vilis natio, coinquinata, fœdata, ludibrio & irrisioni exposita, cunctis gētibus & nationibus, & commertio humano indigna est reputata? Et tamquam deputata cum descendentibus in infernum, est ab omnibus vnanimi confessione habita? nisi eo quòd dereliquisti Deum factorem tuum, despexisti Deum salutis tuæ: eum morti crudelissimæ tradendo, vt Barrabam quē semper seditiosum, facinorosum, omniq; vitiorum colluuione cōcretum expertus fueras, à morte liberares. Insuper istarum omnium rerum immemor, legē Messiæ nostri tot miraculorum generibus ab ipso, & Apostolis, & alijs successoribus eius editis confirmatam (qua vos securè ad portum tutissimum vitę æternæ ex ista mirabili vita, tot procellis tempetuosis, & naufragijs exposita appellere posetis, brauiū beatitudinis cum cælestibus illius patriæ incolis fœliciter tenentes in perpetuum) excipere

vnanimes renuistis: vt deinceps Mosayca lege, imo potius absque lege vitam traducere, per vias iniquitatis incedentes, esset vobis permissum.

Crede mihi, quòd si in via ista veritatis immaculata, & quæ conuertit animas, & iustificat corda mortalium, aliquantulum comorases: habitasses vtique in pace, & super terram magno pretio, honore, & æstimatione à cunctis nationibus habita esses: nullusque tam ferox, temerarius, aut furens ex cunctis gẽtibus, aut ferinis moribus imbutus esset, qui te despicere auderet. Introduceret te equidem sponsus, Deus & homo, Messias inquam tuus in domũ, & cubicula sua, & vexillũ super te amor esset, atque leua ipsius sub capite tuo, dexteraq; illius ampleteretur te. Ostenderet, tibi faciem suam decoram, & delectabilem, quę omnẽ mœrorem auertit: audiresque suauissimam vocem illius, dicentis: *Abstulisti cor meum, soror mea: sponsa mea, abstulisti cor meum vno ex oculis tuis, & vna torque colli tui. Quam pulchri sunt amores tui, soror mea.* Innumeris amoris signis & beneficijs indies ab illo sic cumulata esses: vt omnes ad admirationẽ tui concitares acclamãtes: *Quæ est ista, quæ ascendit è deserto? sicut columnæ fumi suffita myrrha, & thure ex omni pulvere pigmentarij.* E tantam tuam inusitatem fœlicitatem conspicientes, vnanimiter in hæc verba prorumperent. Egredimini iam cunctæ gentes & nationes, & tanquam suspensę considerate, quomodo quæ tandiu densissimis Mosaycæ legis tenebris dilacerata iacuerat summè & vehementer denigrata fuerat, postquam lucem & veritatem, Messiam inquam suum est amplexa, iamque dudum illum venisse credidit, cælestis Sol iustitiæ continuò cum illa cõmoratur: vt inde illius cęlestibus radijs irradiata, consurgat iam tamquam aurora rutilans, pulchra vt Luna, electa vt Sol.

Perspiceres equidem, cunctos annos illos tuos, quos tantis ignorantiæ & errorum tenebris frustra contriueras, tenebricosum turbinẽ miserabiliter possedisse. Dignosceres quâm difficiles, & periculosas vias ambulasses: quę essent portę illæ mortis, tenebrarum, & inferni: quis patens sit locus, & quæ sit via, in qua habitat cælestis Sol iustitiæ. Quâm firmis fundamentis cuncta nostra Religio Christianorũ est continuò fulcita: & quàm vanis & futilibus execranda & superstitiosa legis veteris obseruatio modo innitatur. Intelligeres simul quæ, & quãta extiterit fœlicitas, quam per

per tot annorum curricula, absque vlla intermissione, sola Religio Christianorum fœliciter post aduentũ primũ Messiæ nostri potitur, & in futurum vsq; ad cõsumationem sæculi est potitura: omnesq; conatus Fideliũ ex tũc hucusque eò semper intentos esse, vt cunctorum saluti consulentes, hanc eadem veritatem primi illius aduentus cũctis manifestent: vt inde aditus ad regnum cælorum omnibus sit reseratus.

Tandemq; disceres apertè, in his omnibus contentionibus inter nos superius initis nihil pręter salutem vestram spiritualem, cuius desiderio totus inflãmor, me consequi contendisse: solicitè coarctatus, donec vos intra viscera mea tanquam fratres charissimos, & intra dulcissima vbera matris nostræ, & cunctorũ viuentium, Ecclesiã dico, habere valeam: vt deinceps cũcti vos me nõ tanquam inimicum, sed amicum, & salutem animarum vestrarum omnibus modis anhelantem prosequamini. In hæc ergo omnia, & cunctas disputationes præteritas vestrę cogitationes ex nũc conijciãtur, dirigantur, & collimentur à vobis, est necesse: vt his mẽtes vestrę malè in nos animatæ mitigentur, & releuentur à perturbationibus, quibus hucusq; continuo estis affecti: & ex notitia ex illis consequta, siue ad ea quę expectãt ad clarã primi aduẽtus Messiæ intelligentiã, siue ad alia cęlestia mysteria, quæ mirificè suspicit, & veneratur sancta nostra mater Ecclesia, tã quam cęlesti pastu, & nectare diuino alantur nutriãtur, & sustententur.

Quòd si adhuc tanquam filia strutionũ, cubile draconũ, populus grauis iniquitate, gẽs peccatrix, filij alienigini, adulterini, nequam, corruptores, semẽ malorũ, & rebellis es obstinata in malum: & instar aspidis surdæ, obturantis aures suas (quod Deus omen auertat) his omnibusnondũ acquiescere conaris, audite vos cęli, auribus percipe terra hodierna die vos, & cũcta huius ingentis machinę clemẽta contestor, & cõtestabor equidem vsq; in finẽ mundi, perpetuo sitis mihi testes fidelissimi, cuncta quæ in his nouem disceptationionibus supra allatis, à nobis adducta fuerũt: eo animo à nobis adducta fuisse, vt ex nunc cunctis clarius innotescat signa apertissima primi aduẽtus Messiæ à Prophetis pręsignata in integrũ iam diu adimpleta fuisse, & vt sint in perpetuum testimoniũ contra illos, ne vllus deinceps excusationis locus proteruæ obstinationi illorum relictus esse possit. Te præpotens, & clemẽtissime, &

summæ

summæ maiestatis Deus, obnixẽ deprecor, vt instar illius lapidis quem posuit Iosue vltimo cap. subter quercum quæ erat in Sanctuario Domini, in testimonium, quia ipse audiuit omnia eloquia Domini, vt esset contra illos in testimonium; si forte ea numquam ab eo præcepta dictitaret: sic libellus ille purus, ab omnibus erroribus, & mendis prorsus immunis, fixus idem, & cõstans in manibus Fidelium, & in Sanctuario huius nostrę sanctissimæ Ecclesiæ Romanę perseueret. Cuius infallibili iuditio & correctioni ex nunc vsq; in finem eum, dicta, opera & cogitationes meas libenter subijciendas statui. Et iterum suplex oro, integer & incorruptus, &absq; vlla etiam minima reprehensionis nota liber perpetuô consistat: spero namq; isto singulari beneficio, libellum hunc ellò exiguus sit, consequuturum fore, vt non solùm contra illos perfidos, & cõsceleratos homines continuum bellum cõcitet, verum sic intus eorum corda acriter & crudeliter dilaniet, & trãsuerberet: vt nullam partẽ neque nocturnæ, aut diurnę quietis illis impertiat. Et quod magis est, intus & exterius palam eorum perfidiã perpetuò arguat, conuincat, & cõdemnet: potentia verò admiranda Mesię nostri à quo cuncta ista tanquam à perenni fonte accepta libenter fateor, clarius huc & illuc per vniuersas mundi partes manifestetur. Sit illi gloria, & laus perennis, qui vnà cum Patre & Spiritu sancto in perpetuum viuit & regnat, Amen.

FINIS.

BREVISSIMVS, SED COPIOSISSIMVS INDEX cunctarum rerum memorabilium, quę in hoc opere comprehenduntur.

A.

ACademiæ Complutensis tutelares SS. Iustus & Pastor. Propug.3.cap.5.pagin.158.col.2.
S.Antonij constantia aduersus Diaboli incursiones. Pro.1.c.6.p.43.co.2.& 44.col.1.
Apparitiones variæ Dæmonis sub specie humana ad alios decipiendos recensetur. Pro.6.c.8.p.411.col 1.2.
Apostoli quę & vbi pasi sunt. Prop.9.c.5.p.631. col.2.
Apostoli & Martyres quomodo vniuersum fere orbem subiugarunt. in Procem.fol.19.
Comprimi non potuit à Principibus Pharisęorum & Scribarum libera Euangelij prædicatio ab eis cepta.in Pro.1.c.5.p.38. col.1.2.
Occisione eorum ab Herode facta nihil læsa Christi Fides. in Pro.1.c.5.p.39.c.1.2.
Nec Pauli & Syllæ cõprehensione à Macedonibus facta. ibid.p.40.col.1.
Loca vbi Euangelium prædicarunt late referuntur. Pro.3.c.2.p.125.col.1.2.
Et mira opera in curatione infirmorũ. Pro.3.c.5.p.149.
Auctores, qui contra hæreticos scripserunt plene enumeratur in Prop.1.c.5.p.29.col.2.& 30.col.1.2.
Aragoniæ Regni amplitudo. Prop.9.c.5.p.639.col.2.
¶ Baptismus adumbratus in veteri lege. in Proe.fo.21.p.2.
Beatus nemo reddi poterat ex lege Mosayca & si pluribus redundaret bonis, sicut ex lege nostra, in Proe. fol.4.
S.Benedictus alapa monachum à Dæmone vexatum liberauit. Prop 1.c.6.p.46. col.2.
¶ Cæsaraugusta inter cæteras orbis vrbes decora ob Tẽplum B.V.Mariæ de Pilari eius amplitudo extollitur. Prop.5.c.7.p.327.col.2. Prop.9.c.5.p.639.col.2.
Cæsaris Augusti edictum quo tẽpore exiisse perhibeatur., in Proœ.fol.18..pag.2.
Cæli gaudia semper eadem non mutationibus obnoxia.Prop.1.c.6.p.44.col.1.
Beatorum in eo commorantiũ

 status.

status.Pro 1 c.7.p.50.c.1.2.
Confessio adumbrata in veteri lege,in Proœ.fol.22.
Confirmatio adumbrata in vete ri lege.in Proœ. fo.22. pa.2.
Contritio adumbrata in veteri le ge.in Proœ. fo.22.
Comparatio legis veteris cum Euangelica.in Proœm. fol.3. vers. Perfectam.
Complutensis Biblia omniũ accuratior excepta sancta nostra Vulgata, Pro .2. pa. 57. co.2.Prop.7.c.1.p. 429. col. 2.& .430. col.1.
¶ Dauid virtutes & præclara facta recensetur late,Prop.4.c. 1.p.182. col.1. 2. & seqq.
Potius historiam cõtexuit de Christo quã de eo futura prędixit,Prop.4.c.4. p.212.col. 1.cum seqq.
Quomodo altissimũ Prophetiæ suæ donum consequutus fuerit,ibid.p.215. col.2.
Dæmon nimis potentiæ suæ fidens æquari Deo aliquando contendit,in Propug.1.cap.1. pag.5
Ea confertur cum potentia Messiæ,in Propug. 1. cap. 1. per tot.
Eius vires imbecilles post Messiæ aduentum, in Prop.1. c.1.p.12.col.1.2.
Eius suggestione ab illo aureo sęculo innumeros Ecclesię hostes excitatos. in Prop.1. c.3. p.21.co.2.& p.22. co.1.2.
Antiqui illi Patres suis virtutibus præexcellentes velut telis muniti in eius vitia agmine facto irruerunt. in Propug.1.c.4.p.32. col.2. & 35. col.1.2.
Vires eius confractæ à pluribus sanctis, hic relatis. Pro.1. c.6.p.43.cum seqq.
Adhuc propagatum nimis eius Imperium apud plerasq; orbis nationes. Prop.1.c.7.p. 51.col.1.
Apparuit sub humana specie ad alios decipiendos.Prop.6. c.8.p.411.col.1.2.
Deorum incredibilis multitudo in Gentilitate.in Proœ.fo.19. pag.2.
Genitu ab eis referuntur, Pro. 3.c.5.p.154.co.2.
Dictio,Col, quid significet apud Hebræos, in proœm.fol.17. pa.2.
Dictio,God,quid significet apud Hebræos, in Proœm. fol. 18. p.2.
Dictio, Golam, quid significet Propug.5.in princ.pag.268. col.1.& 269.co.1.2. Prog.8. c.6.p.548.co.2.
Domus Angelicæ. B. V. Mariæ de Pilari : Magnificentia late ostenditur. Propug. 5. cap.7. pag.324. col. 1.2. cum seqq. Pro.9 c.5.p.639.col.2.
Confertur cum altaribus veteris testamenti, ibid.pa.326. col.2.
Et cum alijs Gentilium Templis.p.329.col.1.2.

A prima eius erectione diuinę laudes nunquam intermissæ, ibid.p.328.col.1.

Ecclesia varijs hæreticorum incursionibus hinc inde agitata enumeratur plene in Prop.1. c.3.p.22.co.1.2.p.23.col.1.2.

Licet varie afflictata non tamen solo colapsa ęquata imò constans & immobilis semper visa, ibid.p.24.co.1.2.

Imò magis creuit assiduis persecutionibus, in Prop.1.c.4. p.37.co.2.

Aliquæ recensentur. Prop. 1. c.5.p.38.& seqq.

Eius excellentiæ referuntur plene. Prop.5.c.3.p.295.col. 1.cum seqq.

Magnificentia eius cum maiestate templi Salomonis cōfertur.Prop 5.c.4.p.300.col. 1. cum seqq.

Varia nomina quibus eā cōdecorauit Dauid & alij. Pro.5. c.4.p.310.co 1.cum seq.

Præstantia qua condecorauit sponsus suus late insinuatur, Pro.5.c.6.p.318.col.1.2.

Mōs dicitur meritissime.Pro. 6.c.4.p.379.col.1.2.

Ecclesiæ Christianorum enumeratur plene. Pro.5.c.3.p.295. col.1.cum seqq.

Elie & Elisei miracula recensentur.Propug.4.cap.3.pa.206. col.1.2.

Ille solus inter alios donum prophetādi & miracula edēdi Eliseo largitus est, ibid.col.2.

Eucharistię Sacramentū adūbratum in veteri lege. in Proœ. fol.22.col.1.2.

Excellentia legis Euāgelicę late ostenditur in Proœ. pag. 19. vers.Ostendant.

Exemplaribus Iosephi Iudęi & Pilati probata Mesiæ resurrectio in Prop. 1. c.1. p.7. col.1.

Gentes varię quibus prędicatum fuit referuntur.Prop.3.c. 2.p.125.col.1.2.cum alijs.

¶ D.Frācicus Ximenius Archiepiscopus Toletanus laudatur ob editionem Complutensis.Pro.2.p.57.co.2.

¶ Gentilitas vniuersa ante aduētum veri Dei quibus ignorantiæ & errorū tenebris inuoluta.in Proœ.fo.19.p.2.

God,dictio quid significet in sacris litteris. Pro.4.c.5.p.218. col.1.2.

Hęretici qui varijs suis erroribus Ecclesiam inficere conati sunt à primordio sæculi enumerantur plene in Prop.1.c.3.p.22. col 1.2.p.23.col.1.2.& 26.colu.1.2.

Auctores qui contra eos scripserunt, in Prop.1.cap.3.p.29. col.2.p.30.col.1.2.

Herodes Christi Fidem obseruare non potuit Apostolorum occisione in Prop.1.c.5.pag. 39.col.1.2.

Hierusalem amplitudo ex varijs nominibus quibus ab scriptura insignitur aperte col

ligitur, Pro.5.c.4.p.300.co.2.
Eius miseranda clades refertur. Pro.9.c.5.p.635.col.2.
Hostes innumeri excitati à Dæmone aduersus Ecclesiam in Prop.1.c.3.p.21.col.2.
S. Iacobi Intercisi incredibilis constantia in ejus martyrio. Prop.3.c.5.p.157.col.1.2.
D. Iacobi aduentus in Hispaniã & in Arrgonẽsium Regnum, vbi cõstruxit sanctissimã Domum Virginis Mariæ de Pilari. Prop.9.c.5.p.640. col.2.
S. Ignatij pulchra verba in martyrij desiderium, Prop.3.c.5. pag.157.col.1.
Imperatorum Romanorum sæuitia in Martyres. Prop.3.c.2 p.127.col.2 128.col.1.2.
Dira tamen flagitiorum suorũ punitio eos subsecuta. Pro.3. c.3.p.136.col.1.2.
Inferni cruciatus horribiles recensentur. Pro.1.c.6. p.44. col.1.
Iosue non solũ inuicta animi fortitudine sed prophetiæ dono munitus fuit à Deo. Pro.4.c. 1 p.181.col.1.2.
Eius prodigia conferuntur cum ijs quæ à Mose facta sunt Pro.4.c.2.p.193.col.2. cum seqq.
S. Iulianæ virginis constantia in præstigias Diaboli, se trãsformantis in Angelum lucis. Pro pag 1.c.6.p.45.col.1.2.
SS. Iustus & Pastor Martyres, tutelares Academię Complutensis, & eorũ mira in tormentis constantia. Prop.3.cap.5. p.158.col 2.
¶Lex Euãgelica, & si varijs vndiq; agitata procelis, nunquã imbecilior reddita sed fortior, in Proœ.fol.14.pa.2. & fol. 15.& 25.p.2.
Excelsum & supremum locũ tenet in Proœ.fo.19.
Dæmoniorum simulachra siluerunt & corruerunt huius promulgatione. ibid.fo.20.
Eucharistiæ sacramẽtũ in nulla alia reperietur. ibid.fol.22. p.1.2.
Lucerna in fano Veneris inextinguibilis. Pro.9.c.5.p.640 col. 1.
¶Mariæ virginis excellentiã cõtemplantes antiqui Patres venerabantur iam eam. in Pro.1 fol.3.col.2.
Præclarum eius Templum Cęsaraugustanum virginis Mariæ de Pilari nũcupatum describitur & laudatur. Prop. 5. c.7.p.324.cum seqq. Pro.9. c.5.p.639.col.2 cum seq.
Martyrũ varia tormenta, quibus affecti sunt. Pro.1.c.7.p.49. col.1.& Prop 3.c.2. p.129. co.1.2. & Pro.7.c.5.p.489.
Constantia eorũ inuicta. Pro. 1.c.7.p.50.col.2. Pro.3.c.3. p.135.
Copiosa multitudo sub Romanis Imperatoribus. Pro.3. co.2.p.127.co.2.128.co.1.2.
Grati ob Martyrij beneficiũ

Prop.

Prop.3.c.5.p.150.co.2. cum sequent.
Matrimonij Sacramentum præfiguratũ in lege veteri, in Proœ. fol.23.
Messias venit in mundum in remedium malorũ, quæ ex Diaboli suggestione & peccato Adæ prouenerant. in Prop.1. fol.3.col.1.
Eius potentia cum Dæmonis potẽtia late cõfertur. in Pro. 1.c.1.per tot.p.5.
Lætali vulnere afflectus Dæmon ab eo omnem potentiã extinxit. in Prop.1.c.1.p. 11. col 1.
Aduẽtum eius futurũ cũ magna armorum classe, secundum Rabbi Salomonem. Prop. 2. c 1.p.66.col 2.
Stella dicitur fulgentissima. Prop.2.c.3.pa.70.col. 2. & 71.col.1.
Cuius proprietates ei apertissime conueniunt, ibid. p. 73. col.2.
Virtute eius coadunatos duos Populos Israeliticum & Gentilicum, ibid. p.73.col.2.
Ignem venit mittere in terrã. Prop.2 c.3.p.75.col.2.
Purissimæ & simplicis naturæ fuit, ibid.p.63 col.2.
Benignitas summa in sermone & in recipiendis peccatoribus, ibid.p.78.col.1.
Velocitas mira in Euangelij promulgatione, ibid.pag.78. col. 2.
Cura occultandæ diuinitatis, ibid.p.79.co.2.
Pacem venit mittere in mundum, ibid.p.80.col.1.
Item bellum velut cælestis quidam Mars bellorum spiritualium Dux, ibid.c.4.p 85. col 2.& 86.col.1.
Et instar Mercurij cælestes thesauros sapientiæ aperuit ibid.
Virga equitatis fuit à primo suæ natiuitatis exordio. Pro. 2.c.5.p.88.co.2 & 89.co.1.
Scrutator intimi recessus cordis, & omnium saluti consulens, ibid p.89. co.2. & 90. col.1.
Virga directionis appellatur ibid.p.90. col.2.
Fortis contra inimicos suos. p.92.co.2.
Percusit Duces Moab, quomodo intelligatur, Pro.2 ca. 6.p.97.col.1. 2.
Multitudo quæ eum sequebatur Pro.3.c.2.p.122.col.1.
Patientia mira coram flagellantibus & percutientibus. Prop.4.c.7.p.227. col.2.
Venustus in sermone & in loquela graciosus, ibid.p. 228. col.1.
Zelus eius in peccatores, Pro. 4.c.7 p.230.col.1.2.
Prophetiæ munere functus, ibid.p.232.co.1.2.
Conferuntur inter se quæ ab eo & Moyse gesta sunt, Pro. 4.c.9.p.244.col.2.cũ seqq.

Vere spirituale extitit eius Regnum. Prop. 5. c. 5. p. 315. col. 1. 2.

Vnctus vocatur sæpius in sacra Scriptura per antonomasiam. Pro 6. c. 1. p. 350. col. 2. 351. col. 1 2.

Est filius Dei consubstantialis & verus Deus. Prop. 6 c. 5. p. 381. col. 1 2.

Eius diuinitas fusius declaratur. Propug. 6. c. 6. pag. 391. col. 2.

Nomina item quibus in sacra Scriptura condecoratur, ibid. p. 393. col. 1.

Natiuitas & Magorum adoratio mira in eo. Pro. 6. c. 7. p. 399. col. 1. 2.

Mirabilia alia euenisse in toto vitæ suæ cursu. ibid. p. 401. col. 2. cum seqq.

Ii qui Messiæ nomen falso adepti referuntur. Propug. 9. capit. 6. pagin. 45. col. 2. cum seqq.

Verax fuit semper late probatur. Propug. 9. cap. 7. pag. 661. col. 2. cum seq.

Mira in eius Natiuitate euenisse late refertur. Prop. 9. c. 7. pag. 664. col. 2. cum sequenti.

Vera de ipso Prophetas & Euangelistas enuntiasse late ostenditur. Propug. 9. cap. 7. pag. 662. col. 1. cum sequentibus.

Mosayca lex ab ipso Deo per manus Moysis data in monte Synai summa maiestate, in Procem. fol. 1. pagin. 2. & fol. 2.

Eius laudes. ibidem. fol. 2. pagin. 2.

Septuaginta nominibus, instar septuaginta nominum Dei & Synagogæ, celebratur à Iustiniano, ibidem. fol. 3. pagin. 1. & 2.

Ea tamen nemo beatus reddi poterat sicut ex noua lege, ibid. fol. 4.

Præstantia, excellentia & authoritas eius. ibid. fo. 10. p. 2.

In ea Sacramenta præfigurata, in Procem. fol. 22.

Eius leges cũ legibus Dæmonis comparantur. in Prop. 1. c. 2. p. 14. col. 1. 2.

Moyses & Iosue prodigia inter se conferuntur. Propug. 4. cap. 2. pag. 193. col. 2. cum sequent.

¶Nationes variæ quibus prædicatum fuit Euangelium referuntur Prop. 3. c. 2. p. 124. cũ alijs.

Nomina quæ tribuũtur Messiæ in sacra Scriptura late numerantur. Prop. 6. cap. 6. p. 393. col. 1. 2. cum seq. Pro. 9. c. 10. p. 697. col. 2. cum seq Pro. 9. c. vlt. p. 767. col. 1. 2. cũ alijs.

¶Oraculum antiquissimũ cuius meminit Origenes, declaratur in Procе. fol. 19.

Orbis totus quomodo per Apostolos & Martyres subiugatus in Proce. fo. 19.

Ordi-

Ordinis Sacramentum præfiguratum in veteri lege. in Proœ. fol. 22. pag. 2.
¶Pacem temporalem & spiritualem quam attulit inter homines Messiæ aduentus. Prop. 7. c. 4. p. 471. co. 1. 2. cum seqq.
Pœnarum inferni accurata descriptio. Pro. 1. c. 6. p. 44. co. 1.
Persecutiones in Ecclesiam recensentur, in Prop. 1. cap. 5. p. 38. cum seqq.
Quæ sub Imperatoribus Romanis passa recensentur. Prop. 3. cap 2. pag. 127. col. 2. 128. col. 1. 2.
Statim post Christi Ascẽsionẽ Prop. 7. ca. 2. p. 453. col. 1. 2.
Propheta nullus extitit à natiuitate sua vel hereditate parentum vt ex diuinis litteris constat. Prop. 4. c. 1. p. 180. col 1.
Ea quæ vnusquisq; eorum de Christi dñi vita prædixerunt enumerantur late Prop. 4. ca. 6. p. 223. col. 2. cum seqq.
Et sancti plures de varijs rebus euenturis, Prop. 9. c. 6. p. 651. col. 2. cum seqq.
Prophetiæ quotuplex sit differẽtia. Prop. 9. c. 6. p. 647. col. 2.
Philosophi qui alijs artes liberales docuerunt, referuntur, Pro. 3. c. 5. p. 154. col. 1. 2.
¶Reges plures recensentur in sacra Scriptura aliorum successores non vero eorum virtutum imitatores. Prop. 4. c. 1 p. 187. col. 2. cum seq.
Respublica Christiana excellit alias velut Regina in supremo solio sedens. in Proœm. fo. 15. pag. 2.
Ad eam cotidie se recipiunt velut ad tutissimum portum cuncti potentes orbis, ibidem fol. 16.
Reuelationum differentiæ. Prop. 9. c. 6. p. 647. col. 2.
¶Sacramenta adumbrata in veteri lege in Proœ. fol. 22.
Sacræ Scripturæ loca plura enumerantur quæ non nisi deprecatorie interpretari debent. Pro. 3. c. 1. p. 109. col. 2.
Alia vindictam â Deo petunt. ibid. p. 110.
Plura imprecatoria alicuius mali futuri temporis. ibid. pa. 112. col. 1. 2.
Eius translatio a 72. Interpretibus quanti olim habita. Propug. 6. capit. 8. pagin. 406. col. 1.
Intelligentia eius non secundum corticem litteræ semper summenda pluribus exemplis ostenditur. Prop. 9. c. 10. pag. 702. cum seq.
Salomon etsi Dauid successit nõ tamen ei in omnibus similis extitit. Prop. 4. c. 1. pag. 182. col. 1. 2.
Regni eius temporalis collatio cũ spirituali Messiæ Prop. 5. c 3. p. 292. col. 1. cum seqq.
Templi eius maiestas cum Ecclesiæ magnificentia confertur, ibid. c. 4. p. 300.
Sanctorũ quorũdam victoriç aduersus

uersus

uerſus Dęmonis inſidias, Propug. 1. c. 6. p. 42. cum ſeqq.
Qui prophetiæ dono inſigniti. Prop. 3. c. 5. p. 152. col. 1.
Satisfactio adumbrata in veteri lege, in Proœm. fo. 22.
Stellæ deffinitio ex D. Iſidoro. Prop. 2. c. 3. p. 70. co. 2.
Eius proprietates Meſsię adaptantur, Prop. 2. cap. 5. p. 73. col. 2.
S. Sulpicij Archiepiſcopi Bituricenſis conſtantia. Prop. 1. c. 6. p. 44. col. 2.
¶ Talmudiſtarum veterum opinio teſtamentum vetus diuidentium refellitur, Prop. 4. c. 3. p. 207. col. 1.
Tormentorum varietas quibus cruciati ſunt Martyres plene recenſentur, Prop. 1. c. 7. pag. 49. col. 1.
¶ Vulgata à SS. Cleměte VIII. edita quatæ ſit authoritatis, in Epiſt. ad Lector. fol. 3. pag. 1.
Tanquam fabuloſa amandatur à Iudæis in ſuis Synagogis Prop. 3. c. 1. p. 114. col. 1.
Victoriæ reportate à ſanctis Patribus de Dæmone & Hœreſiarchis, eorum libris contra eos editis, in Prop. 1. c. 3. pa. 29. co. 2. 30. co. 1. 2.
A Patribus veteris teſtamenti contra Dæmonis vitia, in Prop. 1. c. 4. p. 33. co. 1. 2. 34. 1. col. 1.
A S. Martyribus, & heremicolis fuiſſe recenſetur. Pro. 1. c. 6. per tot. p. 43.
Virtutes omnes quæ antiquos illos Patres illuſtres reddiderunt reperiuntur in Ecleſia, in Proœm. fo. 23. referuntur. Prop. 9. c. 3. pap. 615. col. 2. cum ſeqq.
Illis oppugnarunt Dæmonis vitia, late in Prop. 1. c. 4. pa. 33. col. 1. 2. 34. 1.
In Meſsia in ſummo gradu reperiuntur. Pro. 9. c. 3. pag. 617. col. 2.
Vnctionis extremæ Sacramentum adumbratum in lege veteri, in Proœm. fol. 23.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

GIU. 1970

Digitized by Google